Con 1 carta geogr. e 17 tavole
Esempl. su carta grande



H. vander My inv. — *F. Bleyswyk sculp.*

DELPHIS et LUGD: BAT: apud ADRIANUM BEMAN / SAMUELEM LUCHTMANS MDCCXXIV.



QUINTI CURTII RUFI
DE
REBUS GESTIS
ALEXANDRI MAGNI,
REGIS MACEDONUM,

Libri Superſtites.

Cum omnibus Supplementis, Variantibus Lectionibus, Commentariis ac Notis perpetuis

FR. MODII, V. ACIDALII, T. POPMAE, JOH. FREINSHEMII, JOH. SCHEFFERI, CHRISTOPH. CELLARII, NIC. HEINSII.

Selectis & excerptis

PH. RUBENII, J. RUTGERSII, C. BARTHII, JOH. LOCCENII, M. RADERI, CL. SALMASII, J. FR. GRONOVII, M. TELLIERII, CHRISTOPH. AUG. HEUMANNI, Itemque JAC. PERIZONII Vindiciis, & aliorum OBSERVATIONIBUS, auctioribuſque Indicibus.

Curavit & digeſſit

HENRICUS SNAKENBURG.





Delphis, & *Lugd. Bat.* Apud ADRIANUM BEMAN, SAMUELEM LUCHTMANS, 1724.



NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, ET GRAVISSIMIS

VIRIS,

URBIS LEIDAE

CONSULIBUS,

D. D. WILHELMO PAATS. J.C. PRAESIDI.

D. D. JOHANNI VAN DEN BERG. J. C.

D. D. DANIELI VAN ALPHEN. J. C.

D. D. WILHELMO VAN ZANEN. I. F. J.C.

S. P. D.

HENRICUS SNAKENBURG.



Uum ita visum sit, ut nomen meum in fronte hujus CURTIANAE editionis conspiceretur, & qualiscumque curationis titulum ferret, non putavi ab instituto & vita mea alienum fore, si huic operae nostrae Amplissima nomina Vestra, & insignia Consulum illius Urbis, quae mihi

† 2 pa-

patria domicilium ac sedem omnium votorum ac fortunarum mearum constituit, in ipso limine adpingerem, iisque non meas, sed has doctissimorum Virorum in QUINTUM CURTIUM Lucubrationes inscriberem. Quin immo illa mea confidentia, quae de studiis meis & industria non magnifice sentire aut altum spirare adsueta, tutius fortasse, certe ex voto & sententia mea melius, hac ostentatione abstinuisset, gravissimo Vestro patrocinio se erexit, animumque sustulit; &, quum ego in publicum & hominum ora prodire sustinuerim, hoc officii atque grati memorisque animi testimonio publico carere noluit. Nam quorum quasi sub tutela & auspiciis adolevi, & quibus auctoribus, quidquid aetatis accessit, literarum otium & amorem publico munere temperare, & disciplinas humaniores in rudimentis & tyrociniis adjuvare, & diligentiam meam ita probare mihi licuit, ut nisi intra fortunam manere praetulisset animus meus, ampliore aliquando statione ornatus fuissem, hos debita laudis praefatione, atque id prima statim opportunitate, compellare suadebat ratio, permittebat spectata erga me benignitas, evincebat desiderium meum & voluntas. Atque ita ad Consulum Leidensium consilium hoc animi mei vinculum pertinere profiteor. At vero adplaudebat sibi animus meus, VIRI AMPLISSIMI, & GRAVISSIMI, tacitusque laetabatur, cum ita CURTIANAE editionis ratio tulit, ut in illud tempus incideret, quo non solum Viri, morum integritate, justitia, aequitate bene de literis meriti, earumque cultoribus propitii fasces tenerent; (nam

quan-

quando haec, licet rara temporum felicitas, aetate noſtra non contigit?) aut qui ipſi natalium ſplendore, ſapientia, doctrina, fama, rebus geſtis, ſummis honoribus inter laudatos cum laude eniterent; ſed quibuſcum praeter haec tam ampla decora mihi ſingularis quaedam muneris, officii, conſilii, antecedentis vitae intercedebat reverentia, & memoriae neceſſitas.

Quid enim? Illuſtriſſime PAATSI, *non commemorarem illam, quam nuper ſolida & prolixa munificentia in nos experti ſumus, benevolentiam? qua Scholis Leidenſibus conſtituendis praepoſitus Curator non modo hilari comitate Docentium alacritatem & ſtudium praeconio Tuo honorifico incitaſti, ſed id ſedulo tum cum maxime operam dediſti, ut Magiſtratuum omnium in mitigandis illorum laboribus, & acuenda induſtria aucto ſtipendio concurreret conſenſus. Quae licet levia forſan, & reſpectu ceterorum meritorum tuorum vilia ſint, humanitatis tamen & literarum in Te ſtudium, quod nunc unice ago, abunde probant. Dum in veras & altiores me exſpatiari virtutes non pateretur illa tua ſibi ſufficiens amplitudo, neque exiguae chartae verborum honori datae complecteretur ſpatium, nec pudor meus exigui ingenii ſibi conſcius, aut animus non fucatae ſimplicitatis amantiſſimus adſequeretur.*

Tu quoque, Cordatiſſime BERGI, *quo nemo magis bonus bonos amavit omnes, qui difficillimis Patriae temporibus, & in graviſſimis pro communi Batavorum cauſſa verſatus negotiis, de*

summo imperio & moderamine Belgicarum Civitatium cum ambitiosissimis populis simpliciter agere, Batavamque integriatem & fidem inter tela satis cum periculo, & inde inter inimicos ipsos & invidos tueri, & per universam Europam famam meritis victuram extendere potuisti. Tu, inquam, his districtus curis & occupationibus publicis numquam non me in pulvere umbratili latentem respexisti, & ut auderem aliquando impulisti, neque cessasti admonere famae quaerendae, tuamque operam è publico me adjuvandi saepius obtulisti, exhibuisti, adeo ut Tuo consilio factum esse dicere sustineam, si hoc in literis fecisse periculum in laude ponatur.

Et sane, Prudentissime ALPHENE, qui interioribus & reconditis humaniorum literarum initiatus sacris juris antiqui & patrii scientiam, prudentiamque civilem semper cum rara in tanta dignitate Graecae & Romanae antiquitatis cognitione junxisti, mea maxime interest, ut sciant omnes, quantum illa optata vitae meae tranquillitas, quantum illa à curis gravioribus mihi concessa immunitas, Tibi debeat. Numquam enim animo meo excidet illius temporis recordatio, quum de Moderatore Gymnasio Leidensi sufficiendo ageretur, me Tibi fere unico consilium meum declinandi illius muneris probasse, animumque meum in proposito tanti Viri auctoritate fuisse confirmatum; neque id solum, sed etiam hoc juvat, defectui nostro, qui detrimentum Scholis minari videbatur, subventum esse judicio Vestro, delectu erudi-

di-

ditissimi & facundissimi viri ABRAH. TORRENII, *sanguine, studiis & moribus mihi conjunctissimi, qua ratione & bono publico & voto meo consultum, satisfactum & cumulus impositus est; ut non modo judicii mei, quod tum damnabant tantum non omnes, me non poenituerit, sed & benignitatis Vestrae animo meo quotidiana obversetur memoria, dum ex laude Viri dignissimi non affectati muneris, cui impar eram, aliquem certe fructum & veram voluptatem cepisse mihi videor, & gratus agnosco.*

Liceat mihi etiam Tecum, Integerrime ZANENE, *illam frontis serenae gravitatem, animi erecti certissimum indicium, explicare, & pueritiae nostrae ultimam repetere memoriam, qua uno eodemque tempore iisdem disciplinis & praeceptis ad utriusque fortunae cultum excitati adolevimus. ex quo Te enitentem ad summos gradus evocaret natalium splendor, & majorum decus; me ad vitae privatae commodiores usus industriae in studiis collocandae acueret desiderium. Ut nunc quoque summa perfundatur hilaritate animus meus, non arcessita, sed ultro se obferente hac opportunitate, Tibi, cum summa elegantia & dignitate per omnes honorum gradus ad summum in republica fastigium delato, primum hunc Consulatum in officio publico gratulandi, bene ominandi, & Patriae civibusque meis longam felicitatem deprecandi.*

Sed videbitur fortasse, ut nunc est, haec nostra ratio non satis digna tantorum virorum personis; neque ego hoc inficior. Verum ingenua simplicitate colere, suspicere, venerari Viros summos

ad-

adſuetus, ab adulandi artibus imparatus, & vanae oſtentationis inanibus blanditiis alienus veras cauſſas & ſua rebus nomina imponere addidici, & privata mea cauſſa, tenui licet & exigua, praeconii publici partes, quas tamen verbis minime implerem, permiſcere erubui. Acceſſit tamen & altera ratio, quae me impulit, ut Vobis, V. V. A. A. hanc qualemcumque operam in Q. CURTIO publicando inſcriberem. Ampliſſimorum enim Conſulum interventu, voluntate, & commendatione per hos annos è Bibliotheca Academiae Lugduno Batavae nactus codices manu exaratos, quorum variantes lectiones cum ceteris editis collatae hanc novam editionem ornarent, nihil aliud nunc aut melius poſſe mihi videbar, niſi ut idem illud munus, quod illorum beneficio conſecutus eram, & ſic publici juris factum eſt, ad Auctores ſuos referrem, benevolentiamque in promovendis literarum & optimarum diſciplinarum ſtudiis praedicarem, & quantum in me eſt, teſtatam facerem. ut ſic VIRI AMPLISSIMI, quae veſtra difficillimis reipublicae temporibus tela inter & hoſtes apparuit conſtantia; pacis artibus etiam illuſtretur voluntas. Et dum in republica avita libertate conſtituenda & vindicanda praedicatur alacritas & vigor; etiam illi bonae mentis apparatus, quibus ad tantae fortunae cultum ſucceſſura excitetur aetas, ex antiquorum praeceptis non ſpreti aut neglecti eſſe videantur. Valete, VIRI AMPLISSIMI, & in publica pace etiam domeſtica gloria longum fruimini. Dabam Idibus Julii Ann. MDCCXXIV.

BENEVOLO LECTORI
S. P.
HENRICUS SNAKENBURG.



Tsi nullam partem cujuscumque laudis aut nominis mihi ex hac QUINTI CURTII editione vindico, quum ad ejus procurationem neque sponte neque meditatus accesserim, aut ultro eam mihi depoposcerim; tamen illius verbi invidiam non vereor, neque arrogantiae veniam multis mihi deprecandam arbitror, si hanc omnium editionum, quae vel cum singulorum commentariis aut notis, vel vario adparatu huc usque inchoatae prodierunt, ornatissimam curatissimam, multiplici eruditionis copia comsummatam, atque ita prae reliquis commendabilem praedicavero. Neque ideo tamen me illi hominum generi accenseat quis, velim, qui mercenario obsequio librariis obnoxii qualemcumque oblatam occasionem adjuvandi scilicet literas, & librorum omnium, etiam eorum, quos ante vix oculo festinante inspexerant, curationem temere arripiunt, sine ulla cura aut attentione male habitos Scriptores antiquos typis iterum vitiatos exscribunt, variis Commentariorum pannis & laciniis male consutis, sine ullo judicio congestis, & optima saepe sui parte mutilatis, ut à pueris fere collecta esse dixeris, onerant, & ita in publicum emittunt, securi, si typorum & formae elegantia oculos capiant; ex qualibet studiorum parte pro captu suo quid delibent; & hoc veluti lenocinio undecumque lectores alliciant. qua curatura sua dum quasi corpus quoddam junceum reddunt, & omnibus se placere student, multis specie imponunt, paucis satisfaciunt, nemini prosunt, & omnes eruditos, quotquot sunt humanioris elegantiae, ad summam indignationem concitant.

Ab illo literas tanta festinatione tractandi more licet numquam non animus meus abhorruerit, tamen hoc in loco ita mihi fere evenit, ut in hoc quod damnaveram, malum jocularium inciderim; namque etsi semper inter bonos cultae antiquitatis scriptores mihi versatus fuerit *Curtius*, numquam tamen eum ad praelum instruere animum induxeram. Sed deliberaturis de nova idonei hujus Scriptoris editione diligentissimo *A. Bemanno* & amantissimo mei *S. Luchtmanno* forte interveneram; cumque hi lubenti animo me in consilium admisissent, mecumque id communicassent, miratus illorum propositum non sine indignatione audivi, parari hanc editionem tralatitio more, & uti ad ipsos per manus ex Cl. BLANCARDI adparatu devenerat; nam quum, deficiente meliore, quam habuerant exemplarium copiam facile distraxissent, rem & sibi & publico gratam se facturos putabant, si qualemcumque quam citissime rursus praelo mandarent. Verum quum hoc modo indignissime cum *Q. Curtio* & optimis doctissimorum virorum in eum Commentariis actum iri ipsos edocerem, & de integro aliam ineundam esse rationem admonerem; nempe integras praestantissimorum, vel saltem non decurtatas observationes esse congerendas, & ita omnia concinnanda, ut qui ad *Curtium* legendum accederet, haberet omnia explanata; aut qui paratior eumdem consuleret, conspiceret uno volumine omnia, quae umquam Viri doctissi-

 mi

mi ad eum illustrandum emiserant, nec quis desideraret quidquam aliunde petendum, aut anxius haesitaret, numquid alicujus momenti, quod in rem suam faceret, in *Curtium* foret notatum, quin oculis suis subjectum statim adverteret. Proinde novo adparatu, ampliore forma, hanc instruendam editionem, detergendas nugas, phaleras inanes amovendas, & ridicula picturarum commenta, quibus antecedens librarius illuserat, amandanda, vel saltem nulla figurarum blandimenta, nisi quae ex antiquis monumentis desumpta forent, adhibenda. Quumque eam optimam esse rationem facile evicissem, ut ego hanc curationem susciperem urgere non destiterunt. Quid multa: *Luchtmannus* noster, pro illa, qua apud animum meum merito suo plurimum valet, spectata dudum familiaritate invito extorsit, ut meam diligentiam & attentionem, quam unicam exigebat, addicerem. Atque eo etiam minus hanc operam detrectavi, quod tanta optimarum rerum farragine haec auctum iri praevidebam, ut majore cautione opus esset in discernendis iis, quae amittenda essent, quam in cura sollicita, unde nova huic editioni compararetur accessio. In hoc ergo laboravimus, & omnem curam nostram collocandam esse existimavimus, ut textus ipse Q. CURTII ad fidem MSS. Codd. adcuratissime collatus ederetur; neque ullius conjecturae aut emendationes, utcumque probabiles, in eum reciperentur, aut in eo quidquam mutaretur. Ad hoc adhibuimus primam doctissimi J. FREINSHEMII editionem, quam omnium emendatissimam cognoveramus; neque umquam ab ea seduci nos passi sumus, nisi si forte quid in ea, ut in ceteris eam sequentibus, operarum negligentia omissum, aut manifeste vitiosum foret deprehensum. quod tamen & raro factum, & de quo suis locis Lectorem admonuimus. Variantium deinde Lectionum habendam esse rationem censui, quarum Libellum ad finem editionis suae adjecerat diligentissimus *Freinshemius*, eum nunc ipsi textui subjunxi, expertus aliquoties, quantum molestiae creari soleat illi, qui locum, de quo ambigit, cum aliis editionum lectionibus compositurus continuo à capite ad calcem versare librum, & sic taedium geminare cogitur. Ac ne delicatis hujus saeculi expurgati stomachis nauseam moverem, eas separandas à notis reliquis duxi, ut earum studiosus uno conspectu parata haberet, quae vellet; & qui hoc nomine ipsam Criticen damnant, quod multa sibi non profutura legere cogantur, unde percipiant nihil, missa facere haec sine suo incommodo, & aliis relinquere possent.

Multa quidem ex his lectionibus omitti potuissent, ut manifesta ludentis calami, oscitantis librarii, aut negligentium typothetarum σφάλματα, sed in his praeiverat Cl. *Freinshemius*, & ego fidem datam praestare debui: ac proinde in reliquis, quae ipse oculis meis percensui MSS. eadem semita ingrediendum mihi esse duxi, ut meam quoque in minimis diligentiam & attentionem probarem ac testatam facerem. Namque ab Illustrissimis Academiae Lugduno-Batavae CURATORIBUS eorumque Collegis Amplissimis hujus urbis CONSULIBUS mihi potestas facta est inspiciendi & tractandi omnes, quos exhibebat Bibliotheca Publica sive Codices MSS. sive quascumque editiones aut adparatus in hanc editionem utiles, ex quibus unum Codicem quadrata forma antiquissimum, optimae notae, charactere paullum obsolescente, ex Bibliothecae Veteris thesauro; duos alios, quorum prior antiquus sane & minime negligendus, posterior recentiori manu sine indicibus, tum siglis etiam & syllabis contractis aetatem suam non mul-

multum remotam prodebat, ex VOSSIANA acceſſione nactus ſum. Quos Codd. omni cura recognovi, & reliquis variantibus intermiſcui his notis: Leid. Voſſ. 1. & Voſſ. 2. quae *Leidenſem* codicem, *Voſſianum primum* & *ſecundum* deſignant.

His bene de me meritis Dominis ſe adjunxit Vir noſtro praeconio longe major, & non uno mihi ſuſpiciendus nomine, in adjuvandis vero literarum & humaniorum diſciplinarum ſtudiis publico adplauſu digniſſimus PETRUS BURMANNUS, qui ultro ſingulari benignitate atque erga nos benevolentia obtulit *Q. Curtii* editionem Venetam minori forma, qua uſus erat Nobiliſſimus NIC. HEINSIUS, ad cujus marginem Vir ille magnus, in hac ſtudiorum parte verſatiſſimus, & vix cum ullo comparandus, adnotaverat praeter duorum Codd. MSS. Collationes, etiam Lectiones & Emendationes ſubitarias ſuas, ſed ita ſcriptas, ut facile adpareret privato uſui deſtinatas & memoriae gratia ad attentiorem curam aut largius otium reſervatas. Nuſquam enim indicavit, unde hauſerit eas variantes Lectiones, quum ex adjectis literis Fl. de iis ipſi conſtaret. Sed ex recenſione noſtra obſervavimus ipſum uſum etiam fuiſſe Leidenſi Codice noſtro, non tamen ad finem uſque; forte quia illi ejus copia ſemper aderat. Alterum fuiſſe illum praeſtantiſſimum Codicem Florentinum Mediceae Bibliothecae haud ambiguis ſuſpicionibus conjectavimus, quoniam literae initiales, quas prae ſe ferebat manus ejus, ſic ſatis adjuvabant, & in omnibus locis illis, quos tanta laude praedicat cultae ille Latinitatis inſtaurator J. FR. GRONOVIUS, animadvertimus eaſdem illas eſſe, quas ipſe ab HEINSIO habuit, Lectiones. Ne tamen vel minimum in his mihi ſumpſiſſe videar, eaſdem quas ipſe ſibi ſervavit literas Fl. adſcripſi, & has Lectiones Viro illi ſummo deberi ſciat Lector. Quod attinet ad emendationes, quas ad marginem memoriae cauſſa adleverat Vir ille perſpicaciſſimus, iis addere aut detrahere religio fuit; loca tantum ex aliis Scriptoribus indicata adſcripſimus; quamquam ſane videbam nonnulla eſſe, quae nec ipſe agnoſceret, nec ſic edi vellet. Verum ſi quis ex hujus aevi βιβλιομανέσι has reliquias tanti viri cum ipſis his lituris ineditis ſibi comparaſſet; quo pretio illas non aeſtimaviſſet? nunc autem in publicum editas ita habeat quiſque, ut tamquam κειμήλια invito aut inſcio ſubrepta ſervet, quae ipſe ſi licuiſſet per otium fuiſſet inquiſiturus, tunc autem è re praeſenti memoriae cauſſa adnotaverat. Male autem erit factum, ſi quis Virum hunc acutiſſimum ita plane ſenſiſſe credat; aut humanitatis oblitus, ſi forte rem ipſam non putavit, ideo exagitet quidquam, quaſi tanti viri ingenio non ſatis dignum. ſic enim optimo merito illam *Bongarſii* aliorumque cauſſam agit doctiſſ. *Freinshemius* ad hunc *Curtium* noſtrum l. VII, 6, 11. Proinde Cl. PETR. BURMANNO, qui eas cum republica literaria communicare, & hanc mihi facere copiam amiciſſime voluit, publico nomine magnas ago gratias, & majores habeo, certus ex hoc munere huic editioni praecipuos ornatus acceſſiſſe.

Ypereſſe etiam in *Q. Curtium* adnotata viri ſummi J. FR. GRONOVII mihi perſuadebam, nec defuiſſet etiam hac in parte doctiſſimus & humaniſſimus ABR. GRONOVIUS, in promovendis Avitis & Paternis lucubrationibus paratiſſimus, ſi eas à blattis vindicare potuiſſet; eamque operam mihi benigniſſime pollicitus nihil aliud ſe reperiſſe veſtigando teſtatus eſt, quam MODII editionem poſteriorem, in cujus margine ipſius GRUTERI manu variae Lectiones adnotatae fuerant, quas ex hoc ipſo libro doctiſſimum SCHRAGIUM extraxiſſe etiam

in fronte libri meminerat, (vide *Freinshemium* in Catal. Exemplarium *Curtianorum*) eas tamen cum editis contulimus, & ex iis nonnullos errores inlapsos correximus, sed libro demum sexto inchoato, quo tempore in manus nostras pervenit liber. Id scire juvit, has variantes Lectiones ad *Modii* editionem fuisse adscriptas, unde correctiones nonnullae ortae, quas aliae habebant editiones omnes, quia plurima immutavit in ipso textu, more illius temporis satis usitato inter doctrinae Epoptas, *Modius*, quod etiam in ipsis variantibus notis aliquando admonuimus.

Neque his adjungere neglexissem ea, quae MERICI CASAUBONI nomine in Bibliothecae Lugduno-Batavae Catalogo laudantur in *Q. Curtio* notata, si in usum nostrum convertere potuissem. Sed quum vix quidquam continerent praeter varias Lectiones reliquarum editionum, sine ulla cujuscumque MS. mentione, aut sparsas hic illic ex aliis scriptoribus Latinae locutionis formulas, quarum plerasque tamen legere aut divinare non poteram, *Freinshemium* haec jam occupasse censens, seposui Bibliothecae potius venerandum, quam in publicum emittendum monumentum.

Id unum aegre tuli me prae manibus, & in tanta omnium fere librorum quotidiana prostitutione non habuisse copiam *Curtianae* editionis ab *Ant. Gryphio* Lugduni anno 1580. procuratae, quam meminerat in notis *M. Raderus*, & laudaverat in *Schediasmate de Libris Anonymis* p. 127. doctissimus HEUMANNUS, ut ex ea varias Lectiones ex vetusto Codice *Benedicti Theocreni* ad marginem adspersas exscriberem, & hic inter variantes exhiberem. Sed librum videre mihi non contigit, ut id unum in his merito desiderari doleam.

Haec ferme sunt à me conquisita, aut aliorum beneficio ad hanc editionem commendandam collata; in reliquis hunc modum adhibui. ERASMI & HUTTENI Flores notarum vices non explebant, atque eos in indicem congestos facile sentiet, si quis eorum cupidus accesserit. HENRICUS GLAREANUS omnium primus videtur CURTII fidem in dubium vocavisse, & acriorem in eo notando censuram exercuisse. Et sane longe plures, quam profecto erant, in eo animadvertit errores; sed quod primis haud raro commentatoribus evenire solet, in plurimis ipse hallucinatus; ideoque maximam partem omisimus, nisi quatenus aut *Modius* aut alii advocarent, aut reprehenderent. Quamquam eum in hoc tamen laudandum potius, quod praeiverit, quam vituperandum, quod humanitus passus sit, judico. Non ita censuit FRANCISCUS MODIUS, qui *Glareanum* sannis atque dicteriis ubique insectatur, & arcessita passim mordendi varietate in illo stylum exercuit, hoc eventu, ut eodem cachinno, quo ille antecedentem sibillabat, à subsequente *Acidalio* fuerit exceptus. Illud mirum videri possit, MODII notas ab omnibus editoribus postea fuisse praetermissas, quum ex eo genere sint, quas merito quaerat bonarum literarum amans lector; quippe breves & ad *Curtianum* contextum fulciendum aut adserendum ex MSS. vel ingenio compositas, tanto quidem fastu & arrogantiae fiducia, ut saepe aeternam animae salutem depaciscatur pro lectione unius loci, in quo tamen ipsum toto aberrare coelo manifestum est. Quod vehementi animi ardori, & studii zelo, aut ingenii acrimoniae largiremur, & boni consuleremus, nisi eum de divinis horrenda sensisse contenderent alii, qui illius caussa scriptam volunt gravem illam *Justi Lipsii* epistolam in Cent. 11. ad Belgas Ep. 26. In eo certe peccavit *Modius*, quod ea, quae ipsi ex Codd. suis, aut conjecturis certa videban-

bantur, in textum ſtatim admiſerit. Sed ita invaluerat mos illius temporis, & hi quaſi bonarum artium Σωτῆρες has aliis leges, hoc ſibi jus praeſcribebant, ut ex ſuo ingenio reſtitutos Scriptores veteres emitterent, & ſic ſexcentis locis emendatos jactarent, quum eoſdem ſaepius depravarint, & viris doctis, ſed prudentioribus, perpetuo moleſtiam crearint: ut infinitis exemplis ex *Pigiana Valerii Maximi* editione in nova, quae nunc ex Clariſſimi JAC. PERIZONII legato ſub praelo ſudat, & brevi longo omnium doctorum deſiderio ſatisfaciet, declarabit vir doctiſſimus, & amantiſſimus Collega meus ABR. TORRENIUS.

CURTIUM ex editione VALENTIS ACIDALII memorant quidam, ſed praeter ANIMADVERSIONES ejus ſeorſum editas, videre mihi non licuit, & vix eſt quod dubitem, quin hae ſolae ſint ab ipſo in lucem emiſſae, neque umquam repetitae, quoniam continui Typographi cum eo queſtus, quaſi operam luſiſſet, quia non ſatis feſtinata aviditate diſtrahebatur libellus, ſatis declarant, eas pulveri potius, quam praelo iterum commiſſas fuiſſe. Doctas tamen has eſſe & ſalis plenas inficiabitur nemo, in quibus MODII vehementia ſaepe retunditur, caſtigatur, retorquetur, ſed in quibus acre ejus ingenium ſaepe plus vidit, quam pateretur *Curtius*; & aliis deſtitutus ſubſidiis vehementi acumine, quo effervebat juvenis, genio indulſit; & ſic tamen *Curtium* multis in locis in integrum reſtituit. Has *Animadverſiones* integras ſubjecimus, quae ſine praemiſſis *Modianis*, quas inſequitur paſſim, minus lucis haberent. Singulis libris ille quidem Epiſtolam Nuncupatoriam ad Patronum quemdam praemiſerat, ſed has omiſimus, ea, quae ad *Curtium* faciebant, teſtimoniis de hoc Auctore noſtro inſeruimus.

TITUS POPMA, *Auſonii* frater, etiam quaſi in uſum *Heſſeli* filii non ſpernendas in Q. CURTIUM edidit notas; quibus JOH. LOCCENIUS breves alias ſubjunxit, quas nos adhibuimus, omiſſis aliis pleriſque, quas ex civili prudentia & exemplis recentioribus deinde auxit *Loccenius*, quae hujus loci non eſſe, quum jam mole laboraremus, videbantur.

Ingens volumen Commentariorum in Q. CURTIUM conſarcinavit MATTHIAS RADERUS, varia quidem doctrinae copia, & quolibet adparatu, ſed ut in talibus fieri ſolet, ex *Lipſio*, *Briſſonio* aliiſque per quamcumque cauſſam, dummodo eruditionem etſi loco alienam praeferant, congeſto: ex quibus ſelegimus ea, quae vel receperat doctiſſimus *Freinshemius*, vel quae ad Latinitatem, & ſingulares loquendi uſus probandum, aut ad alia quaecumque utilia & apta adparebant. *Proluſiones*, in quibus & de CURTIO & de ALEXANDRO MAGNO multis egit, contraxerat idem *Freinshemius*, quae quum ſatisfacere omnibus poſſint, in iis adquievimus.

Colophonem autem addere huic editioni mihi viſi ſunt Commentarii JOH. FREINSHEMII, quo nemo melius de ullo veterum Scriptorum, quam hic de Q. CURTIO meritus eſt, cujus doctiſſimi labores tam varia ex omni eruditione copia inſtructi omnem numerum abſolvunt, adeoque omnibus ſunt probati, ut ſi hos ſolos admiſceremus, non ingratam fore etiam hanc operam exiſtimaremus. Ingentem hic teſtium, qui hos ſuis laudibus extulerunt, numerum advocare poſſem, uno ero contentus, ſed qui optime de iis judicare poterat, & cujus fides nemini humanioribus literis iniato dubia erit, *Tanaq. Fa-*

bro, qui Epiſtolarum l, 1. ep. 51. ſic de illo notat: *Librum commentarium, quem in* Curtium *edidit vir praeſtantiſſimus* J. Freinshemius, *legimus; nullam umquam bonarum rerum meſſem uberiorem videor vidiſſe; nullam latius patentem omnigenorum librorum lectionem; opus haud dubie ultima poſteritate dignum.* Itaque hos, quantum potuimus, integros dedimus. Sed quum per ſe ſatis magnum implerent volumen, & tamen aliis poſterioribus locus eſſet dandus, qui diverſa ab illo ſenſerunt, quive aliam quamdam partem illuſtrarunt, aut adverterunt, interdum omittere quaedam, quamquam inviti, debuimus, ſed in iis aut nos fefellit judicium noſtrum, aut nihil, quod ad *Curtii* intelligentiam faceret, praetermiſimus. *Raderi* interdum notas, quas *Freinshemio* ſuis permiſcere viſum fuerat, ubi aliter fieri non poterat, abſcidimus; aut ſi ulterius procedendum erat, exempla recentiorum, aut aevi poſterioris abeſſe ſatius duximus, aut etiam, ſi quae abunde à doctiſſimo *B. Briſſonio*, in libris *de Perſarum regno*, ſine quibus hunc Noſtrum intelligi non poſſe credo; quique omnium doctorum manibus teruntur, fuerant expoſita. atque ea omnia in limine maxime operis: nam ſimul atque vidimus ſpatium permittere, ut plura adderentur, detrahere ei nihil voluimus, etiam ex iis, in quibus eruditionis major laus, quam *Curtio* deſiderata adparebat opera.

Quae vero notae in uſum Sereniſſimi Galliarum DELPHINI concinnatae dicuntur, & hoc nomine ambitioſa oſtentatione circumferuntur, perraro à Viris vera eruditione imbutis ſunt laudatae; quippe quae ita omnium obſervationes, judicia & ſententias commentatorum permiſcent & pervertunt, quae tantum non pro ſuis venditant editores, ut quid cuique debeatur diſpicere haud facile poſſis; ac proinde eruditis, qui ſuum cuique tribuere ſatagunt, uſui non ſunt, tyronibus etiam elumbi ferme interpretatione valdequam nocent, qui relicta puriori Latinitatis elegantia, & culti ſermonis venuſtate, quae *Curtii* non ultima laus, ad ea, quae commodioris ſunt intellectus decurrunt; & ſic ea, quae primum erant agenda, negligunt. Quidquid tamen horum talium non infimus interpres doctiſſimus M. TELLIERIUS de ſe ad CURTIUM largiri viſus eſt, non amandavimus, aut illi invidimus, ut nullus locus in CURTIO, cui quis manum attuliſſet, medicina ſua aut indicio noſtro caruiſſe diceretur.

Etiam in *libro Academicarum Lectionum* in forma, uti vocant, octava Hamburgi impreſſo anno 1675. J. SCHEFFERUS edidit *Animadverſiones in* Q. CURTIUM non indignas, quae his accenſerentur, tum quod breves ſunt, & de ipſa lectione aut locis controverſis ut plurimum agunt, tum quod numquam cum ceteris junctae prodierunt, ut ſic quaſi novae in hac editione adpareant.

Denique acceſſit in his literis celebratiſſimus, & doctiſſimus CHRISTOPHORUS CELLARIUS, qui in uſum ſcholae ſuae & ſtudioſae juventutis cum notis ſuis Q. CURTIUM edidit Lipſiae anno 1691. quas unde hauſerit, ſaepe adparebit ex iis, quibus quaſi ſuccenturiatus accedit, in quibus interdum, quum aliorum commenta commode contraxit, eum ſubſtituimus, adjuncta admonitione; in paucis, ubi alios de verbo ad verbum expreſſit, omiſimus, ne repetita lectione nimium fatigaremus Lectorem.

De ceteris, qui hanc nobis penum inſtruxerunt Viris doctiſſimis nihil eſt quod hoc loco moneam, quoniam ſingulis, unde arceſſiverim, ſua aderit nota, ne quis ea nominatim in hunc Auctorem ſcripta praeſumat.

At vero ne opineris B. L. nos fugiſſe, quia nuſquam in toto hoc opere memorantur,

tur, PHIL. CAROLI ANIMADVERSIONES IN Q. CURTIUM. Non facere eas ad *Curtium* intelligendum putabam; nam ex *Brissonio* & *Freinshemio* similem doctrinae materiam acervatim colligere copia est; & Commentariorum vicem occupare non poterant Dissertationibus propiores *Discursus*, ideoque illarum hic nullam habere potuimus rationem.

Unius literis ornatissimi Viri S. PITISCI nullam factam esse mentionem, neque illum in his titulum tulisse mirabitur non nemo, & quod ne minimam quidem symbolam ex tanto notarum, quas in *Curtium* edidit, adparatu, huic nostro undique congesto adsperserimus. Duplex illius ratio fuit; Nempe iste apud hujus saeculi αἰσχροκερδεῖς librarios invaluit mos, ut si quid à viro docto, aut quocumque alio modo acceptum typis exscribendum sibi sumpserint, in id tantum sibi juris adserant, ut statim de injuria expostulent, & vindictam minentur, si quis alius ex his quidquam etiam in usum publicum adhibere velit; atque ita illi ipsi, per quos plurimum promoveri deberent literae, iisdem maximo plerumque sunt impedimento. Quod hac in parte nobis accidit. sed commodum evenit, ut iis facillime careremus, quoniam ad ea, quae nos in *Q. Curtio* illustrando quaerebamus, parum faciebant; siquidem omnem illam doctrinam, quae de vera lectione & ipso scriptoris contextu nimium laborat, eumque ex variarum lectionum comparatione expurgandum, & suo loco restituendum judicat, non modo negligit & contemnit, sed fastidit plane, seque ab ea ratione abhorrere in Praefatione sua testatur *Pitiscus*, id unum agere contentus, ut vernaculis plerumque interpretationibus, & adcitis aliunde formulis juventuti scholasticae consulat. Quod an recte factum, hoc loco inquirere animus non est, nunc tantum cur his interesse non potuerint, caussam dicimus.

Eadem illa Librariorum μικροψυχία nos coëgit abstinere manus ab notatis in Q. CURTIUM à viro Clarissimo & doctissimo J. CLERICO; nam si licuisset, verba sententiasque ipsas exposuissemus, quibus ille *Judicium* suum de *Q. Curtio* ornavit; nunc autem ad omnem effugiendam controversiam locum libri, qui omnium manibus tractatur, indicasse suffecit. Valdequam autem abusus est otio suo, quo abundare tamen non videtur Vir in omni studiorum parte & disciplina occupatissimus, eo, quod ad calcem *Artis suae Criticae* edidit de *Q. Curtio*, *Judicio*, in quo hunc Scriptorem nostrum ut omni ingenio, judicio, scientia, fide, venustate vacuum ac destitutum tot & tantorum errorem atque hallucinationum reum peragit, ut ineptos dicas, qui ullum antea in eo legendo tempus collocarint; stultos vero & insanos, qui posthac de cura ei adhibenda cogitent, quum has *Alexandri* historias ex illius viri Clarissimi judicio vix Milesiis fabulis componendas putes. Quem si roges, *cui bono?* simpliciter Logicae veritatis studium praeferet, & hoc velamento ambitiosam in quolibet studiorum genere regnandi circumdabit aviditatem. Neque eo dico, ut Virum toto literarum orbe celeberrimum, cujus variam eruditionem, perspicuitatem, & facilitatem in scribendo mirari soleo, merita sua laude fraudari velim; namque Vir ille Cl. si uni disciplinae se totum dedisset, facile omnium adplausu inter doctissimos principem occupavisset gradum: nunc cum in omnibus subtilissima quaeque commoveat, & de remotissimis ac difficillimis, quae praeter industriam & doctrinam, etiam incoctam postulant exercitationem & otium, praeceps ferat judicium, undiquaque doctissimos in se concitavit homines, qui dum singuli sua vindicant, in pluri-

rimis eum imparatum ab armis neceſſariis, & ſolo ingenii acumine ac ratiocinandi methodo nixum ſententiam dare è re nata, & ex leviſſimis velitationibus, raptim confectis, triumphum canere, & ſibi tropaeum ponere indigne tulerunt. Sed nos mittimus alios, de Q. CURTIO noſtro pauca ſubjungimus, quem tam indignis excepit modis Vir acutiſſimus, ut qui hoc ejus *Judicium* eo animo, quo nunc haec talia leguntur, admiſerit, cur poſthac *Curtium*, nihili ſcriptorem, inſpiciat, operae pretium nullum videat. Neque id eo factum, ut doctos & ad *Curtium* tractandum adcinctos, quaſi inſcientes admoneat: nam quae ignoravit temporum vitio, vel in quibus Graecos ſuos auctores ſecutus Noſter erravit, ſive in Geographicis confundendo mare Caſpium cum Euxino, Paropamiſum cum Caucaſo, Tanaim cum Jaxarte, unde tum alii nati errores, ſive ſinum Perſicum pro Rubro mari, quod plerique alii ante ipſum fecere (vide la Cerda ad Virg. l. 3. Georg. vſ. 356.) ſive aliis hiſtoriae partibus ſuo quaeque loco adnotaverunt doctiſſimi Commentatores, neque eo nomine ei pepercerunt. Sed tantum ut blandae aliorum inſcitiae velificatus ſcriptorem elegantem iis deridendum praebeat, qui bonarum artium ignari, & his aliorum plumis ornati ſe doctis permiſcent gregibus, de ſcriptoribus, quos numquam fere oculis luſtrarunt, ſententiam ferunt, atque ita populari jactatione probati, quam non habent mentiuntur eruditionem. Atque haec calliditas, qua res veſtutate robuſtas calumniando pervertere ſtudent hi elegantiarum Arbitri, ita hodie invaluit, ut Antiquorum vindiciae ad paedagogos & ludimagiſtros, inſcitos & ruſticos homines, amandentur, ablegentur; dum hi homines novi venuſtiores ſuos alumnos à teneris unguiculis in horum odium deformant. Qua in parte etiam labor & taedium diſcendi & tractandi talia illorum diſertam reddidit negligentiam. Sed manum de tabula: & de his dabitur forte alias commodior dicendi locus: nam ſi hunc Scriptorem noſtrum in uſum ſtudioſae juventutis minori forma cum variantibus tantum lectionibus edere lubeat, Praefationis loco haec vindicari poſſent, & an à *Curtio* in ſcholis auſpicandum ſit, diſputari: nunc artiori ſpatio ſecluſi ab his CURTIUM liberare non licet. Et ſane ſatisfecit huic argumento vir ſummus JAC. PERIZONIUS, in *Curtio Vindicato*, qui ab his cavillationibus eum in integrum reſtituit; cujus argumenta hic exſcribere animus non eſt, dignus eſt enim libellus, qui varia ad hanc doctrinam pertinentia complectitur, ut omnium manibus verſetur. Nos vero omnia, in quibus cauſſa CURTII agitur, ſuis locis ex eo adnotavimus, & in eo bene meriti eſſe de Scriptore noſtro, quum horum copiam fecimus, nobis videmur. Repoſuit quidem Vir Cl. nonnulla adverſus clariſſimum *Perizonium* in *Biblioth: Selecta tom.* 3. *art.* 3. Sed quum Gallico ſermone ea deſcribere maluerit, nos in Latinum convertere noſtri muneris non eſſe duximus, & illa Gallicanae venuſtatis ſtudioſis, qulbus placere honeſta ſc. oratione ſtuduit, largimur, indicaviſſe contenti. Id unum non niſi iniquo animo ferri poſſe videatur, quod cum ampliſſimus ingenio & doctrina maximus JOH. GEORG. GRAEVIUS in eruditiſſima ad FLORUM Praefatione quaedam orationis & ſtyli μετέωρα in illo Scriptore notaverit, quae deinde inſigni & temerario auſu ut optima adſeruit Conſiliarius Regius & Berolinae Bibliothecae praepoſitus L. BEGERUS; Vir Cl. quaſi pari gradu in *Curtio* incedat, & eamdem ſibi de hoc Scriptore laudem adſcribat, quam ab omnibus puri & ornati ſermonis cultoribus ſuo merito conſecutus

tus est praestantissimus *Graevius*. Ut sic callide & vafre, quasi nihil tale cogitans, omni humanioris doctrinae cultu expolitum PERIZONIUM, si diis placet, cum audaci, & parum exercitato BEGERO componat. Quae si quis mutato nomine retorserit, aequius de his existimasse censebitur. Vide *Biblioth. Antiq. & hodiern. tom.* 18. *part.* 2. *art.* 6. p. 384. & seqq. & Virum hunc Cl. qualibet adfectata occasione sibi plaudentem, ac perpetuo suam laudem alieno praeconio admiscentem uno ex aliis quam plurimis exemplo metire.

Accesserunt etiam his curae doctissimi CHRISTOPH. AUG. HEUMANNI è libello, cui *Parerga Critica* nomen fecit, in quo multa Q. CURTII loca tentavit, restituit, illustravit, quae nos singula suis locis adsignavimus; & ignoscet, spero, Vir literatissimus & humanissimus, si in nonnullis in aliam discesserim sententiam, quum hoc unum studuerim, ut Noster adjuvaretur, & paucissimis absolverem. Namque etiam multa supererant, quae ex variantium lectionum admonitu in utramque partem disputari potuissent, si aut cogitandi aut describendi spatium esset relictum. Sed sic alia insistendum fuisset via; quippe quum ob nimiam molem & copiam Commentariorum inviti quaedam omittere & recidere cogeremur, indignum visum fuit, si nostra jactatione intumesceret volumen, ideoque hac in parte parcissimi, & brevitatis studiosi fuimus, ut nobis gratiam faceret lector de iis, quae hic illic adlevimus, quum nostra cautio fuerit, ne illi à nobis longum crearetur taedium.

Hactenus de notis & Commentariis aliisque suppetiis huic Editioni additis. Quae praemissa sunt, de Aetate, Stylo, Editionibus, Alexandri vita diligentiae FREINSHEMIANAE debentur, quibus sine ostentatione intermiscuimus, quibus ea augeri posse opinabamur.

Ad SUPPLEMENTA librorum deperditorum quod adtinet, sunt, qui eos libros à QUINTIANO STOA suffectos & suppositos scribant. Sed an ille Auctor sit futilium illarum nugarum, quae impressae sunt Venetiis, & de quibus ad cap. 3. Praemiss. de Exemplar. Curt. monuimus, nescio; alios enim exstare typis descriptos non puto. Nunc autem inter omnes satis constat, primum, qui supplementis *Curtium* auxit, fuisse CHRISTOPHORUM BRUNONEM, *juris utriusque licentiatum*, *ejusque ac bonarum literarum Professorem Monaci*, *in schola poëtica*, ut ipse de se testatur in Epistola, *Nuncupata Illustrissimo Principi ac domino Alberto Comiti Palatino Rheni*, *utriusque Bavariae Duci*, quam praemisit editioni suae ex Officina Frobeniana anno 1545. in Folio. Ut mirum sit, exstitisse viros doctos, qui illorum auctorem ignorari scribant apud *Placcium*, *Theatr. Anonymor.* p. 274. Doctissima autem J. FREINSHEMII *Supplementa* omnium laudem & suffragia abstulerunt, adeo quidem, *ut optabilis propemodum haec Q. Curtii jactura*, *quam ille tam opportune resarserit fuisse videatur* TELLIERIO. Breviora tamen & ex his contracta suis editionibus praemisit CHRISTOPH. CELLARIUS; nos omnia conjunximus, ut Primo, qui huic damno subvenerat, suus servaretur honor; eruditione *Freinshemii* fruerentur boni; & ut festinantes taedio absolverentur; denique ne quid à quoquam hic desideraretur.

Nunc te dimitterem, B. L., nisi de Figuris hîc admissis verbo monendus esses. Quum novissimus Editor Lugduni in Batavis, emptam sibi Blavianam editionem Amstelod. anni 1684. novo titulo ornaret, ut de integro repetita lucem adspicere videretur, his figuris ita eam transformavit, ut multi eam recens editam cre-

diderint, & scripserit etiam accuratissimus *J. A. Fabricius.* Hanc quum nostri aere suo sibi comparaverant Bibliopolae, haud aequis oculis adspiciebant, eam impensam penitus interituram; illis itaque morem gessi, & ita convenit, ut ablatis iis, quae sine ulla arte aut venustate ex recentiorum commentis efficta, & operarum negligentia depravata vix pueros oblectare possent, hinc ablegarentur; reliqua, quae ex Antiquariorum monumentis compilaverat, quorum pleraque usui esse possint, insererentur; quae unde sint petita hic subjungere placuit. Nam quum ea praetermittere animus esset, nihil de iis in notis admonuimus. *Alexandri* effigies ex nummis Ursini & Thesauro Numism. Palat. Begeri. Ex iisdem sunt nummi, qui *Philippum* referunt. Ex Bellorii imaginibus desumti sunt effigies *Aristotelis* & *Homeri.* Nummi, qui referunt *Marsyam* & *Lycum* fluvios, ex Morelli Specim. Tab. XI. *Midae* facies ex Sponii Miscellaneis p. 130. accesserunt. *Plaustri* & *Jugi* figura ex Columna Trajana Tab. 41. *Thessali equites* ex Thesaur. Palat. Begeri p. 262. & Goltzii Graecia tab. 21. *Cydnus* ex Morell. Spec. Tab. XI. *Bacchi chorus* uterque ex antiquitatibus Romanis Tab. LIV. & LV. de quo tamen peculiari Dissertatione acute & docte nuper tractavit *Christian. Godlib. Schwarzius*, Prof. Pub. in Acad. Alfortina, in Miscell. politioris humanitatis, Norimberg. 1721. editis. *Hercules Tyrius* desumtus est ex Seguino p. 164. *Apollo Tyrius*, ex nummo Caracallae, venit à Vaillantio tom. 2. de Coloniis. *Jovis Ammonis* facies arcessitae sunt ex Patini Thesauro p. 151. & Morelliano Specim: Tab. XVI. tum ex Itinerario Wheleri num. 15. quibus adjecimus effigiem, quam explicuit acutissimus Is. Vossius ad Pomponium Melam l. 1. c. 8. ut eam exhibuit illustrissimus E. Spanhemius de usu & praestantia Numism. Dissert. V. p. 350. in quarto. *Olympiadis* vultus est ex gemma Trajani apud Angelomium. p. 122. & Leon. Augustinum num. 76. *Camelos Dromadas* ex nummis Caracallae & Commodi edidit Thesaur. Patini p. 264. & 364. *Tropaeum Alexandri* exhibet Goltzius in Graeciae Tab. 31. *Rhinocerota* habet nummus ab Erizzo publicatus p. 163. *Seuthen* regem depictum videbis in selectis Seguini nummis p. 31. Quibus omnibus nos adjecimus tabulam exhibentem *rotas Falcatorum curruum*, ut notae adpositae intelligantur, prout eas effinxerunt M. Raderus, J. Schefferus, G. Stewechius ad Vegetium, & denique CL. J. Perizonius. Ex Blancardi autem editione unam sumpsimus Epistolam à viro doctissimo M. Z. BOXHORNIO ad eum datam, ad quam aliquando lectorem remiserunt Viri docti, quam, quod multa, quae ad Persicas voces à *Curtio* adhibitas pertineant, continet, huic Editioni adserere è re literaria fore censuimus. Indicem denique *Freinshemii*, soceri ejus BERNEGGERI opera locupletatum, hic illic implevimus, nec infiniti taedii labor nos deterruit, dum profumus. Atque ita curatam hanc Editionem usui publico & benevolentiae vestrae commendamus.

PRAE-

PRAEFATIONES DUAE JOAN. FREINSHEMII,

Quarum altera ipsi Curtio, altera vero Supplementis in illum in prima editione fuit praefixa.

AMPLISSIMO VIRO

JOACH. VICOFORTIO

EQUITI

JOAN. FREINSHEMIUS S. P. D.



Eprehensus subitaneo Bibliopolarum nostrorum ad nundinas Francofurtenses properantium discessu, intercepti, quo Tibi gratias agere constitueram, sermonis non aliud solatium habeo, quam ut hanc velut invidiam temporis vicissim patientia ulciscar; & tamquam ex inimico, sapientium virorum bene consulta sequutus, haud postremae notae hanc utilitatem capiam optimum putare quidquid evenerit, neque bona malave ducere, nisi quibus aut peccatum abfuisse constet, aut rationem. Enimvero quando neque diutius exspectationem eorum morari oportebat, qui promissi dudum Curtii fidem haud injuria exigebant; neque mihi quisquam temere retro dierum otiosus abiit: culpae suspicionem amoliri contentus, de fortuna queri supervacuum duco, cujus omne jus tantum in volentes esse, nescio qua face inter illas saeculi tenebras adlucente, jampridem severior philosophia sanciit. Neque sane, si bene rationem puto, nimia jactura, fortassis etiam nonnullo commodo, constare nobis poterit ista festinatio. Nam etiam otiosae praefationis haec nisi fallor praecipua futura erant capita: ut laudata benevolentia Tua, & quibus rebus nostrum in procudendis Auctoribus studium adjuvasses, pietatem, virtutes, eruditionem, benignitatem, magnificentiam, in rem publicam, inque literariam merita, denique dignitatem atque opes etiam tuas extollerem: ut deinde meam gratitudinem adprobarem: postremo etiam ostenderem, quid in hac editione quaesitum, quidque praestitum, & quid porro nobis animi sit, in exsequenda quam semel suscepimus, provincia. Haec inquam summa hujus epistolae fuerat: neque jam succurrit aliud cum iis quae dixi computandum: si quid enim praeterea accessisset, sententiolae puto futurae erant, & verba quae in speciem & ostentationem adornata censeri potuissent: forsan etiam, ut sumus homines, otio male usus, aut tacite in meas laudes, aut ne tacite quidem in aliorum insectationem luxuriante stylo prorupissem. Hoc igitur, quod circumflueret, nullo negotio possumus carere: illa vero non vana neque indigna relatu, sic quoque intelligentur, ex qualicumque quod feci, indicio. Quanquam, ut ad primum revertar, quis est, non modo nostrae conditionis hominum, sed omnino regum atque principum, qui te aut propter claritudinem non noverit, aut propter virtutes non suspiciat, aut propter officia non amet? Ut ita haec ipsa temporis angustia, qua in laudes Tuas ire prohibeor, imputare Tibi posse videatur, quod hominem eruditione facundiaque mediocri averterit, famaeque Tuae auxilio fuerit, ne impari commendatione tantum obsolefieret. Mihi quoque ipsi fortassis haud parum praestiterit. fieri enim potest, ut nunc amplius atque magnificentius de me sentiant homines, putentque si per otium licuisset, me ex dignitate argumenti omnia exsequuturum fuisse. Frequenter enim accidit, ut ii ipsi quos susceptum negotium ineptissimos arguit, suscipiendo maxime idonei haberentur. Igitur & mihi fortasse nunc licet, quantum ad istud, sub invidia praecipitati temporis, imperitiam infantiamque meam silentio protegere. Neque judicio Tuo angor; neque vereor, ut apud Te notam ingratitudinis incurram, quum & prius fassus sim, & nunc publice profitear, si quid hac editione Curtii studiis commodatum est, id omne deberi JOACHIMO VICOFORTIO, cujus ope consilio illam suscepimus: deinde

* quod

quod omnibus puto & ſermonibus coram, & epiſtolis abſens, ut debui, ſpopondi, id denuo pollicear, factis potius quam verbis (nam illorum ſemper majorem rationem habendam putavi) me oſtenſurum eſſe quam alte in hoc pectus hujus meriti gratia deſcenderit. Facta quod dixi, nemo ſic interpretetur, quaſi quidquam in poteſtate habere credam, quo Te demereri poſſim: non enim ita ſentio. ſed quia nihil tam firmum eſt, cui periculum non ſit etiam ab invalido (licet enim, opinor, Curtii mei verbis uti) non abſurde creditur, etiam maximis quibuſque interdum à multo inferioribus haud poenitenda beneficia poſſe tribui. Verum in haec talia maximum occaſionis eſt imperium; cui non deero, ſi ejus potiri detur. ſin, feram deſiderium ut potero, ſolaque voluntas etiam Tibi, ut nullus dubito, certe mihi ſufficiet. His ita mecum, ut in tanta feſtinatione diſputatis, inducor ut credam te non nolente quod ſupereſt temporis collocaturum eſſe recenſendis, quae in hac editione procuranda ſcopus noſter, quique ſucceſſus fuerit. Ad ſummam autem de ipſius operis aeſtimatione nihil habeo dicere, ſi non, eſſe, quale comparet in publico. nam & ſi quid praeſtitum eſt excuſatione dignum (nec enim ultra protenditur ambitio mea) per ſe arbitrabuntur qui poterunt; & ſi peritis diſpliceat, ego illud non fruſtra modo, verum etiam inepte commendavero. Ceterum partium ejus haec eſt ratio. Quum in duo volumina totum opus tributum ſit, hoc quod ordine atque dignitate prius eſt, ipſa Curtianae hiſtoriae fragmenta; deinde lectionum variantium Syllogen; tum Supplementum novum; denique Indicem ad univerſum opus pertinentem complectitur. Commentarius alterum volumen implet, & propria praefatione, quid in eo concinnando conſilii nobis fuerit, exponit. Confectus autem eſt omnium primus, ea mente, ut dum in eo occuparer, ipſe Curtii textus, quae praecipua operis portio cenſeri debet, mihi tanto familiarior redderetur, atque inter quotidianae tractationis uſum facilius ego deprachenderem, ſi quae in ipſo haererent ſordes, quae aut librorum, aut etiam ingenii certa ope, repurgari poſſent. Igitur in eo diligenter fuimus, & niſi valde fallor, multis locis meliorem exhibemus. Excuſus autem eſt eo ornatu, quo ex inſtituto Soceri mei Amantiſſimi, MATTHIAE BERNEGGERI, quem ante hos quadraginta dies rebus humanis DEUS exemit, ceteri quoque Auctores, qui ab alterutro noſtrûm ſunt editi, conſpiciuntur: quoque in recenſendis, quos porro, ſi DEUS adnuat, daturus ſum, uti conſtitui. tanto magis quod non ad uſum modo pleriſque, ſed proxime in accurata Corn. Nepotis editione, etiam ad imitationem placuit Viro Clariſſimo, mihique amiciſſimo, JOH. HENRICO BOECLERO, qui poſt aliquot annos Eloquentiae, nunc etiam Hiſtoriarum Profeſſionem, non citra magnum Argentoratenſis Urbis Academiaeque ornamentum ſuſtinet. Variae Mss. lectiones fide eorum nituntur, quorum beneficio ad nos pervenerunt. Multis ea cura faſtidioſi laboris atque etiam inepti videtur: à quibus haud diſſentiam, niſi non omnino inutilem fuiſſe, nonnulla Curtii loca variarum ope reſtituta teſtabuntur. In Supplemento atque Indice non licuit eamdem diligentiam adhibere. Urgebar enim penuria temporis, & ſubinde incidebant alia, quibus abrumpebatur intentio mea, cujus deinde damnum, non alia quam contraria maxime ratione, feſtinando, penſari poterat. Itaque quum illud Supplementum quantum poſſem elaboratiſſimum dare decreviſſem, eo redactus ſum, ut praeclare mecum actum putarem, ſi paulo melius efficerem, quam illud erat, quod vulgo circumferebatur ex Juſtini Diodorique & Arriani diverſis quandoque narrationibus, ſine idoneo delectu atque ordine unum in corpus conflatum. Ut non verear ne quis mihi me blandiri dicat, ſi me quod dixi adſequutum confidam. Quamvis item ſingulas ſententias non ut optaveram expendere, & verbis Curtii non indiligentem lectorem haud dedecentibus exprimere potui: in materia certe conquirenda non ſegnis fui, ſed omnes Auctores, quos nanciſci erat, ex quibus operae pretium ſperabam, percucurri: ſuis quaeque temporibus adſignavi: quae pugnare videbantur, ſi qua poteram conciliavi: in ceteris probatiores auctores antehabui: interdum neminem unum ſequutus ſum, ſed ex omnium collatione, ipſarumque etiam rerum comparatione poſui, quod ſimillimum vero videbatur. Auctores unde petita ſunt, in margine paginarum indicavi, adjectis etiam librorum capitumque numeris. licet enim quibuſdam ſufficiant Auctorum nuda nomina; alii ſcire volent qua fide, quoque judicio in illis verſatus ſim. Ubi res nota & vulgaris tradebatur, unum aut alterum auctorem adduxiſſe ſatis habui. Quandoque autem etiam quos non probarem, adpoſui, ut judicio, non ignorantia eos inſuper habuiſſe conſtaret. v. g. lib. 2. c. 5. num. 8. Diodorum, fidum alias & diligentem hiſtoricum. Plutarcho enim ob inſigne illud γνώρισμα apophthegmatis ab Alex. inter id negotium prolati, non prima luce ſed ſub veſperam Granicum à Maced. tranſmiſſum credidi.

di. praesertim quum Arrianus eadem traderet. Quia vero, ut dictum est, Auctores ex quibus singula deprompsi professus sum, absurde fecisse videri possum, qui sic historiam hanc concepi quasi à Curtio traderetur: quum tamen constet Auctorum istorum plerosque post Curtium vixisse. Verum ut opinor apud aequos rerum aestimatores utique facto sua constabit ratio. Quando enim quod ex Curtii historia deperditum erat, quomodocumque restituere decrevissem, consentaneum putavi, ut ejus personam inducerem, cujus mimum susceperam. Ipsam autem historiam unde hausissem, nisi ex monumentis eorum, qui miseratione sortis atque temporum superare potuerunt injurias, quibus ceteri succubuere. Et tamen vetustati rerum gestarum nihil detrahit scriptorum aetas, quos utique necesse est, si quidem cum fide historias tradiderunt, eas à vetustioribus, ut ipsum etiam Curtium, repetivisse. Igitur & ipse de genere, ortu, initiisque Alexandri non absimilia nostris tradere potuisset: nisi quod ille veterum scripta habens in manibus, ex ipsis fontibus omnia hausisset & ut in magna copia elegisset; quae ego ex rivulis, & interdum lacunis, emendicare passimque corradere sum coactus. Indicem Socer meus acerbissimis arthritidis doloribus lecto adfixus, ante hoc biennium, ut erat Vir ille laboris patientissimus, exactissima cura collegit, quem adeo non potui, quod tamen facere constitueram, accurata locorum expositione totum illustrare; ut etiam ultro multa ex ipso Indice omittere sim coactus, non tam ob temporis penuriam, quam ipsius magnitudinem, nam si universum, quo cepi modo, edidissem, justum volumen implevisset. Quae caussa magnopere desiderium Indicis, quem à se collectum Clarissimus, & ut res docet, Humanissimus Joh. Isacius Pontanus, benigne offerebat: cui nihilo secius pro tam proclivi adversus studia nostra favore merito maximas gratias agimus, nec dubitamus observationibus tanti Viri multis in locis admodum juvari nos potuisse. Ne vero quis miretur, quum omissa dico multa utilia, cur quaedam haud magni momenti compareant; sciendum est ista quoque, ut ut levia videantur, non esse nullius usus, quod apertius ostensurus eram, si temporis ratio permisisset; deinde hoc praecipue mihi per otium omnia exacte considerare non potuisse, adeoque prudentem etiam multa praetermisisse, dum occasionem morae praecido.

Haec ferme sunt quae in hoc opere conficiendo actitata memini: quibus si quis veniam negat, consideret utrum ipse pari jure usurus, plura & accuratiora velit exigere, uno anno, ab uno homine, eoque ab aliis curis haud immuni: ingruentibus etiam domesticis calamitatibus, luctuque ex desideratissimi Soceri obitu: impedimentisque aliis quae ex his talibus oriri solent. Quibus rebus effectum est, ut plerumque quae post meridiem scribebam ante vesperam typographeum ingrederentur. sicut haec ipsa nunc scribo, primum relecturus quum à typographo redibunt imprimendarum chartarum specimina. Quod non per levitatem animi facio, neque contemptu doctissimorum hominum, quorum oculis haec qualiscumque scriptio nunc expositum itur; sed necessitate: nam ecce Typographus negat plura capere chartae spatium quod superest. & Bibliopola cras summo mane abiturus colligendas esse sarcinas monet. Vale ergo Amplissime Vicoforti, & ignosce necessariae festinationi. Dabam Argent. A. D. 16. Kal. April. 1640.

JOAN. PREINSHEMII

AMPLISSIMO VIRO

FRID. REICHARDO MOCKELIO,

SACRAE REG. MAJEST. ET CORONAE SUETICAE Consiliario &

Legato per Alsatiam,

JO. FREINSHEMIUS S. P. D.



ERNHARDUM è Saxonica domo Vinariensem principem, ad summorum hujus aetatis Imperatorum gloriam virtute provectum, quum interdum de Q. Curtii historia mecum loquereris, animo, atque pro ratione temporum etiam successu Magno Alexandro, non disparem judicare solebas, Amplissime MOCKELI. Deinde, postquam in hoc Supplemento regis istius pueritiam, indolem, institutionem, mores, tirocinia militiae regnique non indiligenter exposita considerasses; magis etiam in illa sententia confirmabare: nisi quod Noster educationis sanctissimae beneficio haud pauca alterius vitia evitasse; virtutumque complurium, non fallacem, ut ille, speciem, nec fortunae adflatu fugituram, sed fundatam, superstructamque pietati possessionem habuisse videretur. Cujus rei fidem non modo per universum orbem Christianum diffusa fama facit, semper clara, sed post acerbum Illius excessum, evanescente paullatim invidia, purior; verum etiam, quibus plurimum tribuo, certissima de moribus Illius animoque testimonia, excepta observataque vulgo quoque, sed maxime ab iis, quos propiori Herois consuetudini vel dignitatis honor, vel officii necessitas admoverat. A quibus saepe conspectus est Vir ad armorum munia natus, infelicitati temporum illacrimare, per quae pacis honestae copia non esset: cujus equidem caussa, nec alia, bellavisse ne hostes quidem negant; nos quidem vel omnium, quae occupavisset, pretio redimere paratum fuisse non dubitabamus. Atque ut in compendium redigam, quae aliquoties ex Te, quae ex Viro Spectatissimo Michaële Ibonio, qui Principi, dum viveret, à secretioribus epistolis fuit, quae denique ex Viro Reverendo Daniele Rückero, Concionatore Aulico, cognovi; quoties Ille saeva miserorum damna, militum effrenem licentiam, atrocissima flagitiorum atque scelerum in morem versa detestatus, timere dixit, ne si vel maxime insons esset, contactu saltem commercioque impiorum aeternum in exitium abriperetur. Quoties inter brevem morbi postremi moram fassus est? non se tantum poena peccatorum, & quam sentiret, & quam formidandam haberet, angi; quantum poenitentia: qui DEUM innumerabilium beneficiorum munificentissimum largitorem inobsequente ingratoque animo tot modis offendere non dubitavisset. Nam ad poenam quidem quod pertineret, illam praesentem levem esse, imminenti Christi meritum intervenire; at suae ingratitudinis etsi noxam abolitam sciret, pudore tamen & poenitentia serio indolescere. Ea, inquam, mens fuit Clarissimo Duci; nam facta, quae Orbis novit, repetere quid attinet? Illud inter omnes constat, necessum esse, ut opinionem hominum virtute valde vincant, qui efficere volent, ne sequens tempus ostendat, quantum in hoc uno fuerit.

Tu igitur, Vir Amplissime, qui apud Perfectissimum Heroëm inter intimae admissionis amicos locum haud postremum habuisti, ut qui Supplementum hoc Curtianum, quoddam quasi virtutum Illius speculum esse primus arbitratus es, id haberes proprium, Tibi dedicandum duxi, qui non uno merito Musarum nostrarum gratitudinem Tibi pignerasti. Nam & liberalitatis, qua BERNHARDUS Magnanimus inter medios bellorum tumultus amantissimi Soceri mei meaque studia respexit, praecipuus conciliator fuisti: & per Te multis nos beneficiis auctos ornatosque singulari humanitate complecteris. Nobis contra Tui demerendi quamquam superesset animus, nulla dum occasio fuit: optamusque ut porro ista Tuarum rerum conditio maneat, ne nostra ope operave quidquam indigeas. malumus enim de nostro candore dubitare Te posse, quam Tuis periculis molestiisve habere cognitum. Quisquis enim, ut suam fidem atque constantiam approbet, amico ca-

la-

limitatem accidere non aegre fert; dum ingratitudinis suspectus haberi non sustinet, impietatis reatum incurrit. Si qua tamen in moribus meis simplicitas animi non fraudulenti fidem apud Te reperit (effecit enim Tua comitas, ut mores meos tantum non familiariter noris; judicium, quo polles, efficiet, ne in aestimandis illis fallare) hoc mihi crede, me neque ignorares quin quantuscumque à me honor haberi Tibi possit, ampliorem merearis; neque tamen hunc etiam habiturum fuisse, nisi Te dignum eo comperissem. Qua quidem in cognitione meo potius quam alieno judicio uti soleo, neque vulgum auctorem sequor, neque fortunam à virtute non distinguo, si res postulare videatur. Sed ubi conjunctam utramque reperio, & hanc gaudeo fortuna secundante melius explicare vires suas, & illi virtutem comitanti, temeritatis, cujus per homines damnari solet, infamiam decedere: praeterea istorum quoque gloriae faveo, quorum judicio virtus honorata, famae prosperioris exsortes non patitur: denique publicae hominum rei gratulor, quod subinde in tanta temporum iniquitate, tamen divinae providentiae cura, & bonis exemplis affirmatur. Quae si rara esse contendis, nihil abis ab opinione mea. sed eo constantius hanc Tibi Spartam ornandam existima, quo pauciores sunt qui virtuti student, aut ubi studuerint, fortunae vexationem eluctati bonae mentis fructus in publicam utilitatem proferre possint. Nam si tanta virtutis seges esset, quanta vitiorum fertilitas est, quilibet pro se eniteretur, ut conscientiae famaeque consuleret; omnis labor aut errantes in viam revocandi, aut resistendi contumacibus, supervacuus foret; at quoties parvi penditur fides, & in verbo tantum integritas est, neque praeter pretium quidquam habetur in pretio; ibi vero campum habet virtus, ubi exerceatur, theatrum habet, ubi spectetur, arenam habet, ubi non jam rudibus batuat, sed decretoriis decertet armis. Neque tamen haec ita profero, quasi nescientem moneam, aut cessanti stimulos addam; sed publicorum certaminum morem exprimo, in quibus spectatorum oculi vocesque & hortatus non nisi in optimum quemque intenduntur; neque tam ad bene certandum incitamenta, quam honoris jamjam emeriti principium & partes sunt. Hoc itaque genus honorem à me tamquam spectatore Tuorum certaminum haberi Tibi putes; at solidiores a supremis illis brabeutis Tuis exspecta: meritissima inquam virtutum praemia, quantum eorum praesens aetas conferre potest, à SERENISSIMA REGINA Tua & Magnis Regni illius florentissimi proceribus, interque eos ab Heroë incomparabilis prudentiae, cui fidem Tuam etiam coram probasti, OXENSTIERNIO: *quos autem temporaria felicitas non capit, eos multiplices cumulatosque Sanctissimi Numinis aeterna gratia conferet. Cujus ineffabili benignitati nos omnes, & has, velut ex atrocissimo bellorum naufragio depositi imperii tabulas, ardentibus votis suppliciter commendo. Dabam Argentorati A. D. VII. Kal. Nov.* 1639.

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

JOACH. VICOFORTIO, EQUITI, INCLUTO SAXONIAE DUCI BERNHARDO A CONSILIIS SECRETIORIBUS,

JOAN. FREINSHEMIUS S. P. D.



POstquam absolutis in Q. Curtium commentariis, nonnulla de operis istius ratione praefari necesse foret, Amplissime VICOFORTI; res ipsa monuit, ut quibus praesidiis, in tanta paupertate temporum, rem haud mediocris impensae moliri potuerimus, reminiscerer. Statim igitur per recordationem hominum, quorum beneficio hactenus studia nostra processerunt; ad omnium bonorum unum summum largitorem, quasi quibusdam scalis, adscendimus. Cui eo nomine apud Te, vel Tecum potius, gratias agi, quae Tua pietas est, imperare magis opinor Te, quam pati.

Per haec enim tempora, quorum tam longa, tamque violenta atrocitas, apud multa mortalium millia, quocumque modo miſeram vitam tolerare, ſummam votorum effecerat; nobis, qui nihilo meliores dignioreſve aliis ſumus, praeter victum amictumque commodum & honeſtum, ſuperfuit unde & pauperioribus nonnullis ſuccurreremus, & Muſae, noſter amor, non ſuſtinerentur modo, verum etiam ornarentur. At enim ſuperioribus annis, agi ferrique res, quae meae viderentur; aedificia incendi, vel dirui; agros ſitu incultuque ſqualere; bona hactenus nomina cum ipſa ſpe perire, aut indies deteriora fieri; alios inopia, alios prava vafricie mala publica in quaeſtum convertendi, fidem inſuper habere: intendi pretia rerum venalium; flagellari annonam, ipſamque ejus caritatem non nemini caram eſſe; demens, & legum quibus vivamus immemor, tamquam mea damna moerebam. Donec crebra verbi divini auditione, lectione, meditatione cum animo meo reputare coepi, non male mecum tranſegiſſe caduca bona; ſi ab illis deſtituta ſpes in unum DEUM tota verteretur. Quem ipſum mei curam haud perfunctorie gerere, magis jam magiſque quotidianis experimentis edocebar. Ut tandem omnia recolens fateri cogerer, nihil umquam perinde ex utilitate mea eveniſſe, quam jacturam earum rerum, quae me potuiſſent perdere. Longum foret enarrare, quae olim animum verae felicitatis ignarum, aut contemptorem ſpes atque deſideria agitabant; certe ea vitae conditione, qua nunc ut in rebus humanis, unice contentus ago, numquam frui licuiſſet, niſi alia omnia volventem quodam quaſi fraeno, rei familiaris ſalutare damnum attinuiſſet. Hoc in hanc urbem perductum adfixit Muſeo Viri Doctiſſimi atque Humaniſſimi, ut juxta mecum omnes praedicant, qui bibliothecam ſuam, pro modo privati ſatis inſtructam, mihi non minus quam ſibi patere voluit: & quamquam ipſe quoque temporum difficultatem ſentiret, meliori ſubinde conditione, quam ceteros convictorum habuit: aliis neceſſitatibus meis pro me reſpondendo, mutuamque pecuniam dando, promptius quam ego per pudorem peterem, ſubvenit: ſtudiorum meorum auctor, hortator, adjutor fuit. denique ſub idem tempus Florum edidi: quum jam etiam de Curtio agitaremus; ad quem Auctorem nonnulla, quum interim in urbe Vangionum morarer, mihi obſervata, diu ante ad eum miſeram. Dum haec aguntur, tacito conſenſu ſtudia noſtra ſociare coepimus, & ad multos Auctores illuſtrandoſ communi labore materiam parare. Interea veteris deſiderii mei partem explevit Gallica peregrinatio, ubi me paullo minus triennio Vir Ampliſſimus Michaël MARESCOTUS, libellorum ſupplicum Magiſter, ſumma benevolentia comiter atque liberaliter habuit. Unde redux antiquum BERNEGGERI mei, ſtudiorumque noſtrorum hoſpitium repetii, qui etiam haud multo poſt conlocata mihi pientiſſima filia, adultam jam tum amicitiam, adfinitatis addito vinculo indiſſolubilem reddidit. Ex quo tempore vetera ſtudia ſerio retractavimus. & quamquam Amantiſſimum Socerum meum gravis aegritudo per biennium fere in lectulo aut circa tenuiſſet; ne iſtud quidem tempus omnino vacuum abire paſſus eſt, ſed interea cum Tacitus ederetur, plurimam ejus rationem habuit; & quum de Curtio jam deliberaſſemus, ingenti labore diligentiſſimum Indicem confecit, qui materiam ſuppeditaret Indici philologico, quem volente DEO proxime daturi ſumus: eaque re me plurima moleſtia, & vero inprimis cariſſimae rei, temporis, inquam, larga jactura liberavit. Typographicis autem mendis repurgandis, adeo diligentem navavit operam, ut vel ea ſola editionibus noſtris commendationi eſſe potuerit.

Juvabamur jam tum unius atque alterius inopina liberalitate; & adfulgebat nobis plerumque ignaris, adeo non eblandientibus, ſubinde nova ſpes: & adhuc non ſatis conſederat animi mei perverſus tumor. Quippe velut generoſitate quadem indignabar alienis potius opibus beneficiiſque nos obnoxios reddi; quam propriis praeſidiis honeſtiſſimorum conatuum impenſas tolerare. Donec tandem omnino deprehendi, quum unius DEI ſint omnia, non magis alienum eſſe, quod alii; quam meum, quod ego poſſideo. Et quum ille, nihil mihi debens, omnia ſupra votum largiretur; parum me pro ſano facere, ſi benignitatem ejus in ordinem cogerem, & velut ex formula imperarem, unde potiſſimum bene mihi faceret. Sicut enim ſcelerate ineptus foret, qui in ſumma neceſſitate ſua, honeſti alicujus viri, cujus offenſam infinitis modis, benevolentiam, ne uno quidem promeruiſſet, liberalitate adjutus, in ejuſdem pretii numis, certam effigiem moroſe exigeret: ſic ego tum eram, qui malebam DEI pecuniam ab iis potius extorquere, qui debere mihi videbantur; quam ab offerentibus indebitam accipere. In unius DEI familia ſumus omnes: quid mea refert, ſi ſervo inutili ab actore forte ſuo, vel atrienſi potius, quam à diſpenſatore dimenſum jubet dari? Operas ei debeo; ille mihi alimenta non quidem debet, ſed praeſtat: utrumque, ut confido, non de-

deerit dum vivam: aut si forte alimenta non dabit, aut non ita large dabit: dabit aliquid longe majus, longeque praestabilius, malorum aliquando finem, interim patientiam. Absit à me DEUS mi, ut Tibi velim imperare, quomodo felicem me facias, qui tanto me es melior, tanto sapientior! Unum hoc insatiabiliter à Te postulo, ut quod Tu vis, & ego velim. Erunt forte qui diu nimis in hoc loco versari me incusabunt, fortasse & qui mei animi sententiam, ex suo diverse interpretabuntur: verum omnibus illis judiciis nobis antiquior esse debuit gloria DEI, in commemorandis ejus beneficiis, quae, quum tanta sint, tamque manifesta, si non agnoscimus, stupidi; si non praedicamus, ingrati sumus. Ego quidem etiamnum invitus vos dimitto, ô suavissimae cogitationes, quae unae omnem saeculi molestiam abstergere, certe mitigare potestis!

Sed ad alia nunc praeverti tempus cogit: atque hominum, quorum ministerio beneficia sua DEUS nobis distribuit, quantum praesens institutum postulat, mentionem facere. Quorum, ut seriem temporum persequar, primus Adamus NEUDORFFIUS, Vir quantum homini judicare fas est, extra controversiam pius: ut jam inde DEI esse beneficia ista cogitare deberemus, quae iste talis homo procuraret. Is igitur, quum & institutum nostrum cognovisset, & labores intuitus, consilium probavisset; omni ope illud juvandum sibi censuit: donec, quod in Taciti praefatione exposuimus, Virum Nob. & Eruditum Io. Lud. PEYERUM, in Anglia repertum; mox etiam Te, VICOFORTI Amplissime; in Bataviam redux, permovit, ut conatibus nostris, hoc est (audenter dicam) utilitati horum studiorum, vestroque, qui illam promovetis, nomini faveretis. Vix dum prodiverat Tacitus, quum è vicinia nostra Vir Illustris & Amplissimus, Frid. Reichardus MOCKELIUS Suetici Regni per Alsatiam Legatus, nec istis honorum insignibus, quam sua pietate, virtute, prudentia, eruditione notior, exemplum editionis illius, quod veteribus Viri meritis devinctus Socer, cultus, ut solet, amicitiaeque gratia miserat; large remuneratus: ultro studia nostra commendanda sibi duxit ILLUSTRISSIMO SAXONICAE STIRPIS GERMINI, cujus ope consilio Republica fortiter feliciterque gesta, antiquissimae domus gloria admirandis incrementis revirescit. Atque Ille (hortatore etiam, qui Ei tum aderat, Amplissimo Viro Georgio MULLERO, Regni Suetici Secretario (quem & ipsum praeter veterem cum Socero meo amicitiam, propensissimus Ampl. Mockelii favor paris voluntatis impleverat) Musas nostras digna tanto Principe munificentia honoratas provocavit, ut Illius rebus, neque silendis, neque dicendis aliud agentibus, peculiarem curam destinarent. Sunt & alii Viri praeclari, magnique per eruditionem aut dignitates nominis, quorum si beneficia in nos officiaque jam non referimus; haud oblivione, vel per ingratitudinem peccamus, sed temporis chartaeque angustiis inclusi, commodiorem in occasionem reservamus.

Tibi autem, Amplissime VICOFORTI, Curtium Tuum merito reddimus. Tuum enim jure vocamus, qui, ut sic prodiret, Tibi debet. Quippe quum ad editionem hanc sumptibus destitui nos comperisses; primum ultro non levem pecuniae summam submisisti: deinde majorem petentibus numerari promptissime jussisti, nullum aliud pignus praeter fidem nostram sequutus, quum etiam post multos menses chirographum praesenti oblatum, vix tandem obtrudi Tibi potuerit: nec aliter, nisi ut in nostram gratiam rem supervacuam, sic enim appellabas, penes Te esse patereris. Quum interim, ut sunt humani casus, vel vita nos destituere potuisset; vel ut illa maneret, in tanto rerum discrimine, luendi aeris alieni facultas. Tu autem, quamquam in summa rerum omnium adfluentia, in alta pace, in concordi matrimonio, cum Vossio Barlaeoque Tuis, Virisque aliis doctissimis, aut varia rerum experientia instructissimis, jucundissima quiete frui poteras; caussae communis favore, & praesertim quodam philtro Virtutum, quae Principis Incomparabilis nomen BERNHARDUM omnibus tam notum, quam suum est cuique, reddiderunt, illectus; eruditionem, prudentiam, facundiam Tuam, linguarumque & locorum admirandam peritiam, bono Te publico debere putavisti: & varias multasque per loca tam plena periculorum, quam humani prope cultus expertia, legationes suscepisti. in quibus facillime accidere poterat, ut vel Tibi, quod diu absit, humanitus aliquid contingeret; aut certe periret probatio, qua una niti poteras, si nobis diffidendum fuisset. Admonet illa Tua peregrinatio novi meriti, quod in has Musas PEYERUS noster contulit. Quum enim ista, quae dixi, negotia plerumque Te locis remotis, saepe etiam ignoratis detinerent: neque literae nostrae ad Te penetrare possent; atque interim augescente sub manum opere, major quam initio statueramus, pecuniae modus requireretur: ille nobis interea numerari curavit, quantum ad efficiendum praesens

opus.

opus desiderabatur. Quum enim ab initio speraſſemus, uno partu, totum qualem destinabamus, Curtium protrudi poſſe, idque proximis nundinis promiſiſſemus (ubi quidem nescio quo casu, ex catalogo edendorum librorum, cui inseri volueramus, in editorum album migravit) tamen res ipsa docuit, spem noſtram fuiſſe nimio liberalem. Quamquam excusare & iſtam poſſent, quae poſtea acciderunt. praeter enim molem operis, quod inter ipsam tractationem ex ingenio aut labore noſtro subinde novum incrementum capiebat; etiam interclusa utrimque itinera, per commerciorum moras chartae penuriam fecerant: insuper operae rarae reperiebantur, & quibus nos utebamur noſtrae diligentiae pares non erant. Semper enim labore meo multo praevertebam eos; & quamquam interdum alia negotia interpellarent, praesertim praecipiti jam in finem opere; id temporis intertrimentum duorum amiciſſimorum hominum, Soceri inquam mei, & fratris mei Melchioris opera sarciebatur: qui non modo corrigendorum typographicorum erratorum pleramque moleſtiam in se receperunt; verum etiam inquirendis Auctorum locis, nonnunquam & enotandis quae apud quemque dicerentur, enixe juverunt. Fatendum tamen eſt, ſic quoque feſtinandum fuiſſe; quam quidem rem patrocinio nobis futuram confido, ſi alicubi forſan hallucinati ſumus. Id enim saepius quam velimus accidiſſe, ex dictis aliisque cauſſis, non immerito veremur. nec mirum in opere longo & laborioso: in quo una nobis cura fuit, nulli labori neque moleſtiae parcere, quo lectori minus foret; amplius autem commodi, quam aut ex singulis aliorum editionibus, aut simul ex omnibus. Quod quidem intendiſſe non diffitemur; an autem adsequuti ſimus, aliorum eſt judicare. Dediſſe tamen operam scimus, ne quod ab aliis utiliter observatum animadverteram, obmitteretur. Ergo non solum ampliſſimos Raderi commentarios ſtudiose contulimus; verum etiam Acidalii, Popmae, Loccenii (nam Glareanum non vidimus) penum omnem excuſſimus: excerpentes quidquid commodum videbatur, adjectis, ut quaeque exscripseramus, religiose auctorum nominibus. Eandem fidem in conjecturis, quas adversariis noſtris Sebiſius inseruerat, praeſtiti. Eandem in iis, quas ex Bongarſii manu cum Manuscriptorum ejus variis lectionibus miſit nobis ante hoc sexennium Cunradus Schoppius, tum Rhetor Bernatium. Eam supellectilem comparaverat Bongarſius editioni Curtii, quam se moliri ad Juſtini lib. II. praefatus eſt. Deinde cum cetera Viri bibliotheca Bernatium juris facta eſt, ejusque Nobiliſſimae Reipublicae permiſſu descripta, nobis nunc uſu fuit. cum variis etiam lectionibus, quas ex Gruterianis Codicibus enotatas Cl. Gronovius, & doctiſſimus noſter Schragius submisere. Quibus rebus adjutus multa Auctoris loca, quaedam & ex ingenio emendavi. Quoties autem meas conjecturas aut observationes ab aliis occupatas cernerem, ipſis ceſſi: interdum pluribus auctoribus repertis qui eadem traderent, ipsorum teſtibus adjeci: *nulla quidem neceſſitate* (ut ait de Arceſilao Plutarch. adversus Colotem cap. 38.) *sed tantum ea viris nobilibus inscribendo confirmans ac commendans.* Quorum prae ceteris Radero hanc quoque gratiam retuli; quod plurimas ipſius notas à typographorum depravationibus vindicavi; ad quam rem saepe non minus quam in ipso auctore, ad Criticam confugiendum fuit: notas confusas, & alienis locis poſitas, emaculavi, diſtinxi, in ordinem redegi: ad plures res, mores, hiſtorias, sententias, verba denique ac phrases, quae id mereri videbantur, auctores unde petitae videbantur, adposui. citatos inspexi libros, capita, versus, ſi qui eos habebant, adnotavi. Auctoribus aliena verba quae nonnunquam adscribebantur, ademi; sua reddidi. Ex notis ſi qua verba pro praesenti inſtituto abundare videbantur, recidi: rerum etiam alieniores vilioresve neglexi, ne in immensum moles cresceret. Eadem cauſſa Graecorum Auctorum verba non posui, sed interpretum: ne ſi vel iſta sola adducerentur, ignaris linguae uſui non forent; vel ſi utraque, duplex spatium occuparent. niſi quum in Graecis verbis aut singularis emphaſis eſſet; aut aliquid emendandum, vel aliter exponendum videretur. Ipsos Curtii sensus, quum ut plurimum ab auctore perspicue tradantur, haud temere explicavi: niſi eos alio quam ille vellet, trahi intelligerem. Ubi tamen errores aliorum raro perſtringo: tantum veram cujusque loci lectionem paullo diligentius adſtruo. Diſſentio plerumque libere, nusquam acerbe: plane ut mecum agi velim. Brevitati quantum potuit, ſtudui; ita tamen, ne quae adnotare pretium foret, praetermitterentur. Inter quas anguſtias saepe recurrebant animo iſta D. Auguſtini ex fine epiſt. 101. *Laborant homines in discendo, & brevia non valent intelligere; prolixa non amant legere. Laborant itidem in docendo, qui & pauca tardis; & multa pigris fruſtra ingerunt.* Ceterum commentarios Auctori subjunximus, ut cum eo conlaturis in expedito res eſſet. Verborum atque phraſium pauciora hic enucleamus; in Indicem velut pro-

priam

priam sedem pleraque conjecimus. Quem cum ipso textu Curtiano, Manuscriptorum ut diximus ope, vel certissimis conjecturis, multis locis emendato, cumque novo defectorum locorum supplemento, variis etiam lectionibus additis, proximis nundinis exhibebimus: siquidem DEUS hanc nobis valetudinem, hocque otium porro concedet; nosque diutius his laboribus invigilare patietur. Nam ut eos omnibus aliis saeculi negotiis anteferimus; ita quandocumque ille jusserit, ipsius gratia consilii, haud gravate vel differemus, vel etiam abrumpemus. Si quod ex his emolumentum aut haurire possint alii, aut ipse hauriam, quaerere lubet; praeteritis compluribus, unum indico: magis magisque confirmari opinionem, qua vitam gentium regnorumque primis ab originibus expendenti, semper quidem integritas atque prudentia veluti gemini quidam pedes visi sunt; quibus publica privataque negotia inniterentur. iis enim recte valentibus, omnia feliciter procedunt: alterutro debilitato, claudicare necesse habent; subductis duobus, & corruere. Verum ego haec Tibi, Tuique similibus expendenda relinquo, qui in luce hominum, atque rerum actibus versamini. Nobis sufficerit tueri vestrum favorem, neque indignos praestare conlatis in nos beneficiis. Quod quidem summis viribus connitemur: & quando rationem, quam in editione auctorum sequuti sumus, plerisque haud displicere intelligimus, ceterorum etiam plerisque subinde publicandis, eandem diligentiam adhibebimus. Quod, in quantum in rebus humanis aliquid fidum est, eo audacius polliceri possumus, quod profectus in his studiis fratris mei, & spes ex adfini Tobia Berneggero, etiamsi Socerum meum, aut me, mortalitas occupet, nostris coeptis perficiendis subsidio fore videantur. Sed isthaec Deo curae erunt. Mihi interim per summam festinationem hactenus Tecum conloqui licuit, Vir Amplissime; reliqua in ipsius Curtii editione volente Deo commodius exsequemur. Vale. Argentorati, ex Museo Berneggeriano, A. D. IV. Kal. April. Anno Christi MDCXXXIX.

JOANNIS FREINSHEMII COMMENTARII IN LIBROS SUPERSTITES Q. CURTII, DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI.



Xposituro Q. Curtii de rebus Alexandri libros superstites in mentem venit illius judicii, quod ex Gaio ICto in legem primam de Origine Juris Compositores Digestorum retulerunt: *interpretationem promittentibus inconveniens esse, omissis initiis, atque origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus protinus materiam interpretationis tractare*: *namque*, ut prosequitur, *istae praefationes & libentius nos ad lectionem propositae materiae producunt*; *& cum ibi venerimus, evidentiorem praestant intellectum*. Itaque visum est prius de ipso Auctore agere. Cui rei inprimis faciunt testimonia doctorum hominum, quae tam ab aliis jam collecta, quam à nobis recens notata, hic subjiciemus hoc ordine, ut primum quae ad nomen, conditionem, aetatem ejus attinent, proponamus, deinde quae ad dictionem & historiam.

CAP. I.

De Curtii nomine, aetate, conditione.

FRancisus Modius initio Notarum in Curtium *Quod RUFI cognomen Curtio asseruerim; in eo adeo culpam non deprecor, ut etiam laudem deberi mihi contendam, cum ad scripto-*

rem non malum, certe in hiſtoria, quam memoriae mandavit, unicum, mea opera quaſi poſtliminio cognomen ſuum rediit. Et facerem profecto flagitium, ſi, cum eidem hoc perpetuus veterum librorum conſenſus tribuat, amplius in re manifeſtaria diſputarem. Atque cum hoc bene ſucceſſit, quod primum erat (neque enim quis fuerit Curtius, qua aetate vixerit, ſatis ſciri potuit, quamdiu ejus praenomen, nomen, cognomen in incerto fuerit) ſpes eſt fore, ut etiam aliquando illa, quae modo dixi, Dis ſecundis eruantur.

II. Chriſtophorus Bruno in Epiſtola Nuncupatoria ad Albertum Bavariae Ducem. *Porro quo tempore Q. Curtius vixerit, non ſatis certum eſt, cum ne haec quidem, quae ſuperſunt ejus ſcriptoris, integra ad nos pervenerint. Certe Romanum fuiſſe, ſatis conſtat, quod non ſolum ſtyli ipſius terſiſſima puritas ad Romanum filum ad amuſſim ſit formata, verum etiam ipſe temporum Romani imperii, in quarto, octavo, & decimo libris, non obſcure mentionem faciat: ut mihi non immerito mirum videatur, nec à Quintiliano inter ſcriptores Romanos, propter phraſin vetuſtioribus ſimillimam, recenſeri, nec à quoquam alio veterum hujus mentionem fieri.*

III. Matthaeus Raderus in Proluſionibus ad hiſtoriam Curtii, cap. I. *Curtios ego varios apud veteres auctores, Caeſarum primorum aevo potiſſimum laudatos (nam de his agitur, & quaeritur) lego. Princeps eſt apud Ciceronem ad Q. Fratrem lib.* III. *epiſt.* 2. De ambitu, *inquit*, poſtulati ſunt omnes, qui Conſulatum petunt; à Memmio Domitius, à Q. Curtio bono & erudito adoleſcente Memmius. *Alius apud Juvenalem orator, ſeu cauſſidicus celebratur Satyra XI.*

—— te conſule, dic tibi quis ſit
Orator vehemens, an Curtius, an Matho.

Alius Curtius eſt apud Tranquillum in album clarorum rhetorum relatus. Rurſus videtur alius apud Plinium & Tacitum, quem gladiatore genitum affirmant. [Alius & Curtius Salaſſus apud Euſeb. num. MDCCCCLXXVI.] *Videndum nunc, quis ex his omnibus auctor ſit hiſtoriae de rebus Alexandri Magni. Nam omnino nemo unus mentionem hac de re quiſquam habuit eorum, qui de quatuor illis Curtiis aliquid prodidere; nemo, inquam, à Curtio compoſitas Alexandri res unquam teſtatus eſt. Ac primum quidem, Curtium Juvenalis hinc prorſus amandamus; is enim non eſt Q. Curtius Rufus, uti paſſim in antiquis chartis editis, ineditis appellatur, ſed Curtius Montanus, de quo idem Sat.* IV.

Montani quoque venter adeſt abdomine tardus. *Plura de hoc Tacitus libr.* IV. *hiſtor. itaque hunc taciti praeterimus.*

IV. F. Angelus Rocha in Bibliotheca Vaticana. *Hunc Aldus Manutius eum eſſe putat, qui à Cicerone ad Q. Fratrem Epiſt. 2. lib.* III. *nominatur* bonus & pereruditus adoleſcens. *Scripſiſſe autem eum ſub Auguſto, conjicitur ex ejus hiſtoria lib.* X. *circa finem.* Idem ſentit Wolfius Rer. Memorab. Centur. I.

V. Raderus dicto loco. *Curtium Tullianum, quem primo loco poſuimus, exiſtimat hiſtoriae de Alexandro M. ſcriptorem illuſtris & eruditus vir Jo. Georgius Herwartus, cujus opus chronologicum legitur; ſed refutatur à Lipſio, cum omnibus aliis, qui illos Virgilii verſus è* I. *Georg. tranſcriptos de illa Curtii nocte in X. notata interpretantur:*

Ille etiam exſtincto miſeratus Caeſare Romam,
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit,
Impiaque aeternam timuerunt ſaecula noctem.

Nec illam tantum noctem accipit Herwartus, quae mortem Julii ſecuta eſt, ſed omnino totum illud tempus, quo inter Auguſtum, & Julium interregnum fuit. Aeternam hanc noctem, defectionem quoque ſolito longiorem interpretatur, cum toto fere anno maligna ſolis lux fulſit, nec ſplendorem ſuum unquam fere ſerena fronte explicavit. Plutarchus in Julii vita: ὅλον γὰρ ἐκεῖνον ἐνιαυτὸν ὠχρὸς μὲν ὁ κύκλος, καὶ μαρμαρυγὰς οὐκ ἔχων ἀνέτελλεν. ἀδρανὲς δὲ καὶ λεπτὸν ἀπ' αὐτοῦ κατῄει τὸ θερμόν. Toto namque anni illius ſpatio pallens globus, & ſine ſplendore oriens, imbecillem ac tenuem ex ſe calorem emittebat. *De eodem* [Tibullus II, 5.] *Plinius lib.* II. *c.* 30. Fiunt prodigioſi & longiores ſolis defectus, qualis occiſo dictatore Caeſare, & Antoniano bello totius paene anni continuo pallore. *Hunc tamen non fuiſſe auctorem de Alexandri M.*

M. rebus ostendit Justus Lipsius, uti dixi. qui negat Virgilii versus huc pertinere. Est, *inquit*, &c. verba Lipsii infra n. XV. referemus.

VI. Joannes Jacobus Frisius in Bibliotheca Chronologica sub Octavio Augusto Anno Domini X. *Q. Curtius Augusti temporibus fuit. Milaeus lib. V. historiae de Literatura.*

VII. Raderus d. l. *Jo. Georgius Herwartus, quem paulo ante laudavi, existimat, eum Cicerone adhuc superstite, ante bellum civile Caesaris & Pompeji jam causas egisse, & verba Curtii è X. refert ad mortem Julii Caesaris, ex quo sequitur, illius opinione Curtium Augusto imperante historiam suam composuisse, nec enim ultra Augustum vixisse potuit; nisi aevum illius ultra centesimum propagare velis. Minimum enim octavum decimum, aut etiam vigesimum egit, cum in forum est progressus; dudum ante Octavianum quoque natum oportuit. Sed cum locus Curtii è X. de Julio Caesare accipi non possit, uti recte affirmat Lipsius, eosque nugari doceat, qui id tradidere, missum hunc adolescentem Ciceronis faciamus.*

VIII. Joannes Maria Catanaeus in Commentariis ad Plinii Epistolar. lib. VII. Epist. 27. *Lego in fide digno exemplari, Historiam de gestis Alexandri compositam Q. Curtio Rufo: qui inibi fatetur, se fuisse sub Augusto & Tiberio.*

IX. Raderus dicto loco. *Catanaeus ergo, & Pithoeus sub Augusto & Tiberio vixisse, & scripsisse Curtium arbitrantur: sed non ostendunt, nisi quod Catanaeus narret, se legisse in fide digno exemplari historiam de gestis Alexandri compositam à Q. Curtio Rufo, qui inibi fatetur se fuisse sub Augusto & Tiberio.* Et mox:

X. *Ego tamen alia omnia sentio, censeoque Augusto imperante natum, Tiberio regnante florere coepisse & scribere; illaque Curtii è IV. de Tyro & X. de nocte, & novo sidere accipienda de morte Augusti, & nova Tiberii successione, & deinceps imperio per annos tres & viginti administrato. Nec interim infitias eo potuisse aevum ad Claudium usque propagasse. Primam sententiae nostrae rationem ex elegantissimo, & qui aureum Latinitatis saeculum omnino sapiat, stylo Curtii duco, ut non dubitem illum summis rerum Romanarum scriptoribus Sallustio, Livio, Caesari, Ciceroni admovere: Tacito certe & Suetonio, Floro, & hoc genus jam sequioris saeculi auctoribus sine ulla dubitatione praeponendum omnes, qui paulo emunctioris nasi & delicatioris palati tersarumque aurium erunt, & gustum nobilissimae aetatis verum habent, juxta mecum censebunt. Unicum nostri seculi testem hoc loco, infra mox altero capite, plures adducturi producamus, Puteanum, inquam, regium Lovanii doctorem, & Lipsii successorem, & nostrum amicum, qui ita de Curtio verissime judicavit.* Verba Puteani referentur infra, ubi de stylo Curtii judicia proponuntur. *Vespasiani autem aevo ab illis Tulliano & Juliano calamo desitum est, ut Plinius secundus se reprehensum etiam ab aevi sui scripturientibus ajat, quod Ciceronem volveret & imitaretur, adeo vitioso jam illo aevo vitium erat, vitio carere, id est, Cicerenem sequi & stylo exprimere. Alteram causam subjicio ex Curtii verbis è IV. & X. petitis ad Augusti mortem & Tiberii inaugurationem esse accommodanda, quod ut facilius tibi ipsi persuadeas, adduco simillimum è Vellejo locum, qui mirifice nostrum illustrat & affirmat.* Venitur, *inquit, lib.* II. *c.* 123. ad tempus, in quo plurimum fuit motus (*de morbo & morte Augusti agit*) quid tunc homines timuerint, quae senatus trepidatio &c. & *infra c.* 125. Tulit protinus & voti. &c. *subjicit dein iterum c.* 126. revocata in forum fides &c. & *in fine libri* II. Jupiter Capitoline, & auctor &c. *Professa, inquis, Paterculi est adulatio: non eo negatum, sed eodem sensu Curtius & Valerius Maximus de Tiberio non sine palpo prolocuti.* Et in primis (*inquit in Sejani caede aliquanto post Val. Max.* IX, 11. *f.*) auctor ac tutela nostrae incolumitatis, ne excellentissima merita &c.

XI. Casaubonus in Animadversionibus ad Suetonium in Indice excellentium Rhetorum, ubi nominatur *Q. CURTIUS RUFUS. Hunc illum esse cujus Historia rerum Alexandri elegantissime scripta in Doctorum manibus versatur, poene assentior viris eruditis sic existimantibus. At ille Curtius Rufus, cujus meminit Tacitus Annalium* XI, 20. *cum nostro Rhetore nihil videtur commune habuisse.*

XII. Barnabas Briſſonius de Regno Perſarum lib. I. *Q. CURTIUS RUFUS, ex cujus ſcriptis toties à me auctoritas in his libris ad faciendam fidem petitur, iis temporibus vixit, quibus bonas artes & ſtudia litterarum floruiſſe, nemo infitiari poteſt. Nam niſi me conjectura fallit, hic hiſtoriae Alexandri auctor, Curtius ille Rufus eſt, qui inde à Tiberii temporibus Rempublicam attigit, & cui, dum Africae Proconſuli velut comes & ſectator haereret, ſpectrum muliebri figura ſeſe obtulit, eique provinciae praeſuturum eum praedixit. Quod & eventus re ipſa comprobavit. Claudio enim imperante Africam cum imperio obtinuit, triumphaliaque inſignia adeptus, ibi diem obiit; quemadmodum Tacitus Annalium* XI, 20. *& Plinius Epiſt.* 27. *lib.* VII. *memorant. Itaque ad Claudium Imp. pertinet, quod ille lib.* X. *ſcribit, in haec verba*: proinde jure meritoque pop. Rom. &c. *Idemque mecum ſentiet, qui de ejus loci interpretatione Suetonium in Claudio c.* 10. 11. *& Joſephum lib.* XIX. *Antiquitat c.* 2. *&* 3. *conſulet; à quibus diſcet, poſt Caji caedem per biduum, de mutando Reip. ſtatu, adſerendaque communi libertate, haeſitatum. Senatu vero ſegniore in exequendis conatibus, per taedium ac diſſenſionem diverſa cenſentium, & multitudine, quae circumſtabat, Rectorem unum, & nominatim Claudium, expoſcentium, imperium eis ſtabilitum atque firmatum. His & illud addam, Curtium hunc Rufum à Suetonio clarorum Rhetorum albo adſcriptum fuiſſe. Manuſcriptis enim ejus argumenti codicibus, tam eorum quae exſtant, quam quae injuria temporis perierunt, capitum, Catalogum ſeu Indicem brevem reperiri Achilles Statius teſtatur: in quo Porcio Latroni* Q. Curtius Rufus *ſubjungitur.*

XIII. Popma in notis ad Curtium X, 9, 3. *Sunt qui Curtium ſub Auguſto vixiſſe ex hoc loco colligunt; alii ſub Tiberio & Claudio. Janus Rutgerſius lib.* I. *c.* 19. *Variarum Lectionum, ſub Veſpaſiano principe eum floruiſſe contendit; at Barnabas Briſſonius* (de regno Perſarum lib. I.) *haec verba de Claudio Imp. intelligenda eſſe cenſet; ex Suetonio in Claudio c.* 10. *&* 11. *& Joſepho lib.* XIX. *Antiquitat. cap.* 2. *&*. 3. *Q. vero Curtium vixiſſe temporibus Auguſti, vel Tiberii, colligitur ex Indice Rhetorum praefixo Suetonii libello de claris Rhetoribus.* L. Ceſtius Pius, M. Porcius Latro, Q. Curtius Rufus. *Ubi jungitur Curtius Ceſtio & Latroni. At Ceſtius vixit Auguſti anno XXXI. Latro Auguſti anno XL. ut Hieronymus in Chronicis teſtatur. In eodem Indice longo ordine poſt Curtium refertur* M. Fabius Quintilianus; *qui* ſub Veſpaſiano vixit. *Illum autem Curtium Rhetorem hunc eſſe auctorem hiſtoriae Alexandri elegantiſſime ſcriptae docti viri exiſtimant, quibus ego libenter conſentio.* IDEM in epiſtola ad Heſſelum filium. *De parentibus vero Curtii, aut quo tempore vixerit, nihil certi conſtat, praeter quod ex decimi libri verbis eum ſub Auguſto fuiſſe nonnulli colligunt; alii ſub Tiberio & Claudio: certe iis temporibus vixit, quibus bonae artes & ſtudia litterarum floruerunt. Sunt qui hunc cenſent eſſe Curtium illum Rufum (uti Tacitus Annal. lib. XI. Plinius lib.* VII. *Epiſtol.) qui jam inde à Tiberii temporibus Rempublicam attigit; & cui dum Africae proconſuli velut comes & ſectator haereret, in oppido Adrumeto, circa medium diei, in porticu mulieris figura humana grandior pulchriorque ſeſe obtulit, eique provinciae praeſuturum eum, & ibi moriturum praedixit. Africam enim cum imperio obtinuit, & triumphalia inſignia adeptus, atque ibi defunctus, fatale praeſagium implevit. Suetonius Curtium Rufum inter claros Rhetoras recenſet: in manuſcriptis enim ejus argumenti codicibus, capitum Catalogus, ſeu Index brevis, reperitur, in quo Porcio Latroni Q. Curtius Rufus ſubjungitur.*

XIV. Raderus dicto loco. *Jam tertio loco è Suetonio, & quarto è Tacito & Plinio petitum, omnes prope hodierni ſcriptores, praeter Herwartum eundem exiſtimant, rhetorem inquam & cauſidicum, declamatorem & oratorem, ſimulque ſcriptorem rerum Alexandri & quaeſtorem, praetorem, conſulem, & demum proconſulem Africae. Joannes Maria Catanaeus Plinii minoris interpres, P. Pithoeus, Briſſonius, Lipſius, Puteanus, alii, quamvis nullum ex omni antiquitate auctorem proferre, aut teſtem excitare poſſint, conjectura tantum è loco lib. IV. & X. ducta nixi.*

XV. Juſtus Lipſius ad Tacitum XI, 20. ubi mentio eſt Curtii Rufi. *Eſt qui hunc cenſeat eſſe illum, qui memoriam ſcripſit rerum Alexandri, pure me Hercules & Latine. Modius certe noſter, cuius cenſurae Curtius non leviter debet, teſtatum reliquit cognomen ei Rufi tribui à libris. Pugnare tamen aetas videatur, ſiquidem ad Auguſtum referenda illa ſunt è libro ejus*

X.

X. Proinde jure meritoque &c. *Sed non sunt: nec quidquam hic de sidere Julio, ut nugantur. Refutant sequentia: quoniam Augustus cum ad Imperium venit, non exstinxit bellorum faces, non gladios condidit, sed accendit, eduxit. Refutat & ille locus è libro IV. de urbe Tyro.* Multis ergo casibus defuncta &c. *Nam ait & agnoscit* longam pacem *in re Romana. An ea sub initia Augusti? imo viginti annorum bella. Itaque priora illa ad Caji Caligulae caedem, & confusionem, quae secuta: Senatu imperium abrogante: milite & plebe stabiliente. Haec sunt illa* sine capite discordia membra; *& Claudius ipse*, novum sidus.

XVI. Raderus dicto loco. *Jam Brissonius, Lipsius, Puteanus, alii, Claudio imperante putant historiam à Curtio conscriptam; & noctem illam, quam extremam imperio imminere existimabant, referendam ad noctem, quae Caligulae caedem est insecuta, & ita in priore etiam Curtii editione sentiebamus.*

XVII. Ex Erycii Puteani in Q. Curtium praefatione. *Iterum vincit orbem Alexander; scribitur, sed à Curtio scribitur, qui, ut optimo atque eruditissimo aevo vixit, aut certe illi proximo, sic praestare potuit, quod postea nemo assecutus est. Volunt enim nonnulli Augusti temporibus eum floruisse, alii Claudii, quod verisimile, imo verum puto. Praeturam quoque scribente Tacito lib. XI. Annalium principis suffragio assecutus est, cum hisce verbis Tiberius dedecus natalium ejus velavisset*, Curtius videtur ex se natus; *& quod dedecus? Tacitus objicit* gladiatore genitum quidam prodidere. *quid igitur? genitum ad magna.*

XVIII. Ex Praefatione ad Lectorem editionis Antonii Candidi, quae prodiit Lugduni 1591. *Caligulae temporibus Curtium vixisse quidam existimant, quod cum ex historiis haud facile colligi possit, in re dubia nihil pronuntiamus.*

XIX. Janus Rutgersius Variar. Lection. lib. 1. c. 19. *Scripseram alicubi quendam Curtii locum videri è Lucano expressum esse, cujus eum studiosum fuisse multis argumentis doceri posset. Venit ad me non multo post homo eruditissimus, qui hoc ut immanem ἀνιστορησίαν enotarat. Quomodo enim, inquiebat, Curtius Lucanum imitari potuit, cum is Lucano etiamnum puero jam obierit? Curtium certe sub Augusto floruisse, saltem ipse te docere debuerat. ita enim lib. hist.* x. Sed jam fatis admovebantur Macedonum genti bella &c. *In quibus* novum *illud* sidus *quod aliud sit, quam Julium, de quo Horatius, hoc est Augustus; tum ego, quod Curtium sub Augusto floruisse dicis, quam id verum sit, mox viderimus, certe non credidit, cujus tu auctoritati multum tribuis, Justus Lipsius. Is enim ad XI. Annal. Taciti id confutat.* Et post pauca Lipsii quoque conjecturam rejiciens: *Mihi longe secus videtur. Neque enim post Caji caedem Imperium aut à pluribus expetitum, aut civilibus bellis, ut Macedonicum illud, cujus occasione haec de Rom. Rep. inserit, laceratum fuit. Quod tamen necesse sit, si hic locus eo trahendus foret. Sed ipse Lipsius haec incerta sibi esse non negat, & ultro se daturum manus profitetur, si quis vero similiora adferre possit. Quod an nobis successurum sit, quid experiri vetat? Ego Vespasiano Principe Curtium floruisse dico: & haec ipsa verba* (lib. X.) *in ejus gratiae spem decore inserta esse. Sed id ostendendum est. Primum igitur, quod ait*, sine suo capite discordia membra trepidasse; *de Galba, Othone, & Vitellio dici manifestum est. Sub illis enim, dum eorum quisque de principatu contendit, Resp. sine certo capite fuit. Unde Suetonius in Vespasiano eos motus non bella, velut sub legitimo Principe, sed rebellionem vocat. Jam* nox illa, quam Romani paene supremam habuerint, *quaque* novum sidus illuxerit, *obsecro te, quae alia est, quam ea qua Vespasianus Vitellium profligavit? Id enim proelium noctu commissum esse vel è tertio Historiarum Taciti constat. Illae autem* faces, quas eum exstinxisse *dicit, nihil aliud sunt, quam bella civilia.* quae omnia, *ut Plinii verbis utar*, salutaris exortus Vespasiani Principis abolevit. *Jam quod & hic* non solum revirescere imperium, sed etiam florere *dicit, & lib. IV. in excidio Tyri*, longam pacem sub Rom. mansuetudine *agnoscit, de quo melius quam de Vespasiano dici possit? per quem Rom. Resp.* tot Nerones passa, *ut cum Vopisco dicam*, caput extulit. *Is enim est, qui post tot ac tam immanes bellorum furias pacem & tranquillitatem Orbi terrarum reddidit: cujus beneficii monumentum & augustum illud Pacis templum esse voluit, quod eum condidisse scribit Suetonius, & omnis generis numos, quorum aliquot etiam penes me sunt, quibus hodieque PACI. ORBI. TER. inscriptum legitur. Postremo quod de* perpetua, certe diuturna posteritate *ominatur, ad quos nisi ad Vespasianos fratres referendum est? quibus*

superstitibus non poterat non diuturnum esse ejusdem domus imperium. De mansuetudine ejus pleni sunt historicorum libri. Haec ego cum dixissem, non gravate assensus est. Probat hoc judicium Joan. Loccenius in dedicatione Notarum ad Curtium.

XX. Caspar Barthius in epistola ad Joan. Freinshemium. *Memini Curtianam te recensionem polliceri. Ejus scriptoris aetas parum est comperta hactenus doctis, qui longe eam ultra locant ac debebant, quos flos ille affectatus (non sine aspersione spinarum)* [Lipsium, ni fallor, intelligit] *judicii abstulit. Videmur enim belle demonstrare posse, vix antiquiorem esse aevo Theodosiano, idque in dubiorum scriptorum Catalogo jam consignavimus.* Idem Barthius Adversarior. LIV. 7. *Aevum Curtii forte non tam vetus est, quam censent etiam subactissimi judicii homines, & nos alibi prolixius opinaturi sumus.*

Ita cum ex diversissimis opinionibus alii nihil praeter nomen auctoris repererint, ut quem primo loco posuimus; alii nihil praeter gentem, ut quem II. alii putent coaetaneum Ciceronis fuisse, ut IV. V. alii sub Augusto vixisse, ut IV. VI. VII. & Tiberio, ut VIII. IX. X. (quomodo & Puteanus quodam Praefationis suae loco sentire videtur, & sentit Petrus Opmerus in opere Chronographico) qui eundem faciunt cum Rhetore, cujus Suetonius meminerit, ut XI. plerique & cum eo, cujus Tacitus & Plinius, ut XII. XIII. XIV. eoque scripsisse Claudii temporibus, ut praeter dictos XV. XVI. XVII. aut Caligulae, ut XVIII. denique Rutgersius XIX. (Cujus sententiam pluribus tuetur Vossius de Histor. Latin. I. 28.) Vespasiani; & Barthius XX. Theodosianis temporibus adferant, nostrae sententiae loco promemus verba quibus usus est

XXI. Lipsius loco, qui citatus est num. XV. *Incerta haec mihi, fateor: & facile manum dedero, si quis adferat verisimiliora.*

XXII. Raderus dicto loco. *Rogas meam sententiam? ἐπέχω (quamvis in plurium opinationem omnino inclinem) fieri enim potest, nullum ex his omnibus quatuor, esse historiae de Alexandro M. auctorem, sed alium aliquem nobis ignotum, quod veteres omnes de illo tacuerint, nullusque veterum auctoritatem illius unquam de Alexandro praetulerit, aut laudarit.*

XXIII. Raderus dicto loco. *Haec tamen omnia ita à me de Curtio disputata sunt, ut nolim lectori pro oraculis, aut certa ἀποδείξει obtrusa, conjectura nostra & aliorum sententia non justis fortasse columnis nititur, aut infirmo etiam tibicine fulcitur, certis enim & indubitatis antiquitatis testibus destituta est. Quamvis Erycius Puteanus non dubitet, hunc ipsum Q. Curtium Rufum, de quo Tacitus & Plinius scripsere, esse auctorem historiae de Alexandro Magno.* nam de his agi non est, *inquit*, quod amplius dubitemus. *si Tacitus, aut Plinius aliquam historiae hujus mentionem fecisset, certi essemus. Nunc haeremus, & optamus magis esse, quam scimus.*

XXIV. D. H. ad Lectorem editionis Elzevirianae de anno 1633. *Praeter M. Tullium ac Juvenalem, apud quos hoc nomen extat, Tacitus ac Plinius Curtii cujusdam meminerunt. Et uterque Rufi addidit cognomen. Neque aliter Tranquillus, in Catalogo, quo Rhetores praeclari indicantur, qui libello de iisdem mutilo praemittitur in MSS. Esse autem nostrum, cujus tres postremi meminere, inter eruditos fere convenit: nec multum abest, quin plerique omnes rhetorem, causidicum, declamatorem, etiam quaestorem ac praetorem, consulemque, ac Africae proconsulem, eundem cum historico, qui Magni Alexandri res conscripsit, arbitrentur. Quemadmodum vixisse sub Augusto ac Tiberio, sed & scripsisse, quidam & sub Claudio superfuisse, existimant. A quibus nobilissimus Rutgersius seorsim abiit, qui sub Vespasiano floruisse in Variis probavit, quem non temere rejiciendum, & cum cura adeundum censeo. Quanquam, ne de veritate quidem amplius quaerendum videretur, si habendam Catanaeo fidem, omnibus constaret. qui in manu exarato exemplari, ipsam hanc historiam de gestis Alexandri scriptam, Q. Curtio, & quidem Rufo, qui Augusto Caesare ac Tiberio floruerit, inscribi sic testatur.* Verba Catanaei habes n. VIII. *Caetera incerta sunt, & quia caetera, hoc ipsum. Imo & hoc ipsum magis, quia caeteris Vespasianum jungit.* (Id quidem in Catanaeo non reperi.) *Jam, qui potissimum dicendi genus, & purissimam Latinitatem, certum aevi argumentum arbitrantur; nemi-*

mi-

minem Latine sub Vespasiano, qui antiquitatem accurate exprimeret, scripsisse, quo modo probabunt? Quam si aevo nostro ac parentum eleganter quidam expresserunt, nondum video, cur à Romanis id removeamus, quod ne nostris quidem, ex felici imitatione hactenus negatum est. Quippe, & hodie aetatem quisque aut scriptorem eligit, quem imitetur, ut cum cura imitetur quem elegit. Ut omittam principem historiae Sallustium, aetate integra à scriptis C. Caesaris, coaevi, abiisse; cum diversum in dicendo, tum qui Graecis suis, tanquam peregrinus, haeret. Ut & maximus scriptorum Tacitus post illum.

XXV. Ut ita ad totum hunc locum claudendum aptissima fere videantur verba Valentis Acidalii Animad. ad lib. IV. Curtii. *De Curtio miror saepe, nonnunquam & indignor, doleo quidem semper, non tam quod ad manus nostras pervenit corruptus sic & vitiatus; haec enim sane cum omnibus: nec quod tam multis locis mutilus, ac lacer; haec cum plerisque: nec quod integris libris, & ipsis adeo primis ceu capite truncatus; haec quoque cum multis communis ipsi fortuna: quam quod nec ortum ejus satis certo, nec aetatem qua vixerit, ac scripserit, scimus ullo modo; quae illi tamen ipsa sors non etiam omnino sic peculiaris, ut parem sociumque habeat neminem. illa autem vix omnino quemquam calamitas extra Curtium afflixit, ut reliquorum scriptorum nemo mentionem ejus usquam, vel uno verbo, certam dico mentionem, & indubitatam faciat, ad unum omnibus tacentibus, quasi de compacto, ut conspirasse videantur ad supprimendum hominis nomen, ad famam prorsus opprimendam. In hoc quis non indoleat? quis non miretur, & indignetur? Dignus ille me hercules scriptor, qui ab omnibus praedicaretur, quem penitus & totum nosceremus. Ac laborarunt eo viri docti sane multum, ut quando indiciis & argumentis certis inveniri nihil potest, conjecturis aliquid sagaciter indagaretur: quorum nos industriam diligentem amamus & laudamus, sed hanc ipsam vanam cum omnibus deploramus. Nec diversas hic diversorum opiniones affero, quia nullam ipse stabilire possum, quod contra possim, si libeat, omnes refutare.*

Hactenus à doctissimo J. Freinshemio de *nomine*, *aetate*, *& conditione Q. Curtii* collecta exhibemus, quibus nos alia Recentiorum, aut aliunde conquisita subjiciemus, ut uno conspectu, vel sub eodem saltem titulo quasi nexa cohaereant.

Raderus in notis ad Curtium l. VII. 8. 11. *Ex hoc quoque loco conjicias, Curtium adprima Caesaris tempora accessisse, quibus maxime ingenia effloruere.*

Idem lib. VI. 6. 31. *Curtius autem cum ceteris, qui supersunt Alexandri scriptoribus, post Christum Crucifixum, diruta jam urbe, scripsit.*

Idem ad lib. V. 2. 16. *Ex Arriano & Plutarcho aevo posterioribus decerpere Curtius non potuit.*

Modius ad lib. VIII. 14. 6. Cornus, cornum *usitatius est scriptoribus, praesertim iis, quorum aetate Curtium vixisse conjectari potest.*

Freinshemius ad l. IX. 3. 24. *Falluntur, qui Curtium sub Augusto scripsisse putant.*

J. Perizonius Curt. Vind. p. 3. *Nullus dubito, quin fuerit ille Rhetor, qui in Catalogo Rhetorum in MStis. Suetoniani libelli*, de Claris Rhetoribus, *hoc nostri Auctoris nomine commemoratus occurrit, quum stylus manifeste prodat Rhetorem, nomen porro* Q. Curtii Rufi *utrumque conveniat, denique & aetas. Etenim Rhetor ille nominatur proxime post eos, qui sub Augusto floruerunt, & longe ante Quinctilianum, ut adeo ad tempora Tiberii videatur omnino referendus. Ad quae tempora etiam hunc scriptorem retulerim, cum propter stylum istis temporibus congruentem, tum maxime propter celeberrima illa verba, quibus jam suam aetatem declaravit* l. X. c. 9. Proinde jure &c. *Hisce designari Augusti mortem, & novum principatum Tiberii, qui filios habebat & nepotes, atque ita spem* diuturnae posteritatis, *prorsus mihi persuadeo, & ideo sequor Popmam & Raderum potius, quam tot alios, diversae tamen & ipsos sententiae, qui ad tempora Claudii, vel Vespasiani, vel etiam Trajani haec referunt. Praecipua erroris caussa est in Doctissimis ceteroqui viris, quod putant intelligendum hic Principem vere egre-*

egregium & merito laudatum; nec cogitant scriptores, si quem memorant vivum tum Principem, eum, qualiscumque sit, laudare tamen semper, & malle dicta quaedam perdere, quam caput & fortunas. Ita hunc ipsum Tiberium extulerunt immodicis laudibus Vellej. Paterculus, & Val. Maximus. Claudium & Neronem Seneca. Domitianum Frontinus. Alii alios. Altera caussa est, quod credunt bellum, aut saltem discordiam civilem jam plane excitatam istic describi; Quum sensus Curtii sit, imperium potuisse tantum sub Uno stare, non à pluribus sustineri, atque ideo cum Tiberius aliquamdiu recusaret Principatum, discordia *reip.* membra sine suo capite jam trepidasse, & *nisi ille eum recepisset, certe exstiturum fuisse bellum civile post mortem Augusti, aeque ac exstiterat post mortem Caesaris, cujus belli gladios certo stringendos ille praeveniens* condiderit, & *ita* lucem caliganti *jam* mundo reddiderit suo ortu, *ceu principatu, quem suscepit.* Nox *videtur intelligenda vel de tempore inter mortem Augusti & principatum Tiberii receptum elapso, vel de nocte, quae intercessit inter mortem Augusti, qui mortuus hora nona diei i. e. circa vesperam, & principatum Tiberii, cujus in verba mox, seu sequente die, jurabatur Romae, & qui licet apud senatum stulta simulatione recusaret Principatum, re ipsa tamen eum receperat. Neque vel minimum huic sententiae adversantur verba Curtii l.* IV. 4. *extr. de Tyro, quae* post excidium renata, nunc longa pace cuncta refovente sub tutela Romanae mansuetudinis acquiescit. *Nec enim istic designatur longa pax in re Romana, ut censet Lipsius, hoc argumento ab aetate Augusti removens Curtium, sed pax Tyriae civitatis, quam illa post mortem Alexandri tandem restituta, & simul* αὐτονομίαν, *sub tutela alieni imperii, Regum Syriae primum, ac dein Romanorum habuit tempore Curtii vel Tiberii plane jam longam. Rhetor ergo iste Suetonii fuit haud dubie hic Curtius, forsan & Consularis ille ac Triumphalis vir sub Tiberio, quem memorat nobis Tacitus. Ann.* XI. 20. *quum iterum conveniat plane Nomen, dein Aetas, denique tenuis & humilis Origo. Rhetores ante Blandum, equitem Rom. Senecae ferme aequalem*, libertini *erant, quod tradit Senec. Controv. l.* II. *in Praef. addens, aliis* turpe *habitum* docere, quod honestum erat discere. *Ejus ergo generis probabile est etiam Curtium Rhetorem fuisse; Consularem vero illum Tiberius* ex se natum *dixit. h. e. nihil debere parentibus suis, vilissimis quippe & ignotissimis: eique ideo Tacitus d. l. ut* acre *tribuit* ingenium, *ita* & dedecus natalium. *Nihil ergo obstare videtur, quo minus habeantur iidem, nisi forte, quod Tacitus diserte id non adfirmaverit.*

Lipsii sententiam de Claudio amplexus M. Le Tellier totam caussam ex Josephi l. XIX. Ant. Jud. c. 2 3. explicatius quam à Lipsio factum deduci posse persuasus, *Caeso*, inquit in Praefat. ad Curtium; *Caligula, quum abductus esset à militibus in castra & acclamatus imperator Claudius, totam, quae secuta est, noctem trepidationis ac periculi plenam Romani habuerunt; hinc senatu rem sibi publicam cupiente vindicare; inde populo novum imperatorem deposcente; utrisque militum, praecipue Germanicorum ac infimae plebis remigum seditionem metuentibus, donec orta luce, nequidquam obnitentibus Chaerea cum Sabino ac sociis, non milites modo, sed etiam alter consulum ac senatorum plerique ad Claudium in castra confluxerunt. Ita omnium consensu imperator factus, aliorum ambitioni aditum praeclusit, magnamque cladem avertit.* fuisset *enim inquit Josephus* caedes, quanta vix unquam antea edita, si quis permissus fuisset cum Claudio de Principatu contendere. *En igitur noctem illam*, quam paene supremam *Romani habuerunt. en illud* sidus, *quod ejus* noctis *tenebras discussit, cujus* ortus non solis, lucem caliganti reddidit mundo, quum sine suo capite discordia membra, *senatus populusque* trepidarent. *Quod aliquanto aptius tum dicitur, quum nullus agnoscebatur imperator, quam ubi inter duos divisa respubica Vitellium ac Vespasianum* biceps *potius quam* sine capite *appellari debuit. At enim auspicante Claudio, nec à pluribus expetitum, nec bellis laceratum erat civilibus Romanum imperium, ut illlud Macedonicum fuit, cujus haec occasione à Curtio scripta sunt. Quod expetitum negant fuisse à pluribus, in eo aperte refelluntur à Josepho; quod nondum civile bellum exortum caussantur, non repugno. Nec vero id agebat Curtius, sed hoc modo praedicat, populi Romani salutem suo principi deberi; cujus accessu ad imperium, imminentia mala civilium bellorum depulsa sunt. Sic enim ille* gladios condidit; *sic* exstinxit faces *jam seditionem ac caedem spectantium. sic ingruentem* tempestatem subita serenitate, *post unius noctis moram* discussit. *Ex quibus postremo illud consequitur, si quis* noctis *vocabulum hic non proprie, sed figurate accipiendum persuaderet* de calamitoso reip. statu, *ne id quidem obstare, quo minus haec omnia Claudio melius, quam Vespasiano congruant, qui non* subita serenitate, *sed post diuturnam ab illo sideris exortu tempestatem serenum postliminio reduxerit.*

Rut-

DE Q. CURTII NOMINE, AETATE, CONDITIONE.

Rutgersii sententiam refellit Tellierius, negans Vespasianum istud *novum sidus* esse, qui quum noctu ad Bebriacum pugnaretur, in Syria tum absens agebat. nec Lunam *adulta nocte surgentem* intelligi posse, quod quae *adulta nocte* surrexerit, haudquaquam *nova*, aut *novum* sidus dici possit. Nec noctem Bebriacensis pugnae à Curtio notari, quod hanc non Pax, sed aeque gravia tum ad Cremonam, tum in ipsa urbe insecuta sint mala. Nisi forte initia salutis & victoriae, quae proelium Bebriacense dedit, quam consummationem maluit Historicus respicere.

Menagius Orig. L. Gall. p. 24. à. *Rufum* celebrem Rhetorem Romanum, ideo quod Viennae Allobrogum natus esset, hoc nomen consecutum, & à Juvenale Sat. VII. *Ciceronem Allobroga* dictum *Q. Curtium Rufum*, de cujus aetate adeo controvertitur, esse sentit. *Dieckmann. Spec. Gloss. MSS. Lat. Theot. p.* 33. Sed cum fuisse Curtium Montanum, ex Prolusionibus Raderus supra n. III. notavit.

Accessit & alia de Q. Curtii aetate sententia, quae eam Trajani temporibus adsignat. Quam pluribus refert & refellit J. Vossius de Hist. Lat. l. I. c. 28. quem locum, quoniam longior est, & liber merito omnium manibus teritur, non exscripsimus. Tantum addimus auctorem ejus, quem *virum praeclari nominis & variae ac rarae eruditionis*, *sed alibi potius*, *quia ab eo cogitur dissentire*, *nominandum* dicit, esse Joan. Is. Pontanum, ut liquet ex Epistolis ejus, quarum Syllogen publici juris fecit vir Cl. Ant. Matthaeus Epist. 39. 60. 75. 87. 97. quae ipsa videtur, ex qua argumentatur Vossius.

Quod ad Barthii de Theodosiano aevo opinionem attinet, quam ad Claudiani l. I. in Rufin. vs. 275. propugnat, parum illa praesidii ad persuadendum habet. Primum objicit nobilissimus vir *declamatorium acumen ad Panegyristarum affectiones inclinatum*, quasi vero nihil declamatorium sub Vespasiano aut Claudio valuerit, quum principes Rhetorum Quinctilianus & Seneca florerent. Videt etiam, qui Curtii nativum sermonem cum Panegyricis, sub Constantinis aut Theodosio compositis, contulerit, quantum inter utriusque temporis Latinitatem intersit. Deinde Curtii verba ex libr. X. producta, nulli principum potius, quam Theodosio, ut *novo sideri* convenire autumat, cujus domus in duobus filiis *diuturnam posteritatem* pollicita sit. At pace existimationis tanti viri dixerim, omnia secus nobis videri. Nihil enim pacatum in Theodosii imperio, Gothis, Maximo, Eugenio, omnia conturbantibus. Ubi ergo *longa* illa *pax*, quae *cuncta refovebat*, à Curtio l. IV. 4. praedicata? quam sane bella, quibus Theodosius distentus fuit, vix unquam concedent. Neque sine capite membra erant, quum Theodosius rebus praeficeretur, superstitibus Gratiano & minore Valentiniano. At *qua fronte Quintilianus inter Historicos Curtium non recensuit.* Hoc ex Barthianis praesidiis ultimum restat expugnandum. Facile vero & illud superatur, quum de Quintiliano constet, ex l. X. I. defunctos vita laudandos sibi proposuisse, vivos reliquisse posteritati, quae quemque pro meritis aliquando laudatura esset. *Cellar. in Praefat.*

Ex aetate Curtii etiam de vitae conditione judicatur. Tacit. Ann. XI. 21. Curtii Rufi mentionem fecit, qui gladiatore licet genitus à Tiberio Caesare praeturam sit consecutus, ac postea etiam consul factus, & proconsul Africae: de quo & Plinius l. VII. Epist. 27. ad Suram memoravit. Quin hic Historicus credatur minus dubitant ii, quibus *novum sidus* est Caesar Claudius, habent etiam quo idem tueantur, quibus Vespasianus est, *longam* nempe *senectam*, quam & Tacitus post praeturam tribuit. fuit praeterea alius Q. Curtius Rufus, quem in illustrium Rhetorum numero Suetonii membranae ponunt, & eo quidem ordine, ut extremis Tiberii temporibus videatur floruisse, à quibus ad Vespasiani imperium anni sunt 32. quod non tantum intervallum est, ut non possit idem sub Vespasiano jam senex historiam scripsisse. Si quis Rhetoris ejusce, vel Africani etiam proconsulis, filium esse malit, fatetur Vossius non tanti esse, ut propterea vadimonium deserere velit. Rhetore sane illustri, vel Rhetoris filio dignissimam hanc historiam esse, quod usque adeo sit auctor eligens verborum, nec perspicue minus, quam terse scribat, acutus in sententiis, inque orationi-

busmire disertus. Immo vel Augustaeo aevo dignam esse dictionem, vel proxime abire. Haec fere ex Vossio *Cellar. in Praefat.*

Freinshemius in Notis ad Lib. III. 9. 1. *Numquam credere potui, Curtium hunc eumdem esse, quem Africa Proconsulem vidit. Eo enim honore sat severis adhuc moribus non putem mactatum fuisse hominem bellicarum rerum adeo rudem. Nisi forte dicamus transscripsisse eum ex aliquo Graeculo, qui hoc modo tradiderit.*

Tellierius ita in Praef. *Huic Africae proconsuli nihil video, cur Alexandri historia adjudicari non possit; nisi stilus ipse floridior, & ad declamatoriam saepe rationem exactus persuaderet ejus esse potius, qui in Rhetorum illustrium catalogo, quorum vitas Suetonius descripsit, Q. Curtius Rufus legatur. Ibi enim illis jungitur, qui sub Tiberio florere coeperunt, & ad Claudii quoque tempora pertinent.*

Curtius, quod nulli forte praeterea contigit, tam multis aetatibus ignotus latuit, ut ante seculum à Christo nato decimum nemo omnium repertus sit, qui vel per transennam Curtii historici, scriptaeve ab illo historiae mentionem injecerit. Quae res, opinor, nonnullos adduxit, ut suspicarentur, non genuinum Curtii ac vetustum, sed suppostitium recentioris cujusdam scriptoris foetum esse; qui post renatas literas, felici veterum imitatione eximiam scribendi facultatem adeptus, opus hoc suum Romano sub nomine prodire voluerit. Quorum conjecturam vel una refellit Gualteri Belgae Alexandreis, jam inde usque à duodecimo aerae Christianae seculo condita, ex unius saepe Curtii vocibus in versum redactis. Adde MSS. Codd. sane veterum multitudinem, mutilationem, depravationem; quae in recentem scriptorem non cadunt. Quod *argumentum à Quintiliani silentio petunt, validum non est. Quasi vero historicorum catalogum Fabius texuerit, qui quatuor admodum ex iis appellavit: superstites autem, in quibus esse potuit Curtius, consulto praetermiserit.* Tellier. Praefat.

Sunt, qui *Q. Curtium* auctorem satis Neotericum censent, putantque eum ad majorem auctoritatem sibi conciliandam *Antiquae Romae Caesaribus* coaevum se dixisse. Haec erat cujusdam ex Dom. *Patini Gymnastis* opinio. *Q. Curtii* nomen suppositiium esse arbitrabatur, & *Historiam*, quae sub hoc nomine circumfertur, *fictam narrationem* esse, quam *Italus* quidam ante trecentos demum annos fabricatus fuerat. Hanc opinionem hisce inter alias rationibus tuebatur. 1. quia *auctorem* hunc *Veteres* nunquam citant. 2. quia de Gange & India & quibusdam aliis regionibus, loquitur, quae ignorabantur, antequam à *Geographo Ptolemaeo* memorarentur. Sed frustra sunt haec omnia. Quamvis validum & mirum quid sit argumentum, desumptum ex iis, quod à Veteribus nunquam citetur. Nemini, qui acri Judicio polleat, *opus* hoc adeo recens esse persuadere quis poterit. Jam supra mille quingentos annos nemo amplius *Latine* scribit, ut *Historicus* ille, quisquis tandem is sit. Quamvis in *Geographicis* aliquando hallucinatus sit, inde non sequitur, eum esse Neotericum. Hoc enim fundamento *T. Livius*, *Herodotus* omnesque veteres historici mustei censerentur. *ex Novell. de Rep. Literar. tom.* 3. *p.* 252. 253. *Blount Censur. Libr.* p. 123. desumpta ex Patini literis t. 1. epist. 27. 44. adde Vign. Marville Melang. de Litt. tom. 2. p. 302.

Eandem opinionem nuper alius Clarissimus Vir tueri publice sustinuit, cui eruditam dissertationem Vir itidem Clarissimus Magnus Daniel Omeisius *opposuit, cum quo omnino faciendum putamus, injuriam censentes, de tam nitidi elegantisque scriptoris antiquitate dubitare.* Cellar. Praefat.

Illustriss. Montfaucon Praefatio Palaeolog. Graecae. Erat quidam vir doctus & vetustatis amans, qui putaret Q Curtii libros decimo quinto seculo, post restauratas videlicet in Europa literas humaniores, ab aliquo viro Latine perito confictos fuisse, qui orbi literato fucum facere studeret. Verum is ipse quam longe à scopo aberrasset, cognovit, quum sciscitatus edidicisset in *Bibliotheca Colbertina Q. Curtii* codicem haberi, qui superaret annos octingentos.

Quid multa? vel soli MSS. libri vetustate sua hanc novam sententiam profligant. Vir magni in-

ingenii & harum rerum imprimis curiosus Joh. Christoph. Wagenseil, *per literas nobis significavit, sibi in Italia peregrinanti obtigisse Lucae Holstenii (at quanti Viri, & quam accurati membranarum censoris!) de quibusdam Codd. MSS. Bibliothecae Ducum magnae Hetruriae, quae Laurentiana vocatur, judicium ad Serenissimum Principem Leopoldum Mediceum, in quo legatur diserte illius Bibliothecae* scamno LXIII. exstare Curtii exemplar, admirandae antiquitatis in parvo quadrato DCC. circiter annorum. *qui solus codex potest esse instar omnium ad testimonium antiquitatis. ut taceamus Laur. Vallam ipsis renascentium literarum temporibus Elegantias suas ex Curtio quoque ut antiquo & probato auctore non semel illuminantur.* Cellar. in Praefat.

Ex Cl. A. Fabricii Biblioth. Lat. Wagenseilius in pera libror. Juvenil. tom. IV. p. 178. *Monstravit mihi olim solidum reip. literariae columen, omnique laude dignus vir A. Magliabechius in Biblioth. Medicea Codicem Curtii antiquissimum, atque Lucae Holstenii, quod simul literis consignatum exhibebat, verissimo quo in talibus pollebat judicio, haud minus annis septingentis annis gravem.*

Pergit Wagenseilius ibid. *Etsi quacunque de caussa non occurrit apud Antiquiores, qui exstant, Curtii mentio, tamen ii, quorum aetas tria saecula longe excedit, ejus meminere, ut sic saltem longe ante illa tempora vixisse illum necesse sit. Joh. nimirum Sarisberiensis, Carnotensis Episcopus, quem anno* 1182. *vita excessisse constat, Curtium allegat in Polycrat: l.* VIII. *c.* 18 *Phil. Gualterus, Episcop. Insulanus.* De Alexandreide autem Phil: Gualteri, saeculi XII. scriptoris aevo Ahenobarbi, jam monuit Tellierius in Praefat. Judicium de eo Modii vide in Notis ad l. III, 2, 2. Raderi l. IV, 4, 12. IV, 11, 16. Loccenii IV, 13, 6. Barthii V, 1, 30.

Ut proinde recte censuerit Tellierius, ante decimum seculum nusquam apud scriptores ullos Curtii esse factam mentionem, quod ad saeculum XV. retulit Abbas de La Roque Journ. des Scavans 18. April. 1678. *Indicante Baylio* & *T. Blount Cens. Libr.*

His ergo opportune subjicimus locum nobis indicio Clarissimi viri Petri Burmanni cognitum.

Legitur autem in Q. Curtio, quod quum Alexander Macedo, totius malleus orbis, contra Darium & Porum de Graecia profectus esset, & acies hominum subsisterent ordinatae, facta est Eclipsis Lunae, quam Alexander pro Graecis contra Persas interpretatus suos animavit, & pugnans contra Darium eum vicit. Verba sunt Jacobi de Vitriaco Histor. Oriental. l. III. p. 1132. in Gest. Dei per Francos, edit. Bongarsii, qui in Praefatione testatur ex Chronico Belgico Pistoriano de obitu hujus Jacobi ad annum MCXL. Adde G. J. Vossium de Hist. Latinis l. II. c. 57.

Hoc mallem non scripsisset Cl. Wagenseilius l. c. *De Alphonso quoque decimo Hispaniae rege, qui Sapientis cognomen meruit, & Anno* 1252. *imperare coepit, Antonius Panormitanus in vita ejus prodidit, eum, cum gravi morbo laboraret, remedia Medicis frustra praescribentibus, coepisse legere Q. Curtii Historiam de Alexandro M. adeoque illius dulcedine captum fuisse, ut ex sola lectione sanitatem recuperaverit.* Insignem hunc errorem ex Hofmanni lexico, in quo eadem exhibentur, contraxisse Doctiss. Wagenseilium dicere non ausim; Alphonsi nomen & forsan *Sapientis* cognomen, cui hoc factum conveniret optime, imposuisse ei credo. Nam revera fuit *Alphonsus Ferdinandi regis filius, qui Arragoniorum regnum apud Neapolitanos condidit*, indicante Gratiano de Casib. Viror. Illustr. p. 20. Namque ipse Antonius Panormita, cujus locus mox cap. 2. proferetur, expressis verbis scribit, non Alphonsum *legisse* Curtium, sed legentem Panormitam *audivisse & delectatum fuisse.* Nec scripsit Antonius vitam Alphonsi cujusdam superioris, sed facetias de dictis & factis memorabilibus Alphonsi regis, cum quo ipse familiarissime vivebat. Aeneas etiam Sylvius, postea Pontifex M. nomine *Pii secundi*, anno 1458. utriusque aequalis, Commentarios in hos Panormitae libros conscripsit, in quibus de Curtio memorans notat quidem, quasi Curtium *legisset* Alphonsus, sed rem ipsam, non vero primum Panormitae cum Curtio ad Alphonsum aditum respicit. Accuratius ergo Baylius, scribit, Tellierium nullum de Curtio citato adduxisse testimonium, quod saeculum XV antecederet.

Testatur insuper vir Celeberrimae doctrinae A. Fabricius in Biblioth. Latin. suppl. l. II c. 17. *Vincentium Bellovacensem in Speculo Historiali l. v. meminisse Curtii, & ex eo loca protulisse.* Sed is Curtius diversus à nostro visus est Cl. Freinshemio, & *fortasse Julii Valerii Historia Alexandri M. vel incerti cujusdam, qui sub Constantino vixit, cujus in Galliis & alibi exempla.* vide ad cap. 3. de Exemplaribus Curtianis.

Potiora sunt illa, quae adfert Cl. Fabricius Bibl. Lat. Part. alter. *Petrus Blaesensis Epist.* 101 *inter libros in scholis celebres praedicat profuisse sibi* frequenter inspicere Historias Q. Curtii. *Scholas frequentavit Petrus circa* A. C. 1150.

Unde oriundus fuerit Q. Curtius, non constat, Italum *tamen fuisse satis certum est, id enim styli ipsius tersissima puritas ad* Romanum *filum ad amussim formata ostendit.* Quinsted. apud Blount. Censur. Libr.

CAP. II.

EXpositis doctorum virorum de Q. Curtii aetate atque conditione suspicionibus, sequitur ut de stylo ejus & Historia quid senserint, lectoribus exhibeamus. Quod ut commodius fieret, eorum judicia secundum litterarum seriem disposuimus. Notandum autem, neminem adhuc quidquam apud veterem auctorem reperisse ex Curtio citatum.

Eumdem ergo, quem sibi sumpsit & praetulit Doctissimus Freinshemius ordinem secuti, haec illius testimonia ab ipso adducta aliis admixtis interpolare maluimus, quam seriem literarum, qua haec digessit, disturbare.

Valens Acidalius Animad. ad lib. IV. Curtii. *Dignus ille me hercule scriptor, qui ab omnibus praedicaretur, quem penitius & totum nosceremus.*

Franciscus Asulanus in Epistola Aldinae editioni praefixa. *Alexander ille Macedo, cum aliis concinnis scriptoribus, tum facunda, eleganti, candida Curtii historia immortali coelicolarum vescitur ambrosia. vivetque aeternum, dum sole magnus lustrabitur orbis.* & in fine Epistolae. *Hac lege hunc tibi Curtium dicatum volumus, ut omnes facile sciant, te eum unum inter mortaleis esse, cujus innumeris reponendis laudibus Curtio ipso scriptore opus esset.*

Joan Bernartius. *Caesari comitem do Q. Curtium, quem adeo inter selectos recensere non dubito, ut inter optimos locum illi fidenter tribuam.* Idem ad Stat. 10, 487. *ut ocellus Historicorum Curtius inquit.*

Petrus Bertius de Agger. & Pontib. pag. 38. *Dictio Q. Curtii est pura, simplex, inaffectata. in Aggeris vero descriptione ita insuper florida, ut inter prima eloquentiae Romanae exempla locus iste ponendus sit. Author sim iis, qui ad veram Eloquentiam adspirant, ut totum locum ediscant.*

Petrus Bizarus lib. II. rer. Pers. *A Q. Curtio inter Latinos arguto, eleganti & nervoso scriptore harum cognitio petenda est.*

Boeclerus de Eloquentia Politici. *sicut posterior* Livio Curtius, *Vespasiani demum temporibus, ut videtur, vixit, ita optimi aevi scriptoribus aequari, & fortasse omnibus Historicis quodammodo anteferri potest. magnificentior* Livii, Salustii *gravior*, Taciti *profundior oratio.* Curtii *his omnibus suavior, tersior, accuratior. Quod in moribus* Livio *tribuit Fabius, multo magis* Curtio *convenit; electissima ejus verba, civiles & aptae sententiae, expositio mirifica, conciones expedita facundia instructae: materiam suam non magis promte implet oratio, ubi opus est, quam & pleno, prout decet, dispensat.* Livius *eloquentiam suam prolixius & liberalius vel amare vel imitari volentibus offert.* Curtius *haud paulo accuratior aequabili politissimi styli temperamentum simul & semel, sed post iteratam saepius attentis demum intentisque commendat.* Livius

vius *magnanimo quodam plenus candore exporrecta suavitate invitat simul & admittit lectorem.* Curtius *per quaedam admissionis mysteria & gradus in familiaritatem adhibet erudita & decora ingenia, obviâ tamen sic quoque & expositâ humanitate statim idoneus amari. Non enim abstrudit gratiarum suarum irritamenta, sed disponit & cum primo aspectu placeat, hoc pretio vult placere, ut aestimetur.* Se.

Olaus Borichius de variis Linguae Latinae aetatibus p. 2. *Curtium* iis adsignat, *qui antiquam gloriam ita sustinuere, ut in illis vel nihil vel parum aut peregrinitatis, aut invisi senii internoscas.* Idem p. 3. *Argenteae aetatis primum locum Curtio adscripsit Scioppius.* Idem ibid. p. 14. *Ex stili diversitate non distinguenda aetas scriptorum inter tempora Augusti, & excessum Trajani, ut voluit fastidiose sedulus Scioppius.*

Barnabas Brissonius de regno Persarum libr. I. *Ne quis à parum idoneo auctore interpretationem sumptam suspicetur, Curtius hic, ex cujus scriptis toties à me auctoritas in his libris ad faciendam fidem petitur, iis temporibus vixit, quibus bonas artes & studia literarum floruisse nemo infitiari possit.*

Christophorus Bruno in Epistola dedicatoria: *Cum autem Q. Curtii quoque rerum gestarum Alexandri Magni historia, olim à me puero, & nunc denuo rursus lecta, mire candida, tersa, ac luculenter pura, utroque tempore mihi visa esset, dici non potest, quantum omnium studiosorum nomine indoluerim, tantum autorem ἀκέφαλον, id est sine capite, duobus nimirum primis libris, cum fine quinti, amputatis, & in decimo libro plurimis in locis mutilatum nobis superesse.*

Ibidem. *Styli ipsius tersissima puritas, ad Romanum filum adamussim formata.*

Guil. Budaeus de asse lib. III. *Verbis ipsius Curtii auctoris tersi & elegantis.*

Ex Praefatione in editionem Curtianam Antonii Candidi, procusam Lugduni 1591. *Q. Curtii Rufi libros qui supersunt, historiae nomine dignos si quis agnoscit, is judicio praeditus equidem videbitur. Proponit enim Curtius exiguo volumine insignia documenta, quae usum vitae communis adjuvant, quae principes viros & infimae sortis homines possunt meliores reddere, seu ad virtutem hortetur, seu vitia, vanae gloriae videlicet, pecuniae, vindictae, libidinis amorem ex animis evellat: nec in vanis & nugacibus rerum gestarum narratiunculis scriptionem consumere studet. Nonnulli existimant non aliter debere describi bella quam latrocinia, breviter, nude, nulla laude addita, sed detestatione potius, ut longum bellum referatur non utique ad commendationem victoris, sed tanquam in exemplum, quid pariant pravi affectus, sive ambitionis, seu irae, sive libidinis: tum ut videant, quam in incerto ac levi momento sitae sint res & fortunae hominum, quibus tantopere alii confidunt. Id quam feliciter Curtius praestiterit, perpetuus historiae contextus ostendet. Primariae autem historiarum legi, quae veritatem commendat, sapienter obsequitur, ex tot veterum scriptorum libris veritatem, ceu in profundam antiquitatis abyssum immersam, eruens. Pro narrationum varietate, prudentia sua usus est, aliam historiae legem diligenter observans. In quibus enim verba spectantur singula, ut in pactionibus, Macedonum edictis, promissis, simplicem profert veritatem. In rerum gestarum commemoratione, dum mores severe informat, aut animos jucunde pascit, summas rerum ita exhibet, ut nihil (quod cognitu necesse sit) relinquat intactum. Addens praeterea, quae doctrinae aculeos mentibus relinquant, quaeque variis affectibus lectorem imbuant, verba scilicet eximia, sententias selectas, miro artificio compositas orationes: reique summam ad veritatis regulas dirigens, nomen retinet verae narrationis. Caeterum non modo corpus ipsum historiae suae veritati consecrat, verum etiam perelegantem colorem & cultum adhibet. Res insigniores persequitur, eas videlicet, quae nos sapientiores efficere queunt. Dum enim alii nimis accurate proelia describunt, quae melius nesciremus, Curtius noster explicat causas, consilia, eventus, & quicquid occultum & arcanum est in negotio: ita tamen, ut acierum descriptiones & variorum certaminum multiplices vultus, graphice depictos, propter Darii & Alexandri nomina Bellonae dicata, minime negligat. Quod si fecisset, quid inanius illa historia, in qua perpetuus armorum strepitus. Non effundit se in laudes Graecorum, aut Persarum vituperationem: nec enim se encomiasten, sed hi-*

 sto-

storicum agnoscebat: adulationes & hyperbolas poëticas caute fugiens. A digressionibus abstinet: historiae filum nectit diligenter & eadem manu. nec de quibusvis rebus sermones serit: imo leviusculis omissis, cognitu dignissimas, ad utilitatem & delectationem, singulis fere paginis persequitur. In frequentibus civitatum, regionum, montium, fluminum, descriptionibus, quae ad rerum gestarum intelligentiam magis ac magis amplectendam non parum lucis adferunt, perspicuus apparet & solers. Adhibuit, nonnullis in locis, judicium suum: & in gratiam legentium benefacta evehit, malefacta ad execrationem insectatur. In rebus memorandis, consilia primum, deinde acta, postea eventus expedit, & de consiliis significat quid probet: ac in re gesta non modo quid actum aut dictum sit, sed etiam quibus rationibus, sincere & breviter aperit. Quoties de negotio aliquo pronuntiat, penetrat in animos: nec affectui, sed rationi perpetuo favere videtur. A maledicentia potissimum abstinet: adulationem abominatur & longe fugit: denique eum historicum quem requirit Cicero, se praestat, magnum videlicet. Verba proponit rebus congrua, de magnis splendida & sonantia, ut orationes nonnullae testantur, de parvis humilia, etiam de sordidis non dissimilia. Perspicuitas in eo talis est, ut ab omnibus intelligatur, à doctis etiam laudetur. Liberioribus verbis quandoque utitur (modestiae tamen, quae in eo maxime elucet, non immemor) ut narrandi taedium levet, puram ubique illustrem ac sequens brevitatem. De toto autem Curtii stylo penes eruditos esto judicium: nec enim commentarium Grammaticum, sed praefationem scribimus. Postquam vero praeclari historici imaginem lineis rudioribus exhibuimus, eandem praestantiore penicillo suis coloribus ad vivum, angustiore tabula feliciter expressam, offerre visum est. Ita igitur doctissimus Lipsius in Notis ad I. librum Politicorum. Verba Lipsii relata sunt infra suo loco. Item in fine ejus praefationis. *Supplementa librorum, qui desiderantur, tenui filo contexta, nec Curtianae majestati respondentia.*

Casaub. in Animadverf. ad Sueton. in Indice excellentium Rhetorum. *Historia rerum Alexandri elegantissime scripta.*

Nicolaus Caussinus de Adminiculis Eloquentiae l. III. *Q. Curtius medium quoddam iter sequutus, magnam styli salubritatem consecutus est. Nam ita dilucide narrat, ut amnem sine salebris fluere credas, & tantis praeterea veneribus orationem perfundit, ut non mediocriter lectores & amatores suos oblectet. Conciones autem habet tam argutas, & suaves, ut Herodoto, & Xenophonti nihilo videatur inferior.*

Colerus in Epist. de studio Politico: *Arrianus & Q. Curtius floridus uterque, sed nitidior Curtius, & quovis melle dulcior: lectorem citius defatigatum, quam satiatum dimittat: sententiae passim directae & obliquae, quibus mire illustretur vita humana.* Blount Censur. Libr. p. 12.

David Chythraeus in Chronol. Herod. & Thycid. *Curtius est argutus, elegans, & nervosus scriptor.*

Herm. Conringius de Civ. Prudent. c. 14. *Politico homini ipsomet Caesare tanto commodior Q. Curtius, quanto diffusior est.*

Angelus Decembrius de Politia litteraria libr. I. pag. 36. l. II. pag. 119. l. VI. pag. 487. *De Q. Curtio eadem prope querela est, cujus laceratum opus legitur: quanquam Graecorum & Arriani constat historia, ex quorum fontibus hic scriptor vel interpres mirae dulcedinis regiaeque profecto magnificentiae par, ab Alexandro non degenerans opus suum excudit, cujus summae sunt dignitatis & historicae suavitatis orationes.*

Idem. *Curtius inter historicos sane elegantissimus.* Idem. *Tantae est amoenitatis cum perfectius legitur, ut metricam putes historiam.* Idem. *Quod majus infortunium apud majores nostros, pulcherrimorum operum studiosos fuit, & accipere nos decuit, ut tam excellentis historiae suavissimaeque orationis, quae velut Amphionis Musa omnes mulcent auditores, unum omnino extaret exemplar, quod vix à nostris compertum per incuriam laceratum, seu vetustate & carie labefactatum excideret.* Idem. *Ceterum hanc ex Graecis historiam, praecipueque animo considerantibus primus tantum liber deficere videtur: nam à secundo de Marsyae fontis ortu, eo-*

que

que montis acumine pariter incipitur. Quo constat, Q. Curtium interpretem fuisse, ipso etiam attestante, se plura transcribere quam credere. Est autem is historicus fluidus, ac scatentium fluminum elegantissimus imitator.

D. H. in Epistola Dedicatoria Elzeviriorum. *Q. Curtius, historicorum, ut à tuo Heinsio vocatur, vere Venus. Nam, ut illa, cum ex undis, quod Graecorum habent fabulae, emergeret, simplicitate inprimis formam, quanquam exquisitam, tuebatur; ita scriptor hic, per se disertus si quis alius, communem laudem, propriam ac suam fecit, quia non affectat. In orationibus nimirum, quae, ut brevitate ac acumine in toto corpore eminent, ita hoc in primis admirandum habent, quod cum artis habeant non parum, sponte tamen natae videantur. Ita narrat, ut credatur: ita dicit, ut non verba sed sententias persuadeat, cum dicit: ita judicat de suo Principe, ut, quem merito cum omnibus commendat, non immerito, cum opus est, ac suo quasi jure, reprehendat: ne aut nimium dedisse Regi maximo, aut quicquam sine causa detraxisse videatur. Adeo, ut cum virtutes omnes maximi historici, lectori suo praestet; primam tamen primo loco habeat, ne falsum dicat. Nam qui vitia virtutibus in Principe permixta praetermittunt, ea ipsa pariter ac fidem suam, accusanda gravius posteritati tradunt. Cujus libertati nemo, nisi cum periculo, praescribit. Jam prudentiam quis satis commendare potest? quae nec putide accersitur, nec foris, sed ex ipsis factis ac narratione oritur, & ne desideres occurrit. In locis autem describendis quae amoenitas, quae suavitas, Dii boni! ut naturam non tam pingat, quam cum ea certet, & exhibeat ante oculos, quod tantum scribit, semper aemulus illius. vel quod minimo negotio & quasi sine cura, excidisse videantur, quae narrando exprimit: vel quod feliciter, & tanquam altera natura, situs habitusque ejus repraesentet, quae sine arte placet. Accipe igitur, Vir maxime, purissimum autorem; eleganter, nisi fallimur, ac terse expressum: accipe, historicorum Venerem, doctorum amor. Cui cum certatim eruditi nostri temporis, quos demereris, famam scriptis suis astruant; rogare audemus, ut inprimis nomen tuum jungi iis ac praefigi patiaris, qui jam eam consecuti sunt. Quales antiquissimi scriptores sunt. quibus, ut exemplo esse possint ceteris, aeternitatem suam sola ars conservat, cujus specimen hic damus.* Idem Ibidem. *Politissimum dicendi genus, & purissimam Latinitatem* Curtio tribuit.

Erasmus Roterodamus in Epistola Dedicatoria. *Curtium itineris ac navigationis comitem adjunxi, qui mihi olim puero, mire candidus ac tersus est visus. Nec alius sane visus est ex tanto regustatus intervallo. Dolet Autorem lectu dignissimum ἀκέφαλον nobis superesse, nimirum duobus primoribus libris amputatis, ultimo pluribus in locis trunco mutiloque. Risimus interea Graecculam in historia vanitatem, quam tamen Q. Curtius subinde temperasse videtur.*

Idem in Ciceroniano, sive de optimo genere dicendi. *Habeo, quem non contemnas, Q. Curtium. N. Historicus est. B. Est: sed in Historiis extant aliquot Orationes. N. Caeteris candidior est; sed nihil ajunt, ad Parmenonis suem. Habet multas sermonis formulas à Ciceronianis diversas.*

Jacobus Gordonus Chronologus cap. 20. num. 31. *Inter insigniores, qui Latine scripserunt historiam, merito numerandus Q. Curtius hic lectori inter Latinos ordine primus esse potest. De quo tamen vixdum sciri potest, quo floruerit tempore. scriptor subtilis & clarus, res gestas Alexandri Magni complexus est.*

Joan. Fridericus Gronovius Observationum Criticarum per saturam lib. II. cap. 19. *Q. Curtius, uberrimae & suavitatis & prudentiae historicus.*

Justus Lipsius in Notis ad lib. I. Politicorum c. 9. *Sequuntur scriptores duo, velut proprii Principum, & assidue iis in manu sinuque habendi. Q. CURTIUS: qui, me judice, probus est legitimusque Historicus; si quisquam fuit. Mira in sermone ejus facilitas; in narrationibus lepos. astrictus idem, & profluens; subtilis & clarus; sine cura ulla accuratus. Verus in judiciis, argutus in sententiis, in orationibus supra quam dixerim facundus. Quod si varium magis argumentum habuisset; fallor, aut variae Prudentiae eximium magis specimen praebuisset. Sed Alexander quid nisi bella?*

Idem

Idem in Commentario Corneliano lib. VI. Annal. poſt recitata verba pluſcula ex lib. VII. Curtii. *Delector, (ita me Deus amet!) exſcribere candidiſſime & diſertiſſime dicta.*

Idem ad Tacitum XI, 20. ubi mentio eſt Curtii Rufi. *Eſt qui hunc cenſeat eſſe illum, qui memoriam ſcripſit rerum Alexandri, pure me - Hercules & Latine.*

Loccenius in Praefatione poſterioris editionis. *Auctor lacteus & minime fucatus.*

Aldus Manutius in calce editionis ſuae. *Clariſſima Curtii Hiſtoria.*

Ex Bartholomaei Merulae epiſtola Curtio praefixa. *Cum Alexandri res geſtas à Q. Curtio elegantiſſime conſcriptas tibi breviter expoſuiſſem, exarſiſti incredibili quadam cupiditate legendi luculentiſſimi ſcriptoris hiſtoriam.* Et paullo poſt: *Eſt enim Q. Curtius in ſcribendo acutus, vehemens, candidus, ac perquam eloquens: in concionibus enim, quas crebro reperies, quantum ille ingenio & eloquentia valuerit, facile cognoſces.*

Franciſcus Modius initio Notarum in Curtium. *Ad ſcriptorem non malum, certe in hiſtoria, quam memoriae mandavit, unicum, mea opera quaſi poſtliminio cognomen ſuum rediit.*

M. de la Monnoye tom. 4. Menagianorum p. 205. *Inter ſcriptores antiquos, qui terſo ſtylo Latine ſcripſerunt poſt Ciceronem Q. Curtius praedicandus eſt, & longe praeferendus Lactantio, in quem tamen magis quam in Quintilianum conveniret, eum conatum fuiſſe imitari Ciceronem.*

Petrus Opmerus in Opere Chronographico, ſub Tiberio, ſtatim poſt Vellejum Paterculum. *Quintus etiam Curtius res geſtas Alexandri Magni pure ac terſe conſcribens (gnarus adulatores, quo gratificarentur Regi, multa finxiſſe) veriora ſecutus eſt, acute moderatus, quae fidem videbantur excedere.*

Antonius Panormita in facetiis Alphonſi Regis. *Aegrotabat Rex Capuae, & multi multa pro ſuo quiſque ingenio ac ſtudio oblectamenta ac munera aegro regi cum excogitarent, ego quoque ex Cajeta accerſitus ſtatim advolavi, deferens & ipſe mecum fomenta & medelas meas, h. e. libellos, quos intelligebam illi quam maxime placituros, in quibus Q. Curtium, bonis (ut ajunt) auſpiciis exhibendum, exhibui. Ille res geſtas Alexandri à diſertiſſimo viro perſcriptas ea hilaritate, ea aviditate, ea denique felicitate cepit audire, ut, quod medici obſtupeſcerent,* [Lanſii Orat. pro German. pag. 89.] *eodem ipſo die, quo legere ceperamus, aegra omni valetudine levatus, ac paene confirmatus evaſerit. Itaque poſthabitis ceteris recreamentis, quot diebus ternas facere lectiones perreximus, brevique librum abſolvimus; ex quo eo die frequenter in medicos Rex jocatus: Avicennam velut parabolanum parvi facere; Curtium laudibus accumulare cepit.* Ex eodem repetit Voſſius de arte Hiſtor. p. 30. & Gratianus de Caſibus virorum Illuſtrium p. 24.

Perroniana p. 308. *Q. Curtius in Latinitate Coryphaeus eſt, adeo limatus, adeo terſus, adeoque mirabilis, ut etiam in argutiis ſuis planus, perſpicuus, & intelligibilis ſit. Dom. Tyronius vir praeclarus ad ſtylos dijudicandos Q. Curtio primas dabat.* è Gall. tranſtulit T. Blount Cenſur. libr.

T. Popma in Epiſtola ad Heſſelum filium. *Inter Latinos Q. Curtius hiſtoriam Alexandri libris decem complexus eſt in ſcribendo candidus, purus, vehemens, & perquam elegans.*

Idem in notis ad Curtium X, 9, 3. *Hunc eſſe auctorem hiſtoriae Alexandri elegantiſſime ſcriptae docti viri exiſtimant.* paulo poſt: *Certe iis temporibus vixit, quibus bonae artes & ſtudia literarum floruerunt.*

Ex

DE Q. CURTII STYLO ET HISTORIA.

Ex Ericii Puteani in Q. Curtium praefatione. *Ut alia desint, sola elocutio lectorem non omnino rudem trahat, eruditum magis etiam inflammet. Quemadmodum cibi aliqui sunt, omnibus omnino mortalibus, illice sapore grati, aliqui his nauseam, illis suavitatem adferunt: ita in scriptoribus ratio styli distinguitur. quae omnibus placeret, Latina quidem, in uno potissimum Curtio inventa est. Livii olim laudem Patavinitas quaedam imminuit, alius velut supinum alibi, aut frigidum, imo & ταυτολόγον accusat. In Sallustio Julius Scaliger reperit, quod & reprehenderet, & damnaret: prolixum fuisse, vel etiam nimium supervacuumque. Caesar ipse, cui satis non fuit res fortiter gerere, nisi narraret, tam stylo promptus quam telo, auctor & simul scriptor, reprehensionem tamen non effugit, ajunt in dictione esse quae culpari possint; prudentiam è verbis non hauriri: Commentarios tantum esse, & nihil polliceri praeter nudam simplicemque narrationem. Tacitum Tullianae aures nequaquam ferunt, scriptorem scilicet durum, asperum, concisum: in Latinitate maculas esse naevosque: alibi sensum brevitate impediri & frangi; plura involvi, quam exprimi: & quod in emaciato corpore videmus, ossa tantum eminere, venustatem nullam esse. Justinus, Florus, Nepos, aliique frustra nominantur; in omnibus curiosa jam censura reperit quod carperet. Unus Curtius noster, noster ille Curtius, tam feliciter, prudenter, venuste historiae vestem contexuit, stylum ubique rebus aptans, ut notam omnem evitaret. elegans est, gravis est, virilis est, & natura sua nunc exsurgens & decens, nunc submittens dictionem & oblectans, ut in summa gravitate Veneres non exuit, ita in remissione ad vilitatem non descendit: quandoque objurganti similis, cum vitia persequitur, quandoque mulcenti, cum virtutibus applaudit, verba nitorem habent, compositio suavitatum, res pretium. tanquam nihil supersit, brevitatem laudes: tanquam nihil desideres, copiam. ipsa brevitate plenus est, copia non molestus. Varium dixeris, nec tamen diversum. Vultum eundem, non colorem servat, & tamen formosus pari ingenio nunc vela sermonis pandit, nunc contrahit: sed eadem felicitate invehitur & incedit alibi celerior, alibi accuratior, ubique placens. Cum nihil coactum sit, vibrari tamen sententias dixeris, non educi. acumina velut tela sunt, lectoremque suavi vulnere feriunt; flammulae sunt & accendunt. Nemo sine voluptate legat Curtium, majorem etiam fructum capiat sic perfusus. Quantum oblectaris, proficis; & cum omnia laudes, mireris tam ingeniose exprimi; cum omnia stupeas, tam facile intelligi. Nam ceteros historiae scriptores, ut puritate & lepore provocat, ita acumine & perspicuitate vincit. Nemo subtilior fuit, & tamen gratior. nemo aeque lectorem instruit, & minus lassat.*

Ex eadem. *Sed ego nunc juventutem alloquor, quae nisi regium hunc assumat animum & historiam aestimet, ad nullam unquam praeclarae vitae maturitatem excrescet, nisi peculiari studio Curtium evolvat, frustra in reliquis curiosum discendi desiderium conabitur explere. cibus alibi, hic vero deliciae sunt: doctrina alibi, hic voluptas jungitur, ut discere & audire unusquisque velit, amoenitate provocatur.*

Ex eadem. *Sed ut concedam tamen, esse in Curtio, quod reprehendi possit, minorem faciam, ut magis etiam laudem. Mutilus & ἀκέφαλος est, ac frustra infeliciterque conatus Alexandrum nobis aeternum facere, qui ipse parte sui deficit. Truncum corporis nemo, aut perfectum aut formosum dixerit: hac autem infelicitate laborat Curtius: ingeniosus, ne placeret tamen, elegans, ut vulnera praeferret; etenim quantum scripsit diurnare ad nos usque non potuit? commune hoc scriptorum pene omnium fatum est,* [Vide Casaub. in Dedic. Polybii.] *& frustra in uno aliquo, inique etiam in Curtio accusamus. Quot historici (ac de Latinis tum loquor) quorum solum nomen, aut ut felices adhuc sint, fragmenta aliquot supersunt? ipse Crispus,*

Primus Romana Crispus in historia,

periit, ubi primus fuit, in Catilina & Jugurtha magnitudinis suae umbram duntaxat ostentans. Livius; cum enim CXL. scripsisset libros, vix trientem sibi operis vindicat. Et Tacitus, tanta olim cura ac gloria bibliothecis omnibus insertus, integer tamen servari non potuit. Frustra ceteros recenseo. Curtius ut omnes vinceret perfectissimus perennavit; & ut antiquitatis fide commendaretur, omnem evitare injuriam temporis non debuit. In octo adhuc libris superstes est, qui decem confecerat: cum totum destruere aetas non posset, parte & exigua imminuit, impetum in primos duos fecit libros, ut servaret reliquos, amplius destruere verita est. & quia ulterius nocere non potuit, praestantissimo operi pepercit.

Ex eadem. *Ad historiam ite, Curtium admittite, ut omnia habeatis. Hic ille, auditores, ingenium cujusque acuet, subtilissimus scriptor est; judicium roborabit, prudentissimus est: linguam expoliet, facundissimus est. Etenim qua verborum sententiarumque solertia inventioni sufficit, ea maturitate momenta rerum ponderat & eloquentia proponit. Quia igitur argutum esse, prudentem esse, disertum esse, omnis doctrinae summa est, quid adjicere ingenio, judicio, linguae oporteat, Curtius inprimis docet.*

Ex eadem. *Illam tamen historiam, quia Sallustium Tacitumque nuper explicui, in Curtio nunc quoque experior, digno, me hercule, auribus omnium & oculis scriptore, qui an facili sententiarum acumine eruditat suavius, an mellitis eloquii illecebris delectet utilius, jure dubites. Suo & illius ingenio bonus est, quem descripsit, & magnum iterum fecit, quem celebrat. Prorsus Alexandri famam Curtius sustinet: quidquid narrat, quia post alios, stabilivit, ut ceteris crederetur, Callistheni, Aristobulo, Ptolomaeo, unus ille fecit: & fidem Graeci invenerunt, quem idem stylo argumentum Latinus absolvit. ut liberius aliquid dicam, tam elegans prudensque scriptor mendax esse non potuit, & jam credimus, quidquid Arrianus tradidit; Curtium secutus est. imo credimus, Alexandro nihil difficile fuisse; fieri posse Curtius censuit & ad posteros transmisit. Tria sane numina in pulcerrimo historiae opere videtur coluisse: Suadam, Prudentiam, Veritatem; & Suadae quidem lenocinia quem non mulceant abripiantque etiam alieno affectu impeditum? historiae haec Siren est, à qua vinci & abduci etiam Homeri sapiens voluisset. Jam Prudentiae dotes quidni venerer? putes in Sophiae domicilio praecepta omnis vitae Socratem praefigere. Denique Veritatis etiam integritas hic relucet, etenim qui tam à libidine fingendi, quam à necessitate abfuit. fallere noluit, & jam tum aevi sui judicia vereri poterat, si majora veris tradidisset; quippe pronis Romanorum in adulationem, sive Caligulae sive Claudii, sive insequentium animis. Sed non hoc ego, Auditores, ut in solo Curtio putetis esse omnia, quia dicere omnia in solo Alexandro potuit, nec mentiri: laudo unum, ut ametis omnes. & hunc potissimum nunc explicare aggredior, quo libentius omnes perlegatis. Quidquid est historiarum commendo, cum hanc unam explico, & ut in totam curiosi antiquitatem sitis, Alexandrum repraesento. Nam profecto parum esset Curtium scire, si quis reliquos ignoraret: quemadmodum angustis ego limitibus munus meum circumscriberem, si in aliqua duntaxat historiae parte desudarem. Proinde si cui fortassis scriptor iste adhuc ignotus est, qui mille sexcentos propemodum jam annos loquitur, illum ego historiae universae & nomine & officio excito, ut communi utilitate unius praestantiam metiatur.* Ex eadem Puteani praefat. *Ille vero mihi historicus est; ille docendo prudens, narrando elegans, &, ut omnia dicam, Alexandro dignus. auctorem scriptor aequat. alius vincere orbem terrarum non potuit, nec alius ingenii praestantia tantae gloriae sufficit. Omnia in Alexandro magna sunt, & nomen sequuntur; omnia in Curtio mira sunt, & placent omnia. Ille virtute & fortuna cinctus gloriam sequitur; hic suada & prudentia stipatus eandem ducit. Iterum vincit orbem Alexander; scribitur; sed à Curtio scribitur, qui ut optimo atque eruditissimo aevo vixit, aut certe illi proximo, sic praestare potuit, quod postea nemo assecutus est.*

Ex eadem. *Putes hunc unum ad historiam à natura factum, & velut fato destinatum, qui Latine nobis Alexandrum exhiberet, ergo & vitia ejus & virtutes aperit: vitia, ut lectorem absterreat: virtutes, ut inflammet: Aperit vitia, & nihil odio, aut calumniae tribuit: virtutes, & ab adulatione alienus est. hoc toto volumine agit. &, ut tandem in compendium diffusam vitae seriem colligeret, velut in tabella geminum Alexandrum proponit, qua laudari & simul reprehendi potest. Ipsum igitur Curtium audite, id est videte, & sic quem descripsit, an depinxit lib.* X. *cap.* 5. *n.* 26. Juste aestimantibus regem liquet &c. *Haec ita breviter: sed in historia universa disquirit singula: caussas rerum, consilia, eventus expendit, judex omnium. Quod fieri posse neges, facit, & ipsam quoque fortunam ad examen deducit. Ergo quaecunque legis, digna stylo sunt, & variae prudentiae specimen referunt: digna lectione & ad formandum judicium cujusque valent. Tota narratio exacta est, lenitate quadam profluens, non exundans, tanquam ripis clausa, garrulitatis autem imbre non corrupta, trahit oculos, & gemmeo eloquii latice recreat. Locorum etiam urbiumque tam accurata ubique descriptio, ut picturam censeas. Nulli colores sermonem aequent: nec legere sed intueri coram videaris, quidquid hic expressum est. Sed quid ego? totum laudare Curtium non possum, nisi totum explicem. ubique summus*

est;

est; & quem in partibus admiramur, toto historiae corpore divinum pronuncies. Legere nunquam non volet, quisquis libaverit, & doctrinae, facundiae, prudentiae suavissimos carpet flores, quoties in manus admittet. continuata fertilitas est, quantum demis, nascitur, & cum omnia collegisse te putes, plura relinquis.

Ex eadem. *Sed ne longior sim, unius nunc Lipsii è notis ad politica citabo verba, ut examinem.* Q. Curtius probus est legitimusque historicus, si quisquam fuit, &c. *Plenam censuram dicas, nisi amplius ille exigat, qui laudet. Hic vero condit elogium propemodum, ut destruat, quasi ingeniosum judicium sit, si quid post judicium reprehendas. Tuis te verbis, Lipsi, in sententiam meliorem traham, ut nihil deesse regio scriptori fatearis.* Probus est, *ais,* legitimusque historicus, si quisquam fuit, *quasi huic tribuas, quantum ulli datur. omnino. nam aut Curtius historiae leges implevit, aut nemo. si implevit, quid prudentiae eximium magis specimen desideras? pro argumento perfectus est, & illud varium esse quidni dicam? Alexander fecit, imo esse narratio ostendet. Bella geruntur, fateor, sed in quibus amplius quam bella cum universo paene terrarum orbe negotium est. ducem sive milites respicias, rerum varietas est. ille quantum devicit, rexit quoque; nec minus jure quam armis usus est. viribus parari provincias, jure retineri egregie ostendit. Quicquid resp. habet, in exercitu hoc invenies. militem velut civem, nunc promptum, nunc querulum, aut seditiosum, semper fortem. Sic ut alios subjugaret, suos interdum vincere rex debuit; suos prudentia, consilio, astu, ac magnitudine animi, in ordinem redegit atque compescuit; hostes robore, industria, celeritate, audacia, & vincendi quodam fato superavit. quicquid cohortes & phalanges in barbaros potuerunt, solus in suos interdum Alexander executus est, & quos duceret, sibi vindicavit. Quid dicam? pugnavit & jus dixit, ducem & regem egit, nunc telo & ense, nunc sceptro, pacisque habitu insignis. Mitto fraudes, delationes, conspirationes, quas ut detegeret, eluderet, puniret, prudentissimus esse debuit. Nam circa principem unum tot belli duces, & praefecti occultis odiis dissidentes & invicem suspecti, quam non invidiae simulationem, insidiarum scenam instruunt? ut in ipso honore & munere infelices sint, oderunt quem benignior fortuna evexit altius & propiorem regi fecit: metuunt alii, quem, ne parem habeant, malis artibus coguntur reprimere. Haec aulae proelia sunt, & quia in conspectu regis, silentio vigent, & ingeniosa improbitate teguntur. Interim malitiae scintillae interdum prosiliunt, quae ut noceant, nec imputentur, falli rex ipse debet, & nova calliditate adversarii deludi. Illud obtinet, doli non doli sunt, nisi astu co as: texuntur fraudes fraudibus, & impostura, simulatione tecta, honestum scelus facit, cum abscondi potest. Qui vultu blandi, animo hostes sunt, ad injuriam inferendam solertes & ingeniosi, ad depellendam cauti callidique, sic privata odia cum nimis prospere succedunt, in ipsum saepe principem prorumpunt. Et ille insidiis circumseptus, ubi tutum se existimat, perit facilius & fortuna trahente praecipitatur. Sane qui in multos iniquus fuit, audebit & regem petere, cum audaciam familiaritas fecit, & saepe ut timori conscientiam, poenae scelera subducat, imperium affectabit. Exemplum in Dario habemus, quem ut Alexander debellaret, Bessus & Nabarzanes, pessima mancipia, aureis compedibus vinciunt, ac tandem, ut parricidio reges essent, multis vulneribus confodiunt. Quid Alexander? potuit in tanto hoste fortunae inconstantiam insidiasque amicorum discere, sed quia Jovis haberi filius voluit, homines contempsit, & cum victo orbi fata ordinaret, veneno extinctus est. Nam in convivio apud Thessalum medicum Herculis scypho epoto repente velut telo confixus ingemuit. Amici caussam morbi, intemperiem ebrietatis divulgarunt, revera autem insidiae fuerunt, quarum infamiam successorum potentia oppressit. Antipater fuit, qui venenum praeparavit, &, ut tota progenie nefarius esset, ad tantum scelus filiorum opera usus est. Haec cum ita sint, quis varium adhuc argumentum requirat? varium, quia Alexandrum descripsit Curtius, habuit. & sic variae prudentiae specimen quoque praebuit atque elegantissime vestivit.*

Ex Eric. Put. Orat. 19. *Ipse Curtius, etsi imminutus, perfectus est, & jam non puerum nobis Alexandrum, sed adultum; non privatum, sed regem narrat, ut regius omnino scriptor esset ac duraret: de quo quid sentire debeamus, rex quoque pronunciet, non ille quidem, qui descriptus est, sed qui sic describi quoque potuit, ille animo & ingenio magnus, qui & Alexandri famam & Curtii eloquentiam meruit, Alfonsus Aragonius. Hic Capuae adversa valetudine correptus, ne otiosum haberet morbum, tunc quoque regem se ostendit, & serio nunc sermone, nunc exemplo mitigare dolorem studuit. Cum aegritudo cresceret, & medicorum industria sine fru-*

ctu sudaret, novum ipse remedium & invenit & adhibuit. Neglecto corpore ad ingenii curam venit, & è scrinio non pharmacum, non unguentum, sed libellum petiit. & quem putatis? Auditores. Hunc à Curtio, hunc de Alexandro scriptum, dignum prorsus tali cultoria, & vel cum Homeri operibus habendum. Hunc igitur legere coepit & experiri, an historia in morbum valeret. nec frustra. delectatus elegantia, prudentia, facilitate amoenissimi ingeniosissimique scriptoris, negligere primum cruciatum potuit: mox vigore quodam imbuere corpus, &, ut breviter dicam, pro animo habere. Sic omnem morbi improbitatem corrigens, & recuperatae jam salutis auctorem laudans, Facessant, inquit, Avicenni, Galenus, Hippocrates, & tota illa Aesculapii schola, Curtium ego feliciori pharmaco & succo medicum sensi, illius ope, illius suada restitutus sum. Res mira! Sed fide scriptorum fulta, aegritudine oppressus, & regni tamen cogitationibus onustus, vacare lectioni magnus princeps voluit; & quod dare medici non poterant, ab historico accepit. Fatetur ipse, & quid nisi regibus omnibus, aut qui ad magna adspirant, tam insigne exemplum commendat?

Raderus post recitatum Lipsii è notis ad Politica judicium. *Hoc de bellis tantum judicium Lipsii vere Erycius Puteanus refutavit.*

Idem in Epistola Dedicatoria ad Maximilianum Bavariae Ducem. *Nobilissimum hunc planeque regium scriptorem, Q., inquam, Curtium.* Et circa finem Epistolae. *Est enim, uti nemo negat, & amoenissimus & utilissimus, & plane, ut dixi, regius scriptor, qui principum aures tenere, & oculos morari vere potest.*

Idem in Prolus. c. 1. *Auctor sane in paucis elegans, argutus, sententiosus & verissimus historicus.*

Raderus in Prolus. ad Curtium c. 1. *Primam sententiae nostrae rationem &c.* Exscripta sunt ea verba supra, ubi de aetate Curtii agebamus n. X.

Raderus in Prolusionibus cap. 2. *Dubitari non potest, quin à Livio & Caesare & Sallustio proximas obtineat, etsi hodie sint, qui Sallustium Curtio posthabeant. Habet tamen & Q. Curtius voces aliis non usurpatas, Ciceroni etiam reprehensas; ut* piissimus, *quam in Antonii oratione carpsit.* sagittare, *quis praeter Curtium & Justinum lib* XLI. *usurpet nescio, nisi recentiores velis in testes adducere.*

Raderus ad l. III. 2. II. *Livius unus est, qui orationis maiestate Curtium post se reliquit, acumine ingenii & sententiarum nervis Curtius illi vel par est, vel etiam superior.*

Rapin. Refl. in Hist sect. 28. *Q. Curtius ob sinceritatem laude dignus est, de Alexandro bona & mala refert. si quid in ejus historia reprehendendum occurrat, nimia erit elegantia, sed hoc non obstitit, quin in moribus jucunde & genuine depingendis excelluerit.* Blount. Centur. Libr.

F. Angelus Roccha in Bibliotheca Vaticana. *Q. Curtius nobilis Historicus, & nihilo inferior Caesare in scribendo.*

Janus Rutgersius Variar. Lection. lib. III. cap. 4. *Non mentiar. His diebus Franciscus Modius inepto judicio suo paene mihi stomachum moverat. Nam quo loco gloriatur, quod sua unius opera RUFI cognomen Curtio redditum sit,* scriptori, *inquit,* non malo; *& quasi etiam illud nimium esset, velut invidiam deprecans addit,* certe in historia sua unico. *Equidem miratus sum homini neque indocto, & in veterum scriptis etiam cum laude versato, tam putidum ac puerile judicium excidisse. Adeo pauci sunt, quibus verum Romanae elegantiae gustum habere contigit. At quanto melius is, qui nihil inepte molitus est?* Lipsium intelligit, cujus verba relata sunt supra suo loco. *Neque fefellit eum judicium. Mihi quidem ita semper probatus fuit, ut eum nunquam è manibus deponam; neque ullum, quem ei praeponam, habeam.*

Gasp. Scioppius de Histor. offic. *Unus Latinorum est Q. Curtius, cujus sententiae, nec nimis*

mis diffunduntur, aut defluunt nec nimis in arctum compactae, aut constrictae negotium lectoribus facessunt. Blount. Censur. Libr.

J. Chr. Rudigerus de differentiis oratorum, in Tom. vi. Miscellan. Lipsiens. *Curtii brevitas in hoc genere commendatur imprimis, quia & nitida, & perspicua, & nullis obscuris sententiis praedita est.*

Famianus Strada lib. ii. Prolus. 3. *At Q. Curtio, quanquam iis virtutibus exornato, quibus constet aut heroicis cum temporibus vixisse, aut dignum fuisse qui viveret, non defuere, qui objicerent quaesiti interdum medicamenta candoris, & numerorum usum paulo intemperantiorem.*

Adrianus Turnebus lib. xiii. cap. 15. *Elegantissimum & nitidissimum scriptorem, Curtium.*

Ludovicus Vives, apud C. Gesnerum in Bibliotheca universali. *Q. Curtius candidus est, sed Criticorum quidam ejusdem illum esse coloris causificantur.*

CAP. III.

QUando nobis propositum constitutumque est, nihil praetermittere eorum, quae ad auctorem hunc ornandum conducibilia videantur; ratio fuit subjicere Catalogum exemplarium Curtianorum, quae vel Mss. servantur, vel variis edentibus impressa sunt. atque haec, ut quodque eorum antiquius est, ita prius enarravimus.

Q. Curtii Mss. exemplaria tria fuerunt Heidelbergae in Bibliotheca Palatina. Tria itidem in Anglia in publicis Bibliothecis. I. Oxoniae in Bibliotheca Collegii corporis Christi. II. Cantabrigiae in Biblioth. Coll. S. Benedicti, quod inscribitur *Historia Alexandri Magni*, teste Thoma Jamesio in Catalogo Oxonio-Cantabrigiensi librorum manuscriptorum; ita, ut diversum à Curtio videri possit: estque fortasse *Julius Valerius*, aut incertus nescio quis, qui sub Constantio vixit. ex quo excerpta apud Vincentium Belovacensem speculi Historialis libr. iv. Cujusque in Galliis & alibi exempla Mss. *Elzevir. in priori Editione.* III. Oxoniae in Bibliotheca D. Thomae Bodleji Equitis. Praeterea unum in Bibliotheca privata Lumleji Baronis. Extat quoque Ms. Venetiis ad D. Marcum.

In Bibliotheca Jacobi Bongarsii, quae nunc apud Bernates est, quindecim exemplaria sunt Curtii, quorum syllabum Berneggero, socero meo, misit Cunradus Schoppius, Rhetor Bernatis Scholae: inter quae tria sunt Manuscripta.

Manuscriptum membranaceum in quarto majore. Bodrae è Caroli de Francia Normandiae Ducis Bibliotheca.

Manuscriptum in folio Mediolani.

Aliud in folio Veronae, & editiones impressae.

§. Modius usus est Codice Spirensis Abbatiae à V. Cl. Utenhovio ipsi misso, quas etiam membranas Brugenses vocat, ut patet ad lib. viii, 11, 24. (ubi operarum vitio Veenhovius pro Utenhovio editur) Colonienses tamen membranas illi longe praestitisse professus in praefat. ad notas Curtii. Trium etiam codicum ope, Constantiensis, & duorum aliorum deinde Romam translatorum, ac Bavarici nobilioris & elegantioris adjutus fuit Raderus, Prolusion. c. 3. quem Spirensem etiam passim commendat idem ad iii, 6, 11. etiam Cod. Augustan. S. Udalrici l. iv, 12, 6. Tum Colonienses, vetus, novus, novissimus memorantur ad lib. iv, 12, 6. Apud Barthium bonos fuisse Curtii Codices novisse se testatur Freinshemius ad lib. vi, 9, 2. In Serenissimae Reginae Christinae Bibliotheca Ms. Cod. fuit, ut refert Freinsh. ad l. v, 4, 2. Codicem Petrensem Curtii laudat Joh. Wasse ad Sallustium, tum alibi tum ad Jugurth. c. 47. Tres Codices Florentinos, sibi consultos de locis ante tentatis, unius vero excerpta perpetua optimi & antiquissimi sibi contigisse beneficio Amplissi. Nic. Heinsii, praedicat Gronovius Observat. l. ii. c. 8. nec dubitamus, quin iidem sint, quos manu ipsius nobiliss. Heinsii notatos beneficio Cl. P. Burmanni in hac editione subjunximus, quibuscum antiquissimum exemplar

Lugdunenfis Biblioth. & duos Voffianos ex eadem luculenta Bibliotheca etiam contulimus. In Biblitheca Colbertina Mss. codicem octingentorum annorum extare memorat Montfaucon in praef. Palaeol. Graec. p. 3. & alterum in Bibliotheca Medicea Judicio Holltenii feptingentorum annorum Wagenfeilius. Schoonhovii antiquiffimum evolvit Ad. Junius. aliufque fuperfuit Codex antiquus membranaceus in Biblioth. Menarfiana. Ut non vere pronunciaverit ille, qui ex Scaligeri ore haec ut viri tanti annotavit, *Curtium bonum effe Auctorem, fed jam pridem interiiffe. Quicquid ipfius nobis fuperfit, ex unico Exemplari exfcriptum fuiffe, omniaque MSS. nova effe.* Scaligerana.

Q. Curtius per *Vindelinum Spirenfem Venetiis* in folio. quem ad annum 1470. refert J. Mattaire Annal. Typogr. tom. 1. p. 72. Haec forfan illa editio, quam indicavit, & adhibuit Cl. Gronovius ad l. v, 1, 40

Q. Curtius per *Georg. Laver.* fol. Romae, anno incerto, fed *Georg. Laver.* Romae imprimebat 1472. Mattaire Ann. Typ. t. 1. p. 575.

Anno 1474. Impreffa eft Curtii hiftoria. cujus varias, aliaque ad recenfionem Curtianam factura liberaliffime *Freinshemio* obtulit *C. Barthius*, inter quae & obfervationes fuas: fed faevitia temporum & difficultas itinerum obftitit, quo minus eruditiffimi Viri beneficio uteretur. *in folio.* Mattaire. Ann. p. 1. p. 108.

Anno 1481. Q. Curtius per *Antonium Zarotum*, impendio *Joann. Leguam.* folio, Mediolani. Matttaire Ann. Typ. t. 1. p. 163. Joan. Leguani, ut Fabric. Biblioth. Lat. part. alt. p. 716.

Anno 1491. Q. Curtius fol. *Veronae.* Mattaire Ann. Typh. tom. 1. p. 309.

Anno 1494. Venetiis edente *Bartholomaeo Merula*, quem C. Barthius fcribit *primum optimo auctori corrumpendo audaciae fignum fuftuliffe.*

Anno 1496. Q. Curtius per *Johan. de Tridino*, alias *Tacuinum.* fol. Venetiis. Mattaire Ann. t. 1. p. 339. ad annum 1497. refert Cl. Fabricius. *Idem ibid.* 1502.

Anno 1507. Q. Curtius fumptibus *Philippi Giuntae*, octavo, Florent. Mattaire Ann. t. 1.

Anno 1508. Q. Curtius fol. Argentorati. Fabricius Biblioth. Lat.

Anno 1513. Q. Curtius, cum annotationibus *Erafmi*, Tubingenfis. fol. apud Anfelmum Badenfem, ex Veneta expreffa, cum praefatione Merulae, cujus editionem plane fecuta eft haec, ut teftatur Freinshemius in notis l. VII, 7, 4. eamque mendofam pronuntiat idem ad l. VII, 1, 40.

Anno 1517. Q. Curtius apud Phil. Giuntam, Florentiae, octavo, ex recognitione *Lucae Robiae*, cujus ad Alexandrum Acciajolum praefatio, poft Petri Bargetani ad Robiam hendecafyllabas, praemittitur. Fabric. Bibl Lat. Nefcio an idem fit, quem refert Mattaire ad annum 1507. Uterque tamen fuam infpexiffe videtur editionem, nobis ufus non contigit. Nec dubito quin haec fit editio quam Rhodianam vocat Raderus in notis ad Libr. IV, 5, 14.

Anno 1517 Bafileae cum notis *Erafmi*, *Hutiteni*, *Glareani*, *Hoeningeri*, adjecta Alexandri epiftola ad Ariftotelem de Indiae fitu. &c. An haec Bafileenfis illa vetus editio, quam architectatus effe dicitur Erafmus in notis ad l. IV, 6, 29?

Anno 1518. excufus apud *Schurerium* Argentorati. curante Beato Rhenano. Icunculis hunc ornaviffe Curtium, annotavit Mattaire Ann. Typ. t 2. p. 316.

Anno 1520. editio *Aldina* Venetiis. Conftat, ex pluribus calamo fcriptis libris Aldinam editionem effe compofitam. Barthius ad lib. V, 1, 22

Anno 1524 Complutenfis editio Laurentii Balbi Lilienfis, in quarto. Fabricius Biblioth. Lat.

Anno 1533. Q. Curtius cum annotation. Erafmi apud Sim. Colinaeum Parif 1533. octavo. Hanc *omnium fine controverfia optimam & correctiffimam commendat* Modius ad l. IX, 5, 28. & hanc effe eam credo, quam ex catalogo Bibliopolii Roberti Stephani citat Mattaire Ann. Typ t. 3 p. 504. vitiis tamen non caret, & videtur plane tota ex Aldina defumpta. Idem ibid praelo fubjectus

Anno 1545. eodem, fed obfoletiore, charactere. haec exftat in Bibliotheca publica Leidenfi, manu Mer. Cafauboni notata; fed variantes editionum lectiones continet, & annotata pauca, quae diftinguere non potui.

Anno 1534. Q Curtius impreffus Bafileae à *Thoma Wolfio*, adjectis *Defiderii Erafmi annotationibus*, & *Hulderici Hutteni* Floribus.

An-

Anno 1535. Editio *Veneta.* Item alia *Veneta.*

Anno 1538. Edidit cum *Joannes Gymnicus* Coloniae, cum *Erasmi* annotationibus, & *Hutteni* floribus. Item 1545.

Anno 1541. Q. Curtius cum annotationibus Erasmi in 8. & 12. Lugd. apud Sebast. Gryphium, ex Catalogo ejus.

Anno 1545. Basileae *Henricus Petrus*, cum supplemento priorum librorum ex Arriano & Diodoro. Item Alexandri vita à *Jo. Monacho* conscripta; Alexandri epistola ad Aristotelem de Indiae situ: *Erasmi* annotationibus, & *Hutteni* floribus elegantiarum.

Anno 1545. *Supplementa* librorum duum priorum, passim editionibus praefixa, *Christophori Brunonis* sunt, Monachi in Bavaria bonarum litterarum Professoris, uti ipse in Editione sua testatur. Antonius Possevinus in Bibliotheca selecta, & Jacobus Gortonius Chronol. cap. 20 num. 31. refert, *Quintianum Stoam*, quod initio Curtii deerat, supplevisse. Non vidi. Haec quae extant vulgo, non magni, Hercules, momenti sunt. Nescio an admoneat hic Freinshemius libelli impressi Venetiis apud Sigismund. Bordonium anno 1555. cui titulus: *Q. Curtii Rufi Historiarum Alexandri Magni Macedonis duo priores libri hactenus desiderati.* in fronte libelli, in octavo vix 16. pag. implentis, qui exstat in Biblioth. Leidensi, docta manus haec adscripsit merito: *Imposturam fecit Typographus, qui has hominis indoctissimi nugas pro Curtianis commentariis emisit. haud scio an meliora erunt, quae Curtii promittit Wolfgangus Lasius*, nempe in Bibliotheca Gesneri.

Anno 1545. *Lugdunensis*, in octavo. Fabricius Bibl. Lat.

Anno 1546. Q. Curtius, curante *Adriano Junio*, Antverp. in octavo, qui antiquissimi Codicis Schoonhoviani lectiones diligenter annotavit, & ex eo Curtium castigavit. Fabricius. Hanc optimam ad MSS. emendatam passim praedicat Raderus. Vide ad l. IV, 5, 14.

Anno 1546. Editio *Lugdunensis* cum Alexandri epistola ad Aristotelem.

Anno 1547. *Lugdunensis* apud Seb. Gryphium, in octavo.

Anno 1548. *Lugdunensis* apud Seb. Gryph. in 16.

Anno 1555. *Lugdunensis* in 12. Fabr.

Anno 1556. *Lugdunensis* apud Seb. Gryphium, in octavo. adjecta Alexandri vita à Joh. Monacho conscripta, & epist. Alex. ad Aristotelem.

Anno 1568. editio *Antverpienses*, in 12. cum vita Alexandri ab Joh. Monacho conscripta, ab Angelo Cospo Latine reddita. Fabric. Bibl. Lat. Vide Vossium de Histor. Graec. l. III. p. 380.

Anno 1569. Editio *Lugdunensis*. Quam valde exagitat Acidalius in prima statim adnotatione ad Curtium. nec minus profecto ante ipsum Modius passim. Meminerunt Lugdunensium editionum, Gryphianae & Florellianae, quarum haec alterutra, notae ad lib. VII, 7, 26.

Anno 1575. Basileae *H. Glareanus* nova partitione in duodecim libros destinxit Q. Curtium, ex Arriano librum primum adjunxit, & duos primos Alexandri regnantis annos ex Diodoro, denique vitam Alexandri compendio scriptam à Joh. Zonara: singulos libros argumentis, & annotationibus elucubravit. quem tamen acerbiore stylo ubique insequitur Modius, nec sane de eo praeclare sentit Acidalius.

Anno 1579. Q. Curtii libri octo superstites, nove editi & recogniti à *Francisco Modio* Brugensi, adjectis *Notis* ejusdem, Coloniae apud Maternum Cholinum.

Anno 1584. editio Lugdunensis apud *Anton. Gryphium*, in 12. cum Christophori Brunonis praefatione & supplementis, emendationibusque Franc. Modii, & variis lectionibus ex Vetusto Codice *Benedicti Theocreni*. subjuncta vita Magni Alexandri à Joh. Monacho scripta. Hujus editionis notitia debetur Viro Doctissimo C. A. Heumanno in Schediasmate de libris Anonymis & Pseudonymis p. 127. Theocrenianae lectionis meminit Raderus ad l. III, 7, 12.

Anno 1591. iterata *Modiana* editio. Hanc novissimam & optimam dicit Valens Acidalius

Anno 1591. Lugduni edidit *Antonius Candidus*, cum Alexandri vita ex Plutarcho, & ex eodem de Fortuna Alexandri: Item Gnomologia Curtiana.

Anno 1594. *Valentis Acidalii Animadversiones* in Q. Curtium editae Francofurti ad Moenum. Recte Freinshemius Animadversiones tantum sine Curtii ipsa historia. De his videsis possit Baylii Dict. in vita Acidalii. Sed *Francofurtensem* Curtii editionem cum no-

notis Acidalii anni 1597. recenſet Fabricius in Biblioth. Latina.

Anno 1602. apud *Jacobum Stoer.*

Anno 1614. Editio *Genevenſis.*

Anno 1615 Lugduni apud *Paulum Frelon.* 12. quae editio hoc ſingulare prae ſe fert, quod alia habeat ſupplementa libri primi ex Bibliotheca *S. Victoris* per *Joan. Maſſon.* cujus auctorem quum neque *Papirius*, neque *Joan. Maſſonii* eruere potuiſſent, deprehendit αὐτόπτης *Scaliger* eum eſſe compoſitum à Petrarcha. Vide Colomeſ. Biblioth. ſelecta p. 184.

Anno 1618. altera *Genevenſis*, ſeu *Coloniae Allobrogum*, quam laudat Raderus in Proluſionibus, quaeque ei ſatis emendata viſa eſt ad l. VII, 7, 26. cujus editor tamen reprehenditur l. X, 1, 8.

Anno 1621. Editio Amſterodamenſis, apud *Guil. Janſſonium.*

Anno 1622. Cum notis Titi Popmae, 12.

Anno 1625. *Titi Popmae Notae* in Q. Curtium prodierunt Lugduni Batavorum apud Elſevirios, ſimul cum *Notis Joan. Loccenii.* Hanc editionem Petr. Scriverius curaſſe videtur ex adjectis teſtimoniis.

Anno 1623. editio Raderi prima. Colon.

Anno 1628. *Matthaei Raderi Commentarii*, apud Joan. Kinckium Coloniae.

Item Editio Amſtel. apud *Joan. Janſſonium*, quam Freinshemius habet pro emendatiſſima earum. quae hactenus prodierunt. haec eſt Pontani, cujus ille in Epiſtolis meminit.

Anno 1630. editio Colonienſis Agrippinae ex recenſione *Raderi* in 8.

Anno 1633. editio Leidenſis ex officina *Elſeviriorum* cum notis Popmae ex recenſione D. H. quam nulli poſthabendam, & MSS. inſtar contulit Freinshemius ad l. III, 8, 10.

Anno 1635. editio *Veneta*, in 12. ad quam varias codicis Fl. lectiones annotavit N. Heinſius, ſed vitioſiſſima eſt.

Ex his exemplaribus penes nos ſunt Amſtelodamenſe Janſonii, duo Elzeviriana, Item Raderi Commentarius; Acidalii Animadverſiones. Editio Aldina, Brunonis, Merulae, Lugdunenſis Antonii Candidi, Baſileenſis Henrici Petri, & Joannis Gymnici Colonienſis. Reliquorum praecipua & plurima ne deſideraremus, amicorum benevolentia praeſtitit, quorum opera Variantes eorum Lectiones conſecuti ſumus. Nam *Joan. Adamus Schragius*, amicus noſter, per doctiſſimum *Gronovium* adeptus facultatem deſcribendi Varias Lectiones ex Gruteriano Codice; eas diligentiſſime conſignatas tranſmiſit. Eo in libro ita manu ſua notaverat Gruterus: *Comparare coepi cum mſſ. quinque, quorum tres erant Palatinae Bibliothecae, duo Bongarſii, cujus meliorem voco Dan. quia fuerat aliquando Petri Danielis. die 7. Octobris* 1602.

Janus Gruterus.

Inſtitutum illud deſerui, ſed multos annos poſt contulit hos libros cum iisdem mss. Iſaacus Neveletus Doſchius (Pithoei nepos) *cujus manus toto iſto exemplari conſpicitur. nam ego illi juveni facem meam tradidi, arbitratus futurum, ut ipſe ſuo nomine ederet, quod nondum factum fuit anno* 1627.

Itidem & Bongarſianorum exemplarium, ab ipſo Bongarſio collatorum varietates deſcripſit nobis Vir Clariſſ. *Cunradus Schoppius*, cum apud Bernates Eloquentiae Profeſſor ageret. FREINSHEMIUS.

Anno 1640 *Doctiſſimus Freinshemius* Curtium minutis ſectionibus diſtinctum cum variis lectionibus, commentariis luculentiſſimis, novis ſupplementis, indice copioſiſſimo edidit Argentorati 8. duob. Voluminibus. De quibus Tan. Faber in Epiſt. l 1. ep. 51.

Anno 1649. ex variis commentariis editionem Curtii compilavit Nicol. Blancardus Lugdun. Batavorum apud David. Lopez, & Franc Mojard.

Anno 1664 alia compilatio Lugduni Batavorum apud Hackios facta à C. S. M. D.

Anno 1670 ſecunda editio *Freinshemii* Argentorati in quarto, commentariis & variantibus lectionibus ſeorſim impreſſis.

Anno 1671. editio *Amſtelod.* cum notis Loccenii apud Janſſonios 12.

Anno 1673. Blancardi repetita editio Amſtelod

Anno 1675. ex Freinshemii editione cura *Joh. Gezelii*, Aboae 12.

An-

Anno 1678. iterum apud *Waasbergios* cum notis Loccenii 12. item cum notis *Mich. Tellierii* in usum Delphini in 4.

Anno 1684. Blancardi editio iterum exscripta Amstel. typis Blavianis sumptibus societatis.

Anno 1685. cum commentariis *Sam. Pitisci*. Ultraject. in 8.

Anno 1691. Cum notis & supplementis *Ch. Cellarii*. Lipsiae. 12.

Anno 1693. eadem editio repetita. *ibid.*

Anno 1696. editionem Blancardi anni 1684. novo titulo ornavit, & figuris variis instructam quasi novam commendavit novo aucupio *Petrus Vander Aa*. Lugd. Bat. ejusdem anni est altera *Cellarii*. 12.

Anno 1700. Curtius à *Christiano Junckero* illustratus prodiit Lipsiae, in Germanorum usum notae Germanicis interpretationibus diffusae scriptae esse videntur.

Anno 1701. cum notis perpetuis *M. Andr. Stubelii* in 12. eadem Amstelodami

Anno 1702. repetita, omisso auctoris nomine.

Anno 1705. *M. Tellierii* editio in usum Delphini impressa est *Londini*. 8.

Anno 1708. Curtius *Sam. Pitisci*, si non iterum impressa, novo saltem titulo commendata prodiit.

Anno 1711. novae editioni Curtii suas in tyronum usus notas adjecit *Christ. Cellarius*. 12.

Anno 1715. Q. Curtius ex recensione Mich. Maittaire, Londini. 12.

CAP. IV.

Et quoniam ex collatione Scriptorum maxima fere lux adfulget historiae, pretium operae fore duximus, enumerare & alios quotquot res gestas Alexandri pertexuerunt. Ex quibus qui adhuc leguntur, eorum nuda nomina adponere suffecit, aliorum aetatem, scripta, patriam, quantum in hac brevitate potuit, diligenter enotavimus.

Catalogum quoque Scriptorum Historiae Alexandri Magni contexuerat *Joh. Loccenius*, sed gaudens eam operam à Viro magno & eruditissimo Ger. Joh. Vossio l. 1. c. 10. & 24. de Hist. Graec. esse occupatam, eum omisit, ut ipse de se scribit ad Nostrum Libr. IX, 5, 21. His quaedam addi possunt ex Reinesii Epistol. ad Hofmannum p. 311.

Monuit tamen de his Prolegomenis suis ipse doctissimus Freinshemius, quod hoc loco referre operae pretium duximus ex notis ad lib. X, 9, 3. *Rutgersii sententiam* de aetate Curtii *Auctoris verbis apprime convenire ostendit clarissimum literarum lumen Ger. Vossius, in eximio illo opere de Historicis Graecis & Latinis. Latin.* 1. 28. *quod si aliquanto maturius adipisci licuisset, in tribus prioribus Proleg. capp. admodum juvari, in eo etiam de scriptoribus Historiae Alexandrinae, omni fere cura levari poteram. nam de illis quoque diligentissime inquisitum est, de Hist. Graec.* l. 1, 10. & 24.

Abrahamus Aben Phareg Msuli. Raderus Prolus. c. 4. scribit, hunc Arabica lingua historiam Alexandri M. contexuisse. extare Ms. ἀπόδα tamen in bibliotheca Bavarica.

Achmetes Molla, sive Meulana Achmetes, hoc est, sapiens sive Doctor Achm. rhytmicis versibus librum historiae Alex. Magni composuit, & Aemiris Suleimanis nomine publicatum edidit. Hic ab eo vicissim donis eximiis liberalissime cultus, fructum sui laboris uberem tulit. Leunclav. Hist. Musulm. lib. X. extremo. Hic forte est Turca, de quo in fine capitis hujus.

Adonis Chronicon.

Adrianus Imperator etiam Alexandreida scripsit. Stephanus in Ἀσραία, & in Σάνεια.

Aesopus. Hunc manuscriptum ineditum citat Juretus ad epist. Symmachi lib. IV. epist. 33. Latinum fecit Jul. Valerius, de quo infra. Putant autem esse historiam illam fabulosam, quae passim circumfertur.

Agatharchides Cnidius scripsit historias, quarum lib. XXXV. citat Athenaeus XII, 6. Item Asiaticam historiam, quae maxime videtur ad res Alexandri pertinuisse, ex qua octavus liber citatur Athenaeo IV, 14. Item hist. Europaeam, ex qua lib. XXVIII. in testimonium adducit idem auctor IV, 19. Citatur & Aeliano in hist. animal. V, 27. & XVI, 27. & Luciano in Macrobiis. Plutarchus cap. 2. Parallelorum exscribit historiam ex Agatharchidae Samii rerum Persicarum libro secundo. Quem cur eumdem cum Cnidio nostro arbitratus sit Gesnerus in Biblioth.

blioth. non video. Certe Photius in Biblioth. diſerte ſcribit, patria Cnidium, inſtituto Grammaticum fuiſſe; ſcribam inſuper & anagnoſten Heraclidae, Lembri, & alumnum Cinnaei. De aetate ejus ita comperimus. Poſt Mithridaticum bellum vixiſſe oſtendit ejus locus, quem Athenaeus XII, 16. retulit. florentibus Romanorum rebus, de quibus interpretor illius verba, quae leguntur in fine cap. 50. Excerptorum. Vixit autem ante Trajanum, nam citatur à Plutarcho Sympoſ. 8 Quaeſt. 9. ſcripſiſſe autem Aſiaticas res libris decem, & de Europae rebus libris XLIX. hiſtoriam pertexuiſſe, ex Photio diſcimus. Item quinque libros de Rubro mari, quaeque ad illud pertinent, quos ſcripſit aetate in ſenium vergente. Praeter haec compendium, ajunt, reliquiſſe eorum, quae de Rubro mari ſcripſiſſet. item de Troglodytis libros quinque. ſed & Epitomen Lydes ab Antimacho ſcriptae. Rurſum aliud Breviarium eorum, quae de collectione admirabilium ventorum ſcripta extarent. Hiſtoriarum adhaec excerpta compoſuiſſe, atque de Amicorum inter ipſos conſuetudine. Inſigne autem teſtimonium ei reddit idem Photius, adeoque Thucydidi aequat, & in quibusdam anteponit. Ipſe quidem fatetur, ſe, quamvis Attice loquatur, Camarae tamen (urbis in Creta) dialecto familiariter uti. Photius excerptis ejus, c. 30. Nam excerpta quaedam ex eo leguntur apud eumdem Photium Cod. 250. qui & *Agatharchum* quibuſdam dici auctor eſt.

Agis. Hunc etiam de rebus Alexandri carmine ſcripſiſſe colligas ex Curtio VIII, 5, 8. meminit ejus & Arrianus IV, 2, 15.

Alexandri Epiſtolae. Ex his quaedam diu ſuperfuerunt. nam & Plinius lib. VI. & Plutarchus cap. 17. eas citat. Quae vero hodie circumfertur de ſitu Indiae ad Ariſtotelem, cum aliis nonnullis, pro germanis non habentur.

Alexandri Hiſtoria. vide infra. Jul. Valerius.

Alexandri M. ὉΔΟΙΠΟΡΙΚΌΝ citatur à Strabone.

Alexandri Vita. Lamprid. in Alex. c. 30. legit (Alexander Imp.) & vitam Alexandri, quem praecipue imitatus eſt. Vide etiam infra: Μονόβιβλος Alexandrinorum.

Amyntianus. Hic de laudibus Alexandri librum dedicavit M. Antonino Imp. praedicans, ſe ſtylo res Alexandri geſtas exaequaturum. At deprehenſus eſt in orationis progreſſu calidus quidem & audax promiſſor, in promiſſo vero implendo frigidus atque imbecillus. Multo etiam in dicendo iis etiam inferior eſt, qui ante ipſum de Alex. ſcripſerunt. Haec Photius in Biblioth. c. 131. Citatur ab interprete Pindari *Amytianus* de Elephantis, qui an idem ſit cum noſtro, docti viderint.

Anaximenes Lampſacenus. Priſcas Graecorum, & Philippi atque Alexandri res geſtas perſcripſit. Ei Olympicae ſtatuae honorem habuit patria, quod iratum Alexandrum, & excidium urbi minitantem placavit. vide Pauſan. lib. VI. Qui addit ſcripſiſſe & hiſtoriam refertam maledictis in Athenienſes, Lacedaemonioſque & Thebanos, eamque ſub Theopompi nomine edidiſſe, ut inimico invidiam concitaret. Verſus in Alexandrum, qui Anaximeni adſcribebantur, illius non videri, Pauſanias pronuntiavit. Eum & hiſtorias ſcripſiſſe, & poëmata, & artes tractaſſe, & forenſia certamina aggreſſum eſſe Dionyſius in Iſaeo ſcribit. ſed infirmum fuiſſe in omnibus, & perſuadendi non magnopere gnarum. Athenaeus XII, 6. citat opus ejus inſcriptum, Regum mutationes. & VI, 4. aliud, Hiſtorias Primas. Vide Joſeph. in Appion. lib. I. pag. 1051. D. & Scalig. in Euſeb. num. MDCXCII. Auctorem fabuloſae, quae circumfertur, hiſtoriae quidam putant: Vincent. Beluac. V, 39. Suidas Ariſtoclis filium, Diogenis Cynici, & Homeromaſtygis Zoili diſcipulum fuiſſe, ait, praeceptorem autem Alexandri, quem & in bellis ſecutus fuerit. Eum citat & Plutarch in Orat. priori de Fort. Alex. cap. 3. Cum his, & quae toto hoc capite ſcribimus, operae ſit componere Voſſium de Hiſt. Grec. I, 10, & 24.

Andronicus. Hunc Alexandri geſtorum ſcriptorem citat Plutarch. in Ariſtide.

Androſthenes Thaſius Navigavit cum Nearcho, & quaedam ad hanc hiſtoriam pertinentia edidiſſe dicitur. Strabo lib XVI. Ejus Paraplus Indiae citatur ab Athenaeo, III, 13.

Angelus Coſpus Bononienſis Vitam Alex. Magni à Joanne Monacho conſcriptam in Latinum ſermonem tranſtulit. Libellus iſte praefixus eſt editioni Curtianae, quae prodiit apud Henricum Petri, Baſileae anno 1545.

Anticlides Citatur à Plinio IV, 12, 30. & ab Athenaeo IX, 8. liber ejus de Reverſionibus ſeptuag. octavus. idem Athenienſem eum fuiſſe ſcribit lib. X. c. 4. & lib. XI. cap. 6. citat eumdem

dem in Expositionibus. Scripsisse autem & Alexandri historiam clarum est ex Plutarcho in vita Alexandri cap. 81. Operis ejus de Reversionibus meminit etiam Suidas & Clemens Alex. in Admonitione ad gentes. Historiae autem de Alex. Raphaël Volaterranus.

Antidamus Heracleapolites. Hujus historia Alexandri Magni, item libri Morales citantur à Fulgentio in Expositione sermonum antiquorum, unde colligas, eum Latine scripsisse.

Antigenes. Plutarch. Alex. cap. 81. hunc inter scriptores historiae Alexandrinae recenset, & ex eodem, ut suspicio est, Volaterranus. Citatur Antigenes quidam Plinio lib. VI.

Antisthenes. Volaterranus hunc Alexandri vitam & gesta posteritati tradidisse scribit. Videtur autem fuisse Rhodius, cujus Laërtius meminit in fine vitae Antisthenis philosophi. Citatur à Plinio lib. XXXVI, 12. ubi de obeliscis ei sermo; quos Antisthenes attingere potuit in narratione Aegypti ab Alex. occupatae.

Antoninus Archiepiscopus Florentinus fabulas de Alexandro descripsit ex Jul. Valerio.

Appion Alexandrinus. Graecus homo, qui Plistonices est appellatus, facili atque alacri facundia fuit. is de Alex. Regis laudibus scripsit, ut auctor est Gellius lib. VI, 8. Hunc Tib. Caesar cymbalum mundi vocabat, quum publicae famae tympanum potius videri posset. Plin. in Praefat. Hist. Natur. n. 36. sub C. Caesare tota circumlatum fuisse Graecia, & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatum, Sen. epist. 88. n. 56. scribit. Ejus librum quartum historiarum Aegypti citat Clemens Alexandrinus libro primo Stromat. ubi & mentionem facit libri, quem contra Judaeos scripserit. quem duobus refutavit Josephus. Grammaticum professione fuisse, & magum, constat ex Plinio XXX, 2, 7. qui eum vidit & Plistonicen appellatum tradit lib. XXXVII. cap. 5. sed & alibi eum citat, in magicis praesertim. sed & in libro de Apicii luxu Athenaeus VII, 12. & de Lingua Rom. idem auctor XV, 8. Scripsit & historiam de singulis gentibus, & commentarios in Homerum, quorum nimiam diligentiam sugillare videtur Seneca. Ob tot edita scripta appellatus est Μόχθος, id est, Labor, ut testatur Suidas.

Archelaus. Chorographus, qui omnem ab Alexandro peragratam terram descripsit. Laërtius in Archelao.

Aristobulus Aristobuli Cassandreus. Hunc in historia sua se maxime sequuturum profitetur Arrianus principio operis, quod perpetuus Alexandro comes fuerit. à quo & destinatum reficiendo Cyri sepulchro sub finem historiae prodit. Qui cum Aristobulo Judaeo unum faciunt, errare videntur. Cassandrensem citant Athen. II, 6. VI, 13. Lucian. in Macrobiis & alii. Ejus testimoniis saepius utuntur Plutarchus, ut in Demosth. cap. 32. & Strabo. Hujus, ut videtur, librum, in quo singulare certamen Alexandri cum Poro tradiderat, Regem in Hydaspem projecisse refert Lucian. de Conscribenda historia. Vide Vossium de Hist. Graec. I, 10. Soiter. in dedic. belli Pannonici.

Aristoxenus. Commentarios hujus citat Plutarchus Alex. cap. 5. Qui an ad Alexandrum magnopere pertinuerint, dubitari possit ex Athenaei XIV, 2. videtur enim iis libris miscellanea quaedam collegisse. Scripsisse autem & historias, & omnis generis libros ad 454. Suidas testatum reliquit.

Aristus Salaminius. Citat hunc Athenaeus lib. X. cap. 10. Multo juniorem fuisse temporibus Alexandri, Strabo lib. XV. nos docuit. Scripsisse de Alexandri rebus gestis scimus ex Arriano VII, 3, 22.

Arrianus Nicomediensis. Hujus Historia cum etiam hodie satis ostendat auctoris sui praestantiam, obscurioribus, aut iis quorum opera non extant, sermonem potius commodabimus.

Arrianus Epopoeus Alexandreida, sive carmen de Alexandro XXIV. libris constans, hunc scripsisse Suidas tradit.

Asclepiades. Inter scriptores hujus historiae quidam hoc nomine memoratur Arriano VII, 3, 22.

Baeton. Dimensor itinerum Alexandri librum edidit, quem inscripsit Stationes expeditionis Alexandri. Athen. X, 12. Citatur & Plinio VI, 17. Ubi tamen *Biton* vocatur.

Petrus Bizarus. in Historia Persica.

Calinius Syrus. Plutarchus in Aristide.

Callisthenes, evocatus ab ipso Alexandro ad scribendam ejus historiam. Justin. XII, 6, 17. deinde interfectus. Curt. VIII, 8, 21. Scribit hoc loco Raderus famam de Callisthenis hujus historia, quam adhuc superstitem faciebat, vanam esse, idque sibi compertum ex Ducaei litteris, quem rogaverat, ut exemplar transcribi curaret. Et sane ex principio pseudo-Callisthenis, quod Ducaeus transmisit, apparet esse historiam fabulosam, de qua mox in Julius Val. De Callisthenis stylo judicium Ciceronis habes in Epist. ad Q. fratrem II, 12.

Cappellus. in Hist. Sacra & Exotica ab Adamo usque ad Augustum.

Carystius Pergamenus Commentarios Historicos scripsit, in quibus & de rebus Alexandri tractasse argumento sunt loca, quae ex eo profert Athenaeus X, 9. 10. XI, 15. XIII, 8. & XV, 8.

Cedrenus hodieque legitur.

Cephaleon, quem patriam suam pressisse scribit Photius Cod. LXVIII. Scripsit autem libros novem, quibus Musarum nomina indidit: quorum postremis Alex. quoque res complexus, ut patet tam ex loco citato, quam alio, apud eumdem Photium, Cod. CXLI. Temporibus autem Adriani vixisse eum, ex Suida notum est.

Chares Isangelus. Plutarch. Alex. c. 81. Dubito an idem sit cum sequente.

Chares Mitylenaeus, citatur à Plutarcho in Alexandro cap. 33. & 96. & ab Athenaeo VII, 2. XII, 2. & ab eodem III, 13. liber ejus septimus historiarum Alexandri & XII, 9. & XIII, 4. Vide & Gellium V, 2.

Charon. Hoc nomine tres historici recensentur à Suida, quos omnes verisimile fit Alexandri quoque gesta composuisse: nisi forte Lampsaceno, qui primus inter illos memoratur, aetas obstet, quem tamen longe post primum Darium vixisse patet ex iis, quae Athenaeus retulit, locis. Tempore Xerxis viguisse refert Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή.

Choerilus. Hic quoque inter Alexandri comites cum esset, res ejus carmine composuit. Horatius lib II. Epist. I. Gratus Alexandro regi Magno fuit ille Choerilus, incultis qui versibus & male natis Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos. Eum pro pessimo conditore carminum Curtius habet VIII, 5, 8. Notum est de pacto, quod inter eum & Alex. intercesserit, ut pro singulis versibus, si boni forent, aureum, si mali, colaphum acciperet. Hujus Choerili videntur esse versus, quibus epitaphium Sardanapali includitur, qui extant apud Athenaeum XII, 7. Vide Scalig. ad Euseb. num. MDXXXIV.

Clearchus Solensis. Aristotelis discipulus, scripsit inter alia Vitarum libros, in quibus & de Dario, ab Alex. everso, ut scimus ex Athenaeo XII, 9.

Clemens Hunc tantum ex Apulejo novimus, cujus & coaetaneus fuit. Sic enim ille I. Floridorum: Quae omnia (Alexandri facinora) aggressus est meus Clemens, eruditissimus & suavissimus poëtarum, pulcherrimo carmine illustrare.

Cleo Siculus, inter praecipuos Alexandri adulatores nominatur à Curtio VIII, 5. ex quo loco colligas eum etiam carmina in laudem Alexandri composuisse. Stephanus in Ἄσπις citat Cleonem Syracusium, qui de portubus scripserit, quem eumdem fuisse non immerito dubites.

Clitarchus. De hoc Quintilianus X, I. Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. Ejus historiam de Alexandro, cujus & comes fuit, citat Plutarchus in vita cap. 47. Plin. VI, 13, 6. Aelian. in Hist Anim. XVII, 2. 22. 23. 25. Athenaeus quidem persaepe, quemadmodum & Strabo. Hujus historiam interpretatus est Curtius, ut quidam putant, eo argumento, quod Curtius eum laudet IX, 5, 21. Sed ipse ille locus eos diversum docere debuit: nec enim Clitarchum ibi solum, sed & Timagenem citat, quos tantum abest, ut sequatur, ut potius securitatis & credulitatis eos arguat.

Cluverius in Epitome Historica.

Constantinus Manasses.

Cornelius Nepos. Epistolam Alex. de Indiae situ &c. in Latinum sermonem transtulisse dicitur. Nescio an idem sit, qui de rebus Alex. scripsit, auctore histor. Miscella XI, 19.

Craterus. Hic cum sub Alexandro res gereret, ejus etiam historiam dicitur conscripsisse. Meminit Crateri Plut. in Aristide cap. 51. haud dubie ex libris ejus περὶ ψηφισμάτων, ut citantur Stephano de Urbibus. qui quamvis etiam Macedo fuerit, alius tamen esse potest à no-

noſtro, quem maximis laudibus ornavit apud Suidam Eumenes. Res autem Alex. attigit etiam in epiſt. ad matrem Ariſtopatram, cujus meminit Strabo lib. xv.

Daimachus. Hujus Indica citat Athenaeus lib. ix. cap. 11. Strabo mendaciſſimum ſcriptorem appellat lib. 11. ubi dicit miſſum ad Allitrochaden Indum, ſuarum peregrinationum Commentarios reliquiſſe.

Dexippus. Citat hunc Cedrenus in Hiſtoriarum Compendio. Ejus Excerptum eſt apud Euſebium in primo Chronicorum. Vixiſſe temporibus Galieni & ſeqq. Imp. Dexippum, qui temporum hiſtorias contexuit, virum in liberalibus diſciplinis & facultate logica verſatiſſimum, Eunapius in fine Porphyrii tradidit.

Dicaearchus. Hic videtur Alexandri res attigiſſe in libris de Vita Graecorum, qui citantur Athenaeo xiii, 1. Fuit autem ex Meſſana Siculus, Ariſtotelis auditor, ut Suidas tradidit. Citat eum ſaepiuſcule Plinius in libris prioribus ex Geometricis ſcriptis, cum ea laude; fuiſſe virum eruditum, & Regum cura montes permenſum. Locum ex primo ejus libro refert Africanus in Sylloge Regum Aegyptiorum annexa à Scaligero editioni Euſebianae.

Dio Chryſoſtomus Pruſieus, inter alia de Alexandri Virtutibus libros octo ſcripſiſſe dicitur apud Suidam. Plura de eo Photius in Bibliotheca.

Diodorus Siculus.

Diodotus Erythraeus Ephemerides Alexandri ſcripſit, ut colligitur ex Athenaeo x, 9.

Diogenes Babylonius. Hunc de Alexandro ſcripſiſſe clarum ex Quintil. 1, 1, 8. & Clemente Alexandrino lib. 1. Stromatum. Ut, qui Antipatri praeceptorem fuiſſe volunt, de juniore Antipatro intelligere neceſſe habeant.

Diognetus cum Baetone conjungitur apud Plinium vi, 17.

Dionyſius, à Philadelpho miſſus in Indiam, ut Plin. vi, 17. tradit, cum regibus Indicis moratus, vires quoque gentium prodidit. Quod certe fieri non potuit, ſine praecipua Alexandri, rerumque iis locis ab eo geſtarum, mentione.

Diotimus Athenienſis. Hunc etiam inter ſcriptores hiſtoriae Alexandrinae forte reponendum colligas ex Athenaeo x, 10.

Dorotheus Aſcalonites. Hiſtorias hujus de Alexandro citat Athenaeus vii, 2.

Dreſſerus In Millenariis.

Duris Samius Varia ſcripſit, inter quae & Res Macedonicas huc maxime pertinentes. Citatur ſaepiſſime ab Athenaeo, & Plutarcho in rebus ad Alex. ſpectantibus.

Ephippus Olynthius de Alexandri & Hephaeſtionis exſequiis ſcripſit, ut conſtat ex Athenaeo x, 9. xii, 9. Alius eſt Ephippus, itidem Hiſtoricus apud Suidam.

Eratoſthenes Cyrenaeus. Huic ſe non plane aſſentiri dicit Arrianus v, 1, 12. quamquam probatiſſimum auctorem nominet, mox v, 1, 20. Citat eum & Plut. in Alex. c. 3. & alibi ſaepius. Quin & alii multi, & inprimis Strabo. Sed hic ea tantum auctorum loca indicare propoſitum nobis eſt, quae de hiſtoria Alexandri ab uno quoque perſcripta fidem faciant.

Eumenes Cardianus. Hic ſub Alexandro res geſſit, ut patet ex Arriano, & Plutarcho, qui & Vitam Eumenis edidit, quomodo & Aemilius Probus, ſive Cornelius Nepos eſt. Ejus autem Ephemerides Alexandraeos citat Athenaeus x, 9. Eum mire confundit Suidas cum Rege Pergameno cognomine, quin & ex utroque Macedonum Regem conflat. Reſtituendum hoc nomen Aeliano lib. iii. cap. 23. in fine, de Varia Hiſtoria. nam quae ibi relata fuerunt, & apud Plutarchum reperiuntur, haud dubie fuerunt ex Ephemeridibus Eumenis: ergo caput ita claudit; ὧν καὶ Ἐυμένης ὁ Καρδιανὸς καὶ ἐκεῖνός ἐστι, pro quibus vulgo legitur, ὧν καὶ ἐν μὲν ὁ Καρδιανὸς. Eamdem emendationem reperi poſtea in Emendation. Leopardi lib. ii. cap. 12.

Euſebius Chronographus.

Euſebius quidam. vide mox Julius Valerius.

Gualterus Belga ſcripſit carmine Heroico geſta Alexandri Magni libris decem, qui editi ſunt, de hoc Guillermus Briton. in praefat. Philippidos:

Geſta ducis Macedum celebri deſcribere verſu
Si licuit Galtere, tibi, quae ſola relatu
Multivago docuit te vociferatio famae.

Glycas in Annalibus.

Harpocration. Hic cur à Radero ſcriptorum horum catalogo inſeratur, nondum reperi.

Hartliebus Bojus. Julii Valerii hiſtoriam in Germanicum ſermonem tranſtulit, teſte Radero.

Hecataeus Eretrienſis. Recenſetur inter Auctores hujus hiſtoriae à Plutarcho in Alex. cap. 81. Quin & *Abderitam Hecataeum* veriſimile eſt hanc Spartam ornaſſe, cum & hiſtoriam ſcripſerit, & Alexandri comes fuerit, ut legitur apud Joſephum lib. 1. contra Appionem. Adde Voſſium de Hiſt. Graec. 1, 10.

Hegeſander. Quod hic multa ad Alexandrum pertinentia in Commentariis praecipue ſuis ſcripſerit, patet ex iis eorum locis, quae paſſim recenſet Athenaeus.

Hegeſias Magnes. Hujus fragmenta ex Hiſtoria, ut credibile eſt, Alexandrina, reperiuntur apud Dionyſ. Halicarn. de Orationis ſtructura, & Agatharchidem in excerptis apud Photium, utrobique producta in exemplum exilis & languidae compoſitionis. ſed & Cicero ineptum eum vocat in Bruto cap. 83. & de Oratore cap. 67. frigidum exclamatorem Plut. Alex. cap. 4.

Helymon cecinit res Alexandri, quem idem Rex in cavea mori coëgit, auſum tentare tanti regis opera, vires ejus ſuperantia. Haec Raderus. Vide Gyrald. de Poët. Dial. III. & Suidam in Χοίριλος.

Heraclides, citatur ab Plutarcho in Alex. cap. 45. quem credam fuiſſe Alexandrinum, qui Laërtio teſte, de ſucceſſionibus, regum ſcilicet ſuorum, ſcripſit. Fuit & alius hoc nomine gente Cumanus, qui res Perſicas enarravit, & ab Athenaeo citatur. Ex quo tamen deprehendere non potui, poſt Alexandrum, an ante eum vixerit.

Hermippus. Vide Plut. Alex. c. 95.

Hieronymus Cardianus. Vide Voſſ. de Hiſt. Graec. 1, 11. ex Suida, in quo dubitabam.

Hiſter, qui forte *Iſtrus* Volaterrani, dicitur multa ſcripſiſſe apud Suidam. Plutarcho refertur inter Scriptores hujus hiſtoriae in vita Alex. c. 81.

Hiſtoria Miſcella lib. XII. c. 19.

Jaſon. Voſſius de Hiſt. Graec. 1, 10. *f.*

Idomeneus videtur inter ſcriptores Alexandrinae hiſtoriae cieri à Plutarcho in Demoſth. cap. 32.

Joannes Antiochenus Hiſtoriam ab Adamo uſque repetiit, in qua & Alexandrum memoravit, ut patet ex Excerptis Conſtantini, quae ante hoc quadriennium Henricus Valeſius publici juris fecit.

Joannes Monachus. Huic multum tribuit Coelius Rhodiginus, eumque perſaepe laudat, ut III, 5. XVIII, 18. XXII, 20. XXIII, 4. Adjunctus eſt editioni Baſileenſi, quae prodiit anno 1545. Interprete Angelo Coſpo Bononienſi.

Julianus Imp. in Caeſaribus.

Julius Valerius Latinam fecit Hiſtoriam fabuloſam de Alexandro, quae ab aliis Aeſopo, ab aliis Calliſtheni adſcripta fuit. Unde fabulas ſuas certatim hauſerunt Antoninus, Vincentius, Urſpergenſis, alii. Pretium videbatur adſcribere hoc loco judicium C. Barthii ex 11, 10. Adverſariorum: Talia multa in non inerudito monacho ſunt, qui vitam Alexandri Magni prodigioſis mendaciis farctam edidit ante aliquammulta ſecula: quae fabula tantum olim fidei habuit, ut à prudentibus etiam ſcriptoribus ſit teſtimonio citata, qualis ſane ante plus quam quatuor ſecula fuit in Anglia Silveſter Giraldus, qui non dubitavit ejus cellionis auctoritate uti. An ea egregia hiſtoria edita umquam ſit neſcio, nos in charta ſcriptam habemus, ſed tanti vix aeſtimamus, ut in Bibliothecam recipiamus. Eſt idem auctor, quem Aeſopum vocat, & interpretatum à Julio Valerio Franciſcus Juretus ad Symmachi lib. 1. Epiſt. 54. Editione quidem priore. Ego vero neque de auctore, neque de interprete credo Romani Graecive hominis eſſe, maxime enim in eo Graeci ſermonis ignorantia, nec ulla Romani notitia eſt. Hactenus Barthius. Typis excuſa eſt Germanice, anno 1486. Argentorati. Citatur & Salmaſio ad Solinum pag. 1025. Vetus ſcriptor qui res Alexandri fabuloſe compoſuit.

Juſtinus.

Lazius in rebus Graecis.

Lycus. Stephanus in Σκίδρος.

Lyn-

Lynceus Samius. Hujus Commentariis Alexandri gesta pertractata fuisse, suspicio est ex Athenaeo x, 9.

Marsyas Periandri F. Hujus Res Macedonicas citat Athenaeus xiv, 7. & Plutarch. Demosth. cap. 24. quas perscripsit libris decem, initio ducto à primo Macedonum rege, progressus usque ad Alexandri expeditionem in Syriam. Composuit & ipsius Alexandri educationem; cum quo simul educatus fuerat. Fuit etiam patria Pellaeus, Antigoni, qui postea regnavit, frater, ut auctor est Suidas. Marsyam Macedonem citat Plinius lib. XII. & XIII. Praefectus navium fuit sub Demetrio. Diodor. xx, 51. Vide Vossium de Histor. Graec. I, 10.

Megasthenes. Hunc probatissimum auctorem vocat Arrianus v, 1, 20. & persaepe citat, praesertim in Indicis suis: sicut Aelianus in Hist. Animal. Cum regibus Indicis moratus vires quoque gentium prodidit, ut Plinius scribit lib. VI. c. 17. Missus ad Androcotum Indum suarum peregrinationum Commentarios reliquit, fabulis refertos, arguente Strabone lib. II. Scripsit & Politica, quae citat Athenaeus.

Menaechmus Sicyonius scripsit historiam Alexandri Magni. Suidas. Volaterranus.

Μονόβιβλος *Alexandrinorum.* Hunc Alexandrinos de vita Alexandri conscripsisse auctor est Nicephorus Ecclesiast. Historiae lib. x. c. 36.

Nearchus. Iste cum Alexandro militavit, & de Alex. historiam conscripsit. Mentitus autem est, quod se Navarchum esse scripserit, cum fuerit unius tantum navis gubernator. Haec Suidas. Sed si recte memini, crimen illud ab aliis fide dignioribus impingitur Onesicrito. Certe Navarchum appellat etiam Philostratus in Apollonii vita lib. III. & diserte Arrianus in Indicis III, 12. Multa autem in historia mentitum ait Strabo lib. II.

Nestor. Hujus Alexandriada citat Stephanus in Ὑδάσπαι.

Nicanor Res gestas Alexandri Macedonis scripsit', Auctore Varrone in quarto rerum Divinarum, quem citat Lactantius lib. I. cap. 6. & ex eo Sabellicus Enneadis 2. lib. III. & Lud. Vives ad Augustin. de Civitate Dei lib. XVIII. c. 27.

Nicobule. Hujus fragmentum de Alexandro legitur apud Athenaeum XII, 9.

Nymphis Heracleotes, scripsit de Alex. & successoribus ejus. Suidas. Librum ejus nonum de Ptolemaeis citat Aelian. Hist. Animal. XVII, 3.

Olympiadum Descriptio. Hanc cum Eusebio edidit Jos. Scaliger.

Onesicritus citatur à Plinio VI, 22, 2. Alexandri incunabula & originem scripsit, Laërtio teste. Strabo cum reliquis multa mentitum arguit lib. II. & praesertim lib. XV. in hunc sensum: hunc meliore jure fabulosarum & incredibilium de Alex. narrationum, quam gubernatorum navalium ejusdem rectorem dicere possis. Equidem quotquot Alexandrum comitati, de rebus ejus gestis aliquid scripsere: ii admiranda veris antehabuerunt, monstrosis tamen narrationibus omnes eos hic superasse videtur. Nomen hujus corruptum arbitror apud Lucian. de Conscribenda historia. Ut enim conjicere est, hic fuit, ad quem Alex. dixisse fertur, haud dubie historiam ei suam offerentem, optare se, ut in vitam redire posset, & cognoscere, quibus animis istam narrationem accepturi essent homines. Quare pro istis vocibus, ὦ Ὀνησίκρατες scribendum erit, ὦ Ὀνησίκριτε.

Orthagoras. Hunc cum Onesicrito navigasse conjicio, ex Aeliano de Hist. Animal. XVII, 6. conscripsit autem libros de rebus Indicis, quos idem auctor citat in Hist. Animal. XVI, 35. & Philostratus in vita Apollonii lib. III.

Otto Frisingensis.

Patrocles apud Strabonem lib. II. ait, eos, qui Alexandro comites expeditionis fuerunt, obiter tantum singula cognovisse: Alexandrum vero ipsum accurate omnia indagasse, cum ei regionum descriptiones à peritissimis traderentur; ita hanc descriptionem sibi postea temporis exhibitam esse ait à Xenocle gazae praefecto.

Phanias apud Clementem lib. I. Stromat. de transitu Alexandri in Asiam meminit. Quem puto fuisse discipulum Aristotelis, cujus Suidas meminit.

Philippus Chalcidensis.

Philippus Isangelus. Hujus & superioris meminit Plut. in Alex. cap. 81.

Philon Thebanus. Plutarchus dicto loco.

Phylarchus. Hunc inter hos scriptores non retulissem, nisi id jam fecisset Raderus. Nihil enim reperi, quod eum in hanc classem admitti jubeat. Citat quidem locum ex ejus lib.

VI.

VI. Athenaeus VI, 13. qui ad Alex. ſpectat: ſed certum eſt, eſſe eum librum ex iis, quos de Pyrrho, & poſterioribus regibus compoſuit.

Pindarus. Hujus verſus in Alexandrum Macedonem refert Dionyſius in Rhetoricis pag. 179. Unde Raderus colligit, eſſe eum Pindarum poſteriorem ἀνέψιον πρoτέρȣ. cujus quidem & Suidas meminit. Sed potius crediderim verſus Dionyſio citatos eſſe Pindari ſenioris, ſcriptos ad Alexandrum Macedonem, non Magnum noſtrum, ſed alium, Magni proavum, & propterea neminem huic Catalogo Pindarum inſerendum videri. *Facit mecum Dio Chryſ. Orat. 2. Tzetzes Chil.* E. 7, 139.

Plutarchus.

Polyaenus.

Polycletus Lariſſaeus. Ejus librum octavum Hiſtoriarum citat Athenaeus XII, 9. Citatur & Straboni Polycletus, quem hunc ipſum eſſe puto, lib. XVI.

Polycritus. Plutarchus Alexandro cap. 81.

Pompejus Trogus. Cujus epitomen Juſtinus fecit. Eum citari puto in Hiſtória Miſcella lib. XII. c. 19.

Potamon Mitylenaeus. Hic etiam in hunc cenſum refertur à Volaterrano & aliis, auctore Suida, qui eum tempore Tiberii vixiſſe, & ab eo ſumme honoratum fuiſſe aſſerit.

Praxagoras. Photius Cod. LXII.

Ptolemaeus. Qui poſt Alexandrum in Aegypto regnavit. Eum ſe praecipue ſecuturum eſſe profitetur Arrianus. Citat eum & Curtius noſter IX, 5, 21. & Plutarch. in Alex. cap. 81. quod ideo refero quod in hoc nomine erraſſe video Geſnerum in Bibliotheca, qui hunc Ptolemaeum, & ſequentem in Plutarcho Anticlidem pro uno eodemque habet. Laudat & Athenaeus ejus Commentarios ſaepiſſime.

Reineccius.

Sabellicus.

Seleucus. Hunc etiam qui cum Alexandro militavit, nonnihil de rebus ejus edidiſſe, ni memoria me fallit, apud Diodorum Siculum legi.

Sigonius. In libello de temporibus Athenienſium.

Solinus.

Sopater ſcripſit Eclogas variae doctrinae libros duodecim, quorum decimo Alexandri geſta referuntur, ut prodit Photius Cod. CXLI.

Soterichus Aſites. Poëta Heroicus, ſcripſit Alexandriacum, h. e. Hiſtoriam Alexandri Magni, cum Thebas, & alia cepiſſet. Suidas.

Sotion. Plutarchus Alexandro c. 107.

Strabo. Hic tam in Geographicis ſuis libris multa paſſim de Alexandro refert, quam etiam hiſtoriam ejus peculiari opere complexus eſt, quod ipſe citat non longe à principio lib. II.

Strattis Olynthius ſcripſit Ephemerides Alexandri libris quinque, item de obitu ejus. Auctor Suidas.

Suidas.

Tarik Mircond in hiſtoria Perſica.

Petrus Texeira Luſitanus, de regibus Perſarum in ſuo Itinerario.

Timagenes. Citatur hic à Curtio IX, 5, 21. Judicium de eo vide apud Quintilian. Inſtitut. 10, 1.

Turca quidam. Qui res geſtas Alexandri in ſuam linguam tranſtulit, juſſu Selymi I. ut teſtatur Boterus in Politia illuſtrium lib. II. c. 2. & Tubero lib. X. in fin. Commentar. de tempor. ſuis. vide *Achmetes.*

Varro. Hunc rerum Alexandri Epitomen compoſuiſſe Raderus ſcribit.

Vincentius Bellovacenſis in Speculo.

Raphaël Volaterranus.

Urſpergenſis Abbas.

Zenobia. Haec etiam Regina Orientis locum hic ſibi vindicare queat ex teſtimonio Trebellii Pollionis in XXX. Tyrannis, cap. 18. *Hiſtoriae Alexandrinae & Orientalis ita perita, ut eam epitomaſſe dicatur.*

Zonaras. Vide Joannes Monachus.

Zoſimus.

CAP.

GENEALOGIA ALEXANDRI.

CAP. V.

Cum autem ad operis Curtiani pleniorem intellectum necessarium videatur, de ipso prius Alexandro quaedam praenoscere, ne tamen libri moles excresceret, sufficere visum est, si stemma primum Regis ejus ex Reineccio, qui diligentissime illud investigasse visus est, excerptum: deinde & vitae compendium, quam brevissime fieri potuit, praemitteremus. Igitur *Alexander Magnus* (nam ab hoc incipi placuit, ut retro ad majores ejus veniremus) ex *Barsine* Artabazi filia genuit *Herculem*, qui postea anno aetatis decimo sexto à Polyperchonte occisus est: ex *Rhoxane* Oxyartae filia *Alexandrum* Posthumum, quem Cassander interfecit: ex *Cleophide* Regina Indica *Alexandrum*, qui postea matris imperium tenuit. *Alexander* porro *Magnus* originem suam hinc ad Herculem, inde ad Achillem retulit, per has successiones, quarum dextrae paternam ejus stirpem, laevae maternam exhibent.

I. Philippus Macedoniae Rex, occisus à Pausania, anno aetatis 46. 9. Cal. Feb. sustulit ex Olympiade *Alexandrum Magnum*, & *Cleopatram*, Alexandro Epirotae avunculo suo nuptam: ex *Audata* Illyria *Cynam*, collocatam à patre Amyntae patrueli, postea ab Alceta Perdiccae fratre interemptam: ex *Nicasipolide* Pheraea *Thessalonicam*, quam Cassander duxit: ex *Cleopatra* sorore Attali *Europam*, quam in gremio matris necasse dicitur Olympias, & *Caranum*, quem & ipsum crudeliter interfecit eadem noverca: ex *Arsinoë*, quam impraegnatam Lago tradidit, *Ptolemaeum* Ægypti Regem: ex *Philinna* saltatrice Larissaea, *Aridaeum*, qui exstincto fratre Alexandro imperii simulacrum per sexennium tenuit, deinde Olympiadi proditus, & immaniter excarnificatus, vitam & stirpem Regum Macedonicorum ex Herculis posteris finiit. Hujus pater fuit

II. Amyntas Mac. R. bis regno dejectus, bis restitutus, genuit ex *Eurydice* Illyria *Alexandrum*, secundum hoc nomine Macedonum Regem; *Perdiccam* tertium; cujus filius *Amyntas* ex *Cyna* Philippi filia *Eurydicen* Aridaei conjugem procreavit; *Philippum* secundum Alexandri M. patrem; & *Euryonem* filiam, quae scelesta matris consilia patri detexit: ex *Gygaea*, vel ut alii scribunt *Cygnaea*, *Archelaum*, *Argaeum*, *Menelaum*: ex pellice anonyma *Ptolemaeum* cognomento Aloritem, qui *Philoxenum* genuit, cujus posteritas non proditur.

III. Philippus cognomento θαῤῥαλέος parte Macedoniae, quam tenebat, à Perdicca fratre pulsus, in exilio obiit, unico filio relicto.

I. Olympias post Alexandri filii mortem, cum multa diu ambitiosissime atque crudelissime fecisset, Pydnae à Cassandro capta, atque interfecta est. Hujus pater fuit

II. Neoptolemus, Epiri Rex cum Arybba fratre regnum partitus, liberos habuit *Alexandrum*, qui Magni sororem Cleopatram in matrimonio habuit; & bello in Italia gesto occubuit; *Neoptolemum* qui Alexandrum in Asiam secutus, in expugnatione urbis Gazae, primus muros conscendit; Arrianus fine lib. II. postea Epiri regno aliquamdiu potitus, à Pyrrho interfectus est; *Arybbam*, qui societatem cum Leosthene adversus Macedonas initam turpiter deseruit; *Troadem* Arybbae patruo nuptam; *Olympiadem* Alexandri matrem; & *Cadmiam*, quae insidias à Neoptolemo fratre in Pyrrhum conflatas prodidit.

III. Alcetas Epiri Rex, qui à suis pulsus, post exilium apud Dionysium Siciliae tyrannum, ad regnum rediit, procreavit *Neoptolemum* Olympiadis patrem; & *Arybbam* qui fratrem bello petens, dividere secum regnum coëgit: deinde ducta in uxorem *Troade* fratris filia suscepit *Alcetam*, qui postea regnavit; & *Aeacidem* Pyrrhi patrem

IV. Arymbas, qui Athenis eruditus posteaquam ad regnum pervenit, leges & senatum annuosque magistratus, & reipub. formam composuit. Vocatur & *Tharymbas*, & *Tharrytas*, & *Tharyps*, & *Tharypus*, ut solet in nominibus.

V. Admetus Epiri Rex, ad quem Themistocles confugit, suscepit ex *Phthia* conjuge *Arymbam*, de quo modo dictum est.

VI. Alcon procatus Agaristam, Clisthenis Sicyonii filiam. Hujus progenitores ignorantur, nisi quod constat eum fuisse ex Pieli

******

poste-

IV. Alexander Rex Macedoniae, Dives & Philellen cognominatus, qui bello *Xerxis* cum Persis fuit, genuit *Perdiccam* alterum hoc nomine Macedoniae Regem, *Alcetam* interfectum postea ab *Archelao* Rege Perdiccae spurio; & *Philippum*, de quo supra.

V. Amyntas I. Rex Macedoniae, Darii Hystaspis filii jussu à Megabazo Persarum imperio subditus, reliquit *Alexandrum* Divitem; *Bocrum*, cujus filius *Meleager Arsinoën Ptolemaei* regis matrem procreavit; & *Gygaeam*, quae ex Bubare Persâ suscepit *Amyntam*, cui Xerxes Alabanda Phrygiae dono dedit.

VI. Alcetas R. Maced. regnavit annis XXIX. reliquit successorem *Amyntam*.

posteris, quem ideo statim in proximo collocavimus.

VII. Pielus, qui & *Pylades*, quos liberos genuerit, non reperitur: habuisse autem certum est ex eo, quod Pausanias scribit, Pyrrhum, qui cum Romanis bellum gessit, originem suam ad hunc retulisse.

VIII. Pyrrhus Achillis filius ex *Lanassa* Cleodaei Heraclidae filia tulit *Pyrrhum*, quem in pueritia exstinctum fuisse suspicio est; *Aleuam*, à quo propagata Aleuadarum domus; *Ethnestum*, à quo genti Ethnestarum nomen; & femellas quinque: ex *Andromacha* Hectoris vidua *Molossum*, à quo Molossi appellati Epirotae; *Pielum*, de quo diximus; & *Amphialum* cognomento Pergamum.

VII. Aeropus R. Maced. cum infans adhuc esset, à Macedonibus, qui ab Illyriis premebantur, ut erat in cunis, in aciem est prolatus, felici ipsis consilio.

VIII. Philippus hujus nominis primus Rex Macedoniae.

IX. Argaeus Rex Mac. repressit Illyrios, bellum tum primum Macedonibus facientes, decepto hoste virginum Baccharum apparatu.

X. Perdiccas I. Rex Maced. moriturus filio locum monstravit, in quo se & successores suos condi vellet, pollicitus regnum in familia mansurum, quoad id fieret: qua superstitione credunt exstinctam in Alexandro stirpem, quod is alibi sepultus esset. De hoc vide quaedam ab hoc ordine diversa apud Herodotum 8, 137. &c.

XI. Tyrimas regnavit annos XXXVIII. reliquit successorem *Perdiccam* filium.

XII. Coenus Carani filius, *Tyrimae* pater, regnavit in Macedonia annos XII.

XIII. Caranus patria Argivus, ex familia Temenidarum, qui diu regnum Argis obtinuerunt, regni Macedonici conditor, quibus parentibus ortus sit, non proditur, praeter quod originem à *Temeno Herculis* filio habuisse, inter auctores constat. Vide tamen fragmentum Satyri apud Scalig. in adjunctis ad Euseb. pag. 372.

CAP. VI.

Finem his prolegomenis faciemus Vitam Alexandri, quemadmodum à Raphaële Volaterrano in compendium redacta legitur.

Alexandri Philippo Macedone nati, & vitam & gesta innumerabiles pene Graeci posteritati tradidere; è quibus Clitarchus, Polycrates, Onesicritus, Antigenes, Istrus, Aristobulus, Chares, Hecataeus Eritreus, Philippus Chalcidensis, Duris Samius, Ptolemaeus, Anticlides, Philo Thebanus, Philippus, Hisangelus, Antisthenes, Menaechmus Sicyonius, Nymphis Heracleotes, Potamon Mitylenaeus, Sotericus Asites, Arrianus, Plutarchus: è nostris vero Q. Curtius. Ego autem epitome brevi percurram. Igitur natum scribit Plutarchus VIII. Idus Aprilis. Ab eo autem, qui in Latinum eum convertit, circa Idus Augusti scribitur; quod sane cujus sit error nescio. Aetatis & disciplinae rectores, Leonidam Olympiadis matris necessarium, & Lysimachum Halicarnasseum habuit. Deinde Aristotelem praeceptorem, a quo eruditus fuit, perseveranter amavit, scientiaque physicae delectatus, quandoque ad eum per literas questus est, quod libros eam disciplinam continentes, vulgo ediderit. At ille respondit, editos quidem, sed tanquam non editos ob eorum obscuritatem fore. Annum agens XVI. à patre profecto in obsidionem Byzantii ad regni curam dimissus domi est, post ejus verò mortem annos XX. natus imperium iniens primam in Thebas expeditionem fecit, easque bello superatas evertit: cum Athenienfibus pacem fecit, quanquam Thebarum casum moleste ferentibus: ad Isthmon venienti omnes obviam praeter Diogenem Cynicum venere; miratus Alexander ad eum in sole apricantem venit, rogans, si quid opus: at ille, ut paullum, inquit, à sole absis. Alexander deinde ad suos versus, se Diogenem esse velle dixit, si Alexander non esset. Cupidus igitur late imperandi, patrimonium omne inter

ami-

amicos divisit, Antipatro domi relicto, in Hellespontumque primo trajecit, ac Ilium pervenit, ubi animadverso Achillis sepulchro, felicem appellavit, cui praeco laudum Homerus contigisset. Deinde contra Dareum profectus ad Granicum flumen, quod Asiae porta sit quaedam, praefecti regis occurrentes pugnam conserunt, ubi victor traditur fuisse, caesis barbarorum viginti millibus, ex Macedonibus triginta quatuor tantum. Deinde ad maritimam oram descendens, Pamphyliae, Ciliciae, Phoeniciaeque regiones: deinde Paphlagones Cappadocesque subegit. In transitu Cydni fluvii frigidissimi morbo correptus bello supersedit; verum paullo post à Philippo medico curatus in castra venit, atque rursus cum Dareo, qui sexcenta hominum millia armaverat, in proelium descendit; quem demum superavit caesis hostium undecim millibus, castris insuper potitus: regem fugientem per quinque stadia insectatus est: uxorem filiasque captivas ad se perductas honorifice ac pudice habuit. Ab hac igitur in littore quoque Aegypti loci amoenitate delectatus Alexandriam urbem condendam mandavit: Ipse ad Jovem Ammonem per loca vasta solitudine post Cambysem secundus accessit. Hic multa millia è suis obruta arenarum vi Austro perflante fuere. Ubi vero templum attigit à sacerdote persuasus Jovis filium se putavit. Postremo, tertio Dareum vires redintegrantem petens vicit, atque omnino profligatum una cum regno sustulit Persarum. Hinc Babylonios cum tota regione subegit: mox Dareum persecuturus audivit à Besso illius familiari, eum captum à suis atque interfectum, quem regiis intectum vestibus matri ejus tumulandum remisit, Bessum vero interfectorem supplicio affecit. Dareus autem moriens deos precabatur, uti Alexandrum secundarent, quem hostem clementiorem quam suos invenisset. Deinde in Parthum movens superato Orexarte fluvio (hic enim Rha est, quem Alexander Tanaim alterum putavit) Scythas lacessivit: ulterius fluxu ventris correptus insequi destitit. In his locis occurrentem habuit Thalestrem Amazonum reginam, teste Justino, triginta quinque dierum itinere confecto, quae ex ipso praegnans dicitur discessisse. In Indiam postremo profectus suos exhortatus est, ne animo deficerent; parvi temporis laborem Macedonibus orbis imperium ac perpetuam gloriam pariturum: ubi primum Taxilem regem obvium cum muneribus habuit, superatoque Idaspe fluvio Porum alterum Regem occurrentem cum maximo exercitu vicit, quem in proelio victum ac captum dimisit uti prius liberum. Erat Porus quatuor cubitis & palmo procerus, in quo proelio Bucephalum amisit, in cujus honorem supra Idaspem Bucephaliam urbem condidit. In ea sane regione cum multis collocutus gymnosophistis dicitur, inter quos Calanus nomine eum secutus, sese vivum constructa pyra comburi jussit. Alexander deinde dextrum Indiae latus adnavigari perquirique jussit classi Onesicrito praefecto, ac Nearcho duce constitutis, ipse per mediterranea remigrans, cum alvi dolore vexaretur, Babylonem repetiit, ibique febri correptus excessit, nullo veneni signo, anno aetatis XXXIII. & à Ptolemaeo Alexandriam regia funeris pompa delatus. Fuit vini avidus, adeo, ut per ebrietatem praecipuos amicos interfecerit. Clitum, qui in mensa Philippum Alexandro praetulit, Philotam & Parmenionem insidiarum suspicione, necari jussit: Callisthenem philosophum Aristotelis propinquum, quem inter charissimos habuerat, deinde in Hermolai conjuratione suspectum, quodque adorandum Alexandrum esse negaret, misere adfectum caesim necavit. Castitate alioquin tanta, ut praeter uxorem & Bersinen è Damasco viduam, ac regiam mulierem, nullam aliam complexus fuerit. Rhoxanem uxorem, Oxiartis regis filiam, non prius attigit, quam perfectis ex ordine sponsalibus solennibus: sed & Aristobulus de ipsius ebrietate scribit omnia falsa esse: verum quia inter bibendum valde loqueretur, eam contraxerit famam. Cibi etiam parcissimum fuisse, quod prandii condimentum, nocturnum iter solebat appellare; coenae, frugi ac breve prandium. In rebus obeundis summa alioquin diligentia, nullam omittendo occasionem, declarant maximae res brevi tempore gestae. Mane ante omnia sacrificabat. Si quando vacaret, aut venationi aut lectioni se tradebat, praesertim Homeri, quem etiam nocte pulvillo subjicere solebat. Interdum conviviis animum exhilarabat, ut post Dareum victum quisque suorum amicas ad epulas invitavit, inter quas Thais fuit Atheniensis genere, quam postea Ptolemaeus magnopere adamavit. Haec cum in coena rogasset Alexandrum, ut Persarum regiam, quia patriam suam incenderant, cremaret, statim mandavit. Puerorum insuper abstinentissimus omnino, quorum triginta millia ad disciplinam militarem erudiendorum nutriri mandavit: quin & quendam pollicentem, se pulchrum ei empturum puerum, acriter objurgavit, solebatque dicere, coitum ac somnium duo maxima mortalitatis esse signa.

Atque haec ita necessario praefanda esse duximus, ut appareret, quae & argumenti historiaeque illius dignitas, Scriptoris vero ipsius existimatio atque apud eruditos auctoritas esset; & quibus praesidiis animum ad recensionem ejus adjecerimus: ne quis vanam aut parum mo-

modestam vocem arbitretur, si asseramus hanc editionem nostram, omnium quae unquam prodierunt, & castigatissimam fore, & commodissimam, quod equidem, ut confido, ipse successus operis satis declarabit. Ceterum si quae alia de Alexandro traduntur, ea maxima ex parte Supplementum nostrum in hunc Auctorem complectitur; alia, quae gravitate historica indigna videbuntur, ad Curtium passim, & praesertim in extrema ejus historia annotabimus.

DE VARIANTIBUS IN Q. CURTIUM LECTIONIBUS.



Exhibuit *Varias Lectiones Joh. Freinshemius*, ut amicorum opera, *suaque* indipisci eas licuit. *Ipse* enim editiones, quae ei erant in manibus, comparavit. *Conradus Schoppius*, Bernatium Rhetor, descripsit Variantes Lectiones ab excellenti viro *Jacobo Bongarsio*, ex suis Codicibus ad Aldinum exemplar notatas. Quare monendus est harum literarum studiosus, si quam in his *Variis* Aldi Lectionem repererit, eamdem esse & *Bongarsianorum* Codicum, nisi nominatim dissentiant. *Joh. Adamus Schragius* misit, quas *Gruterus* olim ad suum Codicem contulerat, manuscriptorum differentias. Catalogus Membranarum, quas *Bongarsius* & *Gruterus* viderunt, capite tertio prolegomenorum exhibitus est. Eae simul & impressi, quorum discrepantias enotavimus, his signis indicabuntur: Pal. 1. 2 3. *Palatinus primus*, *secundus*, *tertius*. Pall. o. *Palatini omnes*. D. *Petri Danielis*. P. *Petri Pythoei*. Cl. *Claudii Puteani*. F. *Claudii Faucheti*. B 1. 2. *Bongarsianus primus*, *secundus*. Quibus nunc accedunt, Fl. *Florentinus Heinsii*. Leid. & Leid. p. *Leidensis*, & *Leidensis primus*. Voss. 1. 2. *Vossianus primus*, *secundus*. Impressi sic notantur, Elz. *Elzeviriorum prior*, *eum dico*, *qui* 1625. *prodiit*. Mer. *Bartholomaei Merulae*. Ald. *Aldi Manutii*. Frob. *Frobeniana*. Bas. *Basileensis Henrici Petri*. Lugd. *Lugdunensis Antonii Candidi*. Col. *Coloniensis Gyranici*. Amst. *Amsteledamensis Janssoni* §. *Orthographia in multis variavit, sed quum eam accuratissime annotatam haberemus à nobilissimo Heinsio, in iis, in quibus consentiebant nostri Codices sine ulla varietate, eam plane lectionem secuti sumus, si forte ex iis de aetate Codicum quid statui posset; in reliquis Freinshemianam editionem primam observavimus.*

ERRATA GRAVIORA.

In Textu *pag.* 73. *l.* 7. orte, *leg.* orto. *Pag.* 215. *l.* 4. fervide, *leg.* fervida. *Pag.* 499. *l.* 3. *in num. marg. l.* 14. *P.* 612. *l.* 1. Haeo *leg.* Haec.

In Notis *p.* 72. *Col.* a. *l.* 36. *distingue* sic lego.; non. *P.* 177. *Col.* a. *l.* 25. *leg.* στρατιωτῶν. *P.* 179. *Col.* a. *l.* 19 *leg.* Livium. *Pag.* 196. *Col.* a. l. 1. *lege* Scylaci. *Pag.* 199. *Col.* a. *l.* 28. *leg. exurere. Pag.* 259. *Col.* a. *l.* 11. *leg.* Vide. *Pag.* 270. *Col.* a *l.* 28. *leg.* Tetigit. *Pag.* 345. *Col.* a. *l.* 3. *leg.* abstrusis, *P.* 383. *Col.* b. *lin.* 8. *leg.* velut. *P.* 482. *Col.* a *inferior* l. 7. *leg.* ex fuga retractus. *Pag.* 560. *Col.* b *l.* 5. *leg.* auctoritati. *Pag.* 648. *Col.* a *l.* 20. *leg.* Utenhovio. *P.* 669. *Col.* a *l.* 30. *leg.* Plinium. *Pag.* 701. *Col.* a *l. ult. leg.* c. 8. *P.* 705. *Col.* a. *l.* 16. *leg.* dubia. Cetera, quae in ortographicis, aut copulis forte interciderint, sensum non turbantia facile corriget benevolus quicumque lector.


DOCTIS-

DOCTISSIMO JUVENI,

NICOLAO BLANCKARDO,

MARCUS ZUERIUS BOXHORNIUS

S. P. D.



Uae Curtio illustrando data nunc à te sunt, NICOLAE BLANCKARDE, juvenis eximie, ea ego isto animo excepi, quo hactenus caetera omnia tua, id est, ingenii tui, judicii, doctrinae & industriae egregia ac profutura publico monumenta. Quis enim id Curtio factum non velit, qui, ut meum cum magno Heinsio judicium nunc conjungam, ipsa scriptorum omnium Venus est? Neque sane in antiquitate omni Graeca vel Romana alius offertur, qui aut sine affectatione scripserit elegantius, aut in oblatarum rerum accuratissima descriptione propius penitiusque naturam earum omnem ac speciem exsculpserit. Id vero curae studiisque tuis, quae pulcherrima sunt, nunc debet, quod aliis aut nihil posthac debiturus sit, aut certe minus, si quid forte restet aliis, quam tibi; qui quidquid post tot aliorum commentationes supererat prope exhausisti, certe quidquid in eorum curis egregium erat conjunxisti. Desiderio autem tuo eam, quae sequitur, dissertationem ego debui. Persicae, quae apud Curtium leguntur, voces sunt, quas expendo. Inprimis autem vocare sub examen placuit doctissimorum aetatis nostrae hominum sententiam, qui Persicam linguam haud multum à Germanica diversam censuere: in quorum castra ego quoque vi veri victus concedo. Quippe cum Persas ex Scythis ortos esse, veterum etiam testimoniis, abunde constet, neque alios majores Germani nostri agnoscant, aut agnoscere debeant quam Scythas, cognatum quoque, &, si dialectum aut paulo diversam pronuntiandi rationem exceperis, eundem harum gentium sermonem esse, necesse est. Id ergo, si placet, in iis, quae apud Curtium exstant, vetustissimorum Persarum vocabulis nunc experiamur. Res, si quis recte expendat, aperta, nisi fallor, erit. Iis certe, qui in nullius magistri verba jurare addicti, & veritatis studiosi sunt. Neque enim eos ego hic judices volo, qui vulgus sequuntur, & solam pertinaciam, vel ignorantia, vel aliorum errore armatam, temere aut stolide verae sententiae opponunt.

Si Rheni ego accola bibissem Orontem, aut plura ex Persis praesidia se nunc darent, potuissem haud dubie alia in medium adferre. Haec tamen, quantilla sint, satisfactura nunc tibi confido. *Gaza*, ita thesaurum regium vocant Persae, apud Curtium & alios obvia vox est. Proprie quemvis thesaurum notat, κατ' ἐξοχὴν autem regium. Scythis, ex quibus Persae orti, & Germanis notissimum hodieque est id vocabulum. *Schaja* Turcis dicitur thesaurus. Inde in aula Ottomannica *Schasabassa*. Ita vocant Praefectum custodiae Thesaurorum Imperatoris. Quis non statim hic agnoscat Persicum illud *Gaza*? Et quis pariter non videt frequentissimam Germanis vocem *Schatze* (Belgis dicitur *Schat* aut *Schatte*,) quae & thesaurum iis notat, plane eandem esse cum Persica illa, *Gaza*? Inde & tributa, opes publicae, *Scheatte* veteribus Germanis, *Schatte*, *Schatting*, & *Schatzung*, (*t* enim & *s*, pro dialectorum varietate, saepe permutantur) hodieque dicuntur. Idem est, ac si dixeris cum Persis, *Gaza*. Notant veteres, non modo eo vocabulo thesaurum, sed & locum, in quo thesauri asservantur, subinde significari. Significatur quoque Germanis trito vocabulo *Casse*. *Cassa* dicunt Itali, & passim in Europa mercatores. Facile & in eo agnoscere est Persarum *Gaza*. Imo & Germani pecuniam, & stipendium, quod pecunia exsolvitur, vulgo vocant *Gasie*. Idem est quod *Gaza*. Nota fuit & veteribus Gallis ea vox. Observat Caesar, ei genti milites fuisse stipendiis conductos, qui iccirco diverso ab aliis nomine *Goesati* dicebantur. Torquent in explicanda ejus nominis origine sese eruditi, & diversa in medium adferunt. Ad Phoenices nuper retulit Clarissimus Bochartus in *Phaleg*, seu Commentario de dispersione gentium, quem singulari opere, quod inscripsimus Origines Gallicas,

cas, refellimus. Quid enim apertius, quam illud nomen factum esse à *Gasie*, quod stipendium notat. *Gasierde*, sive cum augmento, *Gegasierde*, stipendio conducti, aut stipendiarii dicuntur. Isti sunt, & eodem nomine agnoscuntur Caesari Gallorum *Goesati*, vel Γαισάται, quomodo à Graecis nonnullis scriptoribus appellantur. Sed de eo, aliisque veterum Gallorum, qui sermone haud multum diverso à Germanico usi sunt, vocabulis alibi plura. Patet interim *Gaza* non tantum Persarum sed & Germanorum sermone pro thesauro vulgo usurpari.

Mithrae nomine Solem appellare Persas, & ut numen venerari, docet Curtius. Monent & alii auctores. In Menaeis Graecorum, ubi de S. Domitiano, Episcopo Melitenaeo in Armenia, misso ad Cosroëm, Persarum regem, ut Christiana eum gentemque ejus imbueret disciplina, ita ad Persas in concione Domitianus; *Profecto potentiam fecit Deus in brachio suo. Subiguntur enim leones, & dracones eliduntur, & Bel atque Mithras captivi abducuntur*, *Mithras* Sol, quem adorabant pagani Persae. Proprie autem id vocabulum significat *ignem*, & κατ' ἐξοχὴν tributum est Soli, ex eorum sententia, qui Solem non nisi flammam, aut ignem, aut candentem laminam, aut quid simile esse existimabant. Quod & veterum Philosophorum nonnullos docuisse, Plutarchus & Diogenes Laërtius auctores sunt. Et certe Scythis, ex quibus haud dubie Persae orti, cognatisque populis, *Mithra* dicitur *ignis*. Graecis Μύδρος dicitur ferrum ignitum, globus candens, massa candefacta sive ignita. Ita accipitur & exponunt apud Strabonem Lib. III. Hinc ἄμυδρος obscurus, sine igne, id est, luce & splendore. Neque ignorant nostrates Germani, qui ejusdem haud dubie sunt prosapiae. *Miter* illis est & dicitur ignis. Non quidem id vocabulum vulgo hac tam generali significatione hodie frequentatum est, datur tamen vulgo illi fruticum, herbarum & inprimis frumenti morbo, quo veluti flamma exeduntur & amburuntur. *Uredinem*, nempe ab *urendo*, vocant Romani. Ita nos Belgae, in Brabantia mea certe; *De Miter is in het coren*: hoc est; ignis, uredo, frumentum exedit & depascit. Multa enim vocabula in omnium gentium linguis, quorum latior olim fuit significatio, progressu temporis intra arctiores significandi limites sunt coërcita. Alias Persae olim hodieque Solem *Cyrum* vocant. Disertim id monet Herodotus, ubi celebris illius nominis *Cyri* reddit significationem. *Cyrus* igitur Persis per excellentiam est & dicitur *Sol*; sed primigenia & latiore significatione notat *ignem*, ut & *Mithra*, quod jam diximus.

Et idem vocabulum, eamdemque ejus significationem hodie adhuc Germani nostri agnoscunt. *Skior*, aut *Scior* iis est ignis. Periit quidem in quotidiano nostratium sermone simplex illud *Scior*, quemadmodum & multa simplicium alia; at in compositis superest & mansit. *Schioorsteen* nobis significat focum, id est locum, in quo accenditur, fovetur, asservatur domesticus ignis. Vulgo contractius, *Schoorsteen*. Quis interim non agnoscat hic vetus vocabulum *Scioor*, & simul *ignis* significationem; Alias *een schauwe* vocant. *Schaw*, ut & *Scioor*, Scythis & ab iis ortis populis, sicut Germanis, nihil aliud notat quam ignem. Hinc *schauwen*, amburere. Hinc vetus Gothicum vocabulum, quod Hispanis, magnam partem Gothorum soboli, hodieque usitatum est, *Causon*, quo febriles aestus & veluti ignes denotantur. Cum quibus simillima, aut potius eadem sunt (sunt enim ejusdem, hoc est Scythicae, omnia originis) Graecorum Καίειν, unde Καῦσος, *ardor*, *aestus*, Καυτὴρ, Καυτήριον, & alia similia, de quibus alibi dicendum nobis erit. Ut igitur *Schauw* ab *igne* nomen habet, ita etiam *Schoorsteen* à *Schioor*, quod eamdem habet significationem, & plane idem est cum Persico *Scior*, sive *Cyrus*, quomodo *ignem* appellavere & *Solem*, quem sacro igne repraesentandum & colendum sibi putavere. Neque tantum nomina haec Persis & Germanis eadem, sed & sacra fuere, & Sol ac ignis Germanis quoque ut numina colebantur. Insignis est locus in legibus Canuti, totius Angliae, Danorum & Septemtrionalium (ita se ipse appellat) Regis; *Prohibemus*, inquit, *gravissime omnem gentilitatem. Gentilitas est, quod quis idola veneretur; id est, quod quis veneretur gentiles Deos, &* SOLEM *& Lunam*, IGNEM *aut Aquam &c.* Ignis ergo & Sol Dii Germanis, & praecipue culti, sicut & Persis. Nunc reliqua quae apud Curtium leguntur prisca vocabula Persica, eorumque cum Germanicis cognationem videamus.

Acinaces, gladius Persicus, quo non punctim, sed caesim feriebant. *Accine* hodieque Zelandi nostri vocant securim, quod idem cum Persico illo *Acinaces* esse videtur. *Eax* aut *Eaxce* securim vocabant Anglo-Saxones; idque vocabulum exstat in Legibus Jutae, Occidentalium Saxonum Regis, qui regnare coepit anno Christiano DCLXXXVIII. ubi de iis, qui in sylvis caedunt aut prosternunt arbores, eorumque poena, agitur.

Gan-

Gangabae. Qui ita dicti Perſis olim fuerint, dubitare nos Curtius non ſinit. Verba ejus ſunt fere ſub LIB. III. finem; *Gangabas Perſae vocant humeris onera portantes.* De eo vocabulo vix eſt quod nunc dicam. In Graecorum Romanorumque & Germanorum, qui ex Scythis juxta cum Perſis originem trahunt, ſermone mihi quidem nullum ſimile ea ſignificatione hactenus offertur. Dubitabam aliquando, an non ſcripſiſſet Curtius, *Gangaras*, aut *Angaras.* Ita Perſae vocant coactos onera portare. *Angariare* quid ſit, ex Hiſtoria Euangelica, ubi de Simone Cyrenaeo, coacto Domini noſtri Crucem portare, notum eſt. Notum quoque eſt origine Perſicam eſſe eam vocem. Sed plane ab iis diſſentio, qui quae non ſatis intelligunt vocabula, ſtatim corrupta eſſe pronuntiant. Maneant igitur *Gangabae* apud Curtium. Forte eſt id vocabulum ex vetuſtiſſimis illis, quae ſenſim Perſis & cognatis populis, quales & Germani ſunt, in uſu eſſe deſierunt. Ipſi Perſae vulgo hodie neque uſurpant, neque ſatis intelligunt. *Athletis*, ſive *Athletarum* linguae, ea ipſi tribuunt. Ita autem vocant linguam majorum ſuorum antiquiſſimam; quod me docuit, ſuper hoc Curtii loco rogatus, Vir Cl. & harum litterarum peritiſſimus, Jacobus Golius. Ipſis Perſis dicitur lingua *Piegul,* hoc eſt, *Pugilum.* *Piegul* enim Perſis eſt *Pugil.* Ubi & obiter obſervare licet vocabulorum *Piegul* apud Perſas, & *Pugil* apud Romanos, & in totidem pene litteris, & in ejuſdem rei ſignificatione, eam cognationem, ut ex illa promptiſſimum ſit cuivis colligere, ejuſdem originis & ab iiſdem majoribus, hoc eſt, Scythis, accepta ea eſſe. Pugilum autem ſive Athletarum iſtorum nomine Perſae intelligunt Gigantes, quales vetuſtiſſimos majores ſuos fuiſſe volunt, ſicut & volunt, aut fabulantur multae aliae nationes. Haec cum ſcripſiſſem, didici, in Hiſpanorum lingua Perſico huic ſimillimum, & ejuſdem ſignificationis vocabulum occurrere. *Ganapam* illi vocant bajulum, onera portantem, qualem Galli *Crocheteur*, Itali *Faquin* ſolent appellare. Quod nomen cum neque à Romanis, neque (niſi fallor) à Mauris Hiſpani acceperint, certum eſt Gothis deberi. Neque Belgae ignorant. *Canape*, aut contracte *Cnape*, proprie illis ſignificat famulum, aut bajulum. Perſae, inſerto *g. Gangabas* dixerunt, aut *Cangabas*, ut alii legunt.

Satrapa. Nihil eo vocabulo magis obvium. Quid eo ſignificaverint Perſae, etiam pueris jam notum eſt. Nullum autem ſimile dignitatis nomen aut Graecis aut Romanis fuit, neque ſupereſt Germanis, quamquam hi omnes populi ejuſdem originis ſint, quod ſaepius jam dictum eſt, cujus ſunt Perſae. Notant veteres, Perſis proprie dictos Satrapas, mari & claſſibus praefectos, quales hodie *Archithalaſſi*, vel, Arabico vocabulo, *Ammirales* dicuntur. Ergo ab his ad Provinciarum ſingularumque ditionum praefectos id nomen translatum eſt. Proprie autem & vi primae originis notat praefectum mari. Et certe facile eſt in eo agnoſcere noſtrum *Zee*, pro quo *Zea* & *Zaa* veteres Saxones, & contracte *Za* Perſae dixerunt. *Trabant*, vel *Drabant*, Germanis, Polonis, viciniſque populis ſignificat *miniſtrum Regium.* Tales fuere primi Perſarum *Satrapae*, rei maritimae Regum nomine praefecti. Tandem omnibus omnino praefectis regiis id nomen tributum eſt. *Satrapa* enim Perſis idem ſignificavit, quod veteribus Germanis *Gereba*, *Greve* aut *Grave* hodie vocant, & Latine *Comitem* interpretantur. In vetuſtiſſimarum Anglo-Saxonicarum legum Latina verſione illud *Gereba*, *Kuning* aut *Gereba*, nunc *Praefecti regii*, nunc *Satrapae* nomine, à Perſis accepto, ſed Romana quaſi civitate jam donato, paſſim redditur. De quo ipſo, & plura, alias.

Certa, urbs, oppidum. Non quidem Curtius Perſicae hujus vocis meminit, ſed meminere ejus interpretes. *Tigranocerta*, urbs Tigranis, *Vologeſocerta*, urbs Vologeſis. Germanis quoque veteribus nota eſt. *Caer*, aut *Cer*, iis idem ſignificat, quod Perſis Armeniiſque *Certa*, urbem nempe. Et *Cer* ac *Certa* eadem vocabula eſſe quis non ſtatim agnoſcat? Exſtat apud doctiſſimum Jacobum Uſſerium, Epiſcopum Armachanum, in Commentariis de Eccleſiarum Britannicarum primordiis, Catalogus civitatum Britanniae, ex antiquiſſimo Codice Cottoniano deſcriptus, ex quo liquet, Anglo-Saxones, ex Germania in Britanniam profectam gentem, *Cair*, aut *Caer* urbem nominaſſe.

Cair Winwich,	Winceſtria,	*Cair Colum*,	Colceſtria,
Cair Mincip,	Verolamium,	*Cair Ebraus*,	Eboracum,
Cair Ligualid,	Luguballia,	*Cair Carotaus*,	Salesburia,
Cair Meiguod,	Meivoda,	*Cair Lundem*,	Lundinum.

Xerxes, princeps, imperator. Commune Perſarum Regum illud nomen fuit. Proprie autem ſignificare militiae ſupremum ducem aut imperatorem, notant veteres. Et ſane idem illud Germanorum ſermone ſignificat. *Herſech*, *Hertſoch*, at *Hartſoch*, ſplendidiſſimae hodieque dignitatis nomen, ſi primam originem inſpiciamus, nihil notat aliud quam *exer-*

exercitus ducem. *Her* enim, aut *Heer*, iis dicitur exercitus. Anglo-Saxonibus *milites* dicuntur *Herſuſman.* Extat id vocabulum in vetuſtiſſimis legibus Withredi, Anglorum in Britannia anno Chriſtiano 693 Regis, quas beneficio Ampliſſimi & Eruditiſſimi Viri, Joannis Latii, inſpexi. *Xerxes* Perſarum, & Germanorum *Herſoch* non modo idem ſignificant, ſed revera eadem & ejuſdem originis vocabula ſunt. Imo Hungari hodieque Ducem *Hertzeg* vocant. Quod plane idem eſt, quod *Xerxes.* Pro *Xerxes* videntur & Perſae dixiſſe *Arſacx*, quod dialecto tantum, & diverſa pronuntiandi ratione diſtat à *Xerxes*, quomodo extulerunt alii. Inde & *Arſaces*, aut *Arſacidae*, communi nomine, Perſae Reges omnes appellati ſunt. *Arſax* autem Perſarum & *Harſach*, aut *Harſoch*, Germanorum eadem vocabula, & ejuſdem ſignificationis eſſe, quemadmodum & *Xerxes*, omnino jam liquet. De quo nos plura alibi. Et ea, quae de auguſto celebratiſſimoque hoc nomine paucis jam diximus, adeo, meo certe animo, aperta ſunt, ut pluribus ea perſuadere hic non ſit neceſſe.

Darius, quod Perſicum nomen, ἑρξείην, quaſi tu dixeris *coërcitorem*, interpretatur Herodotus. Ἕρξις Graecis eſt *coërcitio.* Inde factum nomen *Dariaus*, id eſt, *Darii*, quod proinde, ut bene judicat Samuel Bochartus, vir eruditiſſimus, recte ἑρξείην Herodotus interpretatur. Belgis ſane & id notum eſt vocabulum; *Dariauſt*, ſive contracte, ut nunc loquuntur, *Daroſt*, aut *Droſt:* quod iis praefectum notat.

Bagoae, nobiles pueri, pediſſequi Regum Perſarum, qui fere erant ſpadones. Bagoae Spadonis meminit non ſemel Curtius. Non eſt illud nomen proprium, ſed appellativum. Plinius certe lib. XIII. cap. 4. docet *Bagoas* Perſis vocari *Spadones.* quod jam ab aliis obſervatum eſt. At non illud, quod nunc dicam. Germanis nempe idem vocabulum, & idem ſignificans, nunc quoque manere. Nobiles pueri, pediſſequi Regum Principumque illis *Pagien* dicuntur. Iidem & munere & nomine ſunt cum Perſarum *Bagois.* Duo illa vocabula *Bagoae*, & *Pagien*, pronuntiatione tantum ſunt diverſa. *B.* & *P* frequenter inter ſe commutantur. Πύργος Graecorum, & Germanorum *Burch*, *Poculum* Romanorum & *Bocale* Germanorum, Παῖς Graecorum & Germanorum nomen *Bai*, pro quo *Boi* hodie dicunt Anglo-Saxones in Britannia, *Parere & Baren*, & plura ejuſmodi alia, eadem eſſe vocabula, & idem ſignificare, ſola pronuntiatione tantum diverſa, nemo non videt. Imo, quod & huc inprimis facit, *Bagh* veteribus Germanis puerum notat. Olaus Wormius, Germanicarum litterarum & antiquitatum peritiſſimus vir, in Litteratura Ruſſica videndus eſt. In antiqua illa Germanica voce *Bagh* Perſicam illam veterem *Bagoa*, ut & iſtam in aulis noſtratium principum hodie receptam, *Pagie*, promptum eſt cuivis harum rerum & veritatis ſtudioſo animadvertere. Pene monere omiſeram, Polonis etiamnum puberem, ephebum, & pediſſequum Principis *Pachol*, quod à Perſica, de qua hic agimus, voce non abludit, vulgo appellari. Iidem Poloni & pueros, qui Principi à Cubiculo ſunt, vocant *Pokoiogo.* Eam certe vocem eamdem eſſe cum Perſica *Bagoa* non eſt dubium. In antiquiſſima etiam Britannorum lingua, (quam à vetuſtiſſima Gallica non multum diverſam fuiſſe in Agricola docet Tacitus, quemadmodum Gallicam illam haud multum diverſam fuiſſe conſtat à Germanica) qua Walliae incolae hodieque utuntur, *Bach* ſignificat *parvum*, Bachgen, *parvulum*, *puerum*, *juvenem*; quod plane idem eſſe cum Perſico illo *Bagoa*, nemo ambigat.

Baſſus, *Beſſus*, praefectus. Eſt quidem proprium illud apud Perſas nomen, ſed ex appellativo, quod *Praefectum* notat, factum; quemadmodum & *Artabaſus*, quod ſignificat principem purpuratorum. *Baſſa* proprie Turcis, qui ex Scythis orti, quemadmodum & Perſae, notat *Caput.* Cui ſimillimum eſt vetus Saxonicum *Beah*, vel, ut alii ſcribunt, *Beaz*, quod ornamentum capitis, coronam & galeam & caput interpretatur vir eruditiſſimus Joannes Latius in Lexico ſuo Anglo-Saxonico, digniſſimo, vel ſola Germanicarum antiquitatum illuſtrandarum cauſſa, quod in lucem aliquando prodeat. Leonclavius in Onomaſtico; *Baſſa & Baſſi Turcis caput. Baſſilere, capita, ſive duces, ut à κεφαλὴ Graecis ſunt dicti κεφαλάδες; noſtris à capite, Capitanei.* Noti hodieque in aula, & imperio Ottomannidarum *Baſſae*, id eſt, Praefecti. Germanis quoque, Belgis certe noſtris, non ignotum id nomen eſt. *Baeſen* illis dicuntur Praefecti; *Werckbaſen* operis praefecti. Neque dubitandum, quin ex Scythico illo vetuſtiſſimo vocabulo factum ſit Graecorum Βασιλεὺς, id eſt, Rex. De quo & alibi plura ſunt dicenda.

Haec erant, quae de Perſicis Curtio memoratis vocabulis, eorumque cum Germanicis noſtris cognatione, nunc mihi differenda ſeſe offerebant, doctiſſime Blanckarde. De aliis, quae alibi haud pauciora leguntur ſuo loco plura. Si exſpectationi forte tuae ſic ego non ſatisfecerim, ſaltem deſiderii tui habuiſſe me rationem ex epiſtola hac intelliges. Tu autem vale. Et in eâ, quae illuſtriſſimi Benthemiorum Comitis auctoritate nunc tibi demandata eſt, publica ac honeſtiſſima ſtatione, ſtrenue ac feliciter rem gere. Lugduni Batav. CIƆ IƆCXLVIII. ipſis Kal. Decemb.

CHRI-

CHRISTOPHORI BRUNONIS
Supplementum
IN
Q. CURTIUM,
DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS MACEDONUM.

Liber Primus.



Hilippus Macedo (qui primus omnium regum ejus gentis, Macedoniae regnum, ſubacta tota Graecia, ad ſummam potentiam evexit) Amyntae, viri prudentiſſimi, omnibuſque imperatoriis virtutibus inſtructi, filius fuit. Is Amyntas, ex Eurydice uxore tres filios ſuſceperat, Alexandrum, Perdiccam, & Philippum Alexandri Magni patrem, atque filiam Euryonem. Inſidiis autem Eurydices uxoris, quae nuptias generi, mariti morte pacta, occidendum virum, regnumque adultero tradendum ſuſceperat, oppreſſus fuiſſet, ni filia pellicatum matris, & ſceleris conſilia prodidiſſet. Poſt mortem Amyntae, Alexander major natu filius, regno potitus eſt. Qui inter initia regni, cogente ſane duriſſimo neceſſitatis telo, bellum ab Illyriis pacta mercede, datoque Philippo fratre obſide, redemit. Interjecto quoque tempore, per eundem obſidem cum Thebanis gratiam pacis reconciliat. Quae res Philippo ad maxima egregiae indolis incrementa profuit. Siquidem tota cuſtodiendi pueri cura, Epaminondae, ſtrenuiſſimo Thebanorum duci, atque philoſopho praeſtantiſſimo, hac conditione demandata eſt, ut commiſſum ſibi puerum diligenter ſervaret, & ſummo ſtudio in id juxta incumberet, ut moribus principe dignis, atque honeſtis diſciplinis quam optime imbueretur. Fovebat ea tempeſtate laudatiſſimus princeps, domi filio ſuo Epaminondae praeceptorem Pythagoricum, ſub quo Philippus multum profecit. Interea temporis, Alexander inſidiis matris Eurydices adpetitus, occubuit: cui tamen antea Amyntas, in ſcelere deprehenſae, propter communes liberos, ignarus eiſdem quandoque exitioſam fore, pepercerat. Frater quoque ejus Perdiccas, ſimili inſidiarum fraude, relicto parvulo filio, decipitur. Sub idem tempus, Philippus commodum è cuſtodia elapſus diu ſe non regem, ſed tutorem pupilli egit. At ubi graviora bella imminebant, ſerumque auxilium in expectatione infantis erat, compulſus à populo, regnum Macedonicum male affectum, cum bellicis artibus, tum philoſophiae praeceptis praemunitus, adprehendit, Anno CCCC. ab urbe condita, Olympiade CV. Circa prima itaque regni primordia, rerum infinita multitudine in diverſas trahente partes, finitimis undique in Macedoniam irruentibus populis, belliſque veluti conſpiratione quadam ad opprimendam Macedoniam, multarum gentium ex diverſis locis, uno tempore confluentibus, rex Philippus cautius omnino agendum eſſe conſiderans, (omnibus enim par eſſe non poterat) alia interpoſita pactione compoſuit, alia redemit, facillimis aggreſſis, ut militum trepidos firmaret animos, & ſibi hoſtium contemptum demeret. Primum illi cum Athenienſibus certamen fuit, quibus per inſidias victis, metu gravioris belli, cum interficere poſſet, omnes incolumes, ſine pretio dimiſit: quae res illi magnam & gratiam & autoritatem conciliavit. Captis deinde Paeonibus, bellum in Illyrios tranſtulit: ibi multis hoſtium milibus caeſis, Lariſſaeam urbem nobiliſſimam cepit. Hinc Theſſalos, non cupiditate praedae, ſed quod exercitui ſuo robur Theſſalorum equitum, adjungere geſtiebat, nihil minus quam bellum metuentes, adoritur. Quibus ex improviſo praeoccupatis, atque in poteſtatem redactis, jungendo equitum peditumque fortiſſimas turmas & copias, invictiſſimum fe-

cit exercitum Quibus rebus feliciter geſtis, Olympiada, Neoptolemi regis Moloſſorum filiam, uxorem ducit, conciliante nuptias altore virginis Arisba rege Moloſſorum, qui ſororem Olympiadis Troadam, in matrimonium habebat: quae cauſa illi exitii, malorumque omnium fuit. Nam cum regni incrementa, affinitate Philippi ſe acquiſiturum ſperat, proprio regno ab eodem privatus, in exilio conſenuit. Poſt nuptias autem Philippus per quietem viſus eſt, conjugis alvo inſignem affixiſſe bullam, cujus ſculptura, quemadmodum is exiſtimaverat, Leonis haberet imaginem. Quod vates ita ſunt interpretati. Ipſam quidem eſſe gravidam, animoſum quoque, & leonis natura praeditum infantem parituram. Deinde cum Philippus urbem Methonem expugnaret, jactu ſagittae dextrum amiſit oculum. Nihilominus tamen pacem deprecantibus dedit, mitiſque etiam adverſus victos fuit. Pagas etiam capiens, imperio ſuo adjecit. Triballorum quoque gentem, & quicquid praeterea terrarum in proximo erat, invadens omnia, uno velut impetu, devicit. Debellatis finitimis, atque confirmato jam Macedoniae regno, cum domum rediiſſet, natus eſt ipſi Alexander filius ex Olympiade uxore, VIII. idus Aprilis, dicit Plutarchus: ab eo autem qui illum in Latinum convertit, ſcribitur circa idus Auguſti, quod ſane cujus ſit error, dubium eſt. Porro Philippus, veluti è ſpecula quadam, libertati omnium inſidiatus, Graecorum civitates, quae dominandi libidine ſingulae imperare cogitaverant, omnes in ſuam redegit poteſtatem. Inferioribus enim contra ſuperiores ſuadens certamina, omnibus ad invicem callide incitatis, à Thebanis etiam (qui tamen antea eum tanquam hoſtem repellere conabantur) contra Lacedaemonios & Phocenſes, qui templo Apollinis ſpoliato, milites conduxerant, neceſſitate urgente, dux electus, oppreſſis ſacrilegis, magnamque inde apud omnes nationes gloriam adeptus, omnium ad ultimum efficitur dominus ac princeps, & victos pariter atque victores ſervitutem ſubire coëgit. Inde in Cappadociam trajiciens, captis & occiſis finitimis regibus, univerſam provinciam imperio Macedoniae adjecit Olyntho quoque expugnata, Thraciam invaſit. Nam cum eum fratres duo Thraciae reges, de terminis regni ambigentes, diſceptationum ſuarum judicem eligerent, Philippus ad judicium, velut ad bellum, inopinantibus fratribus, inſtructo exercitu venit, & utrumque regno, de quo diſceptabant, ſpoliavit. Omnes ſane principes docens, concordiam, maximum ad conſervanda imperia, atque principatus ſtabiliendos, adminiculum eſſe. Alexander autem factus annorum duodecim, rebus bellicis admodum delectari, & excelſae indolis manifeſtiſſima proferre indicia, coepit. Cumque ex aequalibus nonnulli ex eo percunctarentur, ad Olympicum nunquid ſtadium libens decertaret? (plurimum enim pedum celeritate pollebat) Libens equidem, inquit, ſi decertaturos mecum reges ſim habiturus. Olim cum forte abſente Philippo, legati à Perſarum rege veniſſent, eos cum hoſpitio, tum conſuetudine captos, jucundiſſima ſibi familiaritate conjunxit: admirantes quod is nihil aut humile aut puerile ſciſcitaretur, ſed aut viarum longitudinem, aut ſuperiorum itinerum modos perquirebat, multa ſuper rege, qualis in hoſtes eſſet, nunc ſuper Perſis, quae vires, aut quae eſſet potentia, rogitabat. Quas res admirati legati, late diffuſam Philippi gravitatem nihil prae hujus pueri indole, & majore quam aetas pateretur animi magnitudine, duxerunt. Quoties à Philippo aut nobile quoddam captum oppidum, aut memorabili proelio parta victoria, nuntiabatur, haud magnopere laetabatur, caeterum ad ſuos ajebat aequales, Omnia ô pueri genitor occupabit, ita ut ne vobiſcum grande ullum ac inſigne facinus oſtentare mihi ſit reliquum. Non enim ipſum ulla illecebrarum, aut pecuniae, ſed ſola virtutis ac gloriae cupido tenebat: quoque majores à patre facultates acciperet, eo ſe minora gerere poſſe exiſtimabat. Quocirca creſcente dominio gerendis praeclaris rebus materiam magna ex parte exhauſtum iri ratus, non opes, non deliciarum uſus, verum certamina & pugnas ardebat, & principatum unde ſibi ob virtutem, gloriam, nominiſque immortalitatem (quae ſpes nec Alexandrum, nec quenquam alium bonum, unquam fefellit) compararet, affectabat. Quamobrem ipſius cura compluribus (uti par erat) nutritoribus, paedagogis, ac praeceptoribus eſt demandata. In primis tamen Ariſtoteli, ex cujus diſciplina decem ferme annis informatus eſt. Eodem fere tempore Philippus Delphos miſit, conſulens de ſucceſſore, reſponſumque tale accepiſſe ferunt: Is demum tuo imperio, omnique orbe potietur, quemcumque Bucephalus ſeſſorem paſſus fuerit. Erat autem Bucephalus, equus forma ſpectabilis, atque ferociſſimus, quem Philonicus Theſſalus Philippo XIII. talentis emerat. Hunc diu Philippus ſub clauſtris praeferratis aſſervari juſſit, manſit tamen ita ferus, ut plane nullus eum ne tangere qui-

quidem ausus fuerit: qua re factum est, ut eum Philippus removeri atque abjici jusserit. Alexander vero cum forte adesset, qualem, inquit, isti equum perdunt, dum eo per imperitiam ac mollitiem uti nesciunt. Cumque mira arte, sine verberibus, tractasset equum, tandem conscensum ad cursum admisisset, tum calcibus usus est, ac molliter flexis habenis, quum equum reduxisset, descendentis caput exosculatus pater, emissis lachrymis: Aliud, inquit, ô fili tibi par regnum quaere, quando te jam Macedonia non capit. Praesagiit vir prudens tam excelsae indoli non suffecturam paternam ditionem. Posthaec Philippus toti Graeciae bellum inferre statuit, ad quod percommodum ratus, si Byzantium nobilem & maritimam urbem in potestatem redegisset: eandem sibi resistentem, obsidione cinxit, relicto domi ad regni curam filio Alexandro, tum XVI. annos nato. Haec urbs à Pausania Spartanorum rege condita, à Constantino postmodum gloria opibusque aucta atque renovata, & à nomine suo Constantinopolis dicta, circiter MCXL. annos sacratissimi Imperii sedes, totiusque Orientis caput fuit. Nunc tamen (proh dolor) foedissimae atque impiissimae Turcarum gentis imperio subjacet. Sed ut ad Philippum redeam. Exhaustis in obsidione opibus, piraticam aggreditur, centumque septuaginta navium spolia rapuit, atque militibus suis distribuit. Ne autem in unius urbis obsidione tantus exercitus teneretur, profectus cum fortissimis, multas Chersonnesi urbes expugnavit. Filium deinde Alexandrum XVIII. annos natum, virtutis & promptitudinis in rebus agendis manifestissimae, ut sub patris militia tyrocinii rudimenta deponeret, ad se accersivit. Cum quo in Scythiam praedandi causa, more negotiantium, impensas belli alio bello refecturus, est profectus. Eaque expugnata, viginti millia puerorum ac foeminarum capta, pecoris magna vis, auri argentique nihil: XX. millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa sunt. Sed revertenti à Scythia Philippo Triballi occurrunt, negantes se transitum daturos, ni portionem accipiant praedae. Hinc jurgium, mox & proelium, in quo ita in femore vulneratus est Philippus, ut per corpus ejus equus interficeretur. Cum omnes occisum putarent, praeda amissa est. Quamprimum ex vulnere convaluit, diu dissimulatum bellum Atheniensibus infert. Cujus causa Thebani se junxere, metuentes, ne victis Atheniensibus, veluti vicinum belli incendium, ad se transiret. Inita societate inter civitates paulo ante infestissimas, legationibus totam fatigant Graeciam, communem hostem communibus viribus summovendum putantes. Quaedam civitates motae, Atheniensibus sese jungunt: quasdam autem belli metus ad Philippum traxit. In hac pugna Philippus Alexandrum filium alteri cornu praefecit. Ubi laudatissimi Herois virtus clarissime emicuit. Talem enim in eadem pugna se praestitit, ut non inferior patre, imo etiam nulli secundus extiterit: postea quoque, eam victoriam sibi invidia ac fraude patris praereptam fuisse conquestus sit. Commisso itaque apud Chaeroneam proelio, etsi Athenienses numero militum longe praestarent, à Macedonibus tamen continuo ac diuturno bellandi usu exercitatissimis, vincuntur. Non autem immemores pristinae gloriae cecidere. Hic dies universae Graeciae, & gloriam dominationis, & vetustissimam libertatem finiit. Caeterum cum Philippus semper erga Alexandrum optime affectus fuisset, tandem ex Cleopatra noverca, Olympiadi superinducta, discordia orta est. Causam adhibuit Attalus avunculus Cleopatrae, qui cum in nuptiis Macedones exhortaretur, deos orarent, ut ad regni successionem, legitimus ex Philippo & Cleopatra crearetur haeres, excandescens Alexander, O improbum caput, inquit, nos vero tibi nothi videmur? simulque in eum conjecit poculum. Insurgens inde pater contra Alexandrum, stricto eum petiit ferro, ictus tamen, inclinatione corporis ab Alexandro evitatus, inanis excidit. Tunc Alexander convitiis patrem adortus, receptam Olympiadem matrem secum in Epirum duxit. Eum tamen Philippus, exprobrata sibi à Demarato Corinthio hac eorum discordia, paulo post multis precibus aegre revocavit. Inter haec nuptias Cleopatrae filiae, & Alexandri fratris Olympiadis, quem pulso Arisba, regem Epiri fecerat, Philippus celebrat. Dies erat pro magnificentia duorum regum, & collocantis filiam, & uxorem ducentis, insignis. Sed nec ludorum celebritas deerat, ad quorum spectaculum Philippus cum sine custodibus medius inter duos Alexandros, filium generumque procederet, Pausanias nobilis ex Macedonibus, nemini suspectus adolescens, occupatum angustiis Philippum, in transitu obtruncavit, diemque laetitiae destinatum, foedum luctu funeris fecit. Hic puer stuprum per injuriam passus ab Attalo fuerat, qui eum etiam postea, tanquam vile scortum, libidini convivarum subjecit. De quo Philippo conquestus, qui multum quidem ex

rei turpitudine est motus, sed Attalo ob magnam familiaritatem, & quod ejus opera tunc uteretur, ut noceret induci haud potuit. Erat etiam Attalus ob Cleopatram, proxime à rege in matrimonium acceptam, arctissima ei junctus cognatione, copiarumque in Asiam praemissarum dux fuerat delectus, vir in rebus bellicis egregiae fortitudinis. Idcirco rex potius ut Pausaniae animum justissimo dolore incensum mulceret, est conatus: datisque ei magnis muneribus, loco insuper honestiori, inter corporis sui custodes, honoravit. Sed ille implacabili ardens ira, decrevit, non tantum de eo, qui sibi injuriam intulisset, sed & qui ulcisci illatam noluisset, poenam sumere, quod & fecit, ut diximus. Is Philippus etsi omni fere tempore negotiis belli, victoriisque affectus exercitusque esset, à liberali tamen Musa, & à studiis humanitatis nunquam abfuit, quin lepide comiterque pleraque & dixerit & fecerit. Vixit annos XLVII. Regnavit XXV. fuitque vigesimus tertius Macedonum rex.

CHRI-

CHRISTOPHORI BRUNONIS
Supplementum
IN
Q. CURTIUM,
DE REBUS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS MACEDONUM.
LIBER SECUNDUS.



Nno ab urbe condita ccccxxvi. mortuo Philippo, Alexander filius, (ob magnitudinem rerum gestarum Magnus appellatus) vigesimo aetatis anno, plenum invidia, & gravissimis odiis ac periculis undique circumseptum assequutus est imperium. Nec enim vicinae barbarorum provinciae & nationes modeste servitutem ferebant, avita vero dominia patriosque principatus affectabant. Primo omnium autem quotquot paternae caedis causa fuerant, gravibus affecit poenis. Deinde sepulturae ejusdem maximam impendit curam. Principatum vero multo melius quam quisquam existimasset confirmavit. Juvenis enim, atque ob aetatem adhuc teneram, ab aliquibus contemptui habitus, vulgus ipsum humanissimis sermonibus ita in sui benevolentiam traxit, ut & spem maximam omnibus faceret, & metum simul atque contemptum sui universis demeret. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum praeter militiae vacationem dedit. Quo facto tantum sibi conciliavit favorem, ut alii corpus non virtutem, alii vero nomen regis solum immutatum esse dicerent. Et quum initio tumultus undique contra ipsum exorti essent, audacia, & animi constantia incredibili, citissime motus omnes compressit. Profectus deinde Corinthum in Peloponnesum, generali totius Graeciae concilio, contra Persas, (quorum erat eo tempore summum in terris imperium, quique Graeciam saepe multis cladibus afflixerant) Imperator est designatus. Siquidem pater ejus idem bellum inchoaverat, morte tamen praeventus, consummare haud potuerat. In hujus belli apparatu nuntiatur, Athenienses, Thebanos, & Lacedaemonios, ab eo ad Persas defecisse, autoremque ejus defectionis, magno auri pondere à Persis corruptum, Demosthenem oratorem extitisse. Quibus motibus occursurus, tanta celeritate, instructo paratoque exercitu Graeciam oppressit, ut quem venire non senserant, videre se vix crederent. In transitu hortatus Thessalos, beneficiorum patris commonefaciens, commemorata etiam veteri cognatione, quae sibi cum illis per Herculem esset, sermonibusque humanissimis, ut magna à se sperarent, persuasos induxit, ut communi totius Thessaliae decreto, universae gentis dux crearetur, omniaque vectigalia atque reditus suos ei traderent. Tanta autem in juvene celeritas, tamque efficax in rebus agendis diligentia, omnes qui per contemptum ab eo erant alienati, perterrefecit. Athenienses itaque sicuti primi defecerunt, ita etiam primi poenitere coeperunt, pueritiam Alexandri antea spretam, supra virtutem veterum ducum extollentes: missisque legatis bellum deprecabantur. Quibus auditis & graviter increpatis, bellum remisit. In ea legatione Demosthenem quoque fuisse ferunt, sed cum caeteris ad Alexandrum non pervenit: siquidem à Cytherone Athenas reversus est: sive correptus timore, quod frequenter Philippum cum suis vituperasset, atque in sua rep. contra Macedones verba fecisset: sive ut regi Persarum (à quo magnam auri summam, ut Macedonum causam oppugnaret, accepisse dicebatur) omnem de se suspicionem eximeret. Hoc quoque ipsi ab Aeschine exprobratum ajunt, qui in oratione quadam de acceptis muneribus ita dicit: In praesens sane regium aurum sumptus huic suppeditat. Sed hoc deinceps haud sufficiet, cum nullae opes moribus improbis satis esse possint. Alexander sedatis motibus qui in Graecia erant exorti, antequam in Asiam cum exercitu trajiceret, per Thraciam iter faciens, Paeones, Triballos, Illyrios, aliosque finitimos petere, quos novis rebus studere acceperat. Nam

quod

quod regno ejus tum finitimi tum maxime infidi erant, minime negligendos censuit, praesertim cum in tam longinquas à domo regiones cum exercitu profecturus esset. Ex Amphipoli igitur cum copiis profectus in Thraces, (quos Graeci αὐτονόμους vocant, nullius imperio, nullius legibus obnoxios) decem dierum itinere ad Haemum montem pervenit: ibi circa aditus angustias, negotiatorum atque Thracum ingentem manum collectam, obviam habuit. Insederant montis verticem, curribusque pro vallo, qua patebat aditus, utebantur, inde pugnaturi, si necessitas postulasset. Sin autem ex adversa montis parte peterentur, currus in Alexandri Phalangem magno impetu erant immissuri, quod & fecerunt. Sed milites ab Alexandro edocti, alii laxatis ordinibus, alii corpora humi strata scutis contegentes, periculum omne devitarunt. Hinc alacriores facti, ingenti clamore in hostes feruntur, eosque uno impetu superavere. Alexander protinus superato jugo, per Haemum montem in Triballos ad flumen Lygium profectus est. Syrmus Triballorum rex erat: is cognito Alexandri adventu, uxores ac pueros, caeteramque imbellem turbam, ad Danubium in insulam Peucam confestim misit, quo & Thraces Triballis finitimi se receperant. Nec multo post, & ipse Syrmus eodem fugit. Reliqua Triballorum multitudo ad alteram insulam se contulerat, eo in loco, ex quo pridie Alexander moverat sitam. Alexander Triballos repetens, hostes ex sylvis in aperta provocatos, superat, III. millibus caesis, reliquis in fugam conjectis, paucisque captis. Post hanc pugnam Alexander ad Danubium profectus, ad insulam in quam Triballi ac Thraces confugerant, contendit: cui tamen barbari summa vi restiterunt, quod erat iis facilius, quoniam & naves paucae erant, & insulae maxima pars praerupta ac praeceps, & fluminis cursus, utpote in angusto conclusus, concitatior. Quapropter Alexander abductis inde navibus, trajecto noctu flumine, MCCCCC. equitibus, peditibusque IIII. millibus, Getas (quorum circiter IIII. millia equitum, peditumque supra X. millia prohibendi animo, in adversa ripa armatos viderat) petiit. Quo facto territi Getae, ne primum quidem impetum sustinuere. Res prorsus ingentis audaciae iis visa, Alexandrum tam facile unica nocte, Danubium, omnium Europae fluminum amplissimum atque altissimum, nullo ponte injecto, transisse. Confugientibus igitur illis in sylvarum solitudines atque latebras, Rex urbem vacuam nactus cepit, soloque aequavit. Huc loci venere legati à caeteris Danubii accolis, à Syrmo Triballorum rege, atque Germanis ad Alexandrum, ut cum eo amicitiae foedus inirent. Quibus in fidem & amicitiam acceptis, è Germanis quaesivit, Quidnam in humanis rebus prae caeteris extimescerent, ratus nominis sui magnitudinem ante omnia ipsis formidolosam videri. Illi hoc se in primis timere responderunt, ne forte in sese aliquando coelum rueret. Alexander nihil motus responsi superbia, tantum adjecit: Germanos superbos esse, eosqe domum remisit. Inde in Agrianos & Paeonas iter persequenti nuntiatum est, Clitum Bardylei ab eo defecisse, Glauciamque, Taulantiorum regem, se ei conjunxisse. Erant & qui nuntiarent fore, ut Autariatae ipsum in itinere adorirentur. Proinde negotio de Autariatis Lagaro Agrianorum regi (qui patri Philippo admodum charus, Alexandro quoque perquam familiaris erat) commisso, insuper Cyna sorore ubi Pellam revertisset, ultro in uxorem promissa, ipse ad Clitum Glauciamque magna celeritate contendit, eosque vario proelio vicit atque prostravit. Haec agenti superveniunt nuntii, multos in Graecia res novas moliri, civitatesque non paucas, & in primis Thebanos ab eo defecisse. Qua re motus Alexander, in Macedoniam est reversus, ut factum in Graecia tumultum reprimeret. Thebanis autem conantibus praesidium Macedonicum ex arce Thebana (quam Cadmeam vocant) depellere, ipsamque praealtis fossis, & munitissimo vallo cinctam, obsidentibus, rex cum exercitu magnis itineribus profectus, non longe à Thebis, cum omnibus copiis consedit. Itaque Thebanorum duces, quoniam Alexander praeter spem omnium advenerat, ac incertum erat, utrum auxilia sicuti à nonnullis civitatibus petierant, illis adventura essent, de belli ratione consultare coeperunt. Omnibus tandem consentientibus, belli discrimen subire constituerunt. Sed rex suos continuit, illis spatium poenitendi mutandique consilii exhibens, nullo pacto futurum existimans, ut una civitas contra tantas copias esset pugnatura. Habebat enim ultra XXX. millia peditum, equitumque ad III. millia omnes laboribus bellicis exercitatissimos. Quorum virtuti confisus, Persicum bellum susceperat. Sane si Thebani temporum fortunae cedentes, pacem petiissent,

ſent, rex eorum poſtulatis libentiſſime annuiſſet: nam tum mirifico ſtudio ad Perſas, in in Aſiam tranſire properabat. Cum tamen armis non precibus uti decreviſſent, Alexander Macedones ad proelium inſtruxit. A Thebanis, contra hoſtes numero longe ſuperiores, ſummis viribus atque impigre decertatum eſt. Interim Macedonibus, qui cuſtodiae Cadmeae arcis praerant, à tergo invadentibus, circumventi Thebani, in ipſa pugna ceciderunt Capta civitas & direpta, urbs everſa funditus eſt. Qua quidem in re ea ſpes, idque conſilium extitit Alexandro, ut hujuſmodi caſu ac terrore compreſſi Graeci, quietius dum abeſſet agerent: cum alioqui incuſantibus Thebanos ſociis Phocenſibus ac Plateenſibus, morem gerere gratificarique concupiſceret. Plures ſex millibus oppetiere, Triginta millia vendidit, ex quibus quadringentorum quadraginta talentorum argenti ſummam coëgit. Pindari vatis tamen ſtirpi pepercit, ſummum in doctos favorem manifeſtiſſimo exemplo teſtatus. Non omittendum videtur, quod hic rerum geſtarum Alexandri ſcriptores de Timoclea referunt. Quam inſignem Thebanam foeminam Thracius quidam dux conſtupraſſe dicitur. Quumque poſt id eam poſceret pecuniam, ſolus à muliere ad puteum ſeductus fuiſſe, in quo diceret pretioſiora rerum ſuarum occultari. Ducem igitur ſuper os putei, ſpectandi cauſa inclinatum, illa in profundum detruſit, ſuperneque injectis lapidibus, oppreſſit. Ob id facinus adductam ad ſe in vinculis foeminam, percunctatus eſt Alexander, quaenam eſſet? Ea imperterrita, Theagenis, inquit, ſum ſoror, qui contra Philippum electus imperator fortiter pugnans pro Graeciae libertate, occubuit. Magnanimitatem mulieris & conſtantiam admiratus rex, liberam eam cum filiis dimiſit. Athenienſes Thebarum caſum moleſte & cum ſumma commiſeratione ferentes, refugiis profugorum portas contra regis edictum aperuerunt. Quam rem ita graviter tulit Alexander, ut ſecunda legatione, denuo bellum deprecantibus, ita demum remiſerit, ut oratores & duces quorum fiducia toties rebellent, ſibi dedantur. Eo tamen demum res eſt deducta, ut retentis oratoribus, duces in exilium agerentur. qui confeſtim ad Darium regem Perſarum profecti ſunt. Caeterum coactis in Iſthmo Graecis, & expeditionem in Perſas decernentibus, Alexandro plures philoſophi & oratores occurrunt, praeter Diogenem Cynicum, qui tum verſabatur Corinthi, & Alexandrum parvi faciens, in Cranio habitabat. miratus Alexander, ad eum in ſole apricantem venit, rogans rei ne cujuſquam indigeat: at ille, Ut paulum, inquit, à ſole diſcedas. Quo reſponſo Alexandrum adeo delectatum ferunt, ut ad ſuos converſus dixerit, ſe Diogenem eſſe velle, ſi Alexander non eſſet. Rebus Graeciae compoſitis, adventante vere, ipſaque Graecia cum Macedonia, Antipatro, (cui ex amicis maxime fidebat) commiſſis, ad Helleſpontum cum exercitu profectus, in Aſiam incredibili ardore mentis accenſus, trajecit. Cum autem delati in continentem eſſent, primus Alexander jaculum velut in hoſtilem terram conjecit, armatuſque de navi, tripudianti ſimilis, proſiluit, atque ita hoſtias caedit, precatus, ne ſe regem illae terrae invitae accipiant. Inde hoſtem petens, milites à populatione Aſiae prohibuit, parcendum ſuis rebus praefatus, nec perdenda ea, quae poſſeſſuri venerint. In exercitu ejus fuerunt XXXII. millia peditum, non ſupra V. millia equitum, naveſque CLXXX. Hac tam parva manu univerſum terrarum orbem, utrum ſit admirabilius quod vicerit, an quod aggredi auſus fuerit, incertum eſt: cum ad tam periculoſum bellum non juvenes robuſtos, nec primo aetatis flore, ſed veteranos, pleroſque etiam emeritae militiae, qui cum patre patruiſque militaverant, elegit: ut non tam milites, quam militiae magiſtros, electos putares. Ordines quoque nemo niſi ſexagenarius duxit; ut ſi principia caſtrorum cerneres, ſenatum te alicujus priſcae Reipub. videre diceres. Itaque nemo in proelio fugam, ſed omnes victoriam animis conceperant, nec in pedibus cuiquam ſpes ſed in lacertis fuit. Alexander deinde paſſim peractis ſacrificiis maxime apud Trojam ad Achillis tumulum, in quem genus ſuum ex materna linea referebat, eum ob id feliciſſimum adoleſcentem praedicans, quod ſuarum virtutum praeconem Homerum inveniſſet, ad interiora Darii regis Perſarum contendit. Hunc Darium Arſani filium, qui decimus quartus à Cyro, totius orientis monarchiam tenebat, hac potiſſimum cauſa aggredi voluit, quod à patre ſuo Philippo tributum requiſierat. Darius autem miſſa prius ſuperba, contumelioſa, atque imperioſiſſima legatione, ſe regem regum, ac conſanguineum deorum, Alexandrum vero famulum ſuum appellans, ſatrapis ſuis id negotii dederat, ut inſanientem iſtum Philip-

lippi adolefcentulum, (fic enim eum per contemptum appellabat) verberibus puerilibus graviter caefum, indutumque poft vefte purpurea, fibi vinctum traderent, navibufque una cum nautis fubmerfis, omnes ejus milites ad ulteriora maris rubri tranfportarent. Qui mandatum regis exfequi volentes, ad Granicum amnem (qui Troadem à Propontide difterminat) magna manu, videlicet viginti millibus peditum, & pari equitum numero, confluxerunt, & praeruptam fluminis ripam, qua Alexandro omnino trajiciendum erat, obfiderunt. Alexander etiamfi praefentiffimum periculum inftare cerneret: quippe cum fuis ex inferiore atque inftabili loco (erat enim cum udus, tum coeno lubricus) utpote ex flumine adverfus hoftes in eminenti ripa ftantes dimicandum foret, fuae tamen fortunae ac virtuti, fimulque fortitudini militum confifus, amnem trajecit. Et primo quidem non fpernenda difficultate preffus, tandem tamen hoftes, non tam fua arte, quam virtute Macedonum, vicit atque proftravit. In eo conflictu Perfarum viginti millia peditum, & CCL. equites, caefa, Macedonum non plus XXXIV. interfecti funt. Ea pugna magnum ad res Alexandri momentum peperit. Sardis enim, maritimi barbarorum imperii propugnaculum, coepit, iifque ac caeteris Lydiae populis, ut legibus uterentur fuis conceffit. Ephefum, quarto poft pugnam die, elapfo inde prae metu praefidio, occupavit. Interim ex Magnefia & Trallibus legati venerunt, urbium fuarum deditionem pollicentes, ad quas in fidem recipiendas Parmenionem cum duobus millibus & quingentis mercenariis, parique Macedonum numero, equitibus ex amicis circiter CC. mifit. Miletum deinde fibi refiftentem oppugnavit: eaque potitus verfus Halicarnafum iter ingreditur. Omnibus interjacentibus oppidis primo impetu captis, Halicarnafum urbem permunitam obfedit, eamque non fine labore expugnatam, folo aequavit. Ingreffus Cariam, Ada Cariae regina, (quae regno ab Orontobate, quem Darius miferat, pulfa, nihil quicquam in tota Caria, praeter Alinda, ejus provinciae urbem munitiffimam, tenebat) Alexandro obviam profecta, Alindis urbe tradita, eum in filium adoptavit. Rex nec liberalitatem foeminae, nec filii nomen afpernatus urbem eidem cuftodiendam reliquit. Tota deinde Caria fubacta, memor accepti beneficii eam univerfam Adae imperio fubjecit. Hinc in Lyciam & Pamphyliam tendit, eo confilio, ut ora maritima ad Phoeniciam & Ciliciam ufque in poteftatem redacta, navales copias hoftibus inutiles redderet. Devictifque rebellibus Pifidiae populis, fummo mentis ardore, nec minori alacritate, adverfus Darium, quem cum multis militantium millibus adventare conftabat, contendens, Phrygiam, per quam exercitus traducendus erat, eft ingreffus.

AUTORES, TAM GRAECI, QUAM LATINI,

quibus in hoc opere illuftrando ufi fumus.

Hieremias
Daniel
Machabeorum lib.
Plutarchus
Arrianus
Diodorus
Laërtius
Joannes Monachus
Eufebius
Ariftobulus, qui ab aliis citatur
Nauclerus
Urfpergenfis
Raphael Volaterranus
Otto Frifingenfis
Erafmus
Francifcus Irenicus
Strabo
Ptolomeus
Juftinus
Chronicon Nurembergenfium
Paulus Orofius
Cicero
Boccatîus
Joannes Carion

J. FREIN-


ALEXANDRI
MAGNI MACEDO
NIS EXPEDITIO
EVROPÆ
Scythæ
Europæi
Getæ
Antariatæ
Tribalii
Pontus Euxinus
Cercetæ
Colchis
Chalybes
Mossini
ASIA
MINOR
Amazonum
ARMENIA
MAIOR
MEDITERRANEI PARS
LIBYÆ,
siue
AFRICÆ
PARS.
ÆGYPTVS
ARABIA
Bythemanei
MESOPO
TAMIA
SYRIA
PALESTINA
Scythæ Asiatici
Abij Scythæ,
Paropamisus
SOGDIA
GABASA
Dai
Sacæ
HYRCANIA
PAROPAMIS
Assaceni
Thyræi
ARACHOSIA
Adraistæ
Malli
Oxydracæ
Brachmanes
Xatri
Sambastæ
INDIÆ INTRA
GANGEM
PARS.
CARMANIA
PARS.
Mallani.
Sodræ, qui et Sabracæ.
Musicani et Dachinabades.
Præstæ.
ARABIÆ FELICIS PARS.
Erythræum Rubrum.



NVMISMATA ALEXANDRI MAGNI.







J. FREINSHEMII Supplementorum IN Q. CURTIUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT. I.


1 ALEXANDRI, qui ademtum Persis imperium in Graeciam in-
tulit, vitam atque res gestas plurimi Graecorum memoraverunt.
ex quibus plerosque operum suorum spectatores; quosdam etiam
socios atque ministros habuit: nonnullos, ut erat avidus man-
suræ post mortem gloriae, ad hoc ipsum evocavit, ut res suas Justin. 12,
2 traderent posteritati. Ceterum praeter ipsam rerum magnitudi- 6, 17.
nem, innata genti fabularum cupido effecit, ut eorum complu-
res monstris quam vero similiora proderent. fide autem dignissi-
3 mi videntur Ptolemaeus, qui postea regnavit, & Aristobulus. Etenim exstincto Arrian. in
jam Alexandro sua edentibus metus & adsentationis caussae decesserant, quibus fe- præfat.
re narrandarum rerum veritas corrumpi solet: nam Ptolemaeum etiam regii nomi-
4 nis dignitatem mendaci historia polluere voluisse, quis crederet? Uterque autem
quum multis ad res Alexandri pertinentibus negotiis non interfuerint modo, verum
5 etiam praefuerint; verissima prae aliis tradere potuisse liquet. Quoties igitur con-
sentiunt, ceteris antehabuimus: ubi in diversum abeunt, ex copia rerum ea potis-
simum secrevimus, quae diligenter inter se composita proxime ad rerum gestarum
6 fidem videbantur accedere. Quod etiam post aetatem Alexandri alios Graecorum
sequutos video, quibus aliqua veri cura fuit; & nuper ex Sicilia Diodorum. Nam Quem ma-
qui ex Romanis animum ad historiam adplicuerunt, ii patriis rebus contenti, exter- xime sequi
na neglectui habuere: quia victoris populi gesta componentibus neque majestas re- videtur
rum deerat; & plus utilitatis adlatura videbantur in eadem republica degentibus. Curtius.
7 Quorum studium ut laude dignissimum arbitror; sic extra reprehensionem fore
confido, si nostris etiam hominibus ostendam eum regem, qui unus omnium mor-
8 talium, intra brevissimum aevi spatium, plurimum terrarum occupavit. quo appa-
reat, non forte neque temere res humanas ferri; sed plerumque fortunam pro mo-
9 ribus; neque diuturnam esse felicitatem, quae virtute destituatur. Igitur Alexan-
drum omnibus ingenii fortunaeque dotibus abunde auctum ornatumque fuisse com-
perio, quibus fatalem tantae potentiae virum oportebat instrui. Genus ab Hercu- Diod. 17, 1.
le repetebant Macedonum reges; Olympias Alexandri mater initia suae gentis ad Vellei. 1,
10 Achillem referebat. Puero neque incitamenta exemplaque gloriae; neque virtutis 6, 6.
magister aut exercitatio deerant. quippe Philippus pater continuis bellis contem- Orof. 3, 12.
tam ante Macedonum gentem extulit, & coacta in ordinem Graecia, cunctis for- Arria. 2,
11 midabilem fecit. Denique non solum operum post se gestorum fundamenta po- 1, 34.
suit; verum etiam quum decederet, Persico bello intentus, delectus habuerat, com- Pausan. lib. 1.
meatus, pecuniam, exercitum paraverat; & Parmenionis opera jam Asiam aperue- Julian. Caesar.
12 rat. Sed in eo rerum momento subductus est, ut & maxima gerendi belli subsidia Curt. 7, 1, 3.
filio; & plenam gesti gloriam relinqueret: quadam fortunae industria, quam unus
13 hic perpetuo obsequentem sibi habuit. Cujus admiratione non postea modo, sed Curt. 10, 5,
statim ab initio dubitatum est, rectiusne foret, non per Aeacidas aut Herculem, 35.
14 sed ab ipso protinus Jove, tanto homini divinae stirpis originem adserere. Ipse
quidem, quum Hammonem Libycum adiret, ejus filium se adpellari voluit, ut


 post-

postea a trademus. Ceterum b *draconem in cubili matris ejus visum*, *quem Jupiter*
induerit, *eoque genitum fuisse Alexandrum*, multi crediderunt: *insomniis etiam*, *va-*
tumque responsis fidem generis factam: *& quum Philippus Delphos sciscitatum misisset*,
oraculo monitum, ut Hammonem inprimis revereretur. Nec desunt qui *fabulosum id* 15
quidem; *non tamen adulterium matris falso jactatum* adserant. *Quippe pulsum Aegy-*
pti regno Nectanebum, *non*, *ut vulgo arbitrantur*, *in Aethiopas concessisse*; *sed quum*
adversus vim Persicam in Philippo maxime praesidium speraret, *in Macedoniam vectum*,
magicis praestigiis inlusisse Olympiadi, *torumque hospitis temeravisse*. *Suspectam qui-* 16
dem exinde Philippo, *neque aliam tam intimam divortii*, *quod inter eos sequutum est*,
caussam, *pro comperto postea fuisse*. *Etiam quo die Philippus Cleopatram domum de-*
duxerat, *Attalum sponsae avunculum*, *Alexandro natalium dedecus exprobrare ausum*,
ipso quoque rege c *ex sese genitum negante*: *denique de Olympiadis adulterio non in no-* 17
stro solum orbe; *sed apud devictas quoque nationes*, *pertinacem rumorem obtinuisse*. *Ve-*
rum velandae ignominiae repetitum ex antiquis fabulis de dracone commentum: *idem*
enim olim de Aristomene Messenios, *de Aristodama Sicyonios jactavisse*. Sane apud ma- 18
jores nostros de Scipione, qui Carthaginem prior adflixit, eadem ferme fama fuit:
similisque divinitatis opinionem Romani modo principis ortus habuit. nam de con-
ditore Urbis Romulo quid attinet dicere; quum nulla gens tam vilis reperiatur,
quae d sui generis auctorem non faciat deum, aut deo editum? Ceterum Nectane- 19
bi fuga temporibus hisce non congruit: sexennis enim jam erat Alexander, quum
ille ab Ocho victus, avitis opibus excideret. Nec ideo minus vanum est, quod de
Jove fertur. Ipsa quidem Olympias demto post mariti necem metu, adseveratio- 20
nem filii Jove se genitum credi volentis irrisisse dicitur, missaque epistola petivisse,
ne se, *nihil tale commeritam*, *odiis Junonis objectare pergeret*. Antea enim ipsa maxi- 21
me fabulam confirmasse creditur; proficiscentemque in Asiam Alexandrum mo-
nuisse, *ut memor originis digna tanto genitore capesseret*. Verum tamen osten- 22
tis deûm variisque praesagiis inter conceptum editumque partum significatum
fuisse, quantus homo nasceretur, consensu traditur. Obsignatam Olympiadis
alvum annulo, cujus sculptura leonem praeferret, per quietem Philippus vidit.
Cujus rei memoriam servavit Alexandria, quam in Aegypto conditam, aliquam- 23
diu Leontopolim appellavere. Nam de Alexandri magnanimitate & robore so-
mnium illud interpretatus erat Aristander peritissimus vatum, qui postea comes ei
haesit, sacrisque ejus praefuit. Qua e autem nocte Olympias peperit, maximi per 24
Asiam nominis templum Ephesiae Dianae ignis hausit. Intulerat eum cujusdam
hominis perditi furor; qui comprehensus tortusque, non alia mente id commisis-
se fassus est, quam ut magno aliquo facinore memoriam sui diuturnam efficeret.
Ergo tam foedi exempli cladem non istius tantum aedis damno aestimavere Magi, 25
qui tum Ephesi degebant; verum pro majoris ruinae praesagio habentes, totam ur-
bem moestis implevere clamoribus: *exortam alicubi facem*, *cujus incendio*, *similem*
ob caussam, *totus olim Oriens conflagraturus esset*. f Forte per idem tempus Poti- 26
daeam Atheniensium coloniam Philippus subegerat; g quum & Olympia quadrigis
se vicisse cognovit: & à Parmenione, quem in Illyrios miserat, majoris momenti
nuntius venit, *fusis ingenti proelio barbaris*, *Macedonas prospere pugnavisse*. Exsul- 27
tanti tam laeto ubique votorum exitu etiam de Olympiadis partu renuntiatum est:
nec dubitavere vates, *invictum fore*, *qui inter tot victoriarum palmas nasceretur*. Fe- 28
runt tot simul prosperarum rerum cumulo attonitum regem, & invidiam deûm
veritum, oravisse Nemesin, *ut hoc fortunae obsequium*, *modica aliqua calamitate ul-*
cisci contenta foret. Proditum etiam est memoriae, *in oppido* * *Pella*, *duas aquilas* 29
in culmine domus, *ubi puerum enixa erat regina*, *tota die persedisse*. *gemini per Euro-*
pam Asiamque imperii augurium id fuisse, post eventum facile interpretati sunt. *Ter-*
ram quoque tum movisse, *magnamque tonitruorum fulminumque vim erupisse coelo*,
auctores habeo. Natus est * autem, ut accuratiores tradunt, incipiente Olympia- 30
de sexta supra centesimam, praetore Athenis Elpine, A. D. XII. Kal. Sextil. quem
tum mensem Macedones *Loum* vocabant: quo tempore populus Romanus quadrin-
gentesimum fere annum agens, vicinorum bellis exercebatur, & subjugando ter-
rarum orbi quotidianis incrementis praeludebat. CAP. II.

a 4, 7, 30. b Lucia. dial. mort. Silius lib. 13. Victor. in Galerio. Dio Chrysost. orat. 4. Sidon. carm. 2. & 9. Plut. c. 2. Justin. 11, 11. & 12, 16. Solin. c. 14. Εὐσέβ. λόγῳ α. Antonin. Otto Frising. 2, 25. Cedrenus. Glycas. c Just. 11, 11, 4. Texeira Hist. Perf. 1, 22. Liv. 26, 19, 6. Silius lib. 9. Agell. 7, 1. Valer. Max. 1, 2, 2. Quintil. 2, 4. Sueton. August. c. 94. d Livius in praefat. Plut. cap. 3. Agell. 13. 4. Solin. c. 14. Plut. c. 3. Plut. c. 2. Ephorus apud Tertullian. de anima c. 46. Stepha. v. Ἀλεξάνδρεια. Eustat. ad Pereget. 254. e Plut. c. 4. Cicero de divin. 1, 23. & de nat. deor. 2, 27. Sol. c. 43. Val. Max. 8, 14. Zonaras. Hier. adverf. Helvidium. f Plut. c. 4. g Justin. 12, 16, 6. Plut. consol. ad Apollo. c. 9. & apopht. c. 9. * Mela 2, 3. Serv. ad Virg. Georg. 4, 278. Anton. * Ὀλυμπ. ἀναγραφή. Bunting. Chronol. Jac. Cappel. in hist. sacra & ex Plut. c. 4. Demosth. de corona. Agell. 17, 21. Histor. Misc. 2, 4.

Freinsh. Suppl. Pag. 2.




EFFIGIES ARISTOTELIS.

1 Cap. II. At Philippus auctus filio, de quo propter oblata tot omina ſpem am-
pliſſimam conceperat, in educationem curamque ejus omnes cogitationes conver-
2 tit. Quippe vir prudens & amans patriae, nihil molitionibus ſuis profectum facile
ſentiebat, ſi rebus undique motis, hominem imperitum aut ſegnem Macedoniae
poſt ſe relinqueret. ſuam quoque gloriam haud durabilem futuram, ſi maximarum
rerum inſtrumenta, quae tanta induſtria parabat, ſucceſſoris inertia corrupiſſet.
3 Leguntur [a] inter epiſtolas ejus, venuſtatis & prudentiae plenas, literae, quas tum ad
Ariſtotelem, qui cum Platone exercebatur, Athenas miſit, in hunc fere modum
4 ſcriptae. *Philippus Ariſtoteli ſalutem dicit. Certiorem te facio, filium mihi genitum
eſſe. Nec perinde diis gratiam habeo, quod omnino natus eſt; quam quod te florente
naſci illum contigit. à quo educatum inſtitutumque neque nobis indignum ſpero evaſu-
rum, neque ſucceſſioni tantarum rerum imparem. Satius enim exiſtimo carere liberis,*
5 *quam opprobria majorum ſuorum tollentem, in poenam genuiſſe.* Neque fefellit eum
opinio. quippe puer Ariſtotele doctore diu uſus, ad res in ea aetate gerendas inſi-
gne praeſidium ſibi comparavit. Sed haec poſtea acciderunt. interim conſtituti ſunt
infanti nutritores atque paedagogi, Leonidas Olympiadis propinquus, & Lyſima-
6 chus Acarnan. b Philippus nationis ejuſdem adjectus, qui valetudinem pueri rege-
ret: c Hellanicae (Dropidis erat filia, ex illuſtrioribus Macedonum feminis) corpo-
7 ris & morum recta temperie probatae nutricis munus demandatum eſt. Hac cura
paucos intra annos effectum eſt, ut jam tum polliceri videretur eum regem, quem
poſtmodum exhibuit. nam & in puerilibus membris indomitus eminebat vigor; &
8 eximiae indolis argumenta aetatem longe praevenerant. d Excellens nativa & genui-
na venuſtate corporis, cultum aſpernabatur; *Anxiam formae curam feminis conveni-
re* dictitans, *quae nulla alia dote* aeque commendarentur: *ſi virtutis potiri contigiſſet,*
9 *ſatis ſe ſpecioſum fore.* Fuit autem quum adoleviſſet, juſta membrorum proportio-
ne conſpicuus, artubus robuſtis, probeque compactis: vi tamen, quam ſpecie va-
10 lidior; quippe corporis ejus habitus intra proceritatem ſtetit. Cutem habuit candi-
dam, niſi quod in malis, itemque pectore, grato rubore ſuffundebatur: capillum
flavum, leniter intortum: naſum aquilinum: oculos varios, nam laevus glaucus
fuiſſe traditur, altero nigerrimo. Inerat autem ipſis occulta quaedam vis, ut ſine
11 veneratione atque horrore quodam intuentium non adſpiceretur. Pernicitate pe-
dum admirabili fuit; quam e ut magnae in expeditionibus utilitatis, etiam rex non
omiſit exercere, ſaepeque cum velociſſimis ſuorum curſu certare viſus eſt: patientia
laboris ſupra fidem eximia; qua ſaepe una, difficillimis temporibus, ſibi exercitibus-
12 que ſuis ſalutem peperit. Exercitationibus crebris, & calidiſſima corporis tempe-
rie, adeo quidquid vitioſi humoris ſub cute colligi ſolet, expugnavit; ut ſuavem
ex ore membriſque exhalaret odorem, eoque etiam tunicas, quibus uteretur, imple-
13 ret: ob eaſdem cauſſas, ut quidam putant, ad vinum f iramque proclivior. Vi-
ſuntur adhuc imagines ejus ſtatuaeque, ſummorum artificum opera. ne enim g vul-
garium ſculptorum pictorumve temeritate oris ſui honor obſoleſceret, ſtudioſe ca-
vit; *poenam* comminatus; *ſi quis injuſſu ſuo conaretur.* Ergo abundante tum artifi-
cum copia, volentem unus Apelles pinxit, ſculpſit Pyrgoteles, Lyſippus & Poly-
14 cletus aere duxerunt. *Citatiorem greſſum Leonidae vitium fuiſſe*, * ferunt; *ex ipſius*
conſuetudine id haeſiſſe Alexandro: quod poſtea quum enixe vellet, corrigere non potue-
rit. Equidem educationi plurimum tribui debere non inficior; ceterum hoc qui-
dem naturae potius adoleſcentis, quam adſuetudini deputo. etenim in homine ve-
lociſſimae mentis, neceſſum erat, ut ardorem animi corporis etiam motus ſeque-
15 retur. h Quem adeo non in vitio poſuere ſucceſſores ipſius, ut etiam ſtudioſe aemu-
larentur; ſimul depreſſiore in laevum collo, obtutum ejus vibrantem, & elatiorem
vocem imitati: quum animum non exprimerent. quippe plurimorum ex illis longa
16 vita vix quidquam habuit dignum, quod cum hujus pueritia compararetur. Neque
enim quidquam aut loquebatur, aut agebat humile; ſed dictis factiſque par fortu-
nae ſuae, vel etiam ſupra erat. Nam quum eſſet laudis avidiſſimus, non unde-
cumque eam adfectabat, ſed optimis quibuſque comparari gaudebat: ingloriam ex
vilibus palmam intelligens, i tantoque illuſtriorem victoriam, quanto quos viciſ-
17 ſet pluris haberentur. Ergo dicentibus, *quoniam curſu plurimum valeret, debere pro-*
fiteri nomen ſuum inter eos, qui Olympicis ludis certaturi eſſent, *cognominis ſibi regis*

a Agell. 9, 3.
b Curt. 3, 6, 1.
c Juſt. 12, 6, 10. Arria. 4, 2, 12. Curt. 8, 2, 8.
d Eume. Paneg. Conſtantini c. 17. Aelian. hiſt. var. 12, 14. Arrian. 7, 5, 18. Solin. c. 14. Curt. 3, 12, 16. 6, 5, 29. Solin. c. 14. Plut. c. 5. Tzetzes. Glycas. Aelian. hiſt. var. 12, 14
e Plut. de adul. & amici diſcrim. c. 29. & de animi tranquil. c. 20. Arrian. 7, 5, 18.
f Plut. Sympoſ. 1, 6.
g Apulei. 1. Florid. Horat. epiſt. 2, 1. Himerius apud Phot. Plin. 7, 37, 6. 35, 10, 25. 37, 1, 7. Cicero epiſt. fam. 5, 12.
* Hier. ad Laetam. Hincmar. epiſt. 3, 1.
h Plut. Pyrrh. c. 14. & Alex. c. 5. & de fort. 2, 5. & Pomp. c. 2. Tzetzes. Chil. 8, 200, & 11, 368. Victor. in Caracalla. Hiſt. Miſc. 10, 23.
i Plut. c. 6. & de fort. Alex. 1, 13. & Apopht. c. 36. Herodot. 5, 22.

exemplo; *magnam ea re per Graeciam ſibi famam comparaturum*: *facerem*, inquit, *ſi*
reges haberem adverſarios. [a] Quoties aut praeclara aliqua pugna Philippus vicerat, 18
aut oppidum opulentum in poteſtatem redegerat: laetantibus aliis, ipſe haud ob-
ſcure indoleſcebat. exceptaque vox eſt querentis inter aequales; *nihil reliqui factu-*
rum patrem ſibi ipſiſque, quum adoleviſſent. quippe deperiturum gloriae verebatur,
quidquid acceſſiſſet opibus: nec tam harum poſſeſſione, quam iſtius cupidine move-
batur. Somni natura parciſſimus, etiam arte vigilantiam adjuvabat. ſi quid occur- 19
riſſet, quod ſeria meditatione dignum videretur; comprehenſa pila argentea, bra-
chium extra lectum porrigebat, [b] ut in ſubjectam pelvim inlapſa, excitato ſonitu,
torporem in ſomnum deficientis diſcuteret. Deos ab ineunte aetate magnifice co- 20
luit. [c] Sacro quodam ita liberaliter tura flammis intulit, ut Leonidas, vir ſeverus
& parcus, profuſionem iſtam non ferens, exclamaret: *ſic adolebis, quum regiones*
ſubegeris, ubi haec naſcuntur. Cujus vocis memor, quum poſtea turiferam Ara- 21
biam pacaret, multa odorum talenta miſit Leonidae, cum mandatis; *ne poſthac in*
deorum honoribus adſtrictior eſſe vellet, quos intelligeret dona hilariter oblata tam larga
manu rependere. Animi ſublimis & magna conaturi documenta mature dedit. Per- 22
ſis ea tempeſtate Artaxerxes cognomento Ochus praeerat. [d] Eum Artabazus & Me-
napis ſatrapae, Memnonque Rhodius, egregius dux, bello laceſſiverant; ſed po-
tentia regis oppreſſi, deſerta Aſia ad Philippum profugerant. His tum Alexander 23
ſeptenni minor mire delectabatur; [e] crebroque de rebus Perſicis interrogabat, nihil
quidem puerile & ſordidum, ſed *quibus maxime firmamentis opes regiae niterentur?*
quis armorum uſus, quae audacia viris; quanta equis pernicitas eſſet? quot dierum iti-
nere Macedonia diſtaret Suſis? quae regi morum via, quaeque exercitatio corporis, at-
que opinio virtutis foret? Poſtea, quum deprecante fratre Memnonis Mentore, cujus 24
ſororem in matrimonio Artabazus habebat [f], cum exſulibus in gratiam rediiſſet O-
chus, eoſque à Philippo repeteret; Alexander legatos eximiae in tantilla aetate in-
dolis admiratione ita perculit, ut unus eorum in haec verba prorumperet: [g] *Hic qui-*
dem puer Magnus eſt Rex; noſter vero, dives. Haec autem quum merito quidem 25
naturae ſuae debere videretur, haud minus inſtitutioni debuit. [h] Nam pater ſatis gna-
rus, quantum Epaminondae commercium ſibi profuiſſet, quantoque plura elo-
quentia, quam vi confeciſſet; ſumma cura incubuerat, ut à tenera ſtatim aetate
liberalium artium ſtudiis probe imbueretur. [i] Igitur Ariſtotelem, magni nominis 26
philoſophum, ingentibus praemiis evocatum perpulit, ut etiam prima literarum
elementa puero traderet. Nec abnuit Vir doctiſſimus, quum intelligeret, quan-
tum eſſet à principio recte inſtrui multis imperaturum; fruſtraque contemni pro
parvis, ſine quibus ad majora profectus non eſſet. [k] Variis deinde magiſtris, ut alius 27
alia arte excellebat, uſus, non modo mentem egregiis implevit diſciplinis; verum
etiam corpus omnis generis exercitationibus, ad uſum bellorum, & patientiam la-
boris edomuit: ne tum quidem vacuus, quum otiari videretur; quippe pila, vel
ſaltatione virili, non tam laxabat animum, quam ſeriis obſequiis membra praepa-
rabat.

Cap. III. Poſtquam deinde aetas & ingenium paulliſper adolevit, jamque ſeverio- 1
ribus ſtudiis idoneus viſus eſt, revocatum, qui tum apud Mitylenaeos agebat, Ari-
ſtotelem continuo ſecum habuit, donec poſt mortem patris rerum potitus, in A-
ſiam transjiceret. Quo temporis ſpatio quidquid à tanto praeceptore tradi potuit, 2
perdidicit. [l] Cognoſcendae rerum naturae tanto avidius incubuit, quanto pertinacio-
re ſpe imperium univerſi orbis praeceperat. Cujus indagationem poſtea quoque ad-
juvit, plane regio & animo, & ſumtu. [m] Ariſtoteli, quo naturas animalium cer- 3
tius atque perſpectius commentari poſſet, tota Aſia Graeciaque parere juſſit, quot-
quot venatu, aucupio, piſcatuve vitam tolerabant, aut aliquam in ejuſmodi nego-
tiis peritiam adſequuti fuerant. [n] Conſtat in ejus operis impenſas octingenta talenta
philoſophum accepiſſe. Adeo autem cognitionem illam dilexit, ut in eam ſumtum 4
faceret, curamque impenderet, cujus fructum viſurus non erat. [o] Poſt centum an-
nos capti ſunt cervi cum torquibus aureis, quos addiderat, ut vel poſteri cogno-
ſcerent, quanta fides habenda foret iis, quae de iſtorum animalium longaevitate fe-
rebantur. Sublimioribus quoque diſciplinis, quas *acroamaticas* appellant, [p] eruditum 5
fuiſſe, ipſius teſtatur epiſtola: qua queritur Ariſtotelem *dignitatem earum evulgatis*
prae-

a Plut. c. 6. & apophth. c. 36. Gregoras lib. 9.
b Marcellin. 16, 6.
c Plut. c. 44. apophth. c. 37. Plin 12, 14, 17.
d Diodor. 16, 53. Curt. 6, 4, 25.
e Plut. c. 7.
f Diodor. 16, 53.
g Plut. de fort. Alex. 2, 24.
h Diodor. 16, 96.
i Quintil. 1, 1, 20. Hieronym. ad Laetam. Eraſmus lib. 2. de ratione concion.
k Dexippus apud Cedrenum. Plut. c. 70. Athenaeus 1, 15. & 19. Dio orat. 2. Suidas v. Ὄρχησις.
l Laërt. in Ariſtot. Ὀλυμπ. ἀναγραφῇ. Dionyſ. περὶ Δημοσθένους.
m Plin. 8, 16. 5.
n Athenaeus 9, 13.
o Plin. 8, 22, 35.
p Plut. c. 12. Agell 20, 4. Zonaras.

6 *praeceptis profanasse.* Et ille excusavit; rescribens, ita libros illos esse editos, ut
haberi possint pro ineditis. nec enim quemquam sententiam ipsorum magnopere per-
7 cepturum esse, nisi, quae iis continerentur, jam antea didicisset. Idem, quum Rhe-
torica ab eo exigeret, sollicite vetuit, ne aliorum etiam in manus pervenire patere-
tur. Neque enim minus honestis artibus, quam potentia ceteros praestare cupiebat:
8 indignabaturque communicari laudem illam cum humillimis. Medicinae quoque
studio imbutum ab Aristotele filio medici, ex gente Asclepiadarum, fidem ipsius
9 epistolae faciunt. Eam autem philosophiae partem, quae sibi aliisque probe impe-
rare docet, ita coluit, ut magnanimitate, prudentia, temperantia, fortitudine, quam
armis & opibus instructior, tantam imperii Persici molem subruere adgressus cen-
10 seatur. Ipse quidem praedicavit, *non minus se debere Aristoteli, quam Philippo: hu-*
11 *jus enim munus fuisse, quod viveret; illius, quod honeste viveret.* Ingenium tamen
ardens ambitione, nimia honoris gloriaeque praedicatione, quam inter genera bo-
norum referendam esse Aristoteles sciverat, elatum fuisse, ut, non modo imperii
prorogandi gratia, bella ex bellis sereret, verum etiam deus haberi vellet, quidam
12 non immerito credidere. Ceterum non solum imperante Alexandro eximio hono-
re, maximisque muneribus adfectus est Aristoteles; sed & [a] vivo adhuc Philippo
ingens institutionis suae pretium tulerat: impetrato, ut in ipsius gratiam patria in-
13 stauraretur. Olynthios Philippus acerrimos hostes expertus fuerat; nam vicini Ma-
cedoniae, & potentia hactenus haud impares, aegerrime tulerant, sub rege bellico-
14 so vafroque regni opes crescere, accolis perniciem, aut servitium adlaturas. Er-
go quo infensioribus animis certatum est; eo asperior victoria fuit. urbem captam
direptamque solo aequavit Philippus: cives veniere. in reliqua etiam ditionis eorum
oppida saevitum est. Inter quae Stagiram, unde Aristoteles genus ducebat, par ca-
15 lamitas obruerat. Eam tum regis permissu atque opibus ex integro condidit: resti-
tutaeque leges tulit, quibus postmodum usa est. Ita quam stantem florentemque
tot fortium virorum manus ab excidio prohibere non potuerant; eam incensam at-
16 que dirutam unius civis excitavit ingenium. Quanti autem Aristotelem fecerit Phi-
lippus, hinc etiam aestimari potest, quod saepe filium monuit, ut sub tam idoneo
magistro sapientiae gnavam operam daret; ne mox multa committeret, qualium
17 caussa ipse pudore & poenitentia angeretur. Igitur postea quoque maximis rebus in-
tentus Alexander non omisit magistrum venerari; crebroque per literas compella-
18 vit hominem, nec disciplinarum modo arcana, sed & morum remedia petiit. At-
que ille rescripsit, quibus ipsius atque subditorum felicitati consultum opinabatur,
meminisset, [b] *tantam ipsi concessam esse potentiam, ut prodesset hominibus, non ut eos*
laederet. irae quoque, in quam maxime praecipitem noverat, *modum poneret; neque*
19 *enim irascendum inferioribus: parem autem ipsi esse neminem.* Ad postremum tamen
animo jam elatior spernere eum coepit: praesertim quum ob [c] Callisthenis exitum
infestum sibi, & praeter sapientiae praecepta, etiam vindictae caussa, ambitionem [d] hu-
20 manum fastigium despicientis, disputationibus exagitare crederet. Certe paullo an-
te mortem, Cassandro objecta patri suo crimina purgante, exclamasse fertur; *Ari-*
*stotelicae versutiae machinationibus instructum venisse, ut justas aliorum * querelas fal-*
21 *lacibus argutiis eluderet.* deinde *utrique, si vera, quae deferrentur, comperisset, malum*
minatum esse: tam vehementi vultu, ut diu post ejus interitum, quum forte Cassan-
der, tum rerum in Graecia potens, imaginem Alexandri Delphis positam intuere-
22 tur, revocatus in periculi sui memoriam, toto corpore cohorruerit. Quae res
Aristoteli etiam magnae infamiae occasio fuit: quippe venenum quo Alexander
periisse creditus est, non alterius ingenio equinae ungulae inditum, & Babylonem
23 deportatum, rumor suspicatus est. Adamavit & musicam, eique seriam initio ope-
ram dedit: donec contumeliosa interrogatione patris, *ecquid puderet tam scite cane-*
24 *re?* velut artem suae majestati indecoram, negligentius tractare coepit. Quo qui-
dem tempore magistro chordam quamdam ex artis praescripto pulsare jubenti, *quid*
autem referat, inquit, *si hanc pulsavero?* in aliam intendens digitum. At ille, *nihil*
25 *referre futuri regis, futuri autem citharoedi referre*, respondit. Delectatus deinceps
est masculo cantu, quum molles fractasque modulationes ut perniciem morum
aversaretur. Quo nomine maxime amplexus est Timotheum, artis ejus professio-
26 ne celebrem. Ille enim adcommodata ad ingenium illius scientia, modo, quem


Aristot. c. 1. Rhetor. de Alex. Plutarch. c. 13. Laërt. in Aristot. Plut. c. 13. Ethic. 4, 7. Zamosc. analect. antiquit. Daciae c. 11. a Aelian. hist. var. 12, 54. Tzetzes Chil. 7, 140. Dio Chrys. orat. 2. f. Laërt. in Arist. Plin. 7, 29, 3. Val. Max. 5, 6, 5. ext. Plut. c. 51. advers. Colotem. Plut. advers. Colot. c. 50. Laërt. Plut. apophth. c. 33. Casaub. in Athen. 14, 22. Proleg. not. in Curt. c. 4. v. Alexandri. b Melanch. in Chron. Aelian. hist. var. 12, 54. Rutgersius var. lect. 1, 6. c Plut. c. 13. & 94. d Plut. de profect. virt. sent. c. 10. & de laude sui c. 19. * Plut. c. 126. Curt. 10, 10, 16. Plut. Pericle c. 2. Gregoras lib. 9. Aelian. hist. var. 3, 32. Dio Chrys. orat. 2.

Phrygium appellant, ita aliquando eum rapuit, ut tamquam divino inſtinctu exar-
deſceret animo, &, velut propinquo jam hoſte, ad arma capienda profiliret. Elo- 27
quentiae etiam ſub Anaximene Lampſaceno ſtuduit. quae res poſtmodum incolu-
mitatem urbi adtulit, quum Perſarum opibus ſtudentem Alexander diruere conſti-
tuiſſet. * Conſpicatus enim Anaximenem extra moenia prodeuntem, nec dubitans, 28
quin pro patria deprecatum veniſſet, *Graecorum deos* teſtatus eſt, *non facturum ſe
quod petiſſet.* Quo audito callidus ille rogavit, *ut Lampſacum dirueret.* Ille & ju-
risjurandi relligione adſtrictus, & magis etiam praeceptoris olim ſui ſagacitate deli-
nitus, gratiam delictorum Lampſacenis fecit. Comoedos ut inſtituto ſuo parum 29
congruentia tractantes, corrumpendiſque moribus natos contemſit. Neglexit &
pugiles, quamquam maximi tum in Graecia fierent. forte quod otioſos & ſaginae
addictos, valida membra ſpectaculorum potius ludibriis, quam patriae neceſſitati-
bus commodare, non probabat. Reliquas artes, etiam quas ipſe non adtigerat, 30
impenſe fovit. Unde ex toto fere orbe paſſim ad ipſum confluebant, quicumque
inſigni aliqua peritia praecellere ſibi videbantur: eique vel ingenii ſui monumenta
dedicabant; vel exhibito artis ſuae ſpecimine, à munificentiſſimo regum, & cujus
animo fortuna reſponderet, immenſas plerumque divitias conſequebantur. Etiam 31
quos procul poſitos praeclara eruditio aut virtus commendabat, iis ingentia mune-
ra ultro largiri conſueverat. Igitur tantus ea tempeſtate doctorum atque ſollertium
hominum proventus fuit; ut vix ulla aetas bonis artibus copioſior exſtiterit. Solent 32
enim ingenia moreſque componi ad principum mentem; omniſque fere temporum
inclinatio regnantium infamia, vel decus eſt.

CAP. IV. Ex veterum monumentis nihil antehabuit a Homero; quem unum 1
omnem ſapientiam, qua imperia conſtant, optime complexum eſſe autumabat. ad-
eoque eum cordi habuit, ut Graeco cognomento *amator-Homeri* diceretur. Li- 2
bros ejus ſemper ſecum ferre ſolitus, etiam quum quieſceret, una cum pugione
ſub cervicali reponebat; *militiae ſuae viaticum*, & *inſtitutionem bellicae virtutis* ap-
pellans. *Achillem* praedicabat *felicem*, *quod tantum virtutis ſuae praeconem* inveniſ-
ſet. Reperto inter Damaſcenam praedam materiae curaeque exquiſitiſſimae ſcri- 3
nio, & diſquirentibus amicis, b *cuinam uſui convenientiſſime deſtinaretur?* ipſe, *Ho-
mero*, inquit, *dedicabimus*; *ut pretioſiſſimum humani ingenii monumentum*, *elegan-
tiſſimo etiam opere ſervetur.* Inde obtinuit, c ut emendatiſſima poëtae editio, quam 4
magna cura comparaverat Alexander, *è narthecio* vocaretur. quippe ſcrinium illud,
quum adhuc Perſarum eſſet, unguentis & odoribus adſervandis ſerviverat. Qui- 5
dam proſpere geſtae rei nuntius, quum citato curſu ad eum ferretur, dextramque
porrigeret, vultu maximae laetitiae notas praeferente: *Quid mihi nuntiaturus es tan-
to gaudio dignum*, inquit, *niſi forſan Homerus revixit!* Sed tum eo jam felicitatis 6
pervenerat, ut propemodum exſatiatae gloriae nihil deeſſe putaret, praeter idoneum
buccinatorem. d Crebra autem lectione totum fere edidicit, ut nemo neque prom-
tius eo familiariuſque uteretur; neque exactius de eo judicaret. e Ex omnibus au- 7
tem ejus carminibus maxime probabat verſum, quo boni ſimul imperatoris, robu-
ſtique militis laudes Agamemnoni tribuuntur; eumque praecipuum virtutis incita-
mentum, & veluti morum ſuorum magiſtrum habuit. His itaque diſciplinis imbu- 8
tus, ſummae fortunae vim atque dignitatem egregie tutatus eſt; ſuperbia & licentia,
qua quidam ſola principes agunt, abſtinuit. f Cultu curaque corporis haud multum 9
ſupra privati modum eminens, virtute potius quam veſtium ornatu anteire ſuos,
imperatorium cenſebat: hilaris, humanus, adfabilis; ut tamen contemtum exclu-
deret: vino deditus; ſed citra ebrietatem. nam ſi otium nactus eſſet, ſermonibus
magis quam compotatione tempus extrahebat. g Voluptates ita contemſit, ut ma- 10
tri curam injiceret, ne plane ad generandum inhabilis eſſet. Illud inprimis relligio-
ſe tenuit, ne cujus torum violaret. Quibus vitae morumque inſtitutis diu inhae-
ſit; magnumque & memorabilem regem egit: donec impetu quodam, & velut tor-
rente fortunae convulſus & mutatus, priſtinam animi moderationem paullatim ex-
ſueret. Animi robur cum inſigni dexteritate, magna patris & aliorum admiratione 11
oſtendit in equo bucephala; nam id nomen bubuli capitis figura inſignitus accepe-
rat. h Plurimum tum equeſtri laude pollebat Theſſalia; nobiliumque equorum gre- 12
ges

Suidas v. Τιμόθ. Dio pr. orat. 1. Eraſm. adag. *a Dorio ad Phrygium.* Plut. de fort. Alex. 2, 4. * Pauſan. lib. 6. Val. Max. 7, 3, 4. Suidas v. Ἀναξιμ. Athen. pr. lib. 13. Dio Chryſoſt. orat. 2. Plut. c. 6. Plut. de fort. Alex. orat. 2. Schoner. c. 1. Algebrae. Quintilia. 2, 20, 5. Vitruv. praef. lib. 2. Lucian. pro imagin. Laërt. in Xenoc. Plutarch. adverſ. Colot. c. 50. & in Phocione c. 120. & de fort. Alex. 1, 14. & 2, 1, & 4. a Dio Chryſoſt. tota orat. 2. Plut. c. 13. & de fort. Alex. 1, 4. Vopiſc. pr. Probi. Cicero pro Archia c. 10. b Plut. c. 44. c Strabo lib. 13. Plut. c. 13. Plin. 7, 29. d Lucian. dial. mort. e Plut. de fort. Alex. 1, 13. Homer. Iliad. 3, 179. f Curt. 3, 6, 19. g Athen. 10, 10. Plut. apophth. c. 36.

h Schol. Ariſt. in nub. Plin. 8, 42. Juſt. 7, 6, 8.


ΟΜΗΡΟC
ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ
ΜΕΛΗC
HOMERICI VVLTVS
ΟΜΗΡΟC



ges multis locis alebantur. Eminebat tamen inter omnes viribus & ſpecie bucepha-
las, quem Philonicus ex Pharſalia oriundus, maximo in illis regionibus principe
13 dignum exiſtimans, ad Philippum adduxerat, ſedecim talentis venalem. Quum
autem velocitatem equi obſequiumque experturi in campum deſcendiſſent; nemo
amicorum ſatellitumque regis tractare eum potuit. quin inſurgebat in omnes, &
14 conſcendere conatos ferocia exterrebat. Jamque pro indomito, & ob feritatem
inutili, relinquebatur; quum ſuſpirans Alexander, *Qualem iſti equum perdunt, per
mollitiem animi, & tractandi imperitiam!* Quo ſaepius repetito à patre increpitus,
quod ob negotium, quod emendare non poſſet, majores peritioreſque conviciis inceſſeret;
15 *ego vero*, inquit, *emendabo pater, ſi permiſeris.* Atque illo ſubjiciente; *fruſtratus
autem quam poenam pendes? equi*, inquit, *pretium luam.* exortoque omnium riſu,
16 convenit, *ut victor equum patre emente haberet, victus amitteret pecuniam.* Tum
Alexander, comprehenſis equi habenis, eum ita ſtatuit, ut in adverſos ſolis radios
converſus, umbram ſuam conſpicere non poſſet: ea enim antea exterritum acrius
ferocîſſe obſervaverat. quumque nihilominus aeſtuaret, jubam demulcens, dimiſſa-
17 que ſenſim chlamyde, in ſaevientem adhuc inſilit. Ille parendi inſolens cervicem
& calces jactare, multaque pervicacia contra frenum niti; denique proripere ſe co-
18 nari, & ingenti violentia curſum moliri. Spatioſa & equitabilis planicies ſuberat,
ergo ferocientem exſultantemque effuſis in collum habenis, adactiſque calcaneis
19 cum ingenti clamore in curſum permittit. Ingens deinde campi ſpatium evectus,
jam laſſatum & conſiſtere volentem impellere non antea deſtitit, quam exhauſtum
20 curſu, & labore domitum, manſuetiorem jam mitioremque reduxiſſet. Deſcen-
dentem manantibus gaudio lacrimis complexus eſt pater; oſculoque capiti impreſ-
ſo, *majus imperium ſibi circumſpicere* juſſit, *nec enim Macedoniae regnum tantam in-
21 dolem capere.* Poſt haec bucephalas quum in ceteros ferociam ſuam retineret, uni
Alexandro mira ſubmiſſione paruit; multorumque mox laborum atque diſcriminum
22 ſocius, in proelio adverſus Porum periit. Dignum id argumentum viſum eſt, quo
illuſtrarent opera ſua nobiliſſimi artifices. * duas ex marmore ſtatuas equum do-
mantis oſtentant; Praxitelis & Phidiae certamen. Alexandri eas imagines eſſe, quam-
vis ambigi poſſit, auctores haud obſcuri crediderunt.

1 Cap. V. His atque talibus ingenii animique experimentis eam apud Philippum
exiſtimationem nactus eſt, a ut quum ipſe Byzantinos obſidione urgueret, idoneum
jam crediderit filium, cui libera cum poteſtate Macedoniae curam committeret,
2 annos omnino ſedecim habentem. b Quo comperto Medarorum quidam, Thra-
cia natio, Macedoniae ſubjecta, opportunum defectioni, quam dudum agitabant,
tempus adveniſſe rati, conſilia nudavere. Sed adoleſcens oſtentandae virtutis oc-
caſione laetus, cum ducibus à patre relictis propere in eos movit: victiſque & eje-
ctis rebellibus, urbem eorum varii generis convenis habitandam dedit: c illi Ale-
3 xandropolim ex nomine auctoris ſui appellavere. Philippus eventu rei gaudens,
ceterum ſollicitus, ne ſuo arbitrio permiſſus adoleſcentis animus d majora viribus
cum exitio capeſſeret; evocavit eum, ut, ſe magiſtro, ardorem prudentia tempera-
re diſceret: & in ſubigendis Cherſonneſi oppidis, ſtrenua promtaque opera ejus
4 uſus eſt. Ceterum quum ad Byzantium, validam urbem, haereret obſidio, civi-
bus egregie pro libertate pugnantibus; *iiſque Graeci barbarique, quibus incrementa
Philippi ſuſpecta erant, certatim auxilio venturi* nuntiarentur; deſperata victoria, id
unum agitabat, quanam ratione quam minimo copiarum atque famae damno ab
5 obſidione diſcederet. e Imperabat eo tempore Getis, Scythico populo, Atheas: qui
armis Iſtrianorum preſſus, auxilium à Philippo petiverat, ſpe adoptionis facta, ſi
feſſis Getarum rebus ſuccurreret. Idem quum hoſtium imperator deceſſiſſet, belli
metu liberatus, Macedonas vacuos remiſerat, negans *vel ipſorum auxilio, vel ado-
ptione Philippi eguiſſe; cui adverſus hoſtes ſatis propriarum virium, & in ſucceſſionem
6 regni filius eſſet.* f Eam barbari contumeliam ulturum ferens Philippus, omiſſo Byzan-
tio in Scythiam convertit agmen. Ubi conſerto proelio, quum numero ſuperio-
res Scythae eſſent, nec virtutis poeniteret, arte Philippi Macedonibus victoria ceſ-
7 ſit. Cujus omne pretium pecorum equorumque maximi greges, & infirmioris
aetatis ſexuſque captivi fuere: ceterae praedae nihil exceptum eſt. quippe opibus mi-
nime ſtudebant Getae; ſed quotidiano victu contenti, paupertatem inter vitae com-
moda

Plin. 8, 42. Plut. c. 9.

Curt. 6, 5, 18. 8, 14, 34. * Blond. h. 1. Romae inſt. Mer. Coſm. in regione urbis ſexta Ant. Laſre-rus Sequanus formis aeneis excudit. Bern. Gamucci lib. 3. dell'antichità di Roma. Roſ. ant. 1, 6.

a Plut. c. 14. b Paul. Diac. de geſt. Longobard. 5, 40. c Stephanus v. Ἀλεξάνδρεια. d Juſt. 9, 1, 8. e Juſt. 9, 2. Oroſ. 3, 13. f Otto Friſing. 2, 24. Jo. Magnus hiſt. Goth. 3, 10. Aeſchines contra Cteſiphontem.

moda numerabant. Ceterum quum ex Scythia, regrediens, longo impedimento- 8
rum agmine, per Triballos iter faceret; illi opportunis locis occupatis transitum
Curt. 8, 1, negabant, nisi praedae partem accepturi. Erant in exercitu Philippi mercenarii 9
24. Graecorum milites, qui & ipsi, quum in discriminis partem venissent, commo-
dorum exsortes haberi moleste ferebant. Inde orta seditione ad manus ventum est:
tam acri certamine, ut multis utrimque cadentibus etiam rex sauciaretur; transfos-
so femore, eodemque vulnere interfecto equo: tanta vis adacti teli, tantaque vir-
tus inferentis ictum fuit. Ibi tum ante omnes prosiluit Alexander, jacentemque 10
clypeo protegens, irruentium in eum alios occidit, alios avertit in fugam. Ita fi-
lii pietate servatus est, abscedentibus qui oppressuri fuerant; eo promtius, quod
interfectum crediderant: sic ipsi vulneris atrocitati vitam debuisse visus, mortis
opinione mortem effugit. praeda inter consternationem amissa est. Ceterum ex 11
vulnere claudicare coactus, quum initio eam corporis deformationem aegro ani-
Plut. de mo ferret, memorabili ad posteritatem adolescentis voce monitus est, *non irasci*
fort. Alex. *vulneri, cujus opera ad singulos gressus suae virtutis admoneretur.* Satis jam gloriae 12
1. 13. Demosth. potentiaeque Philippo quaesitum erat; satis etiam periculorum atque vulnerum per-
de corona. tulerat: si quietem pati posset animus ambitione vecors. Tributarios Illyriorum 13
Curt. 10. Macedonas, omnium non vicinorum modo, sed etiam longe dissitorum dominos
2, 23. effecerat: Triballos subegerat: Thraciam habebat in potestate: multis Graecorum
Demosth. populis imperabat; alios metu, aut largitionibus tenebat obnoxios. Thessalos Dao- 14
de corona. chus, Cineas, Thrasydaeus, cum Eudico & Simo Larissaeis; Arcades Cercidas,
Plut. Demosth. c. 24. Hieronymus, Eucalpidas; Argivos Myrtis, Teledamus Mnaseas; Eleos Euxi-
Demosth. theus, Cleotimus, Aristaechmus, regio jugo subdiderant: Messenios Philiadae li- 15
de falsa legat. beri, Neon & Thrasylochus; Sicyonios Aristratus & Demaratus; Megarenses
Diodor. Ptoeodorus, Helixus, Perilaus; Euboeenses Hipparchus, Clitarchus, & Sosistra-
16, 54. tus, suae quique civitatis principes, conciliabant: Olynthum Euthycrates & La-
Pausan. sthenes prodiderant. Una Spartanorum civitas veteris disciplinae egregie tenax, &
lib. 7. proditionis immunis fuit. Sed quum imperio totius Graeciae immineret, Athe- 16
niensium maxime opes morari destinata cernebat. nec deerant in civitate, qui res ad
ipsum traherent; sed populus, qui omnia poterat, impellente Demosthene, contra
Macedonum opes nitebatur: crebrisque, ut inter potentes vicinos, contentionibus,
ingenium Philippi callidum, audax, & ob dominationem fidei famaeque negligens
cognoverat. Maxime urebat regem recens dolor, quod ad Byzantium, Athenien- 17
sium opera, spe sua excidisset: qui non modo centum & viginti navium classem
Demosth. obsessis auxilio miserant; sed & Chiis Rhodiisque eadem audendi auctores fuerant.
de corona. Igitur dum percuratur vulnus in Triballis acceptum, omnia occulte praeparabat, 18
Diodor. 16, 78. quo Athenienses improvisus opprimeret. Exercitum retinenti obtentui erant Illy-
riorum nationes, quae ingenio feroces, & servitutis insuetae, impositum nuper
Curt. 8, 1, jugum excutere tentabant. In eos Alexander missus, barbaris fusis fugatisque, 19
25. eam de fortuna atque virtute sua spem, & reliquis fecit, & ipse concepit, ut jam
sine patre rebus gerundis se parem existimaret. Haec per biennium gesta. Philip- 20
pus autem praeparatis omnibus, quae olim destinaverat exsequi, maturum ratus,
exoptatissima occasione oblata, ante initium veris cum exercitu in Graeciam ve-
Aeschines nit: convocatis etiam ex Peloponneso copiis sociorum. Quippe Amphictyonum 21
contra Ctesiphontem. decreto creatus erat imperator Graecorum, ut insolentiam Locrorum, qui Amphis-
sam incolunt, castigaret: namque Cyrrhaeum agrum Apollini dicatum, Amphictyo-
num auctoritate contemta, colere perseverabant; ducemque ab his creatum, in-
teremtis quibusdam, vulneraverant. Erat tum Philippo foedus cum Atheniensi- 22
bus, sed parum in eo praesidii futurum arbitrabantur, si regi violandae fidei mer-
ces adfulsisset. Igitur legatos ad ipsum mittunt, petituros, *ut pactis staret; aut cer-*
te ante ver adultum nihil hostile moliretur. deliberaturum interea populum Athenien-
sem, qua ratione controversiae, quae inciderant, *componi possent.* Thebas quoque le- 23
gationem decernunt, quae exposito *communi periculo*, hortaretur, *ut simul cum ipsis*
Demosth. *tutelam Graeciae susciperent.* Sed Philippus per hospites & amicos, quorum Timo-
de corona. laus, Theogitonque & Anemoetas plurimum apud cives suos poterant; Thebanos
in amicitia Macedonum continuit. Ratusque, si cum solis Atheniensibus futura 24
res esset, facile se superiorem fore, victis ad Amphissam Locris eorumque sociis;
in

in Phocidem raptim ducto agmine, Elateam finibus Thebanorum simul Athenien- Plutarch.
siumque imminentem occupat, impositoque praesidio, velut in belli sedem, ope- Demosth.
25 ribus munit. Ejus rei nuntius noctu Athenas perlatus tanta trepidatione urbem c. 24.
implevit; ut quum primo diluculo populus in concionem venisset, invitante ex
more praecone, *qui salutare patriae consilium haberet, uti diceret*, nemo surrexe-
26 rit. Donec Demosthenes congruentia tempori differens, persuasit, *ut è vestigio* Demosth.
classis & exercitus educerentur; & legati tum ad ceteros Graecos, tum inprimis ad de corona.
Thebanos mitterentur. in hanc sententiam decreto facto, Chares & Lysicles copia-
rum imperatores constituti; Demosthenes legationis ad Thebanos princeps ire jus- Diodor.
27 sus est. Non fefellerat ea res Macedonis sollertiam, satisque prospiciebat, quanta 16, 86.
28 belli moles oritura esset, si inter istos populos foedus convenisset. Quippe Athe-
niensium civitas tunc etiam opibus & auctoritate satis pollebat: nec Thebanorum
aut potentia contemnenda erat, aut opinio. necdum exoleverat memoria Leuctri- Probus E-
29 cae pugnae, qua principatum Graeciae Lacedaemoniis extorserant. Igitur ut & so- paminon-
ciorum confirmaret animos, & diversae factionis machinationes praeverteret; A- da
myntam & Clearchum Macedonas eo misit; addito, cujus eloquentiae plurimum Plutarch. Demosth.
fidebat, Pythone Byzantio: quem in concilio Boeotorum ita loquutum accepi- c. 24.
mus. Diodor.
1 CAP. VI. *Si Philippo in Macedonia desidente, Elateam Atheniensis exercitus habe-* 16, 86.
ret; neque vobis ullum cum rege foederis aut amicitiae jus esset: tamen dubitare non
debeo, quin illius societatem essetis optaturi. quis enim illum tanta potentia, tantisque
2 *rebus gestis, civitati fama quam viribus validiori non praeponeret? Nunc autem quum*
illo, qui victricibus copiis velut vestibulum urbis vestrae obtinet, socio atque amico uta-
mini; ab Atheniensibus multis veteribus atque novis injuriis adfecti sitis; horum amici-
3 *tiam, neglecto rege, vobis suadere, profecto contumelia est, Thebani. Sed superbissi-* Just. 5, 3, 5.
mi mortalium sibi solis ingenium consiliumque superesse autumant; reliquos, & inpri- Plutarch.
mis Boeotos (vobis enim prae ceteris insultant) ineptos & rudes esse, nec quae utilia Alcibiad.
4 *honestaque factu sint, dignoscere. Itaque quo nihil est dementius, id se vobis persuasu-* c. 4.
ros putant, ut ex ipsorum potius arbitrio, quam utilitate vestra hostes atque amicos ha-
5 *beatis; verbis confisi, in quibus omnis ipsorum vis est. Sed verba nemo sanus ante fa-*
cta habuit, praesertim in bello: ubi res manu geritur; linguae promtitudo supervaca-
nea est. Ut sibi diserti videantur, virtus & fortuna Philippi, tantis suis sociorumque
6 *viribus subnixa plus poterit. Nec enim facile dixerim stolidior an impudentior sit eorum*
postulatio. Intentatum Atticae fulmen excipite Thebani: socio atque amico regi Liv. 21,
bellum cum exitio vestro facite, ut nos in tuto simus: vestros agros, vestra cor- 20, 1.
pora objicite, ne injuriarum suarum vindictam ab Atheniensibus Philippus exigat.
7 *Haeccine sunt postulata hominum, qui aut ipsi sano judicio utantur, aut alios uti cre-*
dant? Qui modo nullam premendi vos occasionem praetermiserunt; qui vos contumeliis,
injuriis, armis quantum potuerunt persequuti, vestras clades atque pericula felicitatem
suam rati sunt: ii nunc à vobis petere audent, ut cum ipsis perire malitis, quam cum
8 *Philippo vincere. At iste hospes & alumnus vester, educatus in contubernio Epami-*
nondae clarissimi imperatoris, sanctissimique viri, cum ipsius moribus à tenera aetate Just. 7, 5, 2.
caritatem urbis vestrae imbibit: vestras & Apollinis injurias Phocensi bello ultus est;
9 *quum Athenienses odio vestri sacrilegis auxilia mitterent: iterum communi Amphictyo-* Plutarch.
num decreto exoratus ejusdem numinis contumeliam in Locros vindicavit: huc quoque Demosth.
profectus est, ut vestris commodis consuleret, non abscessurus, donec vos metu aemulae c. 24. Just.
10 *inimicaeque civitatis solverit. Id sive communibus consiliis viribusque lubet exsequi;* 8, 1, 11. Demosth.
non vetat, quo minus in praedae verius quam belli societatem veniatis; sive quiescitis, de corona.
11 *transitum concedite: ipse communium injuriarum idoneus ultor erit. neque minus ad vos*
redibit emolumentum victoriae: greges, armenta, mancipia quae ex hostibus capientur,
12 *maxima ex parte penes vos, ut vicinos, erunt: inde Phocensis belli damna sarcietis. Id*
magis ex usu vestro sit, an vestros agros uri, vestra oppida expugnari, incendi, diripi,
vestras denique res agi ferrique, quod Athenienses optant, expendite. Nam iracunda
res est suspectus immerito candor, quoque pronior benevolentia fuerit, acrioribus stimu-
13 *lis in vindictam agitur. Ceterum haec ita refero, non quo vobis ingratitudinem expro-*
brem, de qua nihil vereor; nec ut formidinem intutiam, qua nihil opus futurum exi-
stimo: sed ut Philippi in vos beneficia, & vicissim in illum vestra cogitantes, admonea-

mini, ea demum firma atque perpetua esse foedera, quae servari utriusque intersit. Quod 14
si majora sunt illius merita, vobis curae erit, ut mutuo in illum animo sitis: ille maxi-
mum laborum praemium putat, subvenisse Graeciae, pro cujus salute atque dignitate
perpetua cum barbaris bella gerit. Atque utinam illum Atheniensium furor ingenio suo 15
uti passus esset, jam in Asia audiretis arma ipsius esse, quae nunc coërcendis improbo-

Demosth. de Haloneso. Literæ Philippi ad Athen. apud Demosth.

rum motibus, invitus per Graeciam circumferre cogitur. Poterat quidem amicis Athe- 16
niensibus uti, nisi huic Demostheni, atque aliis quibusdam, qui imperitam multitudi-
nem, ut expositum ventis mare, orationum suarum aura, quo volunt, impellunt, ve-
ctigalem se facere indignum, usuque & exemplo foedum existimasset. Quippe si apud 17
illos honestati pretium esset, gratuito boni forent. Quibus honesta vendere mos est, si
eadem flagitii merces detur, utilia à noxiis, recta ab inhonestis non distinguunt: lucro,
non adfectu virtutis aut patriae, neque deorum hominumve reverentia ducuntur. No- 18
lite honesti aliquid aut egregii exspectare ab his hominibus: vestris utilitatibus non mo-
ventur, qui patriae tam male consulunt. Implicare vos volunt iisdem calamitatibus, ex
quibus modo Macedonum virtute atque fide liberati estis: tantoque majoribus, quanto
formidabilior hostis futurus esset Philippus, quam Philomelus, aut Onomarchus fuere.
Nam in precario imperio etiam boni ducis conatus haud minus cives quam hostes prae- 19

Demosth. de corona.

pediunt: regum jussis nemo intercedit, nemo refragatur: unius arbitrio cuncti reguntur.
In quo, quantum in rebus bellicis momentum sit, non ignoratis. Nec jam in uno cor- 20
pore Macedonibus id praesidium est. Philippum etsi fatum auferret, Alexander rege-
nerat. qui jam in adolescenti hac aetate ea animi ingeniique documenta edidit, ut prope
constet, summis imperatoribus parem esse futurum. Contra apud Athenienses pacis bel- 21
lique arbitrium, quia penes omnes est, velut in medio positum audacissimus quisque ad
se trahit; impetu magis quam consilio cuncta aguntur: homines maligni suadent, impe-
riti decernunt: bellum sumitur animosius, quam geritur: foedera haud minori facilitate
quam junxere violant. Nam & cum Philippo foedus ipsis est. quod quam sancte servent, 22
re ipsa declarant. nec enim pro se fidem violasse satis habent; nisi per ipsos latius serpat
ista contagio. Vestra autem constantia, Thebani, qua non minus quam rebus fortiter 23
feliciterque gestis magni clarique habemini, non sinit ambigere, quin multis experimen-
tis cognitam regis amicitiam, semper infestae aemulaeque civitati praelaturi sitis. Neque 24
vero averruncator malorum Hercules siverit, ut quem indigenam civemque deum prae-
cipua relligione colitis, ejus sanguinem impio injustoque bello persequamini. Nam cete-
ros quidem socios, quam amicitiae regiae non poeniteat, ex ipsis vos malo cognoscere.
Haec Python. Auditi dein sociorum legati, prolixe commendato regis animo, 25
petiverunt, *ut ipsum potius Graeciae vindicem, quam perturbatores ejus Athenienses*
sequerentur.

CAP. VII. At Demosthenes facta dicendi potestate, *Non ignorabam*, inquit, *istos* 1
Philippi mercenarios neque laudibus in ipsum, neque in nos conviciis esse temperaturos.
nam qui pudorem consumserunt, quid loquantur aut faciant parum pensi habent, dum
cupitis potiantur. Sed illi quidem, si bene vos novi, Thebani, spe sua egregie falsi, di- 2
gnum virtute vestra, Graecorumque moribus responsum ad Macedonem referent: vos
autem ad ea quae nunc agenda sunt, animum diligenter advertite. nam vestrorum quo- 3
que negotiorum summam nunc agi ipsis rerum argumentis ostendemus, non verborum
praestigiis, quibus isti vereri se dicunt ne capiamini. Sed quando sic pro vobis sunt solli- 4
citi, ponant metum, nihil faciemus, quo eloquentiores videamur. malam quandoque caus-
sam adjuvit facundia: ubi nudam veritatem spectari dicentis interest, verba nemo pru-
dens adpendit. Nec de Philippo laboramus; sit sane per nos, qualem isti fingunt: sit 5
etiam pulcher, eloquens, atque adeo in conviviis etiam hilaris. nam & hinc eum com-
mendavere quidam; adeo inanem verae gloriae fatebantur. Ceterum legatos ejus miror 6
ea civitati nostrae coram vobis objecisse, quae si crimina sunt, non magis Atheniensibus,
quam Thebanis defendenda esse, in confesso est. popularis enim status incommoda exagi-
tant: quae licet non ignoremus utrique, tamen regio dominatui merito praeferimus.
Atqui illi sic loquuti sunt, tamquam in circulis & conviviis Macedonum adulatione gra- 7
tiam quaererent; non apud liberam civitatem officio legatorum fungerentur. Scimus 8
quidem regum regiorumque mancipiorum adversus gentes urbesque liberas pertinacia
odia; & simpliciter fecerunt isti, qui detegunt: sed eo magis adnitendum nobis est,
Thebani, ut jura legesque nostras tueamur. Et optandum inprimis esset, ut qui rem- 9
publi-

*publicam adigerunt, iis unum, idemque pulcerrimum certamen foret, quinam rectius civi-
tati suae consulerent, aut consulta exsequerentur: nemo communia commoda posthaberet pri-
10 vatis, nemo acciperet munera; nemo istorum exemplo patriam Philippo proderet. Verum,
Thebani, nulli umquam non civitati modo, sed etiam homini integra perfectaque felici-
11 tas obtigit: beatissimus habetur, cujus fortuna minimum ex adverso trahit. Malos au-
tem nobis cives esse, neminem fugit: ne vos quidem caruistis, aut caretis, Thebani:
nam sine eo esset, non jam Elateae Philippus libertati nostrae plagas tenderet; sed de re-
12 gno Macedoniae nobiscum decertaret. Habemus tamen & bonos; eosque plures malis,
& potiores. Argumentum poscis? liberi sumus: non servimus Philippo, sicut tu Py-* Plutarch.
thon Byzantios tuos servire voluisti; tu autem Daoche, & tu Thrasidaee Thessalos regi c. 24.
13 *vendidistis. Thessaliam enim servitute Philippi premi, videtis Thebani, & nisi fallor,
juxta nobiscum ingemiscitis: Byzantium, quantum in Pythone fuit, idem manebat exi-* Demosth. de coron.
14 *tium, quod Olynthus perpessa est: nos liberavimus. Quippe Graecam civitatem, cum* Ολυμπ.
maxime sociam atque foederatam, ille relligiosus atque venerabilis adsertor Graeciae nec ἀναγν.
*opinantem opprimere adgressus fuerat. Haec est nimirum praeclara ipsius prudentia.
calliditatem pro ingenio habet: perjurium artem putat: perfidia tamquam virtute utitur.
15 Aut dicat denique quo alio pacto formidabilem illam potentiam nactus est: si Graecos
fraudibus, insidiis, proditione non cepit; si barbaros etiam non auro magis quam ferro
vicit; si denique cuiquam mortalium aut fidem dare gravatus est, aut datam fallere non
16 sustinuit. Istis tamen ille Graeciae vindex, nos perturbatores sumus! Sed quid istos pu-
deat, qui sua crimina nobis objectare malunt, quam non admonere vos eorum, quorum
ipsi manifesti sunt? Si quis captorum munerum aut proditionis reus esset, illum tuendo,
propugnando, legibus & poenis eripiendo vestrum negotium ageretis: nunc alios accusan-
17 do, in vos sententiam dicitis. Quod si ignari, quorsum ea res pertineret, id admisistis;
18 prudentiam in vobis requiro: si scientes prudentesque; verecundiam. Pro mea, quique
in eadem mecum caussa sunt, innocentia suffecerit, quod nos à Philippo nihil accepisse
ipsi fatemini. nec enim si quid petivissemus, vacuos abire passus esset liberalissimus rex,
ut à vobis quidem praedicatur. An qui vos corrupisse operae pretium putavit, nobis,
19 etiam petentibus, non largiretur? At Thebanos modo monuistis, ne consilium eorum se-
querentur, qui patriae male consuluerunt. Ego vero desino adversari illis, Thebani, si
ita sentiunt: in ipsorum opinionem transeo; vosque quanto maximo potest opere hortor,
oro, obsecro, perque vestram & communem Graeciae salutem obtestor, ut hoc ipsorum
20 decretum amplectamini. Id si feceritis, neque pecorum atque armentorum gratia vos
ipsos venire patiemini; neque ut ergastulis ager vester frequentetur, inter cetera Philip-
21 pi mancipia Paeonibus & Triballis servietis. Nam isti greges & mancipia intueri vos
jubent, egregia servitutis praemia; uxores, liberos, parentes, libertatem, famam, fi-
dem denique & fas Graecorum vilia habere. Haec enim profecto perdidistis, Thebani,
22 nisi fraudi violentiaeque Philippi una nobiscum resistitis. Quod si alienis laboribus tutos
vos fore persuasum habetis, vereor ne magnopere decipiamini. Etenim (quod abominor)
Philippo victore, cui non dubium est, quin neque vos, neque quisquam Graecorum liberta-
tem tueri possitis (nam in fide Philippi multum reponere, eorum est, qui perire velint)
23 at si nos Victoria respexerit, quid ab hominibus, quos in extremo salutis atque dignita-
24 tis discrimine deserueritis, exspectandum vobis putetis, considerate. Nam quaecumque
vobis sententia sederit, Atheniensibus certe omnia experiri, neque libertatem prius quam
vitam amittere decretum est. Quamquam etiam viribus non diffidimus: quibus si ve-
stras sociatis, conjuncti utique superiores erimus hosti, cui singuli pares esse possumus.
25 Non ignoramus potentiam ejus Athenienses, quam olim nascentem augescentemque prae-
26 vidimus; &, si ceteris Graecorum eadem mens fuisset, praecaveramus. Diu enim bel-
lum cum eo gessimus, non de Amphipoli, aut Haloneso, ut plerisque credebatur; sed pro
salute & libertate Graeciae: donec destituti ab omnibus; à nonnullis etiam oppugnati,
27 pacem necessariam magis quam honestam fecimus. Sed nunc, opinor, praeses arcis no-* Demosth.
*strae Minerva, & Apollo Pythius patrium nobis numen, ceterique Graecorum dii * ape-* de corona.
28 *ruerunt oculos, & in vindictam avitae libertatis populorum suorum animos excitant. Certe* Plut. Alcib.
Herculem non sine indignatione verba legatorum audivisse arbitror, Philippo stirpem ab c. 4. * Curt. 5,
illo deo repetentium. Ille enim agnoscat deus, omnium relligionum contemtorem; Grae- 5, 8.
29 *cus, Macedonem; tyrannum, osor, punitor, exstirpator tyrannidis! Nullo enim alio ar-
gumento clariora sunt Herculis opera. at ille Graeciam dominatu premit; quibusdam*

 etiam

Demosth. Philipp. 4. Dinarch. contra Demosth. a Demosth. de corona. Plutarch. Demosth. c. 24. b Demosth ad Philippi epistolam. c Just. 7, 6, 8 d Demosth. adversus Aristocratem Demosth. Olynth 2. Plut. c. 19.

etiam civitatibus domesticos tyrannos imposuit, Philistidem Oreo, Hipparchum Eretriae,
Chalcidi Taurosthenem. Ergo jam [a] *Euboei, Achaei, Corinthii, Megarenses, Leuca-* 30
dii, Corcyraei nobis favent: alii fortunam spectant, [b] *quae hactenus unicum Macedo-*
nicae potentiae vinculum fuit, quo leviter abrupto, ultro dilabetur. Quippe Thessali, 31
[c] *unde Philippo robur equitatus est,* [d] *neminem umquam diu fovere: Illyrii ceterique*
Macedoniam adcolentes barbari, quorum & natura ferox est animus, & indignatione
recentis servitii irritatus, si principia belli Philippo sequius evenerint, reliqua pro nobis
conficient. Vos modo nobiscum acriter in hanc curam incumbite: sepositis interim con- 32
tentionibus, quas inter vicinas urbes saepe levis occasio concitat. odia privata, post rem
bene gestam, communis laetitia in benivolentiam vertet; aut quum porro insanire vaca-
bit, cum dedecore forte damnoque utrorumque, sed tamen citra exitium resumentur.
Neque dolos Philippi timueritis: modo promissis ejus aures occludite; manus continete à 33
muneribus. Si nihil ante libertatem habueritis, calliditas & largitiones frustra erunt.
potentiam ut discordiae Graecorum extulerunt, ita consensus obruet. Quin & ipse, ut 34
est temerarius, excipi potest. quod si accidat, nihil à ceteris est periculi. nam ipse glo-
riam atque dominationem; qui sub eo sunt, quietem expetunt. Nisi forte Alexandrum 35
veremini: quoniam isti quidem ita vos contemnunt, ut idoneos putent, quibus etiam
pueri nomen formidinem possit incutere.

Plutarch. Demosth. c. 25. Just. 9, 4, 8. Demosth. de corona.

CAP. VIII. Crederes alios repente factos Thebanos, qui modo regios legatos 1
adtente, atque etiam cum adsensu audiverant, adeo in contrarium mutati sunt; ut
Philippum hostem judicarent, ni quamprimum suis sociorumque finibus decederet:
Macedonicae factionis homines urbe pellerent: & Atheniensium copias eo recipe-
rent. At Philippus inopinata Thebanorum defectione turbatus magis quam terri- 2
tus, insistere destinatis non omisit. Duobus levibus proeliis commissis, quum Athe-
nienses successus non poeniteret; tandem utrique ad Chaeroneam Boeotiae oppidum
totis viribus consedere. Graecos decora majorum, & cura libertatis accendebant: 3
Philippus egregiis copiis, totque bellorum victoribus fidebat. in se quoque non pa-
rum momenti collocabat, quod imperatoriis artibus ipse praecelleret; Graecorum
celebratissimi duces jam decesserant. Theagenes Thebanis praeerat, modico mili- 4
tiae usu, neque satis firmus adversus pecuniam: Atheniensium quoque imperato-
rum virtutem atque peritiam ipse animo usuque rerum longe anteibat. Sed duorum 5
potentium populorum in unum conversae vires, quorum auctoritatem Corinthii
quoque aliique sequebantur; injecerant curam, minima unius diei parte, de capite
fortunisque omnibus dimicaturo. Ne Thebanorum quidem principes à pacis con- 6
siliis abhorrebant; sed Atheniensium ardor evicit, ut omnes Graeciae spes opesque
unius proelii fortunae permitterentur. Alexander etiam immodicus * animi testa-
batur patrem, ne tantam gloriae occasionem è manibus elabi sineret: eoque tan-
dem impulso, primus in hostem impetum fecit. Pugnatum est acriter ambigua diu 7
victoria. donec adolescens, quem cum delectis alteri cornuum praefecerat pater,
summa animi viriumque contentione connixus sacra Thebanorum cohorte, quae
ex optimis constabat, loco mota, victoriae viam aperuit. Nam & Athenienses 8
sociorum calamitate fracti, aestuque & vulneribus fatigati, non amplius sustinuere
Macedonum impetum. quippe Philippus aemulatione, & pudore, si filio adolescen-
te deterior videretur, gravis intolerandusque incubuerat. Ita de libertate Graeciae 9
ista pugna decretum est. Ceciderunt ex Atheniensibus amplius mille, supra duo
millia capti fuere. sociorum quoque multi aut pugnando mortem occubuerunt, aut
vivi venerunt in potestatem victoris. Missus post haec Athenas Alexander *veniam* 10
delictorum pacemque Atheniensibus Philippum dare pronuntiavit; *captivos etiam gra-*
tis reddere; nec vetare, quin occisi tumularentur. quippe rex intentus in Persicum
bellum, Graecorum fidem atque studia clementia & moderatione provocabat. Im- 11
perio tamen maris & insularum Athenienses exuit: in Thebanos immitior. quorum
subita defectione in summum rerum omnium discrimen se adductum fuisse memi-
nerat; nec judicabat veteribus sociis, post beneficia sua caussam fuisse contra ipsum
cum Atheniensibus sentiendi. Ergo quum urbem dedidissent; praesidio * Macedo- 12
num imposito, interfectisque quos maxime invisos suspectosque habuerat, aliis so-
lum vertere jussis; reductis suae factionis exsulibus magistratus & judicia tradidit.
Reliquos deinde populos, qui adversus ipsum arma ceperant, eodem victoriae im- 13
petu

Diodor. 16, 86. Dinarch. contra Demosth. Strab. lib. 9. Aeschines contra Ctesiph. Plut. Demosth. c. 25. * Dio pr. orat. 2.

Plut. c. 14. Curt. 8, 1, 23. Arrian. 7, 2, 13. Cappellus. Diodor. 16, 87. Pausan. lib. 7. Just. 9, 4, 5. Plutarch. apophth. c. 30. Pausan. lib. 1.

* Pausan. lib. 9. Diodor. 16, 88. Just. 9, 4, 6. Aelian. 6, 1, &.

petu perdomuit. Nec quiſquam tota Graecia praeter Spartanos & Arcadas domi- Juſt. 9, 5, 1.
nationis ejus expers manſit: alios armis, alios impari ſocietate imperiis ſuis obno- Arrian. 1,
14 xios habebat. Igitur conventu totius Graeciae * Corinthum indicto, *de bello Per-* 1, 3. Diod.
ſis inferendo diſſeruit. *obviam eundum eſſe barbaris; imperium orbis immani ſuperbia* 17, 3.
ſibi deſtinantibus, aut parendum ſemper; * *aut mature reſiſtendum eſſe. Nec enim hoc* * Diodor. 16, 90.
agi, bellum an pacem habeant Graeci; ſed utrum in hoſtiles agros id transferre malint, Juſt. 9, 5.
15 *an domi accipere. Non veteres tantum injurias vindicandas eſſe; ſed praeſens dedecus*
amoliendum, ereptis ex Perſarum ſervitute Graecis civitatibus, quae Aſiam incolerent.
Commodiſſime id fieri poſſe, dum compoſitis in Graecia rebus, univerſas vires in tranſ-
16 *marinum bellum convertere liberum eſſet. Domeſticae etiam quieti ea ratione proſpectum*
iri, amotis occupatiſque longinqua militia, qui otioſi diſcordiis & audacia res turbare
conſueviſſent. Conſtituerent igitur quo imperatore, quibuſque copiis bellum iſtud admi-
17 *niſtrandum videretur.* Non fallebat pleroſque quantum è republica peteretur: ſed
armis amiſſam libertatem intempeſtivum videbatur verbis repetere. Nihil ergo du-
bitatum eſt, quin fauſtis adclamationibus *Philippus imperator Graeciae ad liberandum* Curt. 3,
18 *orbem terrarum in Aſiam proficiſci* juberetur. Deſcriptae deinde ſingulorum opes; 10, 5.
& quantum quiſque militum frumentique & pecuniae mitteret, in tabulas relatum
eſt. Ducenta peditum, quindecim equitum millia promiſſa fuiſſe reperio; quum Juſt. 9, 5, 6.
in eo numero neque Macedones, neque parentes Macedonibus barbari cenſerentur.

1 Cap. IX. Ceterum, ut ſine mixtura calamitatis nulla in rebus humanis felicitas
eſt, res foris proſperas domeſticae turbae exceperunt. Animum conjugis olim, 1, 1, 16.
ut diximus, alieniorem Olympias moroſitate & arrogantia indies magis magiſque Plut. c. 14.
2 avertebat. Inde *repudiatam* nonnulli tradunt: ego in eodem matrimonio manenti Juſt. 9, 5, 9.
Cleopatram ſuperinductam comperio. Nec enim in tanto dedecore dulciſſimae Verſio Arrian. 3, 1, 24.
matris, cujus pudor * ad ipſum quoque pertineret (nam *ob ſtupri ſuſpicionem expul-* * Curt. 5,
ſam addunt) interfuiſſet novercae nuptiis. interfuit autem, & demum poſt conten- 2, 22.
3 tionem, quae in eo convivio exarſerat, matrem abduxit. Quippe quum avuncu- Plut. c. 15.
lus ſponſae Attalus, poſt longam compotationem ſpem male tegens, *orandos Ma-* Juſt. 9, 7, 3.
cedonibus deos diceret, ut ex nova nupta legitimum regni ſucceſſorem Philippus tolleret;
Alexander in iram alioqui praeceps, & tunc injuria irritatior, *nos ergo, ſceleſte,*
ſpurii tibi videmur? inquit: ſimul calicem, quem forte dextra tenebat, in os illius
4 impegit; ille quoque invicem conjecit poculum. Exorto tumultu, Philippus qui Athenaeus
in alio lecto adcubuerat, ejus diei laetitiam turbari moleſte ferens, enſe ſtricto Ale- pr. lib. 13.
xandrum petit: occideratque filium, niſi claudicantem ex vulnere pridem accepto
5 greſſum, ira vinumque praepediviſſent. Prolapſus amicis ſubita re exterritis ſpa-
tium dedit, ut precibus, & utriſque medios interponendo, Alexandrum eriperent.
6 Nec minoris operae fuit illum exorare, ut ſalvus eſſe vellet. multiplici injuria ad-
fectus ſibi videbatur; & quamquam *patris regiſque* nomina, *naturaeque & gentium*
decreta ingererentur, non abſtinuit, quin inſultans Philippo juberet *intueri Mace-* a Plut. c. 15.
donas egregium tranſmittendi in Aſiam belli auctorem, qui ex lecto in lectum tranſi- & Apophth. c. 33.
7 *liens procidiſſet.* Inde ſibi matrique juxta timens, in Epiro, cui frater Olympiadis b Plut.
8 praeerat, eam reliquit; ipſe ad Illyriorum regem profectus eſt. a Poſtea quoque apophth.
quum reconciliatore Demarato Corinthio in Macedoniam reverſi eſſent; pervica- c. 31.
cis ingenii mulier filium, ſuopte ingenio potentiae anxium, incitare non deſtitit, c Cicero de offic. 2, 15.
ut quos poſſet, humanitate aut pecunia in amicitiam inliceret; & adverſus iracundiam Val. Max.
9 *patris, etiam adfinitate potentium hominum ſe muniret.* b Sane olim monuerat Phi- 7, 2, 8.
lippus, ut adfabilitate ſibi conciliaret hominum ſtudia; largitiones autem non uſque- d Diodor.
quaque probaverat: etiam per literas increpito c inſtituto ejus, *quod benivolentiam* 16, 55. Plut. apophth.
auderet ſperare ab hominibus, quos muneribus corrupiſſet. Falli, qui regium id putaret: c. 31. De-
10 *miniſtri & diribitoris officium eſſe.* Verum quum ipſe *pecuniae omnia penetrabilia* ja- moſth. de
ctaret, eaque d haud minus ſaepe quam armis uteretur; non tam recta praecipien- corona. e Plut. c. 16.
di ſtudio ita ſcripſiſſe viſus eſt, quam metu, ne ab adoleſcente filio ſuis artibus op- f Athenaeus
11 pugnaretur. Idem objurgavit Alexandrum, quod Pexodori filiam, quam Aridaeo pr. lib. 13.
deſtinaverat pater, ambiviſſet. e *degenerem, & fortuna, in cujus ſpem educaretur,* Stephanus v. γετία.
indignum appellando, *qui Carem barbarum, barbaroque regi ſubjectum, ſocerum opta-* Aelian.
12 *ret.* Sed f ipſe ut potentiam ſuam firmaret, nullam conditionem aſpernatus erat, hiſt. var.
quin ex aſperrima barbarie Illyrias Geticaſque mulieres matrimonio jungeret. quam- 13, 36.

Jornand. de reb. Get. c. 10. Jo. Magnus 3, 11. Plutarch. apophth. c. 33.

quam ex aliis etiam uxoribus pellicibuſque complures liberos ſuſcepiſſet. Quod 13
quum Alexandro moleſtum accideret, urbane adoleſcentem corripuit; hortatus,
ut multos imperii aemulos habiturus, operam daret, quo omnibus melior praeſtantiorque,
non ob Philippum patrem, ſed ex ſuo merito rerum potiri videretur. Quum autem 14
ob has ſimileſque cauſſas crebra inciderent jurgia, nec abrupta ſemel benivolentia
fido adfectu coaleſceret; ad extrema prolapſi ſunt, praecipua Olympiadis violentia,
in qua contumaciam ſexus ingenium vaſtum & vehemens virili ſcelere in vindictam
Juſt. 9, 7, 7. armabat. Stimulaverat ea fratrem Alexandrum, ut Philippo bellum faceret. Id 15
ne alieno tempore excipere cogeretur, callidus rex, quamquam viribus plus poterat,
firmata per novam adfinitatem gratia praevenire ſtuduit, deſponſa Epirotae,
Diodor. 16, 93. Alexandri germana, Cleopatra. Ad iſtas nuptias celebrandas finitimarum gentium 16
reguli, Graecarumque civitatum legati frequentes Aegas convenerant. Id oppidum
elegerat Philippus, non ſine quodam omine eorum quae poſtea accidere: nam ibi
Plin. 4, 10, 3. Athen. 4, 14. Tacit. 2. 54, 5. Macedonum reges ſepeliri mos erat. Ferunt etiam Apollinem Delphicum de bello 17
Perſico conſulenti maturum interitum ceciniſſe. Sed ambiguum, ut mos oraculis,
reſponſum Philippus ad barbarorum exitium blanda interpretatione traxerat.
Alia quoque praeſagia, quae tum nemo animadverterat, eventus monſtravit. Erat 18
Pauſ lib. 8. Arrian. 1, 3, 25. inter cuſtodes regii corporis Pauſanias quidam, quem in ſolatium acceptae ab Attalo
injuriae, rex in eum dignitatis gradum provexerat. Quippe Pauſaniam Attalus
mero onuſtum nefariis convivarum ludibriis expoſuerat. Hujus ultionem quum 19
à rege peteret, honorem accepit. Etenim Philippus virum ſpectatae in bello fortitudinis,
ad hoc nuper propinqua adfinitate conjunctum punire adeo non ſuſtinuit;
Diodor. 16, 92. ut inſuper copiarum parti praefectum cum Parmenione & Amynta in Aſiam praemitteret,
opera ejus uſurus in expeditione Perſica. Pauſaniam autem rogatum, 20
Juſt. 9, 5, 8. *ut ipſi temporibuſque reipublicae dolorem ſuum condonaret*, comitate adloquii & honeſtiore
ſtipendio placare conatus eſt. Sed adoleſcens majorem contumeliae, quam
beneficii rationem habuit: odiumque ab auctore injuriae in negligentem ejus vindicem
Plut. c. 17. convertit. Cum iis etiam, quos infenſos Attali domui, nec Philippo con- 21
cordes eſſe noverat, conſilia communicaſſe non praeter rationem creditum eſt; poſtquam
Juſt. 9, 7, 10. ab Olympiade parricidae in cruce pendenti coronam auream impoſitam nemo
dubitavit, aliaque facinora perpetrata ſunt, ex quibus totius ſceleris ordo cauſſaeque
Diodor. 16, 93. haud obſcure perſpicerentur. Dubia adhuc luce theatrum ingens hominum multi- 22
tudo impleverat, ſpectatura ludos, qui ſuperiorum dierum ſpectacula luxu & magnificentia
longe ſuperaturi dicebantur. Inter alia quibus divitiis inludere ſolent 23
opulenti reges, & fortunae ſuae magnitudinem non capientes, duodecim deorum
effigies eminebant, in quibus artificum induſtria cum materiae dignitate certaverat.
Tertiadecima Philippi thenſa acceſſerat; nulla in re ceteris vilior. Id mortalitatis 24
faſtidium matura ultio conſequuta eſt: & ſucceſſu rerum inſoleſcentem, ſeque diis
immortalibus aequantem, priuſquam indebito honore frueretur, fatum occupavit.
Pauſanias theatrum intrare volentem obſervaverat: utque praemiſſis amicis, qui eum 25
deduxerant, relictiſque à tergo ſatellitibus (nam in tanta omnium benivolentia nihil
iis opus eſſe volebat oſtendere) ſolus ingrediebatur; percuſſor improviſus adſilit,
gladioque barbarico, quem ſub veſte habuerat, latus nihil tale exſpectantis
haurit. Hic fuit exitus maximi aetatis ſuae regum. Macedoniae regnum magnum 26
ex inopi reddiderat: circumjectam barbariem domuerat: Graeciae impoſuerat jugum:
tum etiam Perſico imperio imminebat. Jam auxilia Graecorum coibant; jam 27
in Aſiam transjecerant praemiſſi ab eo duces; quum in ipſo rerum gerendarum articulo,
prolixum victoriae fructum ſibi pollicentem vita deſtituit. Ita maxima quae- 28
que in lubrico ſunt; & audaciſſimas ſpes hominum quilibet ex improviſo caſus e-
Juſt. 9, 7, 12. Diodor. 17, 2. Pauſan. lib. 8. ludit. Olympias comperta morte regis Cleopatram Attali ſorore genitam ad ſuſ- 29
pendium adegit; natum ex ea paucis ante patris necem diebus puerum in aenea
pelvi torruit: in clientes etiam propinquoſque ejus atrocibus ſuppliciis ſaeviit, & occaſione
vindictae per muliebrem impotentiam crudeliſſime uſa eſt.

Cap. X. Sed Alexander, per cujus abſentiam mater iſta perpetraverat, tamquam 1
Plut. c. 17. ſalutare ſidus, componendis tantis fluctibus tempeſtivus adfulſit. Quippe erectis 2
in ſpem libertatis Graecorum animis, quos Philippus oppreſſerat; & tumultuantibus
in vicinia barbaris; ne Macedoniae quidem tranquillae res erant. Attalus haud 3
ſper-

spernendi exercitus praetor, ambitioso [a] imperio mirum sibi favorem apud militum a Diodor.
vulgus conciliaverat: principibus Macedonum propinquitate innexus, etiam Philo- 17, 2.
tae [b] sororem sibi desponderat: neque post tantas utrimque offensas inviso infesto- b Curt. 6, 9, 17.
4 que fides haberi poterat. Amyntas, quem fratre Perdicca genitum, data in ma- c 1, 12, 15.
trimonium Cyna Philippus [c] generum legerat, ad paterni regni successionem per Plut. de
5 Alexandri caedem adspirabat. Populi magna pars Olympiadis tyrannidem exosa, fort. Alex.
alii rerum novarum cupidine, varie in hunc aut illum inclinabant studiis, nec de- 1, 3. Curt. 6, 9, 17.
erant qui *Alexandro Aeropi filio* [d] *restituendum dicerent fastigium, quod excluso legiti-* d Plut. de
6 *mo regni herede, Amyntas prius, deinde Philippus, vi ac fraude invasissent.* Exer- fort. Alex.
citus quoque variis ex nationibus compositus, ut cuique animus aut spes erat, dis- 1, 3. Arrian. 1, 3, 6.
7 cordibus consiliis & sermonibus agitabatur. Contra Alexandro novum imperium, Just. 11, 1, 1.
ac subito Philippi casu nihil adversus ingruentes motus provisum erat: & quam- e Just. 11, 1, 9. Arrian. 1,
quam indolis haud poeniteret; aetas spernebatur. [e] Viginti annorum adolescentem 1, 7. 7, 5, 17.
tantae rerum moli humeros subjecturum; aut si recepisset, parem futurum non ar- Suidas v.
8 bitrabantur. Etiam nervus gerendarum rerum pecunia defecerat; qua abundantes Ἀλέξανδρος.
Persae in omnem fere Graeciam corruptores miserant: & ne quid malis deesset,
9 Macedoniae maritima * Tusci piratae depraedabantur. Convocatis amicis, * quum Plut. de
de praesenti rerum statu deliberatio instituta esset; non defuerunt qui censerent, fort. Alex.
omissa Graeciae cura, quanta posset lenitate deficientes barbaros in officio continendos 1, 3. Just. 11, 2, 7.
10 *esse: postquam intestini motus consedissent, longinqua facilius composituram.* Verum Arrian.
adolescens insigni animi magnitudine, cauta consilia pro ignavis fastidiebat. *perpetuo* 2, 5, 8.
omnium contemtui obnoxium fore, si in principio regni inpune se sperni pateretur. Ad Diod. 17, 4. * Strabo
omnem deinceps vitam pertinere, qualem de se opinionem in animis hominum incipiens lib. 5.
11 *imperator excitet. Philippi necem haud magis sibi, quam rebellibus inexspectatam ac-* * Plut. c. 18.
cidisse: trepidantes adhuc, & consilii incertos nullo negotio opprimi posse: per Macedo- Just. 11, 1, 5.
num cunctationem erigi seditionis auctores; & qui nunc etiam nutarent animis, tumul-
tuantibus accessuros. ita contra paratos confirmatosque anceps discrimen subeundum: nunc
12 *celeritatis magis, quam virium certamen esse. Quod si adversus singulos audacia non*
13 *esset; quid deinde futurum, si metum confesso omnes uno impetu superfunderentur?* His
deinde congruentia ad populum loquutus, adjecit; *effecturum se, ut cives hostesque* Diod. 17, 2.
fateri cogerentur, erepto patre corpus nomenque regis mutatum esse; consilium animum- Just. 11, 1, 10.
14 *que non desiderari. Eam rerum conversionem nonnullos occasionem tumultuandi puta-*
15 *visse; sed brevi poenas daturos. modo Macedones eosdem animos, eosdem lacertos sibi*
commodarent, quos tanta cum ipsorum gloria, tantoque victoriae fructu, patri suo per
16 *tot annos praestitissent. Id quo promtius alacriusque facerent; omnium praeter mili-*
17 *tiae vacationem ipsis concedere.* Consilium regis fortuna comprobavit. Non segnius Just. 11, 1, 8.
quam loquutus fuerat, singula adgressum feliciissimus omnium exitus sequutus est.
Et Amyntam quidem, patefactis quas ille struxerat insidiis, occupavit: Attalum Diod. 17, 2,
18 per Hecataeum & Parmenionem sustulit. Ex iis quos in Philippi necem consensis- & 5. Curt.
se rumor arguebat, unum Alexandrum Lyncestem exemit supplicio, quod impe- 7, 1, 3.
19 rium suscipienti adfuisset, primusque *regem* salutasset; ceteros occidit. Ea severi-
tate suam salutem in vindicta Philippi muniri credebat; simul aboleri famam, qua Arrian. 1,
20 ut conscius paternae caedis notabatur. Crebrae inter eos discordiae fidem suspi- 8, 2. Curt.
cioni fecerant; & questum injurias Pausaniam ad facinus confirmasse ferebatur: pro- 7, 1, 6 Just. 11, 2, 2.
lato ex Tragoedia carmine, quo Medea *pariter pellici suae, quique eam in matrimonium* Plut c. 17.
21 *Iasoni tradidisset, & cujus in manum convenisset, idem exitium* minabatur. Verum Arrian. 2,
ipse quum aliquando Darii epistolae responderet, invidiam in Persas transferre co- 3, 18. Curt.
22 natus est; *illorum auro percussores Philippo comparatos fuisse.* Quoque magis omnem 4, 1, 12.
culpae suspicionem extergeret, postremo vitae tempore magnificum Philippo tem-
plum exstruere cogitaverat: id, inter alia in commentariis ejus reperta, successo- Diod. 18, 4.
res neglexere.

1 Cap. XI. Quum autem ad perficienda quae animo agitabat, maximum in eo mo-
mentum positum arbitraretur, ut Graeciae principatum, quem Philippus compara-
2 verat, retineret; raptim exercitu ducto Thessaliam improvisus irrupit. Sustulerant
animos Thessalorum quidam, & insessis ad Tempe angustiis iter ex Macedonia
3 venienti occludebant. Quippe eas regiones Olympus atque Ossa celebrati montes Maxim.
dirimunt: per quorum convalles Peneus amnis labitur, mira amoenitate sollemnia Tyr. orat. 38.

gen-

gentis sacrificia meritus. Laetis utrimque nemoribus obumbratus incedit; multo-
que cum fremitu ruenti, [a] ex vicinis arboribus avicularum garritus obstrepit. An- 4
gusta semita per quinque fere millia passuum protenditur, vix [b] onusto jumento
sufficiens iter praebens: quod adversus quemcumque numerum hominum vel de-
cem armati sepiant. Sed ille qua minime perviae rupes existimabantur, scalarum [c] in 5
modum exciso montis Ossae latere, circumitu penetravit; adeoque celeritate sua
cunctos exterruit, ut [d] *omnia ei vectigalia reditusque, simul universae gentis imperium,*
quibus id legibus Philippus habuisset, nullo jam repugnante decernerentur. Phthiam, 6
[e] quae generis sui auctorem Achillem *protulisset*, *immunem esse jussit. eumque heroëm*
expeditionis adversus Persas socium atque commilitonem eligere se dixit. Ex Thessa- 7
lia [f] Thermopylas petiit, publicum Graeciae concilium, [g] *Pylaicum* appellant. ibi 8
quum frequens per eos dies conventus esset, in locum patris Amphictyonum de-
creto summus [h] Graecorum imperator creatus; *Ambraciotis ratam esse libertatem*
jussit, quam nuper expulso Macedonum praesidio receperant: *ultro redditurum*
fuisse dictitans, *ni paucis diebus ipsum antevertissent.* Exinde [i] Thebis admoto ex- 9
ercitu, fractaque Boeotorum & Atheniensium contumacia, qui populi maxime suis
consiliis obstiterant; [k] *apud Corinthum Graecorum legatos occurrere sibi* jussit. Ibi 10
confirmato Amphictyonum decreto, communi omnium sententia, in Philippi pa-
tris locum imperator Graeciae suffectus est: & in bellum Persicum auxilia decre-
ta. Forte in eadem urbe Diogenes degebat, qui Cynico instituto spontaneam pau- 11
pertatem amplexus, liberum & sui juris animum opibus curisque praetulerat. Apri- 12
cabatur ille in Craneo, [l] Corinthi suburbio, ubi cupressorum lucus est. eo quum
Alexander videndi ejus desiderio venisset, optionemque faceret [m] *quae vellet ab ipso*
petendi; *parumper discedere* jussit regem, *ne solem interciperet.* Inopinatum respon- 13
sum, hominemque, in quem in tanta sua fortuna ne beneficii quidem jus haberet,
admiratus Macedo dixisse fertur, *Diogenem esse voluisse*, *ni Alexander esset.* Scili- 14
cet magnitudo animi, qui ex alto despiceret omnia, quorum caussa reliqui morta-
les semetipsos cupide perdunt, non plane fallebat mentem acerrimi juvenis; sed
obcaecata cupiditatibus pervidere non poterat, quanto melius esset carere superva-
cuis opibus, quam habere necessarias. Ex Peloponneso Delphos invisit; Apollinem 15
de eventu belli, quod moliebatur, consulturus. Sed virgo fatidica negabat [n] *per eos*
dies adiri deum fas esse: donec ipse eo profectus, vi corripuit virginem, & ad tem-
plum traxit. Sed quum inter eundum illa patrium morem pertinacia regis victum 16
reputans, exclamasset, *invictus es, fili*; *accipere omen*, dixit, *nec alio oraculo sibi*
opus esse. His rebus celeriter confectis in regnum regressus, summo studio in vin- 17
dictam spretae Macedonum majestatis incubuit. Jamque praeparatis omnibus, ve-
re novo ex Amphipoli movens, adversus liberas Thraciae gentes, decimis castris
ad montem Aemum pervenit. Magna Thracum manus jugum occupaverat, transi- 18
tu prohibitura regem. castra plaustris in modum valli circumdederant; propulsuri
in hostem, si vis inferretur. Alexander barbarorum astu cognito edixit militibus, 19
ut plaustris irruentibus, diducta phalange innoxia dilabi paterentur; *aut, si deprehen-*
si essent, humi strati, clypeis arte commissis, testudine se protegerent. Ita hostium do- 20
lus irritus fuit. magna plaustrorum pars per intervalla ordinum devoluta est; quae
armatis incidere, clypeis impacta, suoque impetu subsilientia nihil ponderis ad ob-
terendum habuere: omnisque illa tempestas citra noxam detonuit. Quo metu li- 21
berati Macedones, alacri clamore edito, impressionem faciunt. Procurrentes bar-
baros praegressi à dextro cornu sagittarii frequentibus telis incessebant. ita sine peri-
culo phalanx in verticem enisa, ut primum aequo loco consistere potuit, haud am-
bigua victoria hostem nudum aut leviter armatum disjecit. Sed eadem res, quae 22
barbaros in proelio prodiderat, in fuga adjuvit. armis haud sane onerati per nota
loca facile dilapsi sunt. ita desideratis ex omni numero mille quingentis, ceteros fu-
ga abstulit: mulierum puerorumque ingenti multitudine, praedaque pro locorum
conditione satis ampla, victor potitus est. Sic aperto montis Aemi transitu, in in- 23
teriora Thraciae penetratum est. Lucus est in iis gentibus, quem Libero Patri dica-
tum prisca religione colunt. ibi quum Alexander barbaro ritu sacrificans, vinum 24
aris infunderet, tanta flammae vis erupit, ut superato aedis culmine, in coelum
emicare videretur. *eosdem gloriae fines regi ostendi*, omnes credidere. Alia subinde 25

res

a Plin. 4, 8. b Liv. 44, 6, 5. c Polyaen. 4, 3, 23. d Just. 11, 3, 2. e Philostrat. in Heroicis. f Plin. 35, 9, 3. g Liv. 31, 32, 3. 33, 21, 4. h Diodor. 17, 4. Diodor. 17, 3. i Diodor. 17, 4. k Just. 11, 2, 4. Arria. 1, 1, 2. l Pausan. lib. 2. m Plut. c. 22. & ad pr. indoct. c. 7. Dio orat. 4. Seneca de benef. 5, 4. & 6. Laërt. in Diog. Juvenal. 14, 309. Arrian. 7, 1, 6. Val. Max. 4, 3, f. n Plut. c. 22.

Diod. 17, 93.

Arrian. 1, 2, 5.

Polyaen. 4, 3, 11.

Arrian. 1, 1, 13.

Sueton. August. 94, 7.

res nuntiata prioris prodigii fidem adfirmavit. In Thracibus qui *Odrysae* appellan- Tzetzes
tur, Libethrus mons & civitas est, Orphei natalibus inclyta: *ejus sacram effigiem* Chil. 7, 97.
26 *ex cupresso fabricatam multo sudore manasse*, qui viderant, ad regem retulere. De Plut. c. 22.
interpretatione sollicitis Aristander exemit metum, *ad res Alexandri pertinere* adse-
27 verans, *quibus decantandis alumni filiique Musarum multum desudaturi essent.* Tri- Arrian. 1,
balli valida natio trans montem Aemum colunt. in eos quum descenderet Alexan- 1, 17.
der, rex gentis Syrmus in Peucen Istri insulam confugerat, expeditione Macedo-
nis multo ante comperta; seque & quidquid aetate vel sexu invalidum erat, obje- Strabo
28 cto amnis munimento tuebatur. Quippe Alexandro paucae naves erant; & in aspe- lib. 7. Arrian. 1,
ra praeruptaque ripa difficilis exscensio, ab hoste intento validoque haud aegre im- 1, 28.
29 pediebatur. Ita Macedones re infecta discesserunt, contenti illata paucis ante die- Plut. c. 19.
bus clade. nam priusquam eo processissent alium Triballorum exercitum adorti, Arrian. 1,
vix quinquaginta suorum amissis, tria hominum millia occiderant. 1, 25.

1 Cap. XII. Syrmo rege nequidquam oppugnato, in Getas convertit impetum, Jo. Magnus
2 qui in ulteriore ripa quatuor equitum, decem peditum millia instruxerant. Id pe- hist. Goth.
riculum non tam ex usu belli sumsit, quam cupidine famae; ut * *maximum Eu-* 3, 12. * Arrian.
3 *ropae flumen, defendentibus ferocissimis gentibus, transivisse* gloriari posset. Igitur e- 1, 1, 29.
quitibus quotquot capere navigia poterant impositis, pedestrium copiarum partem
4 lintribus, quorum ibi magna erat copia, alios utribus transduxit. Improvisa Ma-
cedonum impressione (quippe transmittentes nox, & in ripa quam petebant, den-
sa frumenti seges texerat) territi Getae vix primum emissi equitatus impetum tule-
5 re. Ut deinde cum phalange Nicanor successit; effuso cursu urbem quatuor fer-
me passuum millibus à flumine distantem petiverunt: mox, instante Alexandro,
avectis conjugibus liberisque, quod eorum equis eripere potuerant, ceteros reli-
6 quere victori. Eos rex Meleagro & Philippo abducendos dedit: excisaque urbe, & Strabo.
in ripa fluminis Jovi Herculique & ipsi Istro, qui transeunti propitius fuisset, aris lib. 7.
7 consecratis eodem die reduxit exercitum, incruenta victoria potitus. Venerunt Arrian. 1,
deinde finitimarum gentium, Syrmique regis oratores cum donis, quae apud ipsos 1, 35.
in pretio habentur. Germani quoque, qui usque à fontibus Istri terras ad sinum
Adriaticum spectantes habitant, legatos miserant. Nam Ister in Germania oritur; Tacit.
8 ipsi patrio vocabulo *Danubium* appellant. Magnitudinem corporum animorumque Germ. 1, 4.
alacritatem admiratus Alexander interrogavit, *quidnam omnium maxime vererentur*?
putans suam potentiam formidabilem ipsis esse, eamque se confessionem expressu- Arrian. 1,
rum. illi *nihil se magnopere vereri* responderunt, *nisi forte, ne coelum in ipsos rueret.* 1, 37.
9 *ceterum virorum fortium amicitiam plurimi facere.* Perculsus improviso responso
paullum reticuit; deinde hoc unum effatus, *Germanos arrogantes esse*, foedus, ut pe-
tiere, junxit; Syrmoque & reliquis pacem dedit: satis gloriae ea expeditione par-
tum existimans, & in Persicum bellum animo conversus, unde cum leviori discri-
10 mine longe majus operae pretium exspectabatur. Taxasse id avunculum ejus Alexan- Liv. 9, 19,
drum constat, quum paullo post bello in Italia gerendo fatigaretur; nam *inaequa-* 11. Agell.
lem utriusque sortem questus, sibi cum viris pugnam evenisse dixit, *Macedoni cum mu-* 17, 21.
11 *lieribus.* Ceterum regulos Thracum, quique alii ad res novandas opibus aut ani- Frontin.
mis idonei videbantur, specie honoris, tamquam commilitones adversus Persas strateg. 2,
adsisceret, abduxit; capitaque ademit factionibus, sine principibus nihil ausuris. 11, 3. Just.
12 Per Agrianos & Paeonas Macedoniam repetenti Illyriorum motus nuntiatur. Bar- 11, 5, 3. Arrian. 1,
dylis ex carbonario [a] multarum in eo tractu nationum rex, etiam Macedoniae gra- 2, 1.
vis incubuerat; donec magno proelio à Philippo victus, atque instaurato [b] deinde a Hellad.
13 bello fractis omnino viribus, in ditionem victoris concederet. Atque ille jam ob- apud Photium.
ierat, [c] vita ad nonagesimum aetatis annum producta: ceterum filius ejus Clitus b Diodor.
opportunum recuperandae libertatis tempus advenisse dictitans, *dum asperrimarum gen-* 16, 4. & 22.
tium armis Alexander trans Istrum adtineretur; populares ad arma capienda impulit: Just. 7, 6, 7.
14 inita societate cum Glaucia rege Illyriorum, qui Taulantii vocantur. Autariatae c Lucian. in Macrob.
alia natio iter facientes Macedonas adgressuri fuerant: Sed Langarus Agrianorum Arrian. 1,
rex, Alexandro fidus, petiit *ut sibi curam eam permitteret*: *sese domi eorum tantum* 2, 2.
negotii ipsis comparaturum, ut animum à vexandis Macedonibus ad sua tuenda conver-
15 *suri essent.* Collaudatum donisque magnifice cultum juvenem dimisit rex; etiam
sororis Cynae nuptias pollicitus, quam ex Illyria muliere susceptam Amyntae in 1, 10, 4.

 ma-

Arrian. 1, 2, 3. matrimonium dederat pater. Et Agrianus quidem promissam operam praestitit; 16
sed morbo correptum, ne pacta mercede frueretur, brevi consequuta mors prae-
Livius 31, 40, 1. venit. Ita cohibitis Autariatis sine certamine Pelium perventum est, Dessaretiae 17
Arrian. 1, 2, 6. oppidum, Eordaico flumini imminens. Speciem pugnam expetentium praebebant 18
hostes, & velut manus conserturi extra praesidia sua ferociter procurrerant. sed
priusquam proelium committi posset, refugerunt; licet opportuna loca, silvisque
& callibus impedita praecepissent. Foedum ibi spectaculum Macedonum oculis 19
objectum est. tres pueri, totidemque puellae cum tribus nigris arietibus confusa
strage jacebant; quos barbari sacrilego sacro diis suis immolaverant, quo pugnatu-
ris audaciam inspirarent. Sed vindex numen scelestis mentibus pro virtute vecor-
diam injecit. Rex intra moenia compulsos ducto exteriore muro intercludere sta- 20
tuerat; quum postridie cum magnis Taulantiorum copiis Glaucias advenit. ita spe
capiendae urbis abjecta, quomodo tuto discederet, cogitabat. Interim Philota cum ju- 21
mentis castrensibus, & praesidio equitum frumentatum misso, comperit *suos in discrimine*
versari; quippe Glaucias colles campo circumdatos occupaverat, in occasionem geren-
dae rei intentus. Igitur adversus oppidanorum eruptionem parte exercitus in castris 22
relicta, cum ceteris copiis impigre profectus est; territisque Illyriis, suos recepit in-
columes. Ceterum iter facturo maximum periculum imminebat. hinc flumen, in- 23
de praerupti arduique colles viam coarctabant, relicto itinere, quod multis locis vix
quaternos armatos caperet: montium jugis Clitus atque Glaucias sagittariorum &
funditorum cohortes magnamque gravis armaturae manum imposuerant. Alexan- 24
der ducentis equitibus ante utrumque phalangis cornu collocatis, imperat *ut eri-*
gerent hastas; mox signo dato versus hostes tamquam impetum facturi, infestas proten-
derent, modo in dextrum, modo in sinistrum latus invicem conversi. Suspensis eo 25
commento hostibus, phalangem raptim progressam nunc in plures acies diducit,
nunc divisam colligit; ad extremum cuneo facto, in laeva Illyriorum praesidia
strenue infert. Illi celeritate & peritia Macedonum in stuporem versi, desertis quos 26
tenuerant montibus, versus urbem refugerunt. Pauci restiterant in edito colle, 27
qua jam transierat Macedonum agmen: iis dejectis, Alexander duobus fere milli-
bus Agrianorum sagittariorumque locum capit; phalangi, quam flumen transmitte-
re jusserat, praesidio futurus. Ea re conspecta universa hostium multitudo iter ad 28
montes adripuit; eo consilio, ut transjecta gravi armatura, extremum agmen, in
quo ipse rex transiturus erat, adorirentur. Ille nihil territus venientes fortiter ex- 29
cipit: simul phalanx sublato clamore, quasi iterum transmisso amne subsidio suis
itura, metum incussit hosti. nam rex quae evenerunt futura ratus, praeceperat, ut in 30
adversam ripam delati statim aciem instruerent, laevum cornu, quod à flumine ho-
stibusque propius aberat, in speciem multitudinis quantum possent explicantes. Ita-
que quum universum exercitum incumbere sibi putarent Taulantii, paullisper retro-
cesserunt. Id spatium nactus Alexander, suos raptim ad flumen ducit: quo ubi 31
ventum est, ipse inter primos transgreditur; & quum eos, qui agmen claudebant, re-
versus hostis urgueret, machinis dispositis quae trans amnem missilia spargerent, eum
submovit: simul qui jam ingressi flumen erant, è mediis aquis tela conjecere. ita
nemine desiderato ceterum iter quietum habuit. Triduum intercesserat: quum *ho-* 32
stes tamquam fugato Macedone metu vacuos, passim nullo ordine tendere, neque more
militari vallum fossamve pro castris habere, neque vigilias & stationes obire nuntiatur.
Igitur adsumptis sagittariis Agrianisque, & ea Macedonum militum manu, quam 33
Perdiccas & Coenos ducebant, noctu superato flumine, celeriter ad eos contendit;
reliquo exercitu sequi jusso. nec exspectato eo, ne occasionem mora consumeret, 34
levis armaturae militem praemittit: mox ipse cum ceteris impetu facto semisomnos
& inermes magna strage adficiunt; multos vivos capiunt; reliquos conjiciunt in
fugam, & ad Taulantiorum usque montes persequuntur. Clitus in ea consterna- 35
tione in oppidum Pelium se recepit; deinde sive munimentis urbis, sive suorum ani-
mis diffisus, incensa urbe, in Taulantios exsulatum abiit.

Just. 11, 2, 8. CAP. XIII. Interea per universam Graeciam diffusus rumor, *Alexandrum in Tri-* 1
ballis cecidisse, omnes Macedonicis opibus adversos in spem rerum novandarum ere-
xit. Ea quoque in rebus humanis haud postrema calamitas est, quod utcumque 2
levi auctori, quae facta optamus, tam enixe creduntur, quasi veritati vim adferre
pos-

3 possit pertinax & impatiens rationis opinio. Repertus est, qui *se inspiciente circum-*
ventum regem, & *quo minus ambigeretur*, *se in ea pugna vulneratum esse* adfirmaret:
id pronis auribus acceptum vulgatumque, civitati Thebanorum extremae calamita-
4 tis initium exstitit. Quippe eo nuntio exciti quidam exsulum, quos à Philippo eje- Arrian. 1,
ctos diximus, ducibus Phoenice & Prothyte, praefectos Macedonum, qui Cadmeam 3, 1.
obtinebant, quum nulla doli suspicione extra arcem progressi essent, obtruncant: Plut. c. 19.
civibus ad speciosum liberandae patriae titulum [a] strenue concurrentibus, praesi- a Diodor. 17, 8.
dium obsident; & duplici vallo fossaque, ne commeatus aut auxilia submitti possent, Arrian. 1,
5 circumdant. Legatis deinde supplicum habitu circum civitates Graeciae missis ora- 3, 10.
bant, *ne deesse vellent indigne ereptam libertatem repetentibus*. Et Demosthenes [b] qui- Dinarch. contra De-
dem veteri in Macedonas odio Athenienses permovit, ut auxilia promte decerne- mosth.
rent. missa tamen non sunt, quia subito Alexandri adventu perculsis exspectanda [b] Diod.
6 fortunae inclinatio videbatur. Demosthenes [c] privatis copiis Thebanos adjuvit, ma- 17, 8.
gnumque armorum numerum gratis subministravit. quibus perarmati qui Philippo c Plutarch. Demosth.
7 adimente sua amiserant, Cadmeae praesidiariis acriter institerunt. Peloponnesiorum c. 32 & in
haud invalida manus ad Isthmum convenerat. [c] ad quos quum Antipater, quem in- X. Orato-
terim, dum abesset, Macedoniae praefecerat rex, misisset petitum, *ne contra commu-* rib 8, 9.
ne Graeciae decretum cum professis Alexandri hostibus consilia miscerent; nihilominus c Dinarch. contra De-
8 Thebanorum oratores admiserunt. Quumque vulgus militum misericordia permo- mosth. Dio-
veretur, dux eorum Astylus, Arcas genere, moras nectebat; non tam incepti dif- dor. 17, 8.
ficultate territus, quam per avaritiam, ut à festinantibus & necessitate anxiis majus
9 stipendium acciperet. Decem talenta poscebantur; ea quum Thebani non confice-
rent, à Macedonicae factionis hominibus oblata sunt, ut quiesceret. Ita de Arca-
10 dum auxiliis Thebanorum spes in nihilum recidit. Alias tamen ex Peloponneso co- Plutarch.
pias ne adversus Thebas militarent, pecunia Demosthenes avertit. Namque trecen- in X. Ora-
ta talenta à Persis accepisse dicebatur, queis ad facessendum Alexandro negotium torib. 11, 2.
11 uteretur. His ita nuntiatis, Alexander praeter Eordaeam & Elymiotin, rupesque Dinarch. contra De-
Stymphaeas & Paryaeas rapit exercitum; septimoque post die quam à Pelio movis- mosth. Just.
set, Pellenen Thessaliae oppidum pervenit. Post sextum deinde diem in Boeotiam 11, 2, 7.
venit; mox Onchestum, sex circiter passuum millibus à Thebis distantem processit. Arrian. 1, 3, 5.
12 Inter haec Thebani majore animo quam consilio administratis rebus, omnium igna- Pausan.
ri agebant; nec dum intra Pylas esse credebant Macedonum copias: ipsum vero re- lib. 9.
gem adventare adeo fidem superabat, ut *potius alium Alexandrum Aeropi filium exer-* Arrian. 1,
13 *citui praeesse* contenderent. Rex ad fanum Iolai positis castris, quod ante Proeti- 3, 5. Pausan.
dem portam est, poenitentiae eorum locum dare constituerat; quum illi, eruptione lib. 9.
facta, in stationes Macedonum invecti, quosdam interficiunt, alios loco pellunt. Arrian.
14 donec ad ipsa jam castra suggressos emissa regis jussu levis armatura rejecit. Poste- 1, 3, 8.
ro die ad portas, quibus in Atticam euntibus iter est, promoto exercitu, ut suis in
arce conclusis praesto esset; adhuc cunctabatur, & si poeniteret erroris, veniam
15 ostentabat. Sed quibus pax placebat, potentia exsulum eorumque, per quos revo-
cati fuerant, opprimebantur: qui nulla spe salutis reliqua si Macedones urbe poti-
rentur, patriae ruinis obrui malebant, quam illius incolumitatem suo interitu eme-
16 re: & ex Boeotarchis nonnullos in consilium traxerant. Quantaque hominum ve-
cordia fuerit, vel hinc cognosci potest, quod Alexandro postulante, *ut defectionis* Plutarch.
17 *auctores dederent*, *duobus capitibus omnem civitatis noxam expiaturi*; ipsi vicissim Phi- c. 19.
lotam & Antipatrum principes amicorum regis deposcere sint ausi, & per praeco-
nem pronuntiare, *si qui cum magno rege & Thebanis Graecorum libertatem adversus* Diodor.
18 *tyrannum adserere vellent*, *eos apud Thebas perfugium habituros*. Nec tamen Alexan- 17, 9.
dri imperio oppugnata urbs est; sed, ut Ptolemaeus tradidit (nam quidam aliter Arrian. 1,
narrant) Perdiccas, qui in ea castrorum parte curabat, quae vallo hostium, quo 3, 12. Polyaen.
Cadmeam incluserant, obversa erat, non exspectato signo impetum in eos fecit: 4, 3, 12. Sa-
19 superatoque munimento manus cum hoste conserere coepit; & Amyntam, qui cum bellic. ex
20 sua cohorte juxta ipsum tendebat, ut idem auderet, exemplo permovit. Mox A- Plut. c. 19.
lexander suis timens, cum tota copiarum mole adfuit, & *leviter armatis perrumpe-* Diodor. 17, 11.
21 *re*, *suisque auxilio ire* jussis, ipse cum reliquis pro vallo substitit. Acri conserto Arrian.
proelio Perdiccas, dum interius vallum molitur, graviter saucius pugna effertur; & 1, 3, 18.
Cretensium sagittariorum multi, cum Eurybota duce suo cadunt. Thebani percul-

ſis inſtant, & ad Alexandrum refugientes inſequuntur. Ibi quum rex inſtructa pha- 22
lange diſperſos & turbatos hoſtium ordines invaderet; ſtatim verſa pugnae fortuna,
tanta Thebanorum trepidatio fuit; ut ne ad portas quidem, per quas in urbem ſe
receperant, occludendas mente competerent: ſimul qui Cadmeam tenebant, in
ſubjectos arci vicos excurrerunt. Ita nobiliſſima Graeciae urbs intra eumdem diem 23
oppugnata & capta eſt. Nullum in ea crudelitatis exemplum praetermiſſum conſtat:
viros feminaſque promiſcua ſtrages hauſit; nec ab impuberum caede temperatum
eſt. Phocenſium [a] Plataeenſiumque & Orchomeniorum & Theſpienſium ea infa- 24
mia fuit; quibus olim, dum Thebana res valebat, vicinae civitatis opulentia exi-
tioſa fuerat: Macedones ultra fas belli non ſaevire. Tandem [b] *ut caedibus abſti-* 25
neretur, proclamatum eſt, quum jam ſex hominum millia periiſſent: ceteris captis,
ad triginta millia liberorum capitum venierunt. *Ex* [c] *omni praeda quadringenta &* 26
quadraginta talenta redacta fuiſſe Clitarchus tradidit. alii, [d] *ex pretio captivorum id*
pecuniae effectum. Centum talenta, quae Thebanis Theſſali debebant, Alexander
[e] ſociis accepto tulit. Pauci, * quos bellum diſſuaſiſſe conſtabat, ſervitutem effu- 27
gerunt: item ſacerdotes, & quorum hoſpitio rex paterve ejus uſus eſſet. Ex reli- 28
quis Timoclea nobilis facinoris mercedem, cum praeſenti libertate, famam apud
poſteros tulit. Inter Thracas, qui Alexandro militabant, quidam * equitum du-
ctor poſt vim mulieri inlatam, *ubi pretioſiſſima quaeque occuluiſſet*, minitabundus
interrogabat. Illa non tam opum quam pudoris damno moeſta, avaritiam barbari 29
in occaſionem vindictae convertit: oſtenſoque puteo, in quem mundum ſuum
conjeciſſe ſimulabat, hominem cupide eo deſpicientem ſubductis pedibus impulit;
conjectiſque deſuper ſaxis, quum ex anguſto profundoque loco adſcenſum fruſtra
moliretur, obruit. Comprehenſa à turmalibus occiſi ad Alexandrum trahitur, 30
ut interfecti ducis poenas daret. Ibi interrogante rege, *quaenam eſſet, & ob quod* 31
delictum adduceretur? intrepido vultu & voce, *Theagenis*, inquit, *ſoror ſum: ejus,*
qui pro libertate Graeciae Thebanorum imperator occubuit. Injuriam meam ulta caſti- 32
tatis meae praedonem interemi. cui ſi meo ſupplicio parentari jubeas, ſcies honeſtae mu-
lieri poſt extortam pudicitiam ſpiritu nihil vilius eſſe. quem utcumque expellere feſtina-
veris, ſero moriar, pudori patriaeque ſuperſtes. Alexander cognita cauſſa *Thracem* 33
jure caeſum pronuntiavit; *neque ſibi placere ingenuis mulieribus vim fieri*: collauda-
tamque *feminam, cum omnibus qui cognatione ipſam adtingerent, liberam eſſe* juſſit;
& quo quiſque vellet diſcedendi poteſtatem fecit. Pepercit & Pindari poſteris, in 34
honorem vatis, qui proavum regis Alexandrum carminibus ſuis inſeruerat: ipſiuſ-
que domum cremari vetuit. Non enim praeſentem tantum virtutem adamavit; 35
verum etiam memoriam magnorum virorum reverentia, & progeniem illorum be-
neficiis proſequutus eſt. Nam & poſtea quum poſtremo proelio Darium viciſſet, 36
Crotoniatis praedae partem miſit, quod Xerxis bello, ceteris Graecorum coloniis
de Graecia deſperantibus, Phayllo duce triremem unam ad Salaminem miſiſſent:
& Plataeenſes honore doniſque adfecit, quia majores eorum Graecis adverſus Mar-
donium proeliantibus agrum ſuum dono dederant.

a Diodor. 17, 13. Arrian. 1, 3, 17. b Plutar. de virtut. mulier. c. 48. Diodor. 17, 14. c Athenaeus. lib. 4. d Diodor. 17. 14. e Grotius de jur. bel. 3, 8. f. ex Quintiliano. * Plut. c. 20. Aelian. hiſt. var. 13, 7. Arrian. 3, 1, 26. * Polyaen. ſtrate. 8, 39. Plutarch. c. 20. & de virtut. mulier. c. 46. Arrian. 1, 5, 26. Aelian. hiſtor. var. 13, 7. Dio Chryſoſt. orat. 4. Tzetzes Chil. 7, 139. Plut. c. 63. Herodot. 8, 47. Plut. Ariſtide c. 25.

CAP. XIV. Hanc Thebanorum cladem multa oſtenta praeceſſerunt. Tribus an- 1
te menſibus quam Alexander adveniſſet, in fano Cereris, quae *Theſmophoros* appel-
latur, conſpecta eſt araneae tela nigra; quum circa tempus Leuctricae pugnae, qua
res Thebana ad ſummum felicitatis evecta fuit, candida comparuiſſet. Ad haec ſub 2
adventum Macedonum ſudantes in foro ſtatuae, èque lacu apud Oncheſtum tri-
ſtis mugitus, & prodigioſo ſanguine fluens Dirce, terrere obſtinatos poterant, niſi
deſtinatos ſorti ſuae ſuperbia perdidiſſet. Quippe majorum gloriam intuentes, à 3
quorum moribus longe receſſerant, & in diſparibus artibus eamdem ſibi fortunam
polliciti, patriae ruinam adceleraverunt; quum adverſus triginta peditum, tria
equitum millia, eumque veteranum & toties victorem exercitum, paullo plus de-
cem armatorum millibus opponere non eſſent veriti. Ceterum Alexander urbe 4
capta ad conſilium ſociorum retulit, *quomodo ea utendum videretur.* Erant inter
eos Phocenſes, multique ex Boeotis, quibus antiquiſſimae cum Thebanis diſcor-
diae gravibus ſaepe damnis conſtiterant: neque dum Thebae ſtarent, aut odiis ſuis
ſatisfactum, aut ſecuritati proſpectum rebantur. Horum auctoritas valuit, ut mu- 5
ri atque aedificia diruerentur; ager arbitrio regis inter victores divideretur. Ita no-
biliſſi-

Diodor. 17, 10. Pauſan. lib. 9. Diodor. 17, 9. Julian. in Caeſar. Arrian. 1, 3, 26. 1, 13, 24. Juſt. 11, 3, 8. Diodor. 17, 14. Plut. c. 20.

bilissimam urbem, non hominum modo clarissimorum, verum etiam a deorum natales adserentem sibi, è media b Graecia una dies eripuit. postquam octingentos
6 fere annos post oraculum c de corvis, eosdem incolas habuisset. Olim enim pulsis à gente Thracum atque Pelasgorum Boeotis edita sors fuerat, *post quartum ac-mum aetatem patrias sedes recepturi, considerent interim, quo loco corvos albos conspi-*
7 *cati forent.* Ita quum ad Arnen Thessaliae oppidum venissent, corvis conspectis, quos pueri gypso inleverant, ibi substiterunt. Diruta urbs est ad tibiae d cantum;
8 quomodo sexagesimum ante annum Athenas e Lysander deleverat. Templis tamen aliisque sacris aedificiis abstineri jussit Alexander; etiam ne quod f per incuriam damnum iis daretur, sollicitus. praeter insitam in deos g venerationem recens religio permoverat: quia militum quosdam Cabirorum fanum, quod ante urbem est, spo-
9 liare adgressos, subita tempestas fulminibus & flamma coelesti consumserat. Relictae sunt etiam effigies statuaeque, diis, vel hominibus virtute praecellentibus, per loca publica positae. proditumque est memoriae, fuisse qui inter consternationem captae direptaeque urbis aurum in sinus aut amicula statuarum abdiderint; idque salvum repererint, h quum vigesimo post anno Cassander Antipatri filius Thebas
10 instauraret. Quod quidem non tam misericordia in profugos fecisse creditur; quam ut Alexandri, quem oderat, gloriam detrectaret. Quamquam autem veterem murorum ambitum urbi restituisset; neque mores antiquos, neque fortunam reddere potuit. numquam postea resurrexit, ut convalesceret: sed multis subinde calamita-
11 tibus vexata, vix tenuis oppidi speciem ad memoriam nostram retinuit. Poenituisse postea ferunt Alexandrum, quod excisis Thebis velut alterum Graecia i oculum eruisset. utique postquam Cliti caedem, & Macedonum ignaviam, expeditionem in penitiores Indos pertinaciter recusantium, *iram Liberi patris* interpretatus est,
12 *ob adflictam patriam e usmodi poenas repetentis.* & reperti sunt, k qui ipsam regis mor-
13 tem, non sine vindicta Bacchi, ab ebrietate & vino profectam crederent. His ita perpetratis, Athenas misit, nuntiatum l *ut oratores, qui populum adversus Macedonas concitare non desinerent, traderentur; aut si illos amittere gravarentur, eadem contumaciae praemia exspectarent, quorum exemplum in Thebanorum calamitate conspicerent.*
14 Ibi quum Phocion, cujus ob integritatem vitae maxima ad populum auctoritas erat, *non irritandum adolescentis victoriisque animum* diceret, hortareturque eos, ad quos periculum maxime pertinebat, *ut, Lei & Erechtei filias imitati, spiritum pro patriae*
15 *salute profundere ne dubitarent*, Demosthenes, qui nominatim petebatur, surrexit, docuitque *falli Athenienses, si paucorum deditione periculo defungi posse crederent: callidos Macedonas eos exposcere, quorum vigilantiam atque virtutem maxime invisam suspectamque haberent. amotis publicae libertatis custodibus, in orbam indefensamque civi-*
16 *tatem,* m *tamquam lupos in oves canibus destitutas, impetum facturos esse.* Multa commiserat in Macedonas Demosthenes, ob quae haud injuria nullum apud eos veniae locum relictum arbitrabatur. Philippo occiso auctor extiterat, n ut Pausaniae sacellum extrueretur; apud pulvinaria deûm supplicationes haberentur; aliaque ob in-
17 signem laetitiam decerni solita curarentur. Alexandrum o alias *puerum*, alias prodigiosae vecordiae vocabulo *Margiten* appellaverat: Persico auro corruptus, omnium fere bellorum, quae contra Alexandrum patremque ejus Philippum Graeci depugnave-
18 runt, fax atque concitor fuerat. Attalum, quo graviorem p adversarium non habuerat Alexander, Atheniensium q societatem pollicitus, ad bellum regi palam in-
19 ferendum extimulaverat. Neque civitas Atheniensium mediocriter deliquerat, detractis Philippi statuis, r earumque materia in foedos usus conversa: aliisque admissis, quae vulgus imperitum & mobile, nulla futuri cura, ex arbitrio suasuque
20 paucorum animose perpetrat. Sed nihil ex iis, quae praefracte & contumaciter fecerant, aeque commovit regem, s quam in Thebanos humanitas. quos inter patriae ruinam elapsos, contra ipsius edictum receperant; tantum ob eorum vicem doloris prae se ferentes, ut etiam mysteriorum sollemnia, quae in honorem Liberi Patris praecipua religione quotannis celebrant, ob publicam moestitiam intermitterent.
21 Verum cupidine belli Persici condonare Graecis injurias suas, quam exsequi malebat. Igitur quum t Demades, qui Philippo quoque gratus acceptusque fuerat, pre-

a Just. 11, 4, 4.
b Aeschin. contra Ctesiph. Dinarchus contra Demosth. Agatarchides apud Photium.
c Diodor. 19, 51. Ὀλυμπ. ἀναγρ. Strab. lib. 9. Coelius Lect. Ant. 17, 11.
d Tzetzes Chil. 7, 139.
e Plutarch. Lys. c. 28.
f Suidas ex Polyb. 5, 10.
g Pausanias lib. 9. Plin. 34, 8, 15. Athen. 1, 15.
h Emmii Graecia. Diod 10, 53. Pausan. lib. 9. Plut. Demetrio c. 53. Strab. lib. 9. Emmii Graecia.
i Agathar. apud Phot. Plut. c. 21. Arrian. 4, 2, 13.
k Athenaeus 10, 9.
l Diodor. 17, 15. Arrian. 1, 4, 29. Plutarch. Phoc. c. 21.
m Plutarch. Demosth. c. 33.
n Aeschines contra Ctesiphon.
o Just. 11, 3, 4. Suidas Μαργίτης Plutarch. Demosth. c. 32. Erasmi adag. in Margites.
p Curt. 6, 9, 17.
q Diodor. 17, 5.
r Dio orat. 38.
s Aeschines contra Ctesiph. Pausan. lib. 9. Plutarch. c. 19. & Camillo c. 31.
t Diod. 17, 35. Plutarch. Demosth. c. 33.

preces civitatis ad eum detulisset, Athenienfibus [a] indulsit; *ut Demosthene, Lycur-*
goque, & aliis quos depopoſcerat retentis, unum Charidemum in exſilium mitterent. Il- 22
le ad Persas se contulit; magnoque ipsis usui fuit, donec ob libertatem [b] linguae
Darii jussu interfectus est. Alii quoque non postremi nominis viri, odio regis urbe
deserta, ad hostes illius [c] profecti, multum negotii Macedonibus exhibuerunt. Post 23
eum rerum impetum cursumque, nemo supererat in Graecia, qui aut viribus suis
post Thebanos (quorum gravis [d] armatura celebris olim fuerat) aut occupata Leu-
cadia, munimentis confideret. Namque Leucadios situ oppidi, & proviso in lon- 24
gam obsidionem commeatu feroces, fame domuit; quum expugnatis quae circa
erant castellis, homines [e] Leucadiam abire passus, adaucta per singulos dies multi-
tudine, omnem eorum penum exhausisset. Igitur ex Peloponneso quoque legatio- 25
nes venerunt, gratulatum, quod confectis ex animi sententia barbaricis bellis, etiam
Graecorum quorumdam insolentiam & temeritatem castigasset. Arcades, qui The- 26
banis auxilio futuri se commoverant, [f] *duces, quorum instinctu ad eum furorem pro-*
lapsi essent, capitis se condemnavisse exponebant. Elei *exſulibus suis reditum concessis-* 27
se, non ob aliud, nisi quod Alexandro caros accepissent. Et Aetoli excusaverunt, 28
quod in tantis Graeciae turbis, ipsorum quoque gens novorum consiliorum expers non
fuisset. Megarenses novi generis honore risum regi, quique circa eum erant, com- 29
moverant, referentes *ob studium & beneficia Alexandri in Graecos, Megarensis popu-*
li scito civitatem illi decretam esse: donec intellecto *nemini ad eum diem, excepto Her-*
cule, id honoris habitum, laetus accepit. Ceteris respondit, *nihil sibi quiete & in-* 30
columitate Graeciae antiquius esse; modo in posterum novis rebus abstinerent: praeteri-
torum veniam facile concedere. Verum Spartanis maxime diffisus, Philiadae liberos 31
Messenen, unde pulsi fuerant, restituit: Pellenen Achaeorum Chaeroni tradidit:
Sicyonem, aliaque Peloponnesi oppida per clientes suos habuit, qui consilia Lace-
daemoniorum ex propinquo specularentur. * Tot tantisque rebus perficiendis pau- 32
ci menses suffecerunt. intra quos tam grave atque multiplex bellum leviore nego-
tio confecit, quam alius paravisset. Ipse quidem eam victoriam * celeritati se de- 33
bere confessus, interroganti, *quonam maxime modo Graeciam subegisset? nihil cun-*
ctando, respondit.

[a] Plut. in X. Orat. 7. 2. 8, 9. Demosth. epist. 3. Arrian. 1, 13, 31. Just. 11, 4, 12. Dinarch. contra Demosth.
[b] Curt. 3, 2, 10.
[c] Diod. 17, 25. Curt. 3, 13, 15.
[d] Dio. orat. 64.
[e] Frontin. 3, 4, 5.
[f] Arrian. 1, 3, 27.
Plut. de Monarch. c. 2. Seneca de benef. 1, 13. Demosth. de Alexandreo foedere. Pausan. lib. 7.
* Capell. in hist. sacra & exotica.
* Homeri Scholia Ιλ. β.

J. FREINSHEMII
Supplementorum
IN
Q. CURTIUM
Liber Secundus.

Caput I.


PERSARUM ea tempestate Darius rex erat, paullo ante Philippi necem 1
evectus in id fastigium à Bagoa spadone; qui Ocho rege, & deinde
filio ejus Arse, cum tota eorum domo exstinctis, imperium, quod
sibi vindicare non poterat, sui beneficii fecit, perennem sibi gratiam
pollicitus apud eum, quem tanto munere devinxisset. Nec tamen in- 2
dignus ea fortuna Darius apud populares habebatur; nam etiam à
gente regia non alienus erat. quippe Ostanes Ochi patruus Arsanen genuerat, Ar-
sanes

Diod. 17, 7. Diodorus 17, 5. Arrian. 2, 3, 18. Curtius 6, 3, 12. Strabo fin. lib. 15.

sanes Codmannum. Sic enim vocabatur, dum privatus esset; sed in Cyri solium collocatus, more quodam Persarum, ejurato veteri nomine, Darius appellari voluit.
3 Bello quoque spectatus, caeso ex provocatione hoste, [a] quum adversus Cadusios bellum gereret Ochus, magnam virtutis opinionem pepererat. Hic à con-
4 ditore regni [b] Cyro decimus imperio Persarum praefuit. Nam Ochus Artaxerxem patrem; ille Darium exceperat. Huic Artaxerxes regnum reliquit, Xerxis filius. Xerxes Dario patri successit; qui Hystaspe genitus, post exstinctum in Cambyse Cyri sanguinem, illustri septem [c] Persarum conspiratione, imperium Magis extorsit.
5 Sub his regibus per ducentos & triginta ferme annos res Persarum mira felicitate floruit: acribus initiis, dum rudis ad voluptates natio pro libertate, gloriaque, &
6 opibus animose [d] dimicabat. procedente tempore, postquam praemia virtutis adepti videbantur, ipsam posthabuere; non tam suis viribus tuti, quam fama potentiae à majoribus partae, usuque divitiarum, [e] quibus haud paullo felicius contra Graecos,
7 quam armis decertavere. Ad postremum itaque, quum adversus Alexandri vim auro parum proficeretur, omnique externa ope abscedente sibimet ipsis innitendum esset; animi deliciis & mollitie fracti effeminatique fortunae ruentis impetum non
8 sustinuerunt. Quippe industriam egestas acuit; adfluentiam rerum luxus & inertia sequitur. Igitur [f] audito fine Philippi, cujus fortuna & apparatibus exterriti fuerant, metu soluti, Alexandri adolescentiam despiciebant; contentum fore arbitra-
9 ti, [g] si securo Pellae obambulare liceret. Verum quum de bellis ipsius victoriisque alia super alia nuntiarentur; contemtum hactenus juvenem impensius formidan-
10 tes, summa cura, ut in bellum atrox atque diuturnum, auxilia comparabant. Et quoniam superiorum proeliorum experimentis imparem Asiaticum militem Europaeo didicerant, missis in Graeciam conquisitoribus, ad quinquaginta millia egregiae juventutis mercede conduxerunt. His copiis Memnon Rhodius praetor datus
11 est; qui multis ante bellis fidem virtutemque suam Persis abunde probaverat. Is ad occupandam Cyzicum missus, citatis itineribus, per Phrygiam, qua Troadi committitur, ad Idam montem pervenit, ipso nomine naturam situs sui praeferentem.
12 nam condensa arboribus loca *Idas* antiqui dixere. Exsurgit iste celsiore cacumine, quam ceteri ad Hellespontum montes. In medio specum habet relligioso horrore famam in fabulis nactum, ut *ibi dearum formas arbiter Trojanus spectasse* praedice-
13 tur, quum imperio patris expositus, in Ida monte adolevisset. Eadem Idaeorum Dactylorum patria esse fertur, [h] qui primi, Magna Matre docente, ambiguum ferri usum, neque [i] minus utile necessitatis laborisque solatium, quam acerrimum fu-
14 roris instrumentum, invexerint vitae. [k] Illud etiam admiratione dignum proditur, quod circa canis exortum, ventis depressiora turbantibus in summo Idaei jugi cacu-
15 mine quietus aër est: quodque *multa adhuc nocte terris incubante, solem* ajunt *conspici, non globi figura: sed in amplissimam latitudinem sparsum, & velut diversis ignium agminibus utrumque* [l] *montis latus amplexum, coire paullatim, & propinquante jam luce* [m] *jugero paullo majus spatium implere, paulloque post in solitum orbem collectum*
16 *destinatum iter percurrere.* Credo per aërem nocturno gelu adstrictum, nullisque ventorum flatibus disjectum, solis orientis, adhuc imperfecta imagine late sparsa, fallax oculis miraculum adparere; donec eo paullatim vi caloris absumpto dissipatoque, liber ad ipsum sideris orbem adspectus permittatur. nam sereno liquidoque
17 coelo radii transmittuntur: ubi coactus aër est, sistit exceptos, & tamquam in spe-
18 culum incidentes cum incremento splendoris diffundit. Sub Idae radicibus Cyzicenus ager in Propontidem excurrit: ipsum oppidum in mediocri insula situm gemino ponte continenti adnectitur. Sed [n] id opus paullo post Alexander molitus est:
19 sub [o] Memnonis expeditionem navibus commeabatur. Qui quum Cyzicenos improviso impetu nequidquam terruisset, muros gnaviter tuentibus oppidanis; eorum
20 regionem hostiliter populatus, magnam inde praedam coëgit. Nec à Macedonum ducibus cessabatur: Parmenio Grynium Aeolidis oppidum expugnat, incolas servituti addicit. deinde Caicum amnem transgressus, Pitanen adoritur, urbem opulentam, & duplici portu accipiendis ab Europa copiis opportunam. sed propero ad-
21 ventu Memnonis statim soluta obsidio est. Calas deinde, qui cum modicis Macedonum atque mercenariorum copiis in Troade res gerebat, cum Persis proelio certavit: & impar hostium multitudini in Rhoeteum se recepit.

Scalig. de emendat. temporum lib. 6. Curt. 4, 1, 10.
a Just. 10, 3, 3. Diod. 17, 6.
b Sleidan. lib. 1. de 4. monarch. Scalig. lib. 6. de emend. tempor. Schubert. lib. 2. de scrupulis. chronol.
c Herodot. 3, 70. Just. 1, 9, 19.
d Xenoph. παιδ. lib. 1.
Arrian. 5, 1, 19.
e Plutarch. Agesilao c. 24. & Artaxerxe c. 30.
f Diodor. 17, 7.
g Aeschin. contra Ctesiph. Curt. 5, 11, 5. Curt. 3, 2, 9.
Diodor. 17, 7.
Pausan. lib. 10. Diodor. 17, 7.
Apollod. lib. 2.
h Diodor. 17, 7.
i Plinius. 34, 14.
k Diodor. 17, 7. Lucretius 5, 662. Mela 1, 18.
l Plinius 2, 11, 3.
m Diod. 17, 7.
Strabo lib. 13.
n Plinius 5, 32, 2.
o Diodor. 17, 7.
Strabo lib. 13.
Diodor. 17, 7.

Diodor. 17, 16. CAP. II. Interea Alexander constitutis in Graecia rebus, in Macedoniam rever- 1
sus, *quae tantam belli molem adgressuro cavenda vel administranda essent*, cum amicis
deliberabat. Antipater ac Parmenio aetate & dignitate praecipui obtestabantur, *ne* 2
in uno corpore totius imperii salutem fortunae insidiis exponeret: quin prius operam da-
ret liberis; & incolumitate patriae firmata, ita demum de incremento ejus cogitaret.
Quippe praeter Alexandrum nemo ex Philippi sanguine dignus imperio supererat, 3
1, 9, 29. Cleopatrae sobole per Olympiadem intercepta: Aridaeus sordibus materni generis,
Comment. in Curt. 10, 7, 2. & turbata mente Macedoniam dedecere putabatur. Verum ille quietis impatiens, 4
nihil nisi bellum, & ex victoria gloriam assidua cogitatione volvebat. Igitur, *Vos*
quidem, inquit, *ut probos & amantes patriae viros decet, de commodis adversisque il-*
lius haud sine caussa solliciti estis. Arduum enim, quis neget? opus ordimur, quod se- 5
mel temere coeptum, si eventus arguat, sera poenitentia nequaquam emendaverit. Nam 6
antequam vela solvamus, navigare velimus an quiescere, nostra consultatio est: quum
ventis fluctibusque nos crediderimus, in ipsorum arbitrio omnis noster cursus erit. Ita- 7
que non moleste fero vestram opinionem à sententia mea dissidere; quin potius simplicita-
tem laudo, vosque precor, ut in iis etiam, de quibus porro referetur, eodem instituto uta-
mini. Amici regum, si qui eo nomine digni sunt, non tam gratiam eorum, quam uti- 8
litatem atque decus in consilio habent. Qui aliter fieri censet, quam ipse facturus erat,
non instruit consultorem, sed decipit. Ceterum ut & vobis consilii mei ratio pateat; 9
certum habeo, nihil minus convenire rebus meis, quam dilationem. Omni quae circa Ma- 10
cedoniam colit barbarie pacata, exstinctisque Graecorum motibus, fortissimum florentissi-
mumque exercitum otio & desidia dilabi patimur: an potius in opulentissimas Asiae re-
giones inducimus, olim possessionem ejus spe complexum, & praemia laborum, quos diu
Zosimus. lib. 1. *sub patre meo, deinde nobis imperantibus tertium jam annum exhausit, ex Persarum*
Curt. 6, 4, 10. Diod. 17, 5. *spoliis expetentem? Novum adhuc imperium Darii est, & interfecto Bagoa, cujus be-* 11
neficio regnat, crudelitatis & ingratitudinis suspicionem apud suos incurrit: quae res
optimos eorum qui parent, odio adversus imperantes implent, & ad obsequia segniores,
aut etiam praefractos reddunt. Numquid sedebimus, dum auctoritas ejus confirmetur; 12
& rebus domi per otium compositis, ultro bellum in Macedoniam transferat? Multa ce-
leritatis praemia sunt, quae nobis cessantibus ad hostem pertinebunt. Magnum in ejus- 13
modi negotiis momentum post se trahit prima animorum inclinatio: at illa semper occu-
panti parata est. quippe nemo cunctanter adpetit fortioris gratiam: porro fortior habetur,
qui infert bellum, quam qui excipit. Quanto autem existimationis nostrae periculo fal- 14
lemus spem eorum, qui adolescentibus nobis eum honorem deferendum judicaverunt, quem
maximus imperator, pater meus, post tot virtutis experimenta paullo ante obitum obti-
Diodor. 17, 16. *nuit? Non enim ideo Graecorum concilium imperium nobis decrevit, ut in Macedonia* 15
desides, & ignavis voluptatibus addicti, injurias olim & nuper Graeco nomini inlatas
negligeremus; sed ut eorum, quae per summam superbiam improbe & petulanter in nos
commiserunt, poenas penderent. Quid dicam de iis Graecorum nationibus, quas late per 16
* Plutarch. adverf. Coloten c. 50. *Asiam diffusas impotentium barbarorum intoleranda servitus premit. Equidem * quibus*
nuper precibus, quibusque argumentis caussam eorum Delius Ephesius egerit, quum ipsi
memineritis, non repetam. Id sane constat, eos omnes, ut primum signa nostra conspe- 17
xerint, protinus ad nos esse transituros, & pro liberatoribus adsertoribusque suis adver-
sus graves iniquosque dominos quodlibet periculum impigre suscepturos. Quamquam quid 18
nostri pariter hostiumque obliti auxilia circumspicimus adversus gentes, quas etiam paul-
lo lentius vicisse à pudore quam gloria propius absuerit? Patrum aevo in Asiam profectis 19
Plutarch. Agesil. c. 8. & seqq. *Lacedaemoniorum paucis ingentes hostium exercitus frustra restiterunt: Phrygiam, Ly-*
diam, Paphlagoniam, agi ferrique passi; aut quoties vetare voluerunt, ad hostium sa-
tietatem caesi sunt: donec à suis revocatus Agesilaus, ob exortos in Graecia tumultus,
trepidantibus & consilii incertis animi ex tanto terrore recipiendi spatium concederet.
Xenoph. ἀναβάσ. lib. 2. & seqq. *Paucis ante istum annis vix decem Graecorum millia, sine ducibus, sine commeatu, ex* 20
intimis Persici imperii partibus, per tot infestas nationes iter in patriam ferro aperue-
runt. quum eos persequeretur universus regis exercitus, quo modo cum Cyro fratre de
regno dimicaverat, victorque exstiterat: quem illi quidem ubicumque congressum fude-
runt fugaveruntque. Nos igitur, quibus universa Graecia tot victoriis edomita paret, 21
qui eorum fortissimos aut in acie cecidimus, aut habemus in castris; timebimus scilicet
Asiam, quam eorum quos vicimus pauci pudendis cladibus adfecerunt? Aliis deinde in 22
cam-

camdem sententiam adjectis, adeo permovit animos, ut omnibus adsentientibus
etiam Parmenio, qui maxime bellum differri voluerat, maxime accelerandum cen-
23 seret, [a] ultroque jam Alexandrum hortaretur. Itaque omni cura ad maturandam
profectionem conversa, [b] ad Dium Macedoniae urbem Jovi Olympio sacrum fe-
cit, institutum ab Archelao, qui post Perdiccam Alexandri filium regnavit. Mu-
24 sis quoque ludos scenicos fecit, per novem dies, pro numero dearum. Post haec
convivium summa magnificentia celebratum est; [c] tabernaculo, quod centum lectos
25 caperet, adornato. ibi cum amicis ducibusque, & civitatum legatis adcubuit. per
exercitum quoque victimas dividi jussit, aliaque praeberi, quibus destinatus hilari-
tati dies festivis epulis, & faustis instantis belli ominibus transigeretur.
1 CAP. III. Vere novo [d] contractis undique copiis in Asiam transjecit; exercitum
robore quam numero validiorem ducens. Triginta peditum millia Parmenio du-
cebat: quorum Macedones tredecim expleverant; quinque erant mercede militan-
tium; ceteram multitudinem socii foederatique miserant. Has copias Illyrii Thra-
cesque & Triballi, ad quinque hominum millia sequebantur; additis mille Agria-
2 norum sagittariis. Equitatum Macedonum mille octingentorum [e] Philotas duce-
bat; & totidem ex Thessalia Calas: à reliqua Graecia sexcenti omnino equites ve-
nerunt, quibus Erigyium praeposuit: agmen ducebat Cassander cum nongentis
3 Thracum atque Paeonum antecursoribus. Hunc exercitum, non ultra quam in
triginta dies proviso commeatu, infinitis barbarorum copiis opponere non dubita-
vit; virtute suorum fretus, [f] qui vincendo senes facti, robore animorum armorum-
4 que usu cuilibet multitudini hostium insuperabiles erant. Antipatro, [g] quem cum
duodecim millibus peditum, & mille quingentis equitibus Macedoniae Graeciaeque
rebus praefecerat, injunctum, ut continuos in Europa delectus ageret, [h] quibus
adversus proeliorum fatique detrimenta exercitus subinde novaretur. Hoc unum
5 sibi exceperat, quum cetera amicis largiretur. Quidquid enim salva majestate regni
abesse poterat, [i] priusquam naves conscenderet, inter suos distribuit. Perdiccas
praedium quod dabatur non accepit, interrogato rege, *quid tandem sibi ipsi reliqui
faceret*? atque illo subjiciente, *spes*: *earumdem ergo*, inquit, *& nos participes eri-*
6 *mus*, *qui tuis auspiciis militamus*. Pauci hunc sequuti sunt: per ceteros non stetit;
7 quin interrogatus, *ubi thesauri ipsius essent*? [k] vere responderet, *apud amicos*. Sane
de summa rerum alea jacta, non absurde collocasse videtur opes quas habebat:
quippe aut victor multo majores adepturus erat; aut si victus esset, istas quoque
8 amissurus. atque interim alacrioribus ministris utebatur. neque multum abscedebat
praesentibus necessitatibus, quum agros & praedia, & reditus, quorum dies multo
post venturi erant, donaret: pecunia in belli usum seposita, cujus quanto minor
9 copia erat, diligentius administrabatur. Quippe Philippo [l] interfecto, minus sexa-
ginta talentis pecuniae signatae, paucaque ex auro & argento pocula in thesauris ejus
10 reperta sunt: quum [m] aeris alieni quingenta ferme talenta relinqueret. Quamquam
enim iste rem Macedonicam insignibus incrementis auxisset, auri quoque metallis
apud Crenidas (ipse Philippos appellavit) ita excultis, [n] ut inde mille talenta annui
proventus cogerentur; continuis bellis, neque minus largitionibus, aerarium ex-
11 hauserat. Macedoniae etiam instaurandae ornandaeque magnos sumtus fecerat,
quum pauperrimam accepisset. Ipsum inter initia regni tenuem fuisse, [o] & quum
ex quinquaginta drachmis auri poculum haberet, id cubitum euntem capiti subjecisse
12 plerique meminerant. Hujus ergo filius bello lacessivit regem Persarum, [p] cui so-
mnum capienti quinque talentorum auri millia pro cervicali, tria argenti pro sca-
bello, sub capite pedibusque lectuli, peculiaribus cubiculis servabantur: quamquam
ad [q] paternum aes alienum octingenta insuper talenta, quae ipse mutuo sumserat,
13 adjecisset. ex quibus vix decima portio supererat. Solvisse autem dicitur Timotheo
[r] tibiis concinente, summaque militum alacritate, opes barbarorum, quos oppugna-
14 tum irent, [s] certa fiducia sibi destinantium. Hoc modo per lacum, quem à vicini
montis nomine *Cerciniten* vocant, ubi classem habebat, in Strymonem invectus;
Amphipolin, & deinde ad ostia Strymonis processit: quo trajecto, praeter montem
15 Pangaeum, viam ingressus est, quae Abderam & Maroneam ducit. Nam in lito-
re iter facere instituerat, ut navibus suis, quae juxta ducebantur, praesidio esset, si
Persae forte occurrissent; quippe isti tum etiam maris imperium obtinebant.

a Plut. Alex. c. 11. b Diod. 17, 16. Arrian. 1, 4, 1. Just. 11, 5, 6. c Diodor. 17, 16. d Arrian. 1, 4, 3. Plut. c. 23. & de fort. Alex. 1, 3. Just. 11, 6, 2. Pol. b. 12, 10. Liv. 9, 19, 4. & 42, 1, 11. Front. 4, 2, 4. Paneg. Constantino dictus. Diod. 17, 17. e Curt. 6, 9, 21. f Diodor. 17, 17. g Plut. c. 23. & de fort. Alex. 1, 3. 2, 24. h Curt. 3, 2, 13. 3, 3, 27. i Arrian. 14, 3. Diod. 17, 17. k Curtius 5, 1, 39. i Just. 11, 5, 5. Plut. c. 23. & de fort. Alex. 2, 24. k Marcellin. 25, 14. l Arrian. 7, 2, 15. m Curt. 10, 2, 24. Plut. c. 23. & de fort. Alex. 1, 3. & 2, 24. n Diod. 16, 8. o Athen. 4, 14. & 6, 4. p Athenaeus 12, 2. q Arrian. 7, 2, 15. Plut. c. 23. & de fort. Alex. 1, 3. & 2, 24. r Himerius apud Photium. s Just. 11, 5, 8. Arrian. 1, 4, 3. Arrian. 7, 2, 15.

Ipsi enim modica classis; at apud hostes Cypriae Phoeniciaeque naves, adsuetique
maritimis rebus classiarii, & exercitatissimi remiges erant. Nam Macedonia, nuper 16
tentato maris imperio, nondum abundabat navibus; & à sociis maligne praebeban-
tur. Etiam Athenienses, quum ab ipsis triremes peterentur, tantum XX mise-
runt: suggerentibus eorum oratoribus, *periculum esse*, *ne classe accepta contra eos*, *qui*
misissent, *uteretur*. Ex iis locis ad Hebrum fluvium contendit: quo haud difficul- 17
ter transmisso, in Paeticam Thraciae regionem pervenit: inde superato amne quem
Melanem appellant, vigesimo postquam à domo profectus fuerat die, Seston atti-
git in extremis continentis finibus Hellesponto imminentem, qua angustis fluctibus
insinuatum mare Asiam ab Europa dirimit. Quippe Macedonia Thraciam conjun- 18
ctam habet; quae procurrens in ortum duobus capitibus Asiam tangeret, nisi inter-
cedente pelago submoveretur: dextra Hellespontus arcet; ulterius Bosporus, quem
Thracium appellant, Byzantium à Chalcedone separat. Inter has angustias inter- 19
cepta Propontis jam laxiore spatio juxta Bithyniam & Ponticas regiones diffunditur.
Infra Bithyniam Mysia est; deinde Phrygia, Phrygiamque contingens Lydia, lon-
gius à mari remotae. Interius spatiosas regiones celebratae fecunditatis & opulen-
tiae gentes habitant. Litora, quae Thraciae Graeciaeque obversa sunt, Hellespon- 20
tii; deinde Troës colunt, calamitatibus inclyti. Infra hos Aeolis & Ionia per lon-
ga litorum spatia Lydiae praetenduntur. Caria deinde cum adnexa Doride, magna
ex parte mari circumfusa, non minus amplo tractu introrsum recedit. His terris 21
nobilissimae insulae adjacent: Lesbus Aeolica, Chius & Samus Ioniae, & Dorica
Rhodus, aliaeque multae, quarum nomina Graecorum monumentis inclaruerunt.
Nam antiquis temporibus omnem hanc oram Graecia frequentibus coloniis insede- 22
rat: quae tum quoque manebant; sed Persarum regi satrapisque subjectae, priscam
gentis libertatem barbarica servitute mutaverant. Alexander [a] ubi Seston pervenit, 23
maximam copiarum partem Parmenione [b] duce, Abydum in adverso litore sitam
petere jubet, attributis ad hoc centum sexaginta triremibus, multisque onerariis:
ipse cum reliquis Eleuntem proficiscitur, [c] Protesilao sacrum, cujus ibi sepulchrum
adgesto tumulo tegitur. Circa tumulum crebrae ulmi sunt, quarum mira natura 24
est. quippe ramis [d] qui Ilium spectant matutino diei tempore enata folia statim de-
fluunt; quum ceteris stabilis viriditas sit: ita acerbum herois fatum exprimere cre-
duntur; qui in ipso aetatis flore cum Graecis in Asiam profectus, prima Trojani
belli victima fuit. Huic tum [e] Alexander inferias dedit; precatus, *ut melioribus au-* 25
spiciis hostile litus tangeret. Inde cum quinquaginta longis navibus Sigeum petiit,
portumque nomen ab Achivis nactum, quorum classem Trojanis temporibus exce-
perat. Quum jam in mediis Hellesponti fluctibus navigaret (namque suae navis 26
ipse gubernator erat) taurum Neptuno ac Nereidibus immolat, aureamque phialam,
ex qua libaverat, diis marinis donum, in pelagus abjicit. Jam in portu erat classis; 27
[f] quum rex conjecta in litus hasta primus è navi librato corpore terram saltu con-
tigit; [g] testatus, *se possessionem Asiae diis bene juvantibus justo pioque bello sibi adserere*.
Arae deinde constitutae sunt, ubi exscensionem fecerat, Jovi descensori, Miner- 28
vaeque & Herculi: *eo quoque loco*, *unde ex Europa solverat*, *aras exstrui* jussit.

CAP. IV. * Inde processit in campos, ubi veteris Ilii sedes monstrabatur. Ibi dum 1
heroicorum operum monumenta avide perlustrat, quidam [h] ex incolis, Paridis ei
lyram pollicitus est. At ille, *nihil*, inquit, *moror imbellium deliciarum vile instru-* 2
mentum: *at Achillis lyram cedo*, *fortium virorum laudes eadem personantis manu*, *qua*
facta superabat. Nam Achillem, cujus origine gloriabatur, inprimis mirari [i] solitus, 3
etiam circum cippum ejus cum amicis nudus decucurrit, unctoque coronam im-
posuit. Hephaestion [k] Patrocli tumulum coronavit: eumdem amicitiae locum apud 4
Alexandrum sibi esse significans, quem is apud Achillem habuisset. Inter multos
de Achille sermones *duplici nomine beatum sibi videri* dixit rex, *quod vivus fidum a-*
micum nactus esset; *exstinctus magnum praeconem*. Ceteris [l] etiam heroibus, quo-
rum iis in terris sepulchra ostenduntur, parentavit. Sacrificavit & [m] Priamo ad Her- 5
cii aram, sive ut placaret manes ab Aeacida interemti; sive ob cognationem, [n] quam
sibi cum Iliensibus intercedere arbitrabatur, quia viduam Hectoris Andromachen
Neoptolemus in matrimonio habuerat. Minervae, quam praecipua religione ve-
nerabatur, [o] studiose sacrum fecit: suspensisque in templo armis suis, alia detraxit,

a quae

Just. 11, 6, 2. Orof. 3, 16. Otto Frising 2, 25. Diodor. 17, 22. Plut. in X. Orator. 8, 9. & 9, 1. Arrian. 1, 4, 4.

a Arrian. 1, 4, 4.
b Curt. 7, 1, 2. 2, 4, 13. Arrian. 1, 4, 6.
c Herod. 9, 115. Pausan. lib. 1. & 3.
d Philostrati Heroica.
e Arrian. 1, 4, 6. Diodor. 17, 17. Arrian. 1, 4, 7. Plin. 5. 30, 7. Mela. 1, 18.
f Herod. 7, 54.
g Diod. 17, 17. Arrian. 1, 4, 8. Just. 11, 5, 10.
* Strab. lib. 13.
h Plut. c. 24. & de fort. Alex. 1, 14. Aelian. histor. var. 9, 38.
i Plut. c. 24. Arrian. 1, 4, 10. Cicero pro Archia c. 10, & ep. 5, 12. Vopiscus pr. Probi.
k Aelian. hist. var. 12, 7.
l Just. 11, 5, 12.
m Arrian. 1, 4, 9.
n Just. 17, 3, 5. Strab. lib. 13.
o Comment. in Curt. 3, 7, 3.

6 a quae *à Trojani belli temporibus duravisse* dicebantur. *Haec ab armigeris praeferri*
b jubebat, *tamquam à propitio numine ad subigendam Asiam commodata*: *iisque indu-*
7 *tum* c ferunt *ad Granicum cum satrapis decertasse.* Alioquin elegantibus armis gau-
debat; nullius munditiei studiosior. Cetra d usum reperio splendida; galea elegan-
ter cristata, utrimque dependentibus pinnis candore & magnitudine insignibus: tho-
race lineo duplici. e galeam habebat ferream quidem, sed in purissimi argenti spe-
8 ciem splendoremque politam, Theophili opus. collare ferreum internitentes gem-
mae distinguebant. gladio cingebatur acumine & duritie in paucis notabili, augebat-
que pretium ejus, quod in tanto ferri robore levis & tractanti habilis erat. Huic
armaturae interdum amiculum militare injiciebat, quod genus tum *Siculum* appel-
9 labatur. Ceterum quibusdam horum post id tempus potitus est: nam thorax, quem
diximus, inter spolia pugnati ad Issum proelii fuit; gladium Citieorum rex Cyprius
dono dedit; Rhodii balteum, quem incomparabili industria conspicuum Helicon
10 fecerat, egregius inter priscos artifices. Neque poenitet talia memorare, quae ve-
teribus scriptoribus digna relatu videbantur; & alioqui magnorum regum dicta fa-
ctaque, etiam quae leviora haberi solent, non sine fructu aut voluptate recoluntur.
11 Certe arma Alexandri sequens aetas diu venerata est: quibus adeo pepercit vetustas,
ut ex Romanis imperatoribus alius post subacta Pontica regna chlamyde illius trium-
phum suum ornaret; alius thoracem Alexandri indutus percurreret pontem, quem
12 aemulatione Darii Xerxisque in pelago struxerat. Post haec Alexander à Minervae
fano digressus Arisben processit, ubi castra habebant Macedones qui cum Parme-
13 nione transierant. Postero die f praeter Percoten & Lampsacon ad Practium flu-
men contendit; quod ex Idaeis montibus ortum, g Lampsacenum Abydenumque
agrum interfluit, deinde paullisper ad Septemtrionem flexum, in Propontidem exit.
14 Inde Hermotum h praetergressus rex ad Colonas duxit, in mediterraneis Lampsa-
cenorum situm oppidum. Omnibus istis in deditionem acceptis (nam & i Lamp-
sacenis ignoverat) Panegorum misit, qui Priapenorum urbem, quam incolae de-
15 debant, reciperet: Amyntas Arrabaei filius cum quatuor antecursorum turmis, una
Apolloniatum, quam Socrates ducebat, speculatum ire jussus est; quippe hostes in
16 propinquo versabantur, summa sollicitudine curaque bellum instruentes. Inter eos
k rei militaris peritia longe eminebat Memnon. is magnopere suadebat, *ut retroce-*
dentes, *omne quod usui hostibus esse posset*, *longe lateque corrumperent*: *quidquid in*
campo herbidum esset, *equitatu conculcarent*: *vicos urbesque incenderent*, *nihil praeter*
17 *nudum solum relicturi. Vix unius mensis commeatu instructum venisse Macedonem*,
deinceps rapto victurum. ea copia si eripiatur, *brevi recessurum esse. ita parvo impendio*
18 *toti Asiae salutem quaeri. Triste id quidem*: *sed in omni negotio*, *ubi periculum immi-*
neat, *id spectare prudentes*, *ut quam minimo damno defungantur. ita medicos si cor-*
repta parte corporis morbum in ceteras transjici videant, *unius membri jactura pro reli-*
19 *qui corporis incolumitate pacisci. Neque id sine exemplo facturos Persas. Sic olim Da-*
rium regem ipsas illas regiones urbesque vastavisse, *ne Scythis isthac transituris receptus*
20 *esset. At si proelio contenderent*, *de summa rerum aleam jaci. pulsis semel Persis*,
21 *omnem eam oram Alexandri fore*: *victores nihil amplius habituros. Neque hercule par-*
vum discrimen impendere ob vim Macedoniae phalangis, *cui suum peditatum*, *quam-*
22 *quam numero superiorem*, *frustra oppposituri essent. Ipsius deinde regis praesentiam haud*
parum valere ad victoriam; *stimulari milites spe*, *pudore*, *gloria*, *in conspectu impera-*
23 *toris dimicantes*: *quae omnia haberent Macedones*; *ipsis abesse Darium. Neminem am-*
biguere, *quin bellum in aliena terra gerere praestet*, *quam in sua*: *id commodum adeptu-*
24 *ros*, *si consilium suum sequuti de invadenda Macedonia cogitarent.* Nulli ceterorum
ducum grata oratio fuit. *Id fortasse Memnoni Rhodio probari posse*, *cui expediat bel-*
lum trahi, *quo diutius honoribus*, *stipendiisque regiis perfrueretur*; *Persis commissos fi-*
dei suae populos prodere pudendum videri: *neque apud regem excusari posse*, *qui longe*
25 *aliam belli gerendi rationem praescripsisset.* Quippe Darius audito Alexandrum ex Ma-
cedonia movisse, literas ad praefectos suos miserat, imperans *ut insanientem Phi-*
lippi adolescentulum puerili verbere aetatis & conditionis admonitum, *deinde purpurea*
veste indutum, *quamprimum sibi vinctum adducerent*: *naves ipsius una cum nautis ma-*
26 *ri demergerent*: *milites omnes ad ultima maris Erythraei loca deportarent.* adeo prae
superbia futuri securus, & ignarus sortis suae omnem humanae imbecillitatis sen-

a Plut. c. 25.
b Arrian. 1, 4, 9. 6, 2, 8. & 13.
c Diodor. 17, 18. & 21.
d Plutarch. c. 25.
e Plutarch. c. 60.
Appian. de bellis Mithridaticis.
Dio lib. 59.
Zonaras tomo 2.
Arrian. 1, 5, 16.
f 2, 3, 23.
Arrian. 1, 5, 16.
g Strabo. lib. 13.
h Arrian. 1, 5, 16.
Strabo lib. 13.
i 1, 3, 27.
Arrian. 1, 5, 17.
k Curt. 3, 4, 3.
Diodor. 17, 18. Arrian. 1, 5, 19.
2, 3, 3.
Comment. in Curt. 5, 9, 3.
Strabo lib. 13.
Arrian. 1, 5, 19.
Comment. in Curt. 3, 6, 3. Arrian. 1, 5, 19.
2, 5, 10.
Arrian. 1, 5, 20.
Diodor. 17, 18.
Comment. in Curt. 3, 5, 12.

sum exsuerat, *consanguineum deum* se ferens, magis quod potentia non dispar ipsis
videretur; quam ob veterem fabulam, qua Persarum reges à Perseo Jovis filio no-
men atque genus traxisse ferebatur. Eodem fastu plenam epistolam ad Athenien- 17
ses paullo ante scribi jusserat, addideratque, *quando Macedonis amicitiam praetulis-
sent, à se deinceps aurum ne peterent, non enim missurum esse, etiam rogantibus.*

Cap. V. At Alexander quum inter progrediendum agrum à rege Persarum Me- 1
mnoni dono datum attigisset, *maleficio abstineri* jubet, *colonisque & fructibus parci*:
callido commento suspectum facturus hominem industrium, & quem ex omnibus
hostium ducibus unum non contemneret; si in suas partes transducere nequivisset.
Quumque *lenitatem regis* admirati quidam, *acerrimum callidissimumque Macedonum* 2
*hostem, quamprimum in potestatem redactus esset, interficiendum, atque interim qui-
bus posset cladibus vexandum esse* dicerent: *quin*, inquit, *potius beneficiis supplanta-
mus hominem, & amicum ex inimico facimus, eadem virtute & sollertia pro nobis sta-
turum.* Ventum erat in campos Adrasteae, per quos Granicus amnis praecipiti cur- 3
su volvitur. Ibi quidam ex speculatoribus, quos cum Hegelocho praemiserat, re-
versi nuntiant; *Persas instructis ad proelium ordinibus in ulteriore ripa consistere.* Paul- 4
lisper commoratus, dum de transitu consilium caperet, *duces convocari* jubet. Ple-
risque *praecipitis & irriti conatus* videbatur, *fluvium profundum perrumpere, ripam
sua natura arduam atque impeditam obtinentibus tot * equitum peditumque millibus.*
nec deerant qui ingererent * *Daesium mensem* (is enim agebatur Junio respondens)
infaustum res gerentibus apud Macedonas haberi. De periculo non anxius, supersti- 5
tionem haud contemsit: gnarus quantum in rudibus animis valeret etiam vanae re-
ligionis opinio. Igitur edixit, ut repetito prioris mensis nomine, pro Daesio alter
Artemisius haberetur. Et quo efficacius confirmarentur attonitae mentes, Ari- 6
standrum (nam is forte pro transitu sacrificabat) secreto moneri jubet, *ut exceptu-
ram exta manum inscriberet medicamento, literis inversis, quas impositum jecur recen-
ti adhuc calore attraheret, rectasque exprimeret.* iis significabatur, *Alexandro victo-
riam concedere deos.* Vulgatum id miraculum tanta futuri spe omnes implevit, ut 7
post haec tam certa coelestis favoris pignora nihil dubitandum conclamarent. ita in ma-
ximam bene gerendae rei fiduciam astu inducti, victoriam quia suam esse arbitra-
bantur, rapuerunt. Rex impetu animorum utendum ratus quamquam monente 8
Parmenione, *ut saltem proximam lucem operiretur* (jam enim major diei pars efflu-
xerat) statim transduxit copias, Parmenionis sollicitudinem joco prosequutus; *eru-
bescendum Hellesponto fore, si illo superato rivum hunc transire cunctarentur.* Trede- 9
cim equitum turmae cum ipso rege per obluctantes undas vix enisae, priusquam
stabile certumque solum attigissent, aut ordines inter transeundum luxatos instau-
rassent; circumfuso Persarum equitatu urguebantur. Quippe quum repudiato Me- 10
mnonis consilio pugnare placuisset (nam Arsites Phrygiae satrapa *ne unum quidem tu-
gurium eorum qui sibi subessent incendi se passurum* adfirmaverat; inque ejus senten-
tiam à ceteris itum erat) ad Granicum amnem cum centum peditum millibus, vi-
ginti equitum consederant; flumine pro munimento usuri, & vicissim eam velut
Asiae portam venienti Alexandro obseraturi. Cujus adventu cognito, equitatum, 11
in quo robur erat virium, ita collocant, ut contra dextrum Macedonum cornu,
quod ipse rex ducebat (* nam sinistrum Parmenioni commiserat) Memnon cum
filiis & Arsane Persa consisterent: in eadem parte Arsites curabat cum Paphlago-
num equitum auxiliis: in subsidiis Spithridates erat gener regis. Lybiae Ioniaeque
satrapa, Rhoesace fratre & Hyrcanis equitibus comitatus. In dextra * acie Rheo- 12
mithrem duo Medorum millia, totidemque Bactriani sequebantur: Medium agmen
Pharnaces reginae frater, Arbupalesque Artaxerxis ex Dario nepos, & Mithrobar-
zanes Cappadociae praetor regebant: iis Niphates Petanesque, cum Arsace & Ati-
zye variarum gentium turmas adplicuerant. Ii tum multitudine & loco potiores 13
graviter premebant hostem, acrisque pugna conserebatur; maximo omnium regis
periculo, quem armis manuque & imperiis conspicuum plures petebant. Sed tra- 14
gula quidem, quae in promiscuo pugnae ardore desinentis loricae plicis inciderat,
vulnus haud intulit: ceterum à Rhoesace & Spithridate fortissimis ducum simul im-
petitus, extremum discrimen adiit. Dum enim lancea in thorace Spithridatis con- 15
fracta, conatumque destituente, gladium stringit; frater illius à latere adequitans
acina-

Herod. 7, 150. Plut. in Alcibiade. Aeschines contra Ctesiph.
Polyaen. 4, 3, 15. Curtius 3, 1, 21. Themist. orat. 9.
Strabo. lib. 13. Plutarch. c. 25. Arrian. 1, 5, 2. Plutarch. c. 24.
* Curtius 4, 9, 22.
* Plutarch. c. 24. Scalig. de emend. temporum lib. 1.
Frontin. strateg. 1, 11, 14.
Plut. c. 25. Arrian 1, 5, 3. Diod. 17, 19.
1, 4, 24. Arrian. 1, 4, 20. Diod. 17, 19. Just. 11, 6, 10. Plutarch. c. 24.
* Diod. 17, 19. Arrian. 1, 5, 15. Diod. 17, 20. & 21. Arrian. 1, 4, 18.
* Diodor. 17, 19. Arrian. 1, 4, 38. 1, 5, 25. 2, 37. Diod. 17, 21. Arrian. 1, 5, 10. Plut. c. 25. Diod. 17, 20. Arrian. 1, 5, 20. Plut. c. 25.

acinacem incauto impingit, tanto nisu, ut cristam galeae & pinnarum alteram de-
16 cuteret, aciesque gladii summos regis capillos perstringeret. Jamque repetito ictu,
qua discussa cassis nudum caput ostendebat, descendere parabat; quum illum Cli- Curt. 8, 1,
tus occupat, qui animadverso regis periculo amenti similis advolaverat, interce- 41. Arrian.
ptumque barbari brachium cum ipso gladio dejicit. simul Alexandri ense Spithridates 4, 2, 8.
17 occubuit. Nihilo tamen segnius repugnabant Persae: donec interitu ducum, quo- Diodor.
rum plerique jam ceciderant, consternati, & quia jam etiam phalanx Macedonum 17, 21.
18 transierat amnem, equos in fugam averterunt. Neque pedestris acies diu restitit. Plutarch. c. 26.
equitatum suum ad obterendum hostem satis superque validum arbitrati, potius de
praeda quam de discrimine cogitabant. ita subito eventu deprehensorum caedes
19 magis quam proelium fuit. Mercenarii tamen, quibus Omares praeerat, occupa- Arrian. 1,
to quodam tumulo strenue se tuebantur: quia conditionibus in fidem venturos ille 5, 25.
20 non receperat. Ergo Macedonum plures in eo conflictu desiderati sunt, quam e- Plutarch. c. 26.
questri proelio ceciderant: ipse quoque rex, dum inter primos impetum in eos fa-
cit, tam propinquus discrimini fuit, ut equum, cui tum insidebat, ictu gladii per * Arrian.
21 latus adacto confossum amiserit. Quibus rebus vehementer irritatus, equitatu si- 1, 5, 24.
mul & phalange circumdatos occidione occidit; * exceptis duobus fere millibus, Diod. 16,
22 qui in deditionem venerunt. In universum caesa sunt ex hostibus viginti peditum 21. Plut.
millia, duo equitum: captorum par ferme numerus fuit. Ex ducibus Memnon c. 26. Arrian. 2,
effugit, cum Arsace, Rheomithre & Atizye; ceteri honestis vulneribus occubue- 2, 37.
runt. Arsites, quum in Phrygiam se recepisset, pudore & poenitentia, quod hujus Arrian.
23 cladis caussa non immerito haberetur, sibi manus intulit. Alexander paucos qui- 1, 5, 25.
dem, sed promtissimos eo proelio perdidit. triginta admodum pedites, septuagin-
ta quinque equites ceciderant. Igitur ut ostenderet omnibus in utraque fortuna
apud se virtuti praemium fore; superstites Persarum spoliis ditat: occisorum cor- Just. 11, 6,
pora cum armis ceteroque cultu magnifice sepelit: parentibus eorum liberisque va- 13. Diodor.
24 cationem munerum concedit. vulneratorum etiam cura ambitiose acta est; quum 17, 21, Arrian. 1, 5,
ipse rex obeundo tentoria & inspiciendo singulos sollicitudinem suam pro gregariis 27.
etiam militibus ostentaret, ac gravem cujusque casum munificentia laudibusque aut
25 promissis solaretur. Quae comitas in omnia deinceps pericula fidissimos ei praesti-
tit: nec quisquam recusavit spiritum pro eo rege profundere, qui neque vitam suo-
26 rum inopem, neque mortem inhonoratam pateretur. Insignis prae ceteris honor fuit
viginti quinque equitum ex turma amicorum; quos primo statim congressu ex ini-
27 quo loco pugnantes multitudo Persarum oppresserat. Nam Lysippo, à quo uno, Val. Max.
propter hominis peritiam, in aere fingi voluerat, imperavit, ut equestres ipsis sta- 8, 11.
tuas faceret: quas apud Dion [a] Macedoniae oppidum collocatas post longam aeta- 1, 2, 13.
28 tem abolito Macedonum regno, Q. Metellus Romam transtulit. Primum hujus a Plut. c. 26. Arrian. 1, 5,
victoriae decus penes ipsum regem fuit. aciem optime instruxerat, observataque lo- 26 Liv. 44,
ci natura, [b] obliquos per flumen ordines duxerat, ne statim, quum ex aqua evasis- 7, 2. Vellei.
sent, à Persis invaderentur. Turbatos deinde, territosque excitavit, hortatus [c] *ut* 1, 11, 4. Plin.
29 *saltem semel adhuc strenue adorirentur hostes.* Neque minus manu fortiter usus erat, 34, 8, 20. b Arrian. 1,
multos lancea, alios ense confecerat: primique ex hostibus fugam [d] arripuerunt, 5, 13 Po-
30 qui contra ipsum constiterant. Consilium quoque ipsius audaci specie, plus tamen lyaen. 4, 3,
rationis quam temeritatis habuit. pugnaturos adversus hostem novum, numeroque 16. c Polyaen.
longe superiorem, etiam desperatione armare voluerat, [e] ut praecisam objectu flu- 4, 3, 8.
31 minis fugam conspicati omnem salutis spem in victoria collocarent. Thessalo- d Diodor.
rum etiam, nam [f] id robur equitatus erat, insignis eo die opera extitit. neque ce- 17, 21. e Diodor.
teri officio suo defuerunt: praesertim equites, nam equestri potissimum proelio 17, 23.
32 transacta res est; pedites è vestigio cesserunt. Ceterum Alexander [g] Persarum etiam f Liv. 9, 19,
nobilissimos sepulturae tradidit; & quotquot ex Graecis mercenariis hostibus me- 4. Diodor.
rentes ceciderant: qui autem eorum vivi in potestatem redacti fuerant, *eos per Ma-* 16, 4. 17, 21. g Arrian.
cedoniam in ergastula distribui jussit, *quod contra commune Graecorum decretum, pro* 1, 5, 29.
33 *barbarorum dominatione adversus patriam pugnavissent.* Thebanos tamen dimisit, qui Plutarch.
excisa urbe, ademtis agris necessitate magis quam sponte peccassent. jam enim tot apophth.
34 illorum calamitatibus expleta odia misericordiae locum fecerant. Post haec de ma- c. 40.
nubiis trecentos clypeos selegit, qui Minervae Atheniensi dedicarentur, superbo
cum titulo: *Alexandrum Philippi F. Graecosque, exceptis Lacedaemoniis, de barbaris* Arrian. 1, 5, 30. Plut.

 Asiam c. 26.

Aſiam incolentibus ſuſpendiſſe. Id eo fecerat, ut communicata victoriae laude Grae- 35
cis ad ceteras belli neceſſitates obſequentioribus uteretur: ſimul Lacedaemoniorum
contumaciam traducebat, qui ſeorſum initis conſiliis à cetero Graeciae corpore
Curtius abrupti, tantique decoris expertes manſiſſent. Neque matris, quam eximia pieta- 36
3, 5. te ſemper coluit, oblitus, pocula, purpuram, aliaque id genus pretioſa ſpolia,
Plut. c. 26. paucis demtis, ad illam tranſmiſit.

Strabo CAP. VI. Poſt hoc proelium denuo ad Ilium profectus Alexander, deae gratias 1
lib. 13. egit, quae graviſſimi belli diſcrimen aditurum, armis & omnibus juviſſet. Quippe 2
2, 4, 5. ſuperiori tempore, quum ſtatim poſt tranſmiſſum Helleſpontum eo contendiſſet, uti
ſupra retulimus, ante fanum Minervae ſtatuam equeſtrem humi proſtratam vidit,
Diodor. Ariobarzanis ora referentem, qui Phrygiae quondam ſatrapa fuerat. Idque omen 3
17, 17. interpretatus Ariſtander *illuſtrem ex equeſtri pugna victoriam* promiſerat Alexandro,
maxime, ſi haud procul Phrygia dimicaretur: ipſius etiam dextra nobilem hoſtium du-
2, 5, 16. *cem caſurum.* Neque fefellit ſpem vatis eventus proelii, ſtratuſque regis enſe Spi-
thridates praedictionis fidem implevit. Igitur & templum donariis exquiſite coluit; 4
Strabo & Ilio, quod tum haud multum ſupra modici pagi ſpeciem eminebat, nomen ur-
lib. 13. bis addidit: utque id cum dignitate tueretur, reliquit qui inſtaurandae ejus amplian-
daeque curam agerent: liberamque & immunem eſſe juſſit. Quumque delubrum 5
Diodor. deae pro religione loci nimis anguſtum neglectumque videret; eximium illi tem-
18, 4. plum extruere poſtea ſtatuit. ſed hoc aliaque magnifica meditantem fatum occu-
3, 10, 22. pavit: neque ſucceſſores exſequuti ſunt. Ceterum illa victoria totam Aſiam cis 6
Strabo Taurum & Euphraten aperuit regi. Attoniti inſperata clade, non copiis modo,
lib. 13. ſed & ducibus amiſſis, nullam praeterquam in clementia victoris ſpem habebant;
eamque feſtinata deditione certatim promereri ſatagebant. Phrygiam Arſites volun- 7
Arrian. 1, tario exitu vacuam fecerat; ei Calas Theſſalorum ductor praeponitur. Ex mon-
6, 1. 1, 5, 8. tanis quoque locis plerique deſcenderunt ſeque & ſua dedentes Alexandro. eos in
fidem acceptos domum remiſit: Zelitiſque ignovit, quos à Perſis coactos adverſus
ipſum militaſſe cognoverat. Tributum omnibus impoſitum eſt, quod Dario pen- 8
dere conſueviſſent: idque poſtea conſtanter ſervavit, quum ceteras Aſiae regiones
Curtius ſubigeret. Omne peregrinum imperium invidiae ſubjectum eſſe noverat, etiam
6, 3, 10. quum domeſtico mitius eſt; at ſi vetera ſubditorum onera novis cumulentur, in-
Hippol. à tolerandum haberi. Igitur monenti cuidam *longe plus tributorum vectigaliumque ex* 9
Collibus *tanto imperio redigi poſſe*; reſpondit, *etiam olitorem ſe odiſſe, qui radicitus exſcinde-*
Princeps *ret olera, quae carpere debuiſſet.* Daſcyleum praeſidio Perſarum teneri audiverat. 10
c. 23. ex eo [a] Parmenionem miſit, quem oppidani ſtatim receperunt; quum audito Macedo-
Maximo num adventu, Perſae exceſſiſſent. ipſe Sardes proceſſit, [b] caput omnium quae prae-
Tyrio. fectis orae maritimae Perſarum reges parere juſſerant. Jamque haud amplius ſe- 11
a Arrian. 1, ptuaginta ſtadiis ab urbe aberat; quum ad eum Mithrenes venit, cui tutelam arcis
6, 2. Sardianae [c] Darius crediderat, cum principibus Sardianorum, urbem arcemque, &
b Plut. c. 27. pecuniam quae in ea cuſtodiebatur, tradituri. Quibus benigne exceptis ad Hermum 12
Pauſanias fluvium progreditur, viginti fere ſtadiis ab urbe diſtantem. ibi caſtris poſitis [d] A-
lib. 3. myntam Andromenis filium ad recipiendam arcem praemittit. Ea praecelſo loco 13
c Arrian. 1, 6, 3. Diod. 17, 21. ſita, difficili undiquaque aditu, adverſus quamcumque vim teneri potuerat, etiam
d Arrian. 1, 6, 4. ſi murus, qui triplici munimento illam circumibat, abfuiſſet. Ergo felicitati ſuae
gratulatus, quod ampliſſimas res animo volventem, arx munitiſſima longa obſi-
dione non implicaſſet; Jovi Olympio templum ibi ponere decrevit. Quumque ſol- 14
licite circumſpiceret, quinam locus accipiendae aedi maxime opportunus foret,
confeſtim exorta vehemens tempeſtas multo imbre partem arcis perfudit, ubi vetus
Lydorum regia fuerat. Eam itaque ſedem nutu deorum deſtinari credens, *templum*
ibi conſtitui juſſit. Arci deinde Pauſaniam ex amicorum cohorte praeponit; attri- 15
butis Argivorum auxiliis: ceteras ſociorum copias cum Cala & Alexandro Aeropi
filio in Memnonis praefecturam immittit. vectigalibus tributiſque colligendis Ni-
ciam quemdam praeficit; Aſandrum Philotae filium Lydiae, quibus finibus Spithri-
dates tenuiſſet. dati ad id equites cum expeditis cohortibus, quot in praeſentia ſuf-
fecturi putabantur. Lydos omnes ſuis legibus libere uti permiſit: & quia Sardianos 16
* Strabo Dianae, quam *Coloënen* vocant, * cultui deditos cognoverat, illius templo jus aſyli
lib. 13. Tacit. 3, 63, 4. gratificatus eſt. Mithrenen honorifice ſecum habuit, ut ejus exemplo & alios ad
pro-

proditionem inliceret : procedente tempore & Armeniam homini regendam com- Curt. 5, 8, 9.
17 misit. Ceterum repertis in arce libellis, in quibus inter cetera perscriptae erant lar- Curt. 5, 1,
gitiones, ob bellum Macedonibus in Graecia conflandum à satrapis factae, cogno- 44. Arrian.
vit Demosthenem eam ob caussam magnum auri pondus accepisse; cujus etiam e- 3, 3, 17.
18 pistolae ibi servabantur. Sed quia pace cum Atheniensibus inita transacta res erat, Diodor. 17, 64.
nihil ea de re palam conquestus est; ceterum intentiore cura agitandum censuit, Plutarch.
quomodo adversus efficacem viri eloquentiam Athenae in officio continerentur, Demosth.
sua defectione universam Graeciam in partes tracturae. nemo occurrebat Phocione c. 28.
dignior, cujus mira innocentia, & ob constantiam virtutis honorata paupertas erat.
19 Eum ergo, primum ob usum, deinde ut hominis magnanimitatem multis experi-
mentis cognovit, admiratione virtutis ita coluit, ut quum post eversum Darii im- Plut. Pho-
perium animo elatus neminem jam salute dignaretur, ad quem scribebat; eximium cione c. 22.
20 eum honorem duobus tantum, Antipatro & Phocioni habuerit. Constat huic ali- Aelian hist. var. 1, 25.
quando centum talenta dono misisse regem: deinde optionem fecisse inter quatuor Plut. Pho-
haud ignobiles Asiae urbes unam eligendi. Cius, Elaea, Mylassaque & Gergetho cione c. 23.
21 fuere: quidam ultimo loco * Patara nominant. At ille nihil horum accepit: sed Plut. Pho-
ne tanti regis amicitiam fastidiose sprevisse videretur, petiit, *ut Echecratides sophi-* cion. c. 24. * Aelian.
sta, & Athenodorus Imbrius, cum Demarato & Spartone Rhodiis, qui in arce Sardia- hist. var.
22 na captivi tenebantur, *custodia liberarentur*. Sed haec in sequens tempus excurre- 1, 25.
re. tum ad Ephesum itum est, quam accepto cladis Persicae nuntio praesidiarii de- Arrian.
seruerant, duabus Ephesiorum triremibus avecti. Erat inter eos Amyntas Antio- 1, 6, 6. Curtius
chi filius, qui ex Macedonia profugerat, nulla quidem injuria adfectus, sed quod 3, 11, 18.
periculum à rege metueret: quem quia invisum exosumque habebat, illius animum Arrian.
23 ex suo metiebatur. Quarto postquam Sardibus movisset die, Ephesum introiit A- 1, 6, 7.
lexander: restitutisque exsulibus, qui paucorum dominatione pulsi fuerant, rempu-
blicam populo tradidit. Ille libertatis diu desideratae compos, eos qui Memnonem
advocavissent, quique templum Dianae spoliassent, inque eo Philippi statuam de-
jecissent, aut Heropythi monumentum effodissent, quod liberatori civitatis in foro
24 positum fuerat, ad supplicium poscit. Ex quibus Pelagon cum fratre Syrphace &
patruelibus, ex ipsa aede in quam confugerant, rapti sunt, statimque lapidibus ob-
ruti. Jamque in caedes & injurias ibatur; quum Alexander inhibita vulgi licentia,
ulterius eo de negotio inquiri, aut cuique molestiam exhiberi vetuit. id optimis qui-
busque saluti fuit; quos per caussam veri fictive criminis, ipsorum dignitas aut opu-
25 lentia, furibundae plebis odiis avaritiaeque objecisset. Inter haec Magnetes & Tral-
liani legatos mittunt, imperium accepturi. eo *Parmenione cum quinque peditum mil-
libus, equitibusque ducentis ire* jusso: Alcimalum cum paribus fere copiis circum 2, 7, 9.
26 Aeolicas Ionicasque Persici juris urbes mittit. utrique injunctum, *ut, abolito pauco-
rum dominatu, popularem ubique statum introducerent.* quippe multitudinem suis re- *Plin. 35, 10
bus studere compererat: obque eam rem tyrannos à barbaris impositos, per quos 25. 1, 2, 13.
27 coërceretur. Per eos dies, dum Ephesi commoratur Alexander, ut ex instantibus * Aelian.
curis recrearet animum, * frequenter in officinam Apellis ventitavit, à quo uno effi- hist. var, 12, 34.
giem suam penicillo exprimi volebat : tanto favore complexus, ut dilectissimam * Plin. 35,
28 pellicum, amore ejus deperire sentiens artificem, dono dederit; * Pancasta vocaba- 10, 25. Ae-
tur, ex Larissa nobili Thessaliae urbe genus ducens: amabatque eam rex ardenti lian. hist. var. 2, 3.
adfectu, ob formae pulchritudinem; & quoniam adolescenti prima mulierum ad Plutarch.
29 libidinem placuerat. Hoc ut magnanimitatem Alexandri non dedecet; ita non cre- de animi
diderim, * *in officina imperite multa disserentem ab Apelle mordaci dicterio repressum* tranquil.
fuisse. nam id neque majestati tanti regis, neque modestiae pictoris, hominis non c. 21. Ae-
stupidi nec indocti, convenisset: & Alexander liberalibus studiis ab extrema aetate lian. hist. var. 2, 2.
30 imbutus, etiam de artibus, quas non calleret, haud inepte judicare didicerat. Illud * Strabo
propius vero est, quod alii tradiderunt; *quemdam ex Ephesiae Dianae sacerdotibus*, lib. 14.
quos Megabyzos * *appellari mos erat, reprehensum*: quum quidem ei diceret Apel- Quinctil.
les, *quoad tacuisti, aurum hoc atque purpura venerabilem te faciebant imperitis; at* 5, 12. Plin.
nunc de rebus quas non intelligis incipientem loqui, etiam pueri rident qui colores te- 35, 10, 34.
31 *runt.* In ea urbe longe celeberrimam aedem, ut supra * relatum est, Herostratus & 35. 11, 14. Laertius in
incenderat. Ea tum summa Ephesiorum cura, maximisque impensis instaurabatur. Xenophonte.
32 Quorum studiis juvandis Alexander *tributa quae Persis dare consueverant, Dianae* * 1, 1, 24.
pendi Arrian. 1, 6, 7.

Tacitus *pendi* jussit: confirmavitque jus asyli, quod antiquitus etiam Liberum patrem
3, 61, 3. Herculemque servavisse cognoverat; addito etiam spatio, ut quaquaversum in unius
stadii amplitudinem extenderetur. postea quoque, quum Asiam perpacasset, scripsit 33
Ephesiis, *se omnes sumtus qui in id aedificium facti essent, restituturum; quique por-
ro requirerentur, praebiturum de suo. ita tamen, ut ipsius nomen instaurato operi inscri-*
Pausan. *beretur.* idque deprecati sunt Ephesii. quo tempore, quia Alexandro petenti aliquid 34
lib. 7. denegare arduum erat, legatus eorum ad adulationem confugit, qua maxime ex-
Strabo pugnabilem norat, dixitque *dedecere culmen ipsius, si diis aliquid consecraret, quum*
lib. 14. *ipse deus esset. nam eum honorem ab hominibus haberi potiori naturae.* Ea gloriae con- 35
tentio inter maximum regem, & unam civitatem fuit. obtinuerunt Ephesii; & ma-
luerunt ingenti pecunia carere, quam instaurati templi titulo regi cedere. Nam 36
quantos in id opus sumtus contulerint, vel ex una tabula aestimare licet, quam
Plinius ibi dedicaverunt, viginti talentis auri redemtam. Alexander erat, fulmen tenens,
35, 10, 33. quem inimitabili dexteritate Apelles expresserat; quatuor tantum coloribus usus,
quo majus peritis miraculum esset.

Strabo CAP. VII. Sub idem tempus antiqui splendoris sedem Smyrnaei receperunt, post- 1
lib. 14. quam Lydorum armis excisa vetere Smyrna, quadringentos per annos vicatim ha-
bitavissent. Restituit eam rex viginti ferme stadiis à solo antiquae urbis, somnio
Plutarch. monitus. Solebat Alexander quum à majoribus negotiis vacaret, otium venando 2
c. 39. eximere. forte exercito corpore fessus in Pago monte obdormiverat: ibi per quie-
Pausanias tem visus est audire Nemeses (quarum in proximo fanum erat) imperantes *ut eo*
lib. 7. *ipso loco urbem conderet, inque eam Smyrnaeos deduceret.* Id insomnium mox Clarii 3
Apollinis oraculum confirmavit, Smyrnaeis consulentibus *prospere cessuram migra-*
Strabo *tionem* promittens. Ita fundamenta novae urbis imperio regis jacta sunt; absolutae
lib. 14. gloriam Antigonus tulit, quum ipsum paullo post Alexander Lydiae Phrygiaeque,
Curt. 4, 4, & vicinis regionibus praeposuisset. In Smyrnaeo sinu Clazomenii habitant, qua 4
35. Arrian. angustissimum est solum; quod procurrentes in mare terras per sexaginta ferme sta-
1, 8, 27. Plinius dia continenti adnectens, peninsulae speciem efficit. Alterum isthmi latus ex ad- 5
5, 29, 21. verso Clazomeniorum Teos occupat. in extremo peninsulae cornu Erythrae sunt,
Strabo tum quoque fatidicis mulieribus inclytae: juxta quas mons altissimus Mimas, in-
lib. 14. Pausanias sulae Chiorum oppositus mare prospectat; deinde paullatim depressior, haud procul
lib. 7. Aelian. hist. angustiis Clazomeniorum in aequales campos desinit. Eam loci naturam contem- 6
var. 5, 27. platus Alexander, faucibus intercisis auferre continenti decrevit, ut Erythris & Mi-
Plinius manti mare circumfunderet, ac superiorem inferioremque sinum conjungeret. Id 7
5, 29, 21. unum regi ex sententia successisse negant, quum ceteros ejus conatus fortuna enixe
Pausanias juvaret. abiitque res in relligionem, *nec fas esse mortalibus* existimatum est, *mutare*
lib. 2. *faciem, quam natura locis indiderit*: utique postquam alios similia molitos ubique
Herodot. successus destituit. Clazomenas tamen, mole duorum stadiorum adgesta, continen- 8
1, 174. Plin. 4, 4, 4. ti junxit, quas olim metu Persarum Clazomenii in insulam transtulerant. Sed haec
Plinius quidem opera regiis praefectis commissa sunt. Ipse sacrificiis Ephesi magnifice ce- 9
5, 29, 22. lebratis, in honorem deae cum universo exercitu qui aderat, in armis decucurrit;
Arrian. 1, 6, 11. postero deinde die cum peditatu, quem secum habebat, adsumtis Thracum equiti-
2, 6, 25. bus, & quatuor amicorum turmis, inter quas & regia erat, Miletum contendit.
Arrian. Quippe Hegesistratus praesidii praefectus literis ad eum missis, spem deditionis fe- 10
1, 6, 12. cerat: sed postquam Persarum classem in propinquo versari cognoverat, mutata
Diodor. sententia oppidum Dario conservare nitebatur. nam & commeatuum telorumque, 11
17, 22. & si qua alia ad tolerandam obsidionem requiruntur, magnam habebat copiam; &
propugnatorum multitudine abundabat: quia Memnon, quum ex proelio Miletum
Arrian. perfugisset, multis ibi suorum relictis praesidium firmaverat. Igitur infesto agmine 12
1, 6. 12. suggressus, exteriorem urbem, ut ipsi vocabant, ex itinere cepit: nam oppidani
militesque, ne vires spargerent, in interiorem urbem concesserant, auxilium suo-
rum, quod haud procul abesse rebantur, opperituri. Verum vanam exspectatio- 13
Herodot. nem fecit Macedonicae classis adventus, quae Nicanore duce Laden insulam su-
6, 7. Strabo pra Miletum sitam occupavit: deinde quum jam hostium classis ad Mycalen mon-
lib. 14. tem haereret; ipsum Milesiorum portum ingressa Persici auxilii spem oppidanis ade-
Arrian. 1, 6, 22. mit. Neque prohibebant barbari, quamquam numero navium longe praestarent: 14
quippe paullo minus quadringentis habebant, quum Nicanor tantum sexaginta su-
pra

15 pra centum adduxisset. Interea Glaucippus princeps civitatis ad Alexandrum missus, petito, *ut urbem & portus Macedonibus Persisque communes esse pateretur*; triste responsum retulerat: *Non se venisse in Asiam, ut acciperet, quod alii concederent;* Seneca epist. 53, 10.
sed ut quisque haberet, quod ipse reliquisset. itaque scirent omnium fortunarum arbi-
16 *trium meliori permittendum; aut in proximam lucem de eo certandum esse.* Sed qui Arrian.
in civitate erant, primum invadentium impetum fortiter retuderunt, caesis inter 1, 6, 20.
alios duobus Hellanicae filiis, quae nutrix Alexandri fuerat, & Clitum, qui rege Curt. 8, 2, 8.
17 servato eximium decus meruit, fratrem habebat: Sed quum dolore iraque incensi Arrian. 4, 2, 12.
hostes machinis admotis magnam murorum partem dejecissent, jamque in oppidum irrupturi viderentur, conspectisque in portu Macedonum triremibus, novus terror ingrueret; pars scutis incubantes in parvam insulam urbi objacentem enatarunt, alii scaphis conscensis, quum idem molirentur, in ipso portus aditu ab ho- 2, 8, 4. Arrian. 1, 6, 23.
18 stium navigiis intercepti sunt. Alexander, oppido in potestatem redacto, contra eos qui insulam tenebant, naves expediri jussit, quibus impositae proris scalae ferebantur, ut in abruptam insulae oram, velut in muros hostilis oppidi transscenderet mi-
19 les. At quum mercenarios Graecos, qui eo confugerant, quamvis haud plures trecentis essent, ultima pati paratos conspiceret, misertus virorum fortium, & qui a Diodor.
pro fide in eos à quibus conducti erant, haud procul exitio abessent, iis pepercit, 17, 22.
20 & *secum militare* jussit. Barbaros in urbe deprehensos in servitutem redegit; Mi- b Strabo
lesiis [a] qui superfuerant, libertatem restituit, ob veterem urbis gloriam. Tantum lib. 14. Plin. 1, 29, 15.
enim [b] aliquando opibus gloriaque Miletus floruerat, ut per vicina maria supra se- Seneca
21 ptuaginta colonias deduxerit. multis quoque civibus nobilis, qui in sacris certamini- consol. ad
bus palmam adepti, patriae celebritatem auxerant: nam ejusmodi victoriae, more Helviam 6, 14.
22 quodam Graecorum inter prima [c] virtutis decora censentur. In quem jocatus, Ale- c Lucian. de
xander, magna multitudine statuarum conspecta; *ubi erant istorum lacerti*, inquit, gymnasiis.
quum Persarum jugum recepistis? quippe vir strenuus, & ad bellandi usum cuncta Plutarch.
referens, ignominiosum ducebat debitum seriis certaminibus robur, ad voluptatem apophth. c. 37.
23 inertis vulgi, inani ostentatione consumere. Interea milites, quia vi introitum erat, 1, 3, 29.
obvia quaeque diripientes, [d] ad fanum Cereris pervenerant: quod quum exspoliaturi d Strabo
quidam irrupissent, ignis ex penetralibus aedis repente emicans, sacrilegorum ocu- lib. 14.
24 los exstinxit. Hic etiam progenitorum suorum monumenta Alexander reperit, in- Val. Max. 1, 1, 5. ext.
specto fonte, * cujus aqua ex ipso scaturiginis labro hausta salsum saporem habet, Lactantius
eadem dulcissima, quum profluxit in rivulos. *Achilleum* Milesii nominant, inque 2, 8.
eo lustratum heroëm rumor tenuit, quum Strambelum Telamonis filium Lesbiis * Athenaeus 2, 6.
25 auxilium ferentem oppressisset. Apud Milesios Didymei Apollinis oraculum erat, Parthenius
divitiis famaque celebre. Id tum Seleucus, cujus maximae post Alexandrum opes in Eroticis.
fuere, de reditu * in Macedoniam consuluisse dicitur, & responsum accepisse, *ut* Comment.
26 *Europa valere jussa, Asiam complecteretur.* Aliud subinde miraculum adtentum ha- in Curt. 5, 7, 28.
buit regem, cujus curiosum ingenium, & cognoscendi avidum, novitate rerum * Appiani
mire adficiebatur. *Amatum à delphine puerum ex Iasso*, quod haud procul Mileto Syriaca
in insula situm oppidum est, acceperat; *ejusque vocem agnovisse piscem, & quoties* sub fin.
evocaretur, vehi cupientem excepisse dorso. Igitur gratum acceptumque Neptuno ho- Strabo lib. 14.
minem interpretatus rex, sacerdotio ejus dei illum praefecit. Plinius

1 Cap. VIII. Occupata hunc in modum Mileto, quum adhuc barbarorum nume- 9, 8, 10.
rosa classis in mari vagaretur, & fiducia multitudinis suae, quodque peritia rei nau- Arrian. 1,
ticae Macedonas anteiret, hostem ad navale proelium provocaret, obque ipsum 6, 25.
2 urbis portum, in quem naves suas abduxerat rex, frequenter obversaretur; Alexander Philotam cum equitatu & tribus peditum cohortibus ad Mycalen montem mittit, ubi Persicarum navium statio erat, ut exscendere volentes submoveret, neque
3 aquari lignarive, aut cetera necessaria è terra petere permitteret. Ea res barbaros in maximas angustias conjecit: obsessis similes haerebant in portu, neque terram ubi volebant capere, aut necessariis rebus refici poterant. itaque consilio habito, Samum averterunt cursum, petitoque inde commeatu, Miletum revecti ante ostium
4 portus instructa acie constiterunt. Inter haec, quinque Persarum naves in portu quodam qui inter parvam illam insulam, de qua supra dictum est, & stationem 2, 7, 17.
Macedonicae classis medius erat, multa hostium navigia conspicati, plenis velis eo ferebantur: nam maximam sociorum navalium partem ob varios usus abesse con-

E jece-

jecerant; vacuarumque navium haud difficilem occupationem fore arbitrabantur.
At rex iis qui aderant celeriter in decem triremes impositis, *obviam ire hostibus* ju- 5
bet. illi tum numero navium, tum inopinata re perterriti, quum ultro se peti con-
spicerent ab iis, quos imparatos oppressuri venerant, terga vertunt: una tamen na-
vis quae Iassios vehebat deprehensa est; ceterae velociores ad suam classem effu-
gerunt. ita nullo eorum quae intenderant effecto, Mileto discessum est. Alexan- 6

Diod. 17, 23. Arrian. 1, 6, 31. * 2, 9, 1. Arrian. 1, 6, 16.

der, quum suam classem neque hostili parem, & ad alios usus supervacuam sibi
cerneret, multique & graves ad eam sumtus requirerentur, dimittere eam, sta-
tuit; paucis * navium retentis, quibus ad obsidiones urbium machinae tormenta-
que portarentur. Dissuaserat illud Parmenio, monueratque ut navali proelio con- 7
tenderetur. *Macedonibus enim victoribus magnum ad cetera emolumentum accessurum*
esse: at victos nihil sane amissuros, nam imperium maris jam tum esse penes Persas; &
litora facile tutaturos, qui pedestribus copiis plus possent. quoque expeditius quod vi- 8
debatur obtineret; idem qui consilium dederat, *exsequi illud paratum* ostendebat,
conscensisque navibus quam rex jussisset discriminis partem capessere. Confirmabatur
etiam augurio, quod superioribus diebus à tergo regiae classis aquila in litore con-
sistens adparuisset. Contra Alexander *falli Parmenionem* adseverabat, *qui paucas* 9
suorum naves tantae hostium multitudini, imperitosque remiges & rudes classiarios,
exercitatissimis hominibus, reique nauticae peritissimis objiciendos duceret. se quidem 10
virtuti suorum non diffidere, ceterum scire illam in navalibus pugnis minimum conferre
ad victoriam. multo enim plura ventorum fluctuumque ludibriis permitti, quae guber-
natorum atque remigum peritia vitaret, aut suis partibus opportuna redigeret. nec in
ipsarum navium constructione nihil aut parum situm: ita Macedonum conatus vanos fo- 11
re, quum eos barbari impune aut eludere; aut etiam, si casus daretur, opprimere pos-
sent. Neque vero exiguum id detrimentum futurum. totam Asiam arrecturam animos, 12
si inter initia belli clades accepta foret. Plerosque mortalium ita comparatos esse, ut
cum rerum eventum exspectandum putent, quem ex principio successuum spe aut formi-
dine praeceperunt. Et ne de Asia dubitemus, inquit, *quis mihi praestabit Graecos in*
fide mansuros, si felicitatem illam exspiravisse credant, quam, si verum amamus, unam
in nobis reverentur? Plane ad fortunam meam pertinere arbitror, quod aquila pone 13
classem conspecta est, idque boni successus omen accipio. sed hoc manifesto promittit au-
gurium, nos hostium naves è continenti expugnaturos esse. nam praesaga victoriae ales,
non in navibus, sed in litore constitit; nec magis eventum, quam locum ostendit belli.

2, 11, 1. Arrian. 1, 6, 31. Plutarch. c. 27. Appian. de bello Mithrid. Just. 38, 7, 2. Curt. 6, 3, 3. & 10, 10, 3. a Vitruv. 2, 8. b Strabo lib. 14. c Diodor. 17, 23. d Arrian. 1, 7, 2. e 1, 2, 22. Comment. in Curt. 3, 13, 4.

Nam si, ut coepimus, maritimas urbes nostri juris efficimus, Persarum classis ultro dila- 14
betur. neque enim supplementum, aut commeatus, aut securae etiam stationes in prom-
tu erunt; & si haec adimas, quo plus in mari habent virium, eo celerius consumen-
tur. Atque sic implebimus fidem vaticinii, quod aereae tabulae inscriptum nuper ex
quodam in Lycia fonte ebullivisse comperimus, instare terminum Persici imperii. Ita 15
dissoluta classe, Pontum adjacentesque Ponto regiones praetoribus suis subjugan-
das reliquit; ipse institutum iter prosequutus, in Cariam movit: nam *eo magnam*
vim hostium confluxisse cognoverat. Quippe Halicarnassus [a] natura loci munitissi- 16
ma, duplicique [b] arce tuta, spem praebebat, Macedonem torrentis more ruentem,
ea urbe tamquam crepidine opposita coërceri posse. Maxima in Memnone spes
erat, [c] qui omnia ad ferendam obsidionem opportuna summa cura praeparabat.
Nuper enim à Dario [d] maritimae orae totiusque classis praetor creatus erat. Nam 17
homo callidus temporumque prudens, quum se omnes Persicos duces bellicis ar-
tibus superantem, unam ob caussam infra meritum honorari intelligeret, quod
Graecus genere, & olim [e] Macedonicae regiae hospes de proditione suspectus ha-
beri poterat; uxorem suam liberosque ad Darium misit, quasi de securitate illorum
sollicitus, revera ut his velut obsidibus fiduciam regis obligaret. Ceterum Alexan- 18
der Cariam introgressus, omnia inter Miletum & Halicarnassum oppida brevi in

Arrian. 1, 7, 1. Diodor. 17, 23. Strabo lib. 14.

potestatem redegit. Pleraque enim Graecis incolis habitabantur, quibus immuni-
tatem suasque leges restituere consueverat, *ob liberandos eos in Asiam venisse* profes-
sus. Neque minorem mox à barbaris iniit gratiam, comiter excepta Ada, regii 19
generis muliere, quae iter per ea loca facientem convenerat, illiusque fidem im-
plorans *in regnum restitui* oraverat. Nam Hecatomnus Cariae rex tres filios ha-
buit, duas filias: ex quîs maximus natu Mausolus Artemisiam duxerat. minor ex
soro-


20 sororibus Ada fratri Hidrieo nupsit. Sed Mausolo quidem soror eademque con-
junx successit, more gentis, quo in matrimonium regnumque sociari fas est iisdem Tacitus
parentibus genitos. at postquam Artemisia desiderio defuncti extabuit; Hidrieus re- 2, 3, 5.
21 gno potitus, & sine subole mortuus, Adae reliquit imperium. Hanc Pexodarus Strabo lib. 14.
expulit, qui unus de Hecatomni filiis supererat: & quamquam is decessisset, ex-
clusa manebat; quia Orontobaten nobilem Persam Pexodarus generum adsciverat, Arrian. 1,
ut in novo & vi parto imperio illius opibus & gratia protegeretur. atque ille exstin- 7, 26.
22 cto socero, velut dotale regnum retinebat. Eam injuriam deplorans mulier, si- Plutarch.
mul Alindis deditis (munitissimum id castellum erat) impetravit, ut nomen filii c. 38.
quod deferebat, lubens acciperet; strenuamque ei operam ad antiquae dignitatis de-
cus mature recipiendum polliceretur. Neque promisso fides defuit; expugnataque Arrian. 1,
23 deinde Halicarnasso totam illi Cariam parere jussit. Interim fama benigne exceptae 7, 26.
reginae per omnem illum tractum diffusa, multas civitates Alexandro conciliavit;
nam pleraeque à necessariis aut familiaribus Adae tenebantur: ii per legatos obtu- Strabo
lerunt aureas coronas, *futurosque in fide ac potestate regis*, *& imperata facturos* pro- lib. 14.
24 miserunt. Dum haec ita geruntur, exquisitae artis saporisque cibos atque bellaria Diodor. 17, 24.
sollicite confici curabat Ada, eaque cum ipsis coquis & cupediariis regi dono mitte- Plutarch.
bat; tamquam benemerenti gratiam relatura, si muniis armorum fessum fatigatum- c. 38. &
25 que Asiatici luxus deliciis exciperet. At ille prudens intemperantiam gulae seria apophth. c. 37. & in
tractanti intempestivam esse, benivolentiae quidem muliebri comiter gratias egit; non posse
ceterum *non attinuisse* respondit, *ut pro ipso sollicita esset*, *meliores habente coquos*, suaviter
quibus ipsum olim paedagogus suus Leonidas instruxisset; *ad prandium iter antelucanum*, vivi secun-
ad coenam frugale prandium. dum Epi- cur. c. 40.

1 Cap. IX. Jam tota ferme Caria in ditionem Alexandri concesserat; sed caput
regni Halicarnassus firmo praesidio tenebatur. Itaque diuturnam obsidionem fore
conjectans, *commeatum*, *& machinas*, *quae ad oppugnationem pertinerent*, * *navibus* Diodor.
eo deportari jubet; ipse * cum pedestri exercitu quinto ab urbe stadio castra com- 17, 24.
2 munit. Deinde muros adortum juxta portam, qua Mylassa iter est, improvisa op- * 2, 8. 6.
pidanorum eruptio excepit: sed Macedonibus fortiter conserentibus manum, qui- * Arrian. 1, 7, 1.
3 busdam suorum amissis haud magno negotio rejecti sunt. Pauci deinde dies inter-
cesserant; quum Alexander objecta spe Myndensium oppido per proditionem po-
tiundi, nocte intempesta cum parte copiarum proficiscitur. Sed nihil quoquam
movente, admota gravi armatura murum suffodi imperat: neque enim scalas aut
4 machinas adtulerat, quum oppugnandi consilio urbem non accessisset. Et illi qui-
dem una turrium dejecta, nihil tamen aperuerunt loci, quo intra perrumperent.
nam forte ita prociderat turris, ut quam murorum partem stans protexerat, non
5 minus ruina sepiret. civesque summa ope resistebant: & ab Halicarnassensibus ad-
juvabantur, quos audito vicinae civitatis periculo, maritimo itinere Memnon sub-
6 miserat. Ita conatus Macedonum irritus fuit. Alexander ad obsidionem Halicar-
nassi reversus, ante omnia fossam triginta maxime cubitos latam, altam quinde-
cim, quam hostes pro urbe duxerant, expleturus, tres testudines adparat, quibus Diodor.
7 protectus miles materiam terramque sine noxa congereret. Aequata fossa, *turres* 17, 24.
machinasque, *quibus muri sternuntur*, *admoveri* jussit. Jamque strata moeniorum par- Vitruvius
te, qua ruinae viam aperiebant, in urbem penetrare nitebantur; sed hostes, quum 10, 20, & 21.
ob multitudinem integri subinde fessis succederent, ducumque praesentia ad omnia
8 audenda confirmarentur, strenue repugnabant. Luce per varia certamina consum-
ta, quum diurno labore fatigatos hostes Memnon segnius custodias agere crede- Arrian. 1,
ret, cum valida manu prorumpit oppido, ignemque operibus injicit. Sed Mace- 7, 8.
donibus ad incendium concurrentibus, quum hi exstinguere flammas conarentur,
9 illi augerent, & prohibentibus vim intentarent, acre proelium coortum est. quip-
pe Macedones robore virtutis & adsuetudine periculorum longe praestantes hosti-
bus, numero adparatuque Persarum urguebantur: & quia haud procul muris res
gerebatur, ballistis catapultisque per moenia dispositis eminus impetiti, multa vul-
10 nera accipiebant. Atrox inter haec utrimque clamor, hortantium suos, increpan-
tium adversos; tum sauciorum & morientium gemitus, inter nocturnas tenebras
omnia terrore tumultuque impleverant: augebantur haec vocibus ceterae multitu-
dinis, quae dum alii pugnant, operi intenta, muris, qui pulsu machinarum corrue- Diodor.
rant, 17, 25.

rant, reparandis occupabatur. Tandem acrius adniſi Macedones hoſtem intra moe- 11
Arrian. 1, 7, 9. nia redegerunt; centum ſeptuaginta interfectis, inter quos & Neoptolemus, qui
cum Amynta fratre ad Darium perfugerat, occubuit. Macedonum non quidem 12
ultra ſedecim perierunt, ſed trecenti ferme vulnerati ſunt; quia nocturna pugna
fuerat, neque adverſus caecos ictus & incidentia temere tela quidquam ſatis provi-
Arrian. 1, 7, 13. Diodor. 17, 25. deri potuerat. Poſt aliquot deinde dies, levis & ludicra res ingenti certamini cauſ- 13
ſam praebuit, orto initio à duobus veteranis ex Perdiccae agmine. Ii contuberna-
les quum eſſent, unaque genio indulſiſſent, ut fit inter ſermones familiares, ja-
ctantia militari ſua fortia facta viciſſim extollentes, altercari coeperant, uter alteri
Caeſar. de bell. Gall. 5, 44. anteferretur; quum alter eorum, *quid inani ſtrepitu verborum foedamus honeſtiſſimam* 14
contentionem? inquit. *non cui lingua, ſed cui dextra ſit melior, hoc agitur. & adeſt*
occaſio: ea optime de controverſiis noſtris judicabit. age ſi vir es, & exeuntem ſequere.
Vino & ambitione incaluerant; itaque privato conſilio arma capiunt, & ad muros 15
Arrian. 1, 7, 10. juxta arcem quae Mylaſſis obverſa eſt, excurrunt. Horum temeritate animadver-
ſa, ſtatim ex oppido globus hoſtium effunditur. Illi firmato gradu certamen con-
ſerunt, propius incurrentes gladiis excipiunt, in recedentes tela conjiciunt. ſed ad- 16
verſus multos, & ex ſuperiore loco dimicantes haud diu impunita duorum audacia
fuiſſet; niſi conſpecto ipſorum periculo, commilitonum pauci primo, deinde alii
atque alii laborantibus ſubveniſſent: eodem modo, & oppidanis ſubinde ad locum
ubi pugnabatur confluentibus. Ita nunc his, nunc illis robore numeroque ſuperio- 17
Diodor. 17, 25. ribus, varie pugnatum eſt: donec Alexander cum manu quae circa ipſum erat pro-
greſſus, metum hoſtibus incuſſit, ſtatimque intra munimenta compulſi ſunt: nec
multum abfuit, quin hoſtes ſimul irrumperent. Forte enim intentis omnibus in 18
Arrian. 1, 7, 13. ea, quae ante urbem gerebantur, moenia negligenter ſervari contigerat: & duae tur-
res cum continenti murorum parte crebris arietum ictibus ceſſerant; tertia quoque
laxata jam & concuſſa compage, fodientibus haud in longum reſiſtere potuiſſet. At 19
quia tumultuarium id proelium, neque univerſus exercitus inſtructus fuerat, op-
Juſt. 6, 6, 9. portunitas ejus rei è manibus amiſſa eſt. Alexander quamquam ea res opinione 20
Graecorum de victoria concedentis videretur; corpora ſuorum, qui ſub ipſis moe-
nibus oppetierant, induciis poſtulatis ab hoſte repetere, quam inhumata dimittere
Diodor. 17, 25. maluit. At qui cum Perſis erant, Ephialtes & Thraſybulus Athenienſes, quum 21
plus apud ipſos odium adverſus Macedonas, quam humanitatis ratio valeret, ne-
gabant *indulgendum hoc eſſe infeſtiſſimis hoſtibus.* Non tamen permoverunt Memno- 22
nem, quin *Graecorum moribus indignum eſſe* diceret, *ſepulturam invidere caeſis hoſti-*
bus. Armis & viribus in adverſos & obſiſtentes utendum: neque contumeliis pugnan-
dum in eos, quos bonis maliſque noſtris ſua dies exemiſſet. Sane praeter alias Memno- 23
nis virtutes, etiam moderatio ejus inſignis fuit. neque enim per vecordiam convi-
ciis inſectari hoſtem pulchrum ducebat; ſed virtute & conſiliis vires illius animoſ-
Plutarch. apophth. c. 12. que contundere. Igitur quum aliquando in agmine quemdam ex mercenariis non- 24
nulla contumelioſe & petulanter in Alexandrum jacientem audiſſet, converſa ha-
ſta hominem pulſans, *non te conduxi*, inquit, *ut malediceres Alexandro, ſed ut ad-*
verſus illum dimicares.

Arrian. 1, 7, 14. 2, 10, 4. Cap. X. Interea obſeſſi ſummo ſtudio ſecuritati ſuae providentes, pro diruto 1
muro alium interiorem ex cocto latere eduxerunt, non recta regione, ſed in na-
ſcentis lunae figuram ſinuatum. eaque res, quum inter multos diſtributum munus
eſſet, celerrime confecta eſt. Hunc murum Alexander poſtero ſtatim die machi- 2
nis quaſſare coepit, quo minore negotio recens adhuc opus labefactaret. in eo labo-
re occupatis Macedonibus, iterum ex urbe valida eruptio facta eſt: cratiumque qui-
bus opera tegebantur nonnihil, & unius turris ligneae partem flamma comprehen-
Arrian. 1, 7, 14. dit. ne ad cetera opera tranſiret incendium Philotas & Hellanicus obſtiterunt, qui- 3
bus in eam diem machinarum cuſtodia ceſſerat: & Alexander mature conſpectus,
tantum trepidationis injecit hoſtium animis, ut omiſſis facibus, quibus armati pro-
currerant, quidam etiam arma jacientes, effuſa fuga oppidum repeterent. Inde 4
vim facile propellebant, adjuti commoditate loci, quem multo aequiorem obtine-
2, 10, 1. bant; & quia murus, ſicut diximus, ita conſtructus erat, ut quamcumque partem
invaſiſſet hoſtis, non à fronte tantum, ſed ex utroque laterum miſſilibus adpeti
poſſet. Poſt haec Perſarum duces, quum omnia ſibi in dies artiora eſſe viderent, 5
con-

Pag. 57.



conſtaretque, non abſceſſurum Macedonem donec urbis potiretur; de ſumma re-
rum conſilium habebant. ibi Ephialtes vir animi corporiſque robore in paucis con- Diodor.
6 ſpicuus, incommoda longa obſidionis diſſeruit: negabatque *exſpectandum, donec* 17, 26.
paullatim acciſis viribus exhauſti fractique cum ipſa urbe in victoris arbitrium concede-
rent; ſed dum aliquid virium ſupereſſet, cum robore conductitii militis erumpendum,
7 *& alacribus animis cum hoſte confligendum eſſe. Conſilium ſuum quo in ſpeciem auda-*
cius eſſet, eo plus in exſequendo facilitatis habiturum. hoſtibus enim alia omnia exſpe-
8 *ctantibus, & adverſus caſum, de quo nihil dubitarent, imparatis ſuperfuſum iri ſuos.* Ne-
que Memnon, quamquam cauta conſilia ſpecioſis praeferre ſolitus, reſtitit. nam
etiamſi nihil novaretur, nulla propinqua auxilii ſpe, triſtem obſidionis exitum fore
proſpiciebat; &, ut in tanto diſcrimine, non inconſultum rebatur, experiri virum
9 acrem, & qui velut inſtinctu quodam ad extrema audenda ageretur. Igitur Ephial-
tes duobus millibus ex omni mercenariorum numero delectis, *faces mute parare* ju-
bet, *primaque luce adeſſe, & armatos exſpectare imperium.* Coepta die quum Alexan- Arrian. 1,
der iterum muro lateritio machinas admoviſſet, inſtarentque Macedones operi; 7, 16.
Ephialtes porta ſubito patefacta dimidium ſuorum immittit cum facibus, ipſe cum Diodor.
ceteris denſo agmine ſubſequitur, ut hoſtes incendium prohibituros ſubmoveret. 17, 26.
10 Alexander intellecto quid ageretur aciem celeriter inſtruit, ſubſidia delecto milite
firmat. *quumque alios ad exſtinguendum ignem ire* juſſiſſet, in eos, qui cum Ephialte
11 advenerant, impetum facit. At ille inſigni corporis robore, quotquot conferre pe-
dem audebant, obtruncans, ſuos voce, nutu, & inprimis exemplo ad virtutem
animabat. neque parum moleſtiae è muris exhibebatur hoſti. quippe turrem cen-
tum cubitorum obſeſſi erexerant, tormentiſque commode diſpoſitis haſtas & ſaxa
12 jaculabantur. Inter haec ex diverſa parte urbis (ipſi *Tripylon* vocabant) duce Me- Arrian. 1,
mnone alius oppidanorum globus, qua minime exſpectabatur, erupit. tantuſque 7, 16.
tumultus inceſſit caſtris, ut ipſe etiam rex conſilii incertus efficeretur. Sed animi Diodor.
magnitudine, & opportunis imperiis omnia pericula propulſabat; & fortuna in tem- 17, 26.
13 pore ſubvenit. Igitur & qui machinas incenderant, à Macedonibus, qui ibi cura-
bant, quique à rege miſſi ſubſidio venerant, cum magna clade repulſi ſunt: &
Memnonem Ptolemaeus excepit Philippi filius, regii corporis cuſtos, praeter pro- Arrian. 1, 5,
14 priam manum Addaei Timandrique cohortibus ſtipatus. eaque parte egregie vice- 12. 1, 7, 18.
runt Macedones, quamquam Ptolemaeum Addaeumque, & ſagittariorum ducem
Clearchum cum quadraginta ferme manipularibus amiſiſſent; & hoſtes cum tanta
trepidatione receſſerunt, ut anguſtum pontem, quem ad foſſam ſuperandam con-
ſtruxerant, multitudo feſtinantium ruperit, iis qui ſuperſtiterant in praeceps devo-
15 lutis. ex quibus nonnulli à ſuis conculcati interierunt; alios Macedones ex ſupe-
riore loco telis confixere. multi quibus iſta calamitas pepercerat, ſub ipſa urbis
porta necem invenerunt: quippe exterritis omnibus, metuentibuſque ne una Ma-
cedones irrumperent, porta praepropere occluſa, magnam oppidanorum partem
16 ad exitium hoſti tradidit. Inter haec Ephialtes non ſpe magis quam deſperatione
formidabilis, cum regiis ferociter dimicabat: & ancipitem feciſſet victoriam, ni la-
borantibus ſuis ſeniores Macedonum mature ſuccurriſſent. Ii in caſtris habebantur Diodor.
immunes operum periculorumque, niſi ubi neceſſitas exigeret; quum ſtipendiis prae- 17, 27.
miiſque nihilominus perfruerentur. meruerant eum honorem fortibus factis, & ſub
17 ſuperioribus regibus ipſoque Alexandro bellicis laboribus aetate exacta. Ii quum
ſuos periculis territos detrectare pugnam, & receptui locum circumſpicere intelli-
gerent, Atharia quodam duce, in primam aciem provolant; accenſoque quod Curtius 5,
elanguerat proelio, juniores conviciis & pudore flagitii ad reſumendos animos com- 2, 5. 8, 1, 36.
18 pellunt. Ita ſimul acerrimo niſu incumbentibus omnibus, quum aemulationem
ſuam hoſtium damnis exercerent, momento temporis inclinata fortuna; Ephialtes Diodor.
19 cum plurimis fortiſſimiſque ſuorum caeſus, reliqui in urbem repulſi ſunt. Intro- 17, 27.
ierant etiam Macedonum multi, & oppidum vi capiebatur; quum receptui cani
rex juſſit, ſive ut urbi parceret; ſive praecipiti jam in veſperam die, noctem, & Arrian. 1,
20 occultas ignotis locis inſidias metuebat. Hoc proelium praecipuas obſeſſorum vi- 7, 20.
res conſumſit. Igitur Memnon re cum Orontobate, qui urbem tenebat, ceteriſ-
que ducibus deliberata, nocte intempeſta turrim ligneam & porticus, ubi tela ſerva- Arrian. 1,
bantur, incendunt, aedificiiſque muro vicinis ignem ſupponunt: quo celeriter 7, 21.

 con-

concepto, quum & ex porticibus turrique flamma vento agitata accederet, late fu-
derunt incendium. Oppidanorum militumque validissima pars arcem in insula si- 21
Vitruvius tam occupavit; alii in Salmacidem se contulere: alterius arcis id nomen, inditum
2, 8. à fonte, qui ibi est; vulgatissimae famae. Reliquam multitudinem resque pretio-
Diodor. sas duces avexerunt in Con insulam. Alexander indicio transfugarum, & objecta 22
17, 27. oculis specie, quae in urbe gesta fuissent cognitis, quamquam media nocte, Ma-
Arrian. 1, cedonas *in urbem irruere, & quos incendium augentes deprehendissent, interficere;*
7, 23. *si qui domi se continerent, ab eorum caede temperare* jubet. Luce oborta arces à Per- 23
sis & mercenariis insessas contemplatus, quum obsidionem earum longi operis fu-
turam suspicaretur, neque pretium putaret capite gentis expugnato, duabus ar-
Diodor. cibus adsidentem, agendi tempus per otium & inertiam terere; urbem ipsam 24
17, 27. exscindit, arces muro fossaque circumseptas Ptolemaeum observare jubet, quem
Arrian. 1, cum tribus millibus peregrinorum militum, & equitibus ducentis ad Cariam tuen-
7, 25. Arrian. 1, dam relinquebat. Is non longo post tempore, copiis cum Asandro Lydiae prae-
6, 5. tore conjunctis Orontobatem acie vicit: & Macedonibus ira taedioque diuturnio-
Curt. 3, 7, ris morae, oppugnationi acriter incumbentibus, arces in potestatem redactae sunt.
4. Arrian. At rex Phrygiam continentesque provincias animo complexus, Parmenionem [a] cum 25
2, 1, 32. Strabo amicorum turmis & auxiliariis equitibus, Thessalisque quibus Alexander Lynce-
Lib. 14. stes [b] praeerat, Sardes mittit; *ut inde in Phrygiam irrueret, venturoque exercitui*
[a] Arrian. 1, 7, 29. *commeatum & pabulum ex hostico pararet.* data [c] ad hoc plaustra, quae simul duce-
[b] 2, 11, 10. 2, rentur. Quum deinde multos Macedonum paullo ante eam expeditionem ductis 26
11, 15. uxoribus, desiderium earum impatienter ferre cognovisset; Ptolemaeum Seleuci fi-
Diodor. 7, 27. lium corporis custodem iis praefecit, *domumque deducere* jussit, *cum uxoribus hyber-*
[c] Arrian. 1, *naturos.* duo quoque ex ducibus Coenos atque Meleager ob eamdem caussam una
7, 29. profecti sunt. Id regi magnae apud milites commendationi fuit, promtioresque 27
deinde eos ad longinquam militiam reddidit, quum sui rationem habitam viderent,
sperarentque deinceps etiam ad suos visendos subinde commeatum impetraturos es-
se. Ducibus injunctum est, *ut interim, dum in Macedonia morarentur, strenue de-* 28
lectus agerent; quantasque maximas possent equitum peditumque copias, cum iis qui tum
abibant, sub initium veris adducerent. Animadverso autem exercitum Asiaticis mo- 29
ribus infici, magnamque vulgo per castra impudicorum multitudinem haberi, pro-
Plinius 5, brosos omnes conquiri jussit, & in parvam quamdam Ceramici sinus insulam se-
31, 11. posuit: haesitque infamia loco, & ob ejus rei memoriam Cinaedopolis appella-
tur.

Cap. XI. His ita gestis insistens consilio suo, ut omni maritima ora sui juris ef- 1
2, 8, 14. fecta, classem hostium inutilem redderet, Hyparnis receptis, quae arcem tenentes
Arrian. 1, mercenarii dediderant, in Lyciam contendit. Ibi pacta cum Telmissensibus ami- 2
7, 30. citia, Xanthoque flumine transmisso, cognominem amni urbem, Pinaraque & Pa-
tara, nobilia iis regionibus oppida, cum aliis minoribus circiter triginta, in fidem
Diodor. accipit: rebusque satis in praesens compositis; in Myliada procedit. Phrygiae ma- 3
17, 27. joris portio Mylias est; sed Persarum regibus placuerat Lyciae eam contribui. Eam
Arrian. 1, dum recipit, adfuere Phaselitarum legati, amicitiam orantes, aureamque coronam
7, 31. hospitale donum adferebant: idem petebant multarum urbium oratores ex inferiore
Lycia. Itaque rex praemissis, quibus oppida sua Phaselitae Lyciique traderent; 4
paucis post diebus, Phaselin profectus est. oppugnabant illi tum maxime validum
praesidium, quod in ipsorum ditione Pisidae construxerant, multasque inde injurias
Plutarch. intulerant accolis. id adventu Alexandri brevi captum fuit. Apud Phaselitas plu- 5
c. 28. sculos dies, ut seque & exercitum reficeret, quieti dedit. invitabat etiam tempus
Arrian. 1, anni; quippe media jam hyems difficiles progredienti vias effecerat. Ibi per hilari- 6
7, 31. Plutarch. tatem & epulas laxato animo, quum statuam Theodecti à civibus suis in foro posi-
c. 28. tam vidisset, ut à coena temulentus surrexerat, saltabundus eo processit, frequen-
Suidas v. tesque ei coronas injecit. Nam Theodecten, quum Aristotelem una audiret, fa-
Θεοδέκτης. miliarem gratumque habuerat. Sed otiosos juvenilis animi lusus atrox à Parme- 7
Arrian. 1, nione nuntius cito discussit. Comprehenderat ille Persam quemdam Asisinem no-
8, 4. mine, à rege Dario palam quidem ad Atyziem Phrygiae satrapam missum; sed
cum occultis mandatis, *ut Alexandrum Lyncesten captata occasione secreto conveniret,*
eique si destinata effecisset, Macedoniae regnum & mille insuper auri talenta pollicere-
tur.

8 *tur.* Nam is cum Amynta transfuga ſceleſto conſilio inito, occidendi regis par-
tes ſibi ſumſerat. Oderat cum tum aliis de cauſſis; tum quod Heromenem & Ar- Arrian. 1,
rabaeum, fratres hujus Alexandri, inter paternae necis conſcios ſupplicio adfeciſ- 8, 1.
9 ſet. Et quamquam ipſe poena exemtus, multiſque poſtea honoribus ornatus, non 1, 9, 18.
ſimplex beneficium regi deberet; inſita animo ferocia & dominandi cupidine nihil
10 nefas putabat, per quod ad regnum via ſterneretur. Re in conſilium deducta *facilita-* Arrian. 1,
tem regis arguebant amici, *quod hominem in manifeſto maleficio deprehenſum, non* 8, 4.
modo punire non ſuſtinuiſſet; verum etiam praemiis & honoribus auctum optimae equi-
tatus parti praepoſuiſſet. Quem deinceps ei fidum futurum, ſi praeter impunitatem pro- 2, 9, 25.
pior amicitiae gradus, maximae dignitates, honorificae praefecturae parricidii merces
11 *eſſent? Igitur mature emendandum, quod nimia lenitate peccatum eſſet: priuſquam il-*
le, conſilium emanaſſe ſentiens, Theſſalorum mobiles animos ad res novandas induceret.
Non contemnendum eſſe periculum, quo majus ne excogitari quidem poſſit: neque ſper- 1, 7, 31.
12 *nenda deorum oſtenta, qui regem de cavendis inſidiis evidenter monuiſſent.* Nuper
enim, dum Halicarnaſſum obſidens, poſt longos magnoſque labores meridiatione
reficitur, hirundo, nota auſpiciis avis, magno cum garritu, circum caput quie- Aelian.
ſcentis volitaverat, & modo in hoc, modo illud lectuli latus ſe demiſerat, turbu- hiſt. anim. 10, 34.
13 lentiorem ſolito cantum exorſa. Et rex quidem defatigato corpore non penitus Arrian. 1,
excuſſit ſomnum, ſed tamen avem continuo ſtrepitu moleſtam ſentiens manu obi- 8, 5.
ter repulit. Illa adeo non exterrita eſt, ut etiam in ipſius capite conſederit, neque
14 prius ſtrepere deſierit, quam ab experrecto demum abacta eſt. Idque ſic interpre-
tatus fuerat Ariſtander, ut *inſtare periculum* diceret *ab amico regis; ſed inſidias in*
occulto non manſuras. hoc enim monere naturam avis, quae prae ceteris homini fami-
15 *liaris, eademque ſupra modum garrula eſſet.* His itaque diligenter expenſis, quum indi- Diodor. 17, 32.
cium Aſiſinis cum vatis reſponſo convenire cerneret, meminiſſetque ſe matris literis 2, 9, 25.
anxie monitum, *ut ab hoc homine ſibi caveret*; nihil ultra differendum ratus, quid a Comment. in
fieri vellet, Parmenioni ſignificat: nam ut diximus, cum ipſo in Phrygiam iverat Curt. 7, 1, 8.
16 Lynceſtes Alexander. Sed ne quo caſu conſilium regis parum in tempore prode- b Arrian. 1,
retur, literas ſcribi non placuit; ſed per hominem fidum atque honoratum manda- 8, 8.
ta perferri. electus eſt Amphoterus Crateri frater, qui quum Macedonicum habi- c Strabo
tum Phrygio mutaſſet, adſumtis Pergenſibus aliquot itineris gnaris, ad Parmenio- lib. 14. Curt. 5, 3,
17 nem occultus penetrat. Ita Alexander comprehenditur: & quum ob veterem ſuam 22. 6, 3, 16.
familiaeque dignitatem & gratiam diu dilatus eſſet a; tertio poſt anno, dum à Phi- Artemon
lotae conſciis ſupplicium ſumitur, ſocietate criminis, & poena ſontium in exitium in Senecae
18 abreptus periit. Regi b ex Phaſelide moventi, ſupra detectas inſidias, propitius nu- ſuaſor. 1. Arrian. 1,
minis favor alio ſtatim beneficio patuit. Parte exercitus ad Pergenſium urbem per 8, 8. Eu-
montes praemiſſa; ceteros ipſe per litus ducebat, c qua Climax mons Pamphylio ma- ſtath. in
ri imminens anguſtam euntibus ſemitam relinquit, quoties mare tranquillum eſt; Dionyſ. v. 855. &
at quum aeſtus incubuit, fluctibus operitur. idque hyeme frequens & prope perpe- 865.
19 tuum eſt. At Alexander nihil aeque ac moram metuens, exercitum per aequa, Appian.
per iniqua, eodem ardore atque impetu rapiebat. Continui per eos dies Auſtri fla- lib. 2, de
verant, qui mare in litus propellentes, omnia itineris veſtigia altis paludibus op- bell. civil. Joſeph. an-
plent: adſiduae etiam magnaeque pluviae, ut ventis iſtis ſpirantibus ſolet, ruebant. tiquit. lib.
20 ſed adventante Alexandro ſubito exortus Aquilo coelum purgavit imbribus, undas 2. extremo.
rejecit in mare, & Macedonibus tranſitum aperuit. Sic quoque unius * diei itine- Plutarch. c. 27. & 28.
21 re per incerta vada emergendum fuit; aqua ad umbilicum ferme pertingente. Tan- * Strabo
tam in periculis Alexandri fiduciam, ut ab ipſius ingenio profectam non dubito; lib. 14.
ita frequentibus prodigiis & ominibus auctam confirmatamque fuiſſe crediderim: * Joſeph.
22 poſtquam, decreto numinis, clariſſimis maximiſque rebus ſe deſtinari conjecit. Ad- 11, 8. Schi-kar. in
huc * in Macedonia degenti ſpecies humana auguſtior adparuiſſe dicitur, monentis prooem.
ut ad evertendum imperium Perſicum quamprimum in Aſiam ſequeretur: atque in me- Tarich. reg.
moriam inſomnii revocatum eſſe regem, quum in Phoenice res gereret; obvio Ju- Perſiae. Zonaras
daeorum ſacerdote, in quo recognovit ornatum, quem pridem in objecta imagine tom. 1.
23 per quietem viderat. Nam inter obſidionem Tyri vicinis regibus populiſque dedi- Tacit. H.
tionem & delectus imperaverat. ſed Judaei, qui Hieroſolyma famoſam urbem te- 5, 2, 1.
24 nebant, foedus cum Dario cauſſati, Macedonum amicitiam detrectabant. Eam Joſeph. 11, 8.
gentis contumaciam puniturus, in Judaeam infeſto agmine perrexit. At Hieroſo- Ἐυσέβ-
lymi- λόγῳ. A,

lymitani ut regis iram lenirent, cum uxoribus liberiſque ſupplices in occurſum ve-
nientis effunduntur. Sacerdotes primi ibant tenuiſſima byſſo amicti: hos deinde
populus candido & ipſe veſtitu ſequebatur. Agmen ducebat Iaddus ſummus ſacro-
rum antiſtes cum ſollemni ornatu. Adpropinquantis pompae venuſtatem ſpeciemque 25
miratus rex, equo deſiliens, ſolus proceſſit, adoratoque Dei nomine, quod au-
reae laminae inſculptum cidaris pontificia praeferebat, ipſum quoque reverenter
ſalutavit. Improviſa res omnium, qui cum eo advenerant, animos in ſtuporem de- 26
dit. Judaei ex propinqui exitii metu non in ſpem incolumitatis modo, ſed inopi-
natae gratiae fiduciam erecti circumibant regem, laudes gratulationemque & vota
miſcentes. Contra Syrorum reguli, qui ob crebras acerbaſque cum Judaeis ſimul- 27
tates Alexandrum ſequuti fuerant, inimicorum ſuppliciis, ut rebantur, infeſti ani-
mi libidinem expleturi, ſtupebant; dubii verane eſſent quae intuerentur, an ali-
quod oculorum ludibrium vana imagine ſopitos ſenſus falleret. Neque minus Ma- 28
cedonas inſolentia ſpectaculi ſuſpenſos habuit: donec propius accedens Parmenion
interrogare auſus eſt, *quid ita externis caeremoniis honorem deferret, quem à tam ſoe-*
Ὀλυμπ. *da gente etiam recipere vix tanto rege dignum eſſet?* Atque ille inſomnium ſuum re-
ἀναγρ. tulit. Deinde urbem ingreſſus in pulcherrima aede ritu recepto ſacrum Deo fecit, 29
Cedrenus. & dona templo intulit. Inſpexit etiam ſacros gentis codices, quibus contineban-
Glycas. Sulpic. Sever. lib. 2. tur diu ante perſcripta vaticinia. inter quae * Tyrum Macedonibus ceſſuram, &
Perſas à Graeco quodam debellatum iri, clare ſignificabatur. eum ſe fore interpre- 30
* Jeſaiae 11. tatus, Judaeis conceſſit, *ut domi foriſque ſuis legibus ritibuſque libere uterentur; &*
Daniel. 8, 21. *quia ſeptimum quemque annum agriculturae exſortem agunt, etiam tributorum iſta por-*
Cedrenus. *tione ſolverentur.* Naturam quoque regionis admiratus, quae aliis fructibus inter 31
Plin. 12, 25. praeſtantiſſimas dives, opobalſamum ſola producit, Andromachum iis regionibus
* Curtius 4, 8, 9. praepoſuit: quem * Samaritani perpetui Judaeorum hoſtes, paullo poſt atrociter
Joſephus 11, 8. necaverunt. Sed haec quidem poſt Tyrum Gazamque expugnatas geſta ſunt: nos
per occaſionem praecepimus.

Arrian. 1, 8, 9. CAP. XII. Ceterum anguſtiis ad mare Pamphylium ſuperatis, Alexander Pergis 1
profectus in itinere obvios habuit Aſpendiorum legatos, ex principibus civitatis, ii
petentes *ne praeſidium recipere cogerentur, quinquaginta talenta in ſtipendium mili-*
tum, & quantum equorum tributi nomine regi Perſarum alere conſueverant, promi-
Pauſanias lib. 8. ſerunt. Inde rex ad Sidetas qui Melanem amnem accolunt, progreſſus eſt; Cu- 2
maeorum ex Aeolide genus, ſed ſermone barbaro: nam Graecus exoleverat, non
Arrian. 1, 8, 10. diuturnitate temporis, ut accidit; verum *majores ſuos, ut in eas regiones venerunt,*
Suidas v. Σίδη. *repente oblitos patriae linguae novam & antea inauditam ſonuiſſe* memorabant. Side 3
recepta, quae Pamphyliae metropolis erat, Syllium ibatur, tutum natura ſitus op-
pidum, & tam peregrino milite, quam barbarorum accolentium firma manu egre-
Arrian. 1, 8, 11. gie munitum. Ea res, & quia *Aſpendios rebellare* nuntiabatur, avertit iter: A-
ſpendumque ductus eſt exercitus. Illi ſubita Macedonum irruptione territi, de- 4
ſertis quae in plano erant aedificiis, in arcem conceſſere. Alexander vacua urbe
Vitruvius 10, 19. potitus ſub ipſa arce caſtra communit; & quum peritiſſimos architectos haberet,
adparatu oppugnationis obſeſſos ad pacem prioribus conditionibus repetendam com-
Arrian. 1, 8, 13. pulit. Nihil ad majora properanti optatius accidere potuiſſet, quam loci haud 5
contemnendi longa obſidione non detineretur; ne tamen impunita defectorum te-
meritas eſſet, *potiſſimos civium obſides tradi, pecuniaeque imperatae nec exſolutae ſum-*
mam duplicari praecepit: adjectum eſt, *ut ſatrapae, quem Alexander praefeciſſet, obe-*
dirent, annua Macedonibus tributa ſolverent; & de agro, unde vicinos vi ejeciſſe
arguebantur, *judicio contenderent.* His ita geſtis remenſus iter, quod ad Pergen- 6
Strabo lib. 14. ſium oppidum ferebat, inde perrexit in Phrygiam. Sed per iſta loca du-
Arrian. 1, 8, 15. centi ſuperandae erant anguſtiae, quas juxta Telmiſſum urbem Piſidarum, duo
montes ex adverſo concurrentes efficiunt; ita ſtrictis faucibus, ut portarum ſimilitu-
dinem referant: eaſque barbari armata manu utrimque inſederant. Alexander in 7
ipſo aditu caſtra poni jubet, ratus, quod evenit, Telmiſſenſes caſtris locatis peri-
culum differri credentes non diu haeſuros in anguſtiis, ſed modico in illis relicto
praeſidio ceteros in urbem receſſuros eſſe. Igitur occaſione haud ſegniter uſus, 8
protinus ſagittarios & funditores, quodque ex gravi armatura maxime expeditum
erat, inducit; & praeſidio barbarorum deturbato, ante ipſam urbem caſtra collo-
cat.

9 cat. Ibi legatos Selgenſium audit, qui ob vetuſtas cum vicinis Telmiſſenſibus ſi-
multates quamquam ejuſdem nationis eſſent, amicitiam ac auxilia offerebant regi. Strabo
Quibus perbenigne exceptis ne in obſidione unius urbis tempus tereret, Sagalaſſum lib. 14.
caſtra movit: validam urbem & juventutis robore firmatam. quum enim omnes Arrian. 1,
10 Piſidae bellicoſi ſint; Sagalaſſenſes prae ceteris pugnaces habentur. Ii, quum etiam 8, 19.
à Telmiſſo foederatae ſociaeque copiae veniſſent, viris magis quam moenibus con-
fiſi, in vicino colle inſtruxerant aciem; & praemiſſos ab Alexandro velites oppor-
tunitate loci adjuti repulerant: ſed Agriani reſiſtebant, quîs propinqua jam Mace-
11 donum phalanx, & ante prima ſigna rex conſpectus audaciam addiderat. Maximus
militi labor fuit per ardua conniti: poſtquam aequioribus paullo locis conſiſtere da-
tum eſt, ſemermum montanorum vulgus haud aegre disjecere. Ex Macedonum
ducibus Cleander deſideratus eſt, cum viginti ferme militibus; barbarorum ad quin-
12 gentos cecidere: ceteros expedita fuga, & locorum notitia protexit. Fugientibus
tamen inſtitit rex contentione quanta poterat tam grave agmen: eodemque impetu
urbs eorum capta eſt. Per cetera deinde Piſidiae munita loca circumtulit bellum: Strabo
13 quorum nonnulla pugnando cepit; alia condicionibus in fidem venerunt. Telmiſ- lib. 14.
ſum expugnatam, ob pertinaciam civium, ſolo aequavit; populo libertatem ade- Arrian. 1, 8, 24.
mit; & paullo poſt cum aliis quibuſdam Piſidiae civitatibus, Celaenarum praefectu- Strabo
14 rae contribuit. Pacatis hunc in modum aſperrimis nationibus, in Phrygiam pro- lib. 14.
ceſſit, qua Aſcanius lacus eſt, cujus aqua ſua ſponte concreſcens, neceſſitate ſa- Plinius 5, 29, 6.
15 lis è longinquo petendi ſolvit accolas. Dum ea geruntur, Memnon ſuarum par- Arrian. 1,
tium reliquiis undique collectis, ut inhaerentem Aſiae Alexandrum extorqueret, 8, 25.
16 ad bellum Graeciae Macedoniaeque inferendum cogitationes convertit. Quippe Arrian. 2,
Darius in hoc uno ſpem reponens, qui victoris impetum ſua virtute ſuaque pruden- 1, 1. 2, 9.
tia diutiſſime ad Halicarnaſſum moratus eſſet, ſummae rerum praefecerat eum, ma- Diodor.
17 gnamque pecuniae vim tranſmiſerat. Itaque mercenariorum manu quanta poterat 17, 29.
conducta, cum trecentarum navium claſſe libero mari vagabatur; & quae tantis co-
18 natibus adverſa vel aequa futura eſſent, ſollerti aeſtimatione penſabat. Interea lo-
cis, quae minus anxie cuſtodiebantur, occupatis (inter quae & Lampſacus fuerat) in- Ariſtot.
ſulas adgreſſus eſt, quibus Macedones, quamquam utrimque continenti potirentur, οἰκονομ.
19 ob inopiam navium auxilium ferre non poterant. Juvit conſilium ducis animorum lib. 2.
mira ubique diſſenſio; quum aliis ad Alexandrum libertatis auctorem res trahenti- 2, 6, 28.
bus, non deeſſent qui Perſicis opibus aucti, propriam ſub veteribus dominis poten-
20 tiam, quam liberata repub. eamdem omnium aequalitatem mallent. Igitur Athe- Curtius 4,
nagoras & Apollonides ex Chiorum optimatibus, re cum Phiſino Megareoque, & 5, 15. Arrian. 3, 2, 7.
aliis ſuae factionis hominibus communicata, Memnonem arceſſunt. Ita Chius pro- Arrian. 2,
ditione capitur, & praeſidio ibi collocato, urbanarum rerum adminiſtratio Apollo- 1, 1.
21 nidi ſociiſque traditur. Inde Leſbum petens Antiſſam, Pyrrham & Ereſſum nullo Diodor.
negotio capit; Methymnae * Ariſtonicum tyrannum imponit; totamque inſulam, 17, 29. * Curtius
22 excepta Mitylene nobiliſſima urbe, in poteſtatem redigit. Ea multis diebus obſidio- 4, 5, 19.
nem conſtanter pertulit: nec ab ipſo Memnone capta eſt. Ille enim quum jam ma- Arrian. 2,
gnis operibus urbem circumvallaſſet, & occluſo portu, naviumque ſtationibus per 1, 3. contra
opportuna loca diſpoſitis, ne qua ſubſidio venientibus aditus pateret, providiſſet; Diodorus 17, 29.
peſtilenti morbo correptus praeclaram Perſarum ſpem, irreparabili cum ipſorum
23 damno, deſeruit. Sed quum ſe jam morti vicinum intelligeret, Pharnabazo ſoro- 1, 2, 24.
ris ſuae filio, quem Artabazo pepererat, imperium ſuum tradidit, donec Darius, re
24 comperta, aliter ſtatueret. Hic cum Autophradate claſſis praefecto munia partitus, Arrian. 2,
eo tandem obſeſſos adegit, ut ſecuro praeſidii diſceſſu pacto, columnas, quîs foederis 1, 4.
cum Alexandro leges inſculptae erant, ſubverterent; Darioque fidem polliciti, di-
25 midiam exſulum ſuorum partem reciperent. At Perſae non integra fide pactis ſte-
tere; ſed introductis in urbem militibus Lycomedem Rhodium praeeſſe juſſerunt:
Diogeni, qui ob ſtudia in Perſas exſulaverat, patriae tyrannis tradita eſt. Pecunia
deinceps privatim ab opulentiſſimo quoque per vim ablata: neque eo minus impe-
ratum tributum, quod commune Mitylenaeorum penderet.

CHRISTOPHORI CELLARII

Supplementa

AD

QUINTUM CURTIUM.



Urtii Rufi duos priores libros injuria temporum deperditos esse, inde ab resuscitatis litteris conquesti sunt, qui damno hujus generis non leviter permoveri solent: neque in hunc diem inveniri, quamlibet summo studio identidem requisiti, potuerunt. Primum igitur ἀκέφαλος Q. Curtii historia excudebatur: postquam vero CHRISTOPHORUS BRUNO anno MDXLIV conatus est ex ingenio supplere, quae deficiebant, omnibus fere editionibus, illius conjectationes, suppresso plerumque nomine, exhibitae fuerunt, quas cum nec dicendi copiae, neque tersae elegantiae Q. Curtii respondere vidit JOANNES FREINSHEMIUS; uberiora supplementa non infeliciter tentavit, congestis comteque dispositis, quae umquam de Alexandro ab aliis tradita, in tempora librorum deperditorum incidisse reperit. Sed tamen solae conjecturae erant, nec cum Curtianis conferri sua ipse vir eruditissimus voluit. QUINTIANUM etiam STOAM supplesse, quae initio Q. Curtii desunt, Antonius Possevinus & Jacobus Gortonius tradiderunt, de quibus ut incognitis (neque etiam diligentissimo editori MICHAELI TELLIERO visa sunt) nihil judicare possumus. Ne ergo tironibus imponatur, quos in Brunonis supplemento frustra saepe quaesisse novimus, quae indagaverant; in ubertate autem Freinshemii multum temporis consumsisse, & legendi pene fregisse cupiditatem, ut ad Curtii genuinos libros postmodum torperent; novo modo, quae desunt, per summaria indicare, notisque substratis declarare singula instituimus, ut animus integer ad τὰ γνήσια nostri scriptoris adferatur, nec tamen rudis inanisque rerum sit, quas temporum iniquitate in Curtio perdidimus. Nam stilum ingeniumque Curtii aequare, supra conditionem saeculi nostri esse existimamus. Et si in Livio, Polybio, ac Diodoro Siculo excerptis summariis librorum, qui desiderantur, oportet nos contentos esse, quid non eadem aequitate jacturam feremus illorum, quae sine nostra culpa ex Curtii monumentis amisimus? De particulis, quae quinto & decimo libris exciderunt, suo loco memorabimus: nunc solliciti sumus, ut priores libros non quidem verbis ac stilo, sed brevi materiarum significatione restituamus, quam ita divisam volumus; ut primo libro ea scripsisse Curtium credamus, quae bellum Persicum antecesserunt: altero initium illius belli complexum esse. Nam longius Curtium, quam Arrianum, initia repetiisse ex eo credibile est, quod duos integros libros praemisit, cum, quae ex Arriano suppleri possunt, vix uni libro sufficiant. Sit igitur

CON-


Pag. 53
ΛΑ ΟΔΙΚΕΙΑ
ΛΥΚΟC
ΚΑΠΡΟC


Pag. 53
ΚΙΛΙΚΙΑC.
ΤΑΡCΕΩΝ
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕ ΩC.


Pag. 55
MIDAS


ΚΙΒΩΤΟC .ΜΑΡCΥΑC
ΑΠΑΜΕΩΝ
Pag. 53

CONJECTURA DE SUPPLEMENTO LIBRI I HISTORIAE CURTIANAE.

I.

Proloquium Q. Curtii Rufi.

ILlorum, qui Alexandri res gestas scripsere, fide dignissimus Ptolemaeus Lagi videtur, quod ipse rebus interfuerat, nec ulla, si secus scripsisset, suspicio lucri apparebat: proximus Aristobulus, quos longo intervallo Diodorus Siculus, non minus gravis auctor, secutus est.

Ut solent rerum antiquarum scriptores, videtur Curtius etiam de auctoritate, quam sequatur, praedixisse. Conjectura de Ptolemaeo & Aristobulo ex Arriani praefatione est: de Diodoro, ex utriusque collatione, etiam testimonio Joannis Freinshemii: quamquam dubium est, an Diodorum, quod recentior erat, eumque pressius nonnumquam sequebatur, nominatim manifestaverit.

II.

Genus Alexandri Magni.

ALexander Philippo Amyntae filio, & Olympiade Epirensi natus, utroque parente nobilissimus fuit. Pater enim ad Herculem; mater ad Achillem genus referebat. Sic clarus aliis Alexander, sibi obscurus videbatur, nisi, abdicato mortali patre, ab Jove genitus crederetur. Addita insolentiae fabula, draconem in cubili matris visum, quem Jupiter induerit.

Ad Herculem] Conditor Macedonici regni Caranus patria Argivus, qui à Temeno, Herculis filio, originem ducebat. *Vellei. Paterc. lib.* I. *c.* 5.

ad Achillem] A Pyrrho, Achillis filio, Epirenses reges orti. *Pausan. in Atticis.*

Draconem] Sic Plutarchus in Vita, Justinus XI. 11, aliique: quod de adulterio à non paucis exponitur. vid. *Cedren.*

III.

Ostenta circa partum, & auguria magnitudinis.

PHilippus per quietem vidit obsignatam Olympiadis alvum annulo, cujus sculptura leonem praeferret, quod vates Aristander de foetu generoso & leonina magnitudine animi interpretatus est. Qua nocte autem natus Alexander est; eadem templum Ephesiae Dianae celeberrimum deflagravit: quod majoris ruinae praesagium habuerunt, qui ex fortunae casu de futuris judicabant, *ortam alicubi facem esse, qua Asiae regnum conflagraturum sit.*

annulo] Plutarchus hoc somnium narrat, cum interpretatione.

templum Dianae] Cicero lib. I. de Divinat. cap. 23. tradit, ubi lucere post incendii noctem coepisset, exclamasse magos, *pestem ac perniciem Asiae proxima nocte natam.*

IV.

Educatio Alexandri.

QUanta Philippi in educando filio sollertia fuerit, epistola documento est, qua sibi gratulatus fuit, quod iis temporibus filio auctus sit, quae Aristotelem dare praeceptorem possint, qui patriae urbis instaurationem praemium laboris ab rege tulit. Assidui autem nutritores & paedagogi fuerunt, *Leonidas*, *Lysimachus* Acarnan, & ejusdem gentis *Philippus*, rector

valetudinis. Eloquentiae magiſtro uſus eſt *Anaximene* Lampſaceno, cujus calliditati poſtmodum everſionem patriae donavit. *Homeri* carmina tanti fecit, ut numquam Iliadem non comitem haberet.

Epiſtola] Philippi ad Ariſtotelem epiſtola apud Gellium IX. 3.

Ariſtotelem praeceptorem] Bis Ariſtotele uſus eſt Alexander, primum admodum puer ad elementa diſcenda. Quinctilianus lib. I. cap. 1. *An Philippus*, inquit, *Alexandro filio ſuo prima litterarum elementa tradi ab Ariſtotele, ſummo ejus aetatis philoſopho voluiſſet, aut ille ſuſcepiſſet hoc officium, ſi non ſtudiorum initia à perfectiſſima quoque tractari, pertinere ad officium crediſſet?* Ad primam hanc inſtitutionem praedicta epiſtola pertinet. Deinde poſtquam diſceſſerat Ariſtoteles, revocatus Mitylenis διέτριψε χρόνον ὀκταετῆ παρὰ Φιλίππῳ καθηγούμενος Ἀλεξάνδρου, hoc eſt, octo annos apud Philippum Alexandro philoſophia imbuendo operam dedit. *Dionyſ. Halicarnaſſ. ad Amnaeum p.* 121. Quamvis tam Laërtius, quam hic Dionyſius unius tantummodo ad Philippum acceſſus (ſine dubio poſterioris) mentionem faciant.

patriae urbis] Stagirae, una cum Olyntho, in cujus ditione fuerat, everſae. *Diogen. Laërt. in Vita Ariſtot.* & *Plin.* VII. 29. cum *Harduini emendatione* 95.

Leonidas, Lyſimachus] ex Plutarcho. Hic ille Leonidas eſt, qui Alexandrum puerum, ture largius ſacrificantem, caſtigavit, tum decere liberaliorem eſſe, cum turiferam regionem ditionis ſuae fecerit: cujus reprehenſionis rex Aſia potitus reminiſcens, immenſam turis copiam Leonidae ſubmiſit, eumque ad liberalitatem erga deos per jocum hortatus eſt. *Idem Plutarch.*

Philippus] Curtio ipſo prodente III. 6. 1.

everſionem patriae] Lampſaci, quae Perſis faverat, Alexander Anaximenem extra moenia prodeuntem videns, jurejurando negavit ſe facturum, quod ille precaturus eſſet: hic autem everſionem callide rogans, conſervationem vi jurisjurandi obtinuit. *Valer. Max.* VII. 3. 4.

Iliadem] τὸ πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον, *viaticum militaris virtutis* Iliadem Homeri dixit, Plutarcho auctore: etiam pulvino cum pugione dormiturus ſuppoſuit.

V.

Rudimenta militiae.

PRaeſagium militaris magnitudinis in Bucephalo puer Alexander dedit, quem mirifice, umbrae ratione habita, ita rexit domuitque, ut pater omine inde capto exclamarit, *aliud filio regnum quaerendum eſſe, quoniam Macedonia non caperet.* Decimum annum & ſeptimum agebat, cum pater Byzantium oppugnans ipſi adminiſtrationem regni commiſiſſet. Rebellavit tum Thraciae quaedam civitas, quam adoleſcens collectis, qui domi relicti erant, militibus improviſa celeritate oppreſſit, & urbem convenis habitandam dedit, qui eam *Alexandriam* appellavere. Sed cum male procederet Byzantina obſidio, Athenienſium claſſe obſeſſis ſuppetias ferente; Philippus filio uſus ad ſubigenda Cherſoneſi oppida. Idem cum ex Getico bello redux per Triballos iter faceret, & Graeci mercenarii milites praedae ſocietatem poſtularent, altercatione in pugnam erumpente, ipſe rex equo interfecto vulneratur, quem clypeo Alexander jacentem texit, irruentium alios occidit, alios armis longius inde propulſavit. Jam tantus evaſerat Alexander, ut ſine rectore aut cuſtode exercitui poſſe praefici videretur, quam de ſe opinionem in Illyrios miſſus victoriis confirmavit.

Bucephalo] adi Plutarchum.

Byzantium] Juſtin. IX. 1.

Thraciae civitas] vide Stephanum de Urbibus in Ἀλεξάνδρεια. Plutarcho Ἀλεξανδρόπολις eſt.

Athenienſium claſſe] Etiam alii Athenienſium exemplum ſecuti ſunt, Coi, Chii, Rhodii, & quibuscumque Philippi invaleſcens potentia ſuſpecta erat. *Diodor. Sicul.* XVI. 78.

Cherſoneſi oppida] Juſtinus citato loco.

Graeci mercenarii] Sic ipſe Alexander apud noſtrum VIII. 1. 24. enarrat: Juſtinus IX. 3. inter Macedonas & Triballos pugnam exortam eſſe, quod hi, niſi praedae portionem acciperent, tranſitum negaſſent.

in Illyrios] Hanc Illyricam expeditionem nemo prodidit, quod nobis conſtet. Curtius vero VIII. 1, eamdem ſummatim repetit ſub Alexandri perſona Philippi res geſtas obterentis, ſuas extollentis.

VI.

Oppreſſio libertatis Graecorum.

PHilippus artibus conſecutus eſt, ut Graecia ſervitutis jugum acciperet. Ultro enim quietos laceſſere, inter concordantes odia inſtruere, diſſidentium rixas alere, ita alterutram

par-

partem juvare, ut utramque opprimeret, sollemnis illi consuetudo fuit. Pauci expertes ejus dominationis erant, quos Demosthenis eloquentia in libertate sustentabat. Sed & horum tandem ad Chaeroneam victor, facile obtinuit Philippus, ut imperator Graeciae adversus Persas crearetur.

artibus] Lege Justinum VIII. 1.

Demosthenis eloquentia] In concilio Boeotorum Thebanis jam dubiis, cujus partes sequerentur, contra Pythonem Byzantium, facundum Philippi oratorem, persuasit libertatem tuendam esse, & Philippum hostem judicandum. *Diodor. Sicul.* XVI. 86. Utriusque orationem Freinshemii ingenium tentavit, expressitque. De Philippicis autem Demostheneis nihil attinet dicere, cum notissimae sint, hodieque doctorum manibus volvantur.

ad Chaeroneam victor] Diodor. Sic. XVI. 87. 89.

Imperator Graeciae] ibidem cap. 92.

VII.

Alexandri & Philippi dissidium.

BEllicis rebus plerumque Alexander, etiam ad Chaeroneam proelio intererat, in quo penes ipsum victoria stetisse dicitur. In cornu enim, cui praeerat, initium vincendi factum, sacra Thebanorum cohorte, quae ex lectissimis constabat, fortiter profligata. Ceterum à patre aliquando aberat, caussae matris inserviens, cui Philippus Cleopatram superinduxerat, in cujus nuptiis parum abfuit, quin Alexander novae prolis voto, quod Attalus fecerat, reclamans, à patre interficeretur.

penes ipsum victoria] Diodorus Siculus XVI. cap. 87,

sacra cohorte] Plutarchus: λέγεται πρῶτος ἐνσεῖσαι τῷ ἱερῷ λόχῳ τῶν Θηβαίων, *dicitur primus sacram Thebanorum cohortem concussisse.*

aberat] in Epiro & Illyride. *Justin.* IX. 7.

Cleopatram] Plutarchum & Justinum IX. 7. consulas.

novae prolis voto] Attalus inter pocula hortatus est Macedonas, ut à Diis Philippo ex Cleopatra successorem precarentur: cui Alexander scyphum in os impingens, Ἡμεῖς δέ σοι νόθοι δοκοῦμεν; *an vero*, inquit, *nos spurii sumus?* Plutarch.

VIII.

Apparatus belli Persici.

PHilippus dux belli à Graecis factus bellum Persicum molitus est, praemisso Attalo & Parmenione cum copiarum parte, ut Graecas in Asia civitates liberarent. Ipse oraculo laetus, seu potius deceptus, jam cepisse sibi orientem videbatur.

praemisso Attalo & Parmenione] Diodorus Siculus XVI. 92.

oraculo deceptus] Delphos miserat, qui Pythiam de bello Persico consulerent, quae cum pro more ambiguis verbis cecinisset.

Ἔστεπται μὲν ὁ ταῦρος, ἔχει τέλος, ἔστιν ὁ θύων,
Serta gerit taurus, jamque adstat qui immolet illum,

is de regis Persarum nece interpretatus est, sua autem implevit oraculum. *Diodor.* cit. loco, & *Pausan. in Arcad.* f. 241.

IX.

Caedes Philippi regis.

OLympias Cleopatrae posthabita fratrem Alexandrum, Epiri regem, in bellum Philippo inferendum concitavit, quod ne alieno is tempore exciperet, affinitatis gratia praeveniens, Cleopatram filiam, Alexandri germanam, Epirotae despondit, Ægis, in Macedoniae urbe, nuptiarum apparatu splendidissime instructo. Sed inopinatus casus laetitiam intervertit. Etenim Pausanias quidam ab Attalo contumeliose habitus, cum frustra conquestus de injuria esset, inter nuptiarum sacra regem, cum spectatum ludos iret, ex improviso interfecit. Consciam caedis Olympiadem fuisse, nec expertem Alexandrum, multorum suspicio erat, exinde fidei propior visa, quod parricidae in cruce pendenti corona aurea audacius, quam pro privati fortuna, imposita fuerat.

in bellum Philippo inferendum] Justin. IX. 7.

alieno tempore] quia bello Persico intentus erat.

frustra conquestus] quod Philippus Attalum, quo opus sibi videbatur contra Persas fore, propter adolescentuli violationem castigare haud sustinuit.
conscium caedis] vide Justinum IX. 7.
audacius, quam &c.] quod nemo alius audere, nisi haec, superstite Philippi filio, potuisset, *Justin.* l. c.

X.

Ultio Olympiadis & Alexandri.

OLympias poenam de Cleopatra sumtura, peremta sobole, matrem ad suspendium adegit. Attalum etiam avunculum hujus, res novas in Asia molientem, Alexander per Hecataeum & Parmenionem sustulit.
ad suspendium] Justin. loco saepe cit.
Attalum sustulit] Diodorus Sic. XVII. cap. 2.

XI.

Alexander Graeciae imperator factus.

GRaeci & barbari ad spem libertatis erecti à novo rege opinione citius opprimuntur. Obsessis ad Tempe angustiis, per invia Ossae in Thessaliam irrupit, & celeritate perfecit, ut Pyliaco Amphictyonum concilio in patris locum dux Graeciae sufficeretur, quod ad Corinthum conventu, quo rex à Thermopylis abierat, publica voce repetitum fuit, & auxilia contra Persas decreta. Forte in Cranéo, Corinthiaco luco, Diogenes degebat, quem cum Alexander rogaret, ut diceret, si quibus opus esset; *à sole*, inquit, *mihi velim non obstes.* apricanti enim offecerat. Cujus continentiam admiratus rex dixisse fertur: *Vellem & ego Diogenes esse*, *nisi essem Alexander.*
per invia Ossae] Polyaenus lib. IV. Stratagem. tradit, suffossis petris, & effectis gradibus in jugum evasisse. Thessali autem angustias obsederant, ad transitum prohibendum.
Pyliaco Amphictyonum concilio] Commune Graeciae concilium à Pylis sive Thermopylis, ubi habebatur, *Pyliacum*; ab Amphictyone, Deucalionis filio, duodecim Graeciae populos in unum cogente, Ἀμφικτυόνων nominatur. *Suidas.*
in Cranéo] Pausanias in Corinthiacis post principium: πρὸ τῆς πόλεως κυπαρίσσων ἐστὶν ἄλσος, ὀνομαζόμενον Κράνειον, hoc est, *suburbanus cupressorum lucus, cui* Cranéo *nomen est.*
Diogenes] Passim leguntur, apud Ciceronem Tuscul. V. cap. 32. Val. Maximum IV. 3. extr.
Vellem Diogenes esse] Laërtius Diogenes in vita Cynici hoc tradidit.

XII.

Motus barbarorum suppressi.

GRaecorum rebus pro tempore ordinatis, in barbaros rex Alexander movit, & Thracibus in Aemo monte victis, regem Triballorum Syrmum, qui in Peucen Istri insulam refugerat, ad petendam pacem coëgit; Getas trajecto Istro superavit; & cum Germanorum legatis foedus percussit. Per Agrianos Macedoniam repetenti motus Illyriorum nuntiatur, qui Taulantios quoque in societatem pertraxerant. Hos domi eorum rex Agrianus, amicus Alexandro, lacessens, à vexandis Macedonibus avertit, qui illos postea ad Pelium, Dassaretiae oppidum, ita concusserunt, ut fuga singuli, incensa urbe, dilaberentur.
Thracibus victis] Haec & pleraque quae sequuntur, ex Arriani libro I. deprompta sunt.
Germanorum] Arrianus *Celtas* vocat, qui longe ad Istrum, etiam ultra Germaniae limitem coluerunt. vid. Cluver. Germ. Antiq.
Agrianos] Agrianes sive Agriani sunt Stephano Byzantio inter Aemum & Rhodopen siti. Regi illorum *Langaro* nomen erat.
Pelium] Πέλλιον Arrianus.

XIII.

Motus Graecorum compressus.

INterea rumore, *Alexandrum in Triballis cecidisse*, per Graeciam increbrescente, nova spes novum tumultum excitavit, qui Thebanorum civitati exitialis fuit. Hi enim, praefectis Cadmeae trucidatis, acriter instabant praesidio arcis, mittentes quaquaversus, qui libertatis com-

communiter vindicandae concitores essent. Nihil vero auxilii submissum fuit, plerisque exspectantibus, quo fortuna inclinaret. Rex citius opinione in Boeotiam irrumpens, post tridui apparatum intra unum diem & oppugnavit, & cepit Thebanorum urbem, in quam crudelius, quam pro ingenio suo saevivit; ut peregre in Persas abiturus exemplum relinqueret, quod fidei tuendae ceteros admoneret. Solis Pindari posteris in honorem vatis pepercit, ejusque domum cremari vetuit. Servavit etiam deorum delubra, & fortium virorum statuas, religione permotus, quod milites coelesti igne, cum fanum in suburbio spoliarent, ambusti dicebantur.

rumore] Justinus XI. 2.
praefectis Cadmeae] extra arcem progressis, nihilque mali suspicantibus, *Arrian.*
praesidio arcis] praesidiariis Cadmeae, qui Macedones erant. *Diodor. Sic.* XVII. 8.
quo fortuna inclin.] Diodor. c. 1. cujus & cetera sunt de celeriter expugnata urbe.
Pindari] Aelianus Var. Histor. XIII. 7. & Arrian. lib. I.
coelesti igne] Pausanias in Boeot. p. 301.

XIV.

Athenienses regi denuo conciliati.

ALexander Athenienses ulturus tamquam auctores defectionis Thebanae, & post cladem receptores elapsorum, Demosthenem sibi, & Charidemum, & Ephialten aliosque tradi postulat. Legatione autem effectum est, ut rex solius Charidemi exsilio placaretur.

defectionis Thebanae] Arrian. lib. I. p. 29.
receptores] quod inter patriae ruinas elapsos contra regis edictum susceperant.
Charidemi] qui ad Darium in Persiam profugit, *Arrian. c. l.* Hic est, qui de Persarum militia censere jussus, intempestivae libertatis poenas dedit. *Curt. III. 2.*



CONJECTURA DE SUPPLEMENTO
LIBRI II
HISTORIAE CURTIANAE.

Rocul dubio ita libros Q. Curtius diviserat, ut secundus res gestas à principio expeditionis Asiaticae usque ad Memnonis mortem contineret, cujus partes conjicimus ita dispensatas fuisse.

I.

Iter ex Macedonia per Thraciam ad Hellespontum.

ALexander Graeciae rebus compositis, & administratione regni Antipatro commissa, in bellum Persicum, ad quod se pridem paraverat, profecturus, triginta millia peditum, & quinque equitum secum educit. Classem, quam juxta lacum Cercinitem & Strymonis ostia habebat, eodem sequi jubet. Abderam & Maroneam praetergressus, & Hebro ac Melane fluviis trajectis, vicesimo die, postquam domo discesserat, Sestum venit.

Antipatro] qui ex hoc tempore Macedoniae rebus continua administratione praefuit, nec illam deposuit Alexandro mortuo. *Arrian. lib. I. Curt. IV.* 1, 39. *VI.* 1, 17. 18. *X.* 10, 18.
se pridem paraverat] in curas patris succedens, qui & ipse bellum Persicum molitus fuerat.
juxta lacum Cercinitem] Interpres Arriani: *Per lacum Cercinitem Amphipolin versus, & deinde ad Strymonis fluvii ostia classem agit.* At Graecè: ἐν δὲ αὐτῷ ὁ στόλος παρὰ τὴν λίμνην τὴν Κερκινῖτιν, ὡς ἐπ' Ἀμφίπολιν καὶ τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ τὰς ἐκβολάς.

II.

II.

Trajectus in Asiam.

SEsto Elaeuntem profectus rex Protesilao, qui Trojano bello primus in Asiam dicitur pedem intulisse, inferias dabat. Interea Parmenio exercitum Sesto Abydum transportavit: rex Elaeunte in portum Achaeum, qui ad Sigaeum est, trajecit.

Protesilao inferias] Ut melioribus auspiciis, quam Protesilaus, hostile litus attingeret, Elaeunte ad sepulcrum ejus sacrificavit. *Arrian.* Is autem ut primus ex Agamemnonis classe exscenderat, ita primus etiam fuit, qui illo bello periret. Ovid. XII. Metamorph. v. 67.

—— *Hectorea primus fataliter hasta*
Protesilaë cadis.

Sesto Abydum] Ita tam exercitus, quam regis transfretationem Arrianus descripsit. Eadem ergo Macedonicus exercitus navigiis trajecit, qua ponte venerat sub Xerxe Persicus.

Elaeunte] Chersonesi Thraciae oppido ad Hellespontum.

III.

Persarum contra Macedones apparatus.

DArius, Codomannus vulgari nomine, ea tempestate rex Persarum erat, paullo ante Philippi necem, propter bellicam famam & genus à regio forte non alienum, in id fastigium evectus. Hic contemta Alexandri juventute omnia securius agebat: cognitis vero rebus, quas apud Graecos, Thracas, & Illyrios gesserat, summa se cura instanti bello praeparabat, missis quoque in Graeciam, qui mercede militem conducerent. Nec mercenariis modo, sed universis in maritima ora copiis Memnonem Rhodium, virum peritissimum rei bellicae, praefecit.

propter bellicam famam] Bello contra Cadusios singulari pugna provocatorem interfeciat. *Diodor. Sicul. XVII. 6. Justin.* X. 3, 3.

regio genere] Codomanni pater Arsanes, Artaxerxis frater, Ochi patruus fuerat. *Diodor. c.l.*

mercede conducerent] Curt. III. 2, 9. V. 11, 5.

Memnonem praefecit] passim apud Diodorum & Arrianum leguntur.

IV.

Alexander diis atque heroibus sacra facit.

IN mediis Hellesponti fluctibus diis maris sacra fecit, & delatus in continentem, in hostilem agrum jaculum immisit, primusque de navi prosiliens deos precatus est, ne se regem illae terrae invitum acciperent. In Ilio quoque ad tumulos heroum, qui Trojano bello ceciderant, parentavit.

In mediis fluctibus] Neptuno ibi & Nereidibus sacrificavit. *Arrian.* p. 32.

jaculum immisit] Justin. XI. 5, 10.

deos precatus] Jovi Ἀποβατηρίῳ, *Descensori*, & Minervae, ac Herculi in eo loco, ubi exscenderat, altaria struxit. *Arrian.*

ad tumulos heroum] praesertim Achillis, quem felicem praedicavit, quod vivus amicum Patroclum, mortuus Homerum praeconem invenerit. *Cic. pro Arch. c.* 10. *Plutarch. in Alex.* Priamo etiam ad Jovis Hercii aram sacrificasse dicitur, ut illius iram adversus Neoptolemi progeniem, ad quam ipse pertingebat, deprecaretur. *Arrian.*

V.

Proelium ad amnem Granicum.

EX Ilio rex Arisben, ubi castra habebat, revertit: inde Lampsacum praetergressus, cui ignovit, ad Granicum amnem venit, in cujus altera ripa hostilis exercitus stabat transitum prohibiturus. Alexander instructa acie ingressus flumen, magno nisu in altiorem ripam evasit. Persasque tandem non sine suo periculo, ex quo Clitus servaverat, in fugam conjecit, circumventis etiam mercenariis, qui globo facto diutissime repugnaverant. Barbarorum ceciderunt viginti & duo millia: Macedonum tantummodo XXXIV, ut Plutarchus ex Aristobulo tradidit. Fuga elapsi, in quibus & Memnon erat, Miletum perrexerunt, & Halicarnassum.

Aris-

Arisben] oppidum Troadis, in boream supra Ilium, situm.

Lampsaco ignovit] Vide quae diximus ad lib. I. conjecturam IV.

Granicum] fluvium Mysiae supra Hellespontum.

Clitus servaverat] Jam galea regis ictu diffracta erat, declinato periculo, cum illum alius ab tergo petiit: cujus manum Clitus amputavit. Hunc *Rhosacen* Curtius vocat, VIII. 1. *Spitridatem* Arrianus, & quidem Lydiae satrapam.

in fugam conjecit] eventum proelii Arrianus & Plutarchus scripserunt.

VI.

Sepulturae cura & donariorum.

QUod humanitatis officium est, Alexander illis praestitit, qui proelio occubuerant. Hos enim ad ceterorum exemplum impense humatos equestribus statuis donari jussit, cognatisque eorum immunitatem dedit. Ex spoliis CCC clypeos Athenas misit in Minervae templo cum civilissima inscriptione adfigendos.

Equestribus statuis] à Lysippo praestantissimo artifice ex aere fictis, & in Macedoniae oppido Dio erectis, cujus perlongo tempore singulare ornamentum fuerunt. *Arrian. p.* 47. Plutarch. p. 673. Livius. XLIV. 7. Justin. XI. 6.

civilissima inscriptione] Apud Plutarchum & Arrianum haec est: ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΟΙ ΕΛΛΗΝΕΣ ΠΛΗΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΑΠΟ ΤΩΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ ΤΩΝ ΤΗΝ ΑΣΙΑΝ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΩΝ. hoc est, ALEXANDER PHIL. F. ET GRAECI PRAETER LACEDAEMONIOS HAEC DE BARBARIS ASIAM INCOLENTIBUS.

VII.

Urbes quaedam in fidem acceptae, quaedam expugnatae.

TAnta victoriae ad Granicum fama erat, ut plures Asiae urbes se Alexandro dederent, Sardes inprimis, ac Ephesus: Miletus breviore obsidione; at Halicarnassus operosissimâ, expugnata fuit. Adae illustri feminae regnum Cariae redditum, à quo expulsa fuerat per Pexodarum. Cum gratiam relatura mulier, mirae artis & saporis cibos cum coquis & cupediariis offerret, ex Alexandro didicit, *optimos coquos esse ad prandium laborem antelucanum*; *ad coenam frugale prandium*. Classem hoc tempore Alexander dimisit, ut supervacaneam ad usus futuros, nec ita instructam, ut Persarum classiariis opponi posset.

Sardes, Ephesus] Vide Arrianum, qui etiam Tralles & Magnesiam deditionis exempla ponit: etiam de obsidione Mileti & Halicarnassi pluribus verbis scripsit.

Adae] Arrian. & Plutarch.

optimos coquos] idem Plutarch. in Alex. p. 677. & Apophth. 37.

dimisit classem] quæ consilii hujus caussa fuerit, disputat Arrianus p. 58.

Persarum classiariis] qui & numero & peritia rei navalis praevalebant. Erant enim ex nauticis gentibus Phoeniciae ac Cypri, plerique.

VIII.

Insidiae manifestantur.

CUm rex Lyciam transiret, oppidis in deditionem acceptis, captivi indicio cognovit, ab Alexandro Lyncesta, genero Antipatri, insidias sibi parari, quem veritus interficere, ne quis motus in Macedonia oriretur, in vinculis diuturnis habuit.

Lyncesta] Lynco Macedoniae oppido, vel Lyncestide regione ortus.

insidias parari] Adi Justinum XI. 7, & Arrianum.

vinculis diuturnis] Tertium jam annum custoditus fuerat, cum ad caussam dicendam productus inter haesitationes memoriae ab adstantibus confoderetur. *Curt. VII.* 1.

IX.

Iter per Climaca, & proelium cum Pisidis.

PHaselide in fidem accepta, per Climaca, hoc est, angustias inter montes & mare Pamphylium, aegre exercitum hiberno tempore transduxit, & Aspendiis post defectionem receptis, Telmessum praetergressus Pisidas ad Sagalassum gravi proelio superavit.

Phaselide] Phaselis in Lyciae ad Pamphyliam termino urbs maritima, in qua Alexander Theodecti statuae, sui quondam sub Aristotele condiscipuli, jam vita defuncti, coronas injecit. *Plutarch.* p. 674.

per Climaca] Mons Climax, Pamphylio mari imminens, arctum transitum in litore relinquit, & fluctibus saepe ita opertum, ut Alexandri milites umbilico tenus demersi ibidem iter fecerint, Plutarch. & Strab. lib. XIV.

Pisidas gravi proelio] Adi Arrianum.

X.

Memnonis morte res Persarum labefactantur.

INter haec Memnon locis quibusdam in maris ora recuperatis & Chio insula, dum Mitylenen obsidet, morbo correptus Persarum spem maximam morte intempestiva deseruit. Nam hoc duce bellum Darius ex Asia in Europam transferri posse speraverat.

locis quibusdam] in quibus & Lampsacus fuit.

Chio, — Mytilenen] Chion proditione cepit, *Arrian. lib. II. ineunte:* Mitylenaei post mortem ducis, cum se undique inclusos viderent, pacti salutem sunt & Macedonici praesidii discessionem liberam. *Arrian. c. l.*

ex Asia in Europam] Diodor. Sic. XVII. c. 29.



Q. CUR-

[1]Q. CURTII RUFI, DE REBUS GESTIS ALEXANDRI REGIS MACEDONUM,

LIBER III.

CAPUT I.

Celaenarum urbe & arce recepta, primariam Phrygiae urbem Alexander ingreditur: in qua fatalem Gordii nodum solvit. ac deinde obviam Dario ire statuit.

INTER haec Alexander, ad conducendum ex [2] Peloponneso militem, [3] Cleandro cum pecunia misso, [4] Lyciae [5] Pamphyliaeque rebus compositis, ad urbem 1

VARIANTES LECTIONES.

1 *Q. Curtii de rebus gestis Alexandri Magni, Regis Macedonum, liber tertius*, D. Q. C. R. *de gestis Alex. M. Reg. Mac. liber secundus incipit.* P. *Quinti Curtii rufi hystoriarum Alexandri Magni Macedonis liber tertius incipit feliciter.* F. Q. C. R. *de gestis Alex. M. Regis Macedonum liber tertius incipit, primus & secundus deest.* B. 2. *Curti Rufi hist. incipit lib. tertius*, Pal. 1. *Q. Curti Rufi Historiarum Alex. Macedonis fragmentum primi libri incipit.* Pal. 2. *Liber Quinti Curtii de rebus Alexandri Macedonis incipit foeliciter.* Sic etiam MSS. Leid. & Voss. 1. Ald. *Fragmentorum Q. Curtii de rebus Alexandri Regis Macedonum liber tertius.* MS. Voss. 2. sine ullo librorum vel auctoris indice est. 2 Pal. 2. Leid. Voss. 1. 2. *Peloponnenso.* Pal. 3. *Peloponeso.* 3 B. *Oleandro.* 4 D. & P. 3. Voss. 1. *Liciae.* Voss. 2. *Licie.* P. *Lytiae.* 5 Pall. o. B. Elz. Mer. Frob. Bas. Lugd. *Pamphiliaeque* Voss. 1. *Pamphuliae.*

Q. Curtii Rufi] quod Rufi cognomen Curtio asseruerim, in eo adeo culpam non deprecor, ut etiam laudem mihi deberi contendam: cum ad scriptorem non malum, certe in historia, quam memoriae mandavit, unicum, mea opera, quasi postliminio cognomen suum rediit. & facerem profecto flagitium, si, cum eidem hoc perpetuum veterum librorum consensus tribuat, amplius in re manifestaria disputarem. Atque quum hoc bene successit, quod primum erat (neque enim quis fuerit Curtius, qua aetate vixerit, satis sciri potuit, quamdiu ejus praenomen, nomen, cognomen in incerto fuere) spes est fore, ut etiam aliquando illa, quae dixi, dis secundis eruantur. MODIUS. Hic statim in ipso limine difficilis incidit quaestio de libris Curtii, in quot nimirum historiam suam auctor iste tribuerit: praesertim cum magna MScriptorum Codicum sit pugna: nam quem Petrus Daniel habuit, ita praefert, *Q. C. R. de gestis Alex. M. Reg. Mac. liber secundus incipit:* cui consentit & Cl. Puteani liber. Palatinus primus; *fragmentum primi libri incipit.* Jam & ii quos Raderus vidit, mirificas turbas cient, ut videre est apud ipsum prolusionum cap. 3. Sed cum plurium MScriptorum consensus (inter quos Cl. Faucheti exserte dicit *primum & secundum deesse*) à tertio libro incipiant, quos & editionum pleraeque secutae sunt, nos merito receptam librorum Curtii distributionem retinuimus. Quae autem phrasin atque verba tantum respiciunt, ea in Indice quaerenda meminerit, qui in earum explicatione pretium fore existimaverit: quo & propriorum nominum explicationem fere ablegavimus. FREINSH.

Inter haec] praecesserunt, opinor, proxime Memnonis molitiones & obitus, quae Graecis, qui supersunt, modice delibata, hic forte plenius exposuerat. De Alexandri quidem rebus modo non fuisse dictum, tota loquendi ratio, transitionis manifesta, coarguit. Eodem modo Arrianus, nisi quod is Alexandri gestis in Phrygia pertractatis, Memnonem in secundum librum rejicit. FREINSH.

Alexander] Arabes eum, Golio teste, ذوالقرنين Bicornem vocant, non tam ob partum Orientis & Occidentis Imperium, quam à cornuta Alexandri effigie, nummis exhibita, ut Jovis Ammonis filius agnosceretur. BLANCKARDUS.

Peloponneso] Peninsula est, totius Graeciae velut arx

2 urbem [1] Celaenas exercitum [2] admovit. [3] Mediam illa tempestate interfluebat
3 [4] Marsyas amnis, fabulosis Graecorum carminibus inclitus. Fons ejus ex summo mon-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *Caelenas.* Pall. o. D. B. Elz. Mer. Voss. 2. *Celenas.* 2 Sic Pal. 3. sed cum rasura. 3 *Media moenia* habent editiones antiquae, ut & MSS. Leid. & Voss. 1. 2. *Menia* Pall. o. omittunt. in 2. suppletur à manu secunda. 4 Pall. o. D. & B. Leid. Voss. 1. 2. *Marsus.* Mer. Frob. *Marsia.* Ald. Bas. *Marsya.*

arx ac munimentum, angustis faucibus adhaeret continenti, ubi Isthmus est: folio platani similis, aeque fere patet in longum atque latum, stadiis 1400. Haec itaque Isthmo, seu tenui quasi cervice terrae, divortium facit inter mare Aegaeum & Ionium, quatuor non amplius millibus passuum utrumque mare dispescens. Chorographiam habes apud Ortelium p. 29. in parergis theatri. RADERUS.

Cleandro] Scelerato latrone, qui jussu Alexandri Parmenionis latus hausit, sacra profanavit, fanda infanda fecit. Demum ab Alexandro occisus. Plura lib. VII. & X. cognosces. IDEM.

Lyciae, Pamphyliaeque] Lycia, Pamphylia, Caria, Lydia, &c. sunt provinciae minoris Asiae, ab Alexandro post Granicum proelium occupatae. Vide Arrianum lib. 1. Pamphylium mare Alexandro cessit; sicut rubrum Israëlitis, ut Flavius autumat. Plutarchus tamen supra veri fidem ait à scriptoribus relatum. Arrianus non sine divino numine illud iter superatum narrat. Tacitus etesiarum flatibus assignat, à quibus litora nudantur. IDEM. Etiam Pisidiae, ut in conjecturis Supplementi libri II diximus. Pisidis enim partim in fidem acceptis, partim proelio victis, juxta Ascanium lacum in Phrygiam Alexander intravit. Arrian. l. 1. extr. CELLAR.

Celaenas] Celaenae Phrygiae parva urbs, quae antiquato priori nomine Apamaea postea dicta, teste Stephano, Plinio & Solino, patria fuit Marsyae, ut tradit Luctatius super illud Stat. Theb.

Foeda Celaenaea committere proelia buxo.

& idem Poëta de interitu Marsyae:

—— *& illustres Satyro pendente Celaenae.*

Celaenarum enim in foro visitur suspensa Marsyae pellis in utrem formata, quam, ut à Phrygibus fertur, Apollo illi detractam suspendit. Herodot. l. VII. POPMA. adde Pausaniae locum l. x. Xenophont. ἀναβ. α. & Epigrammat. Graec. l. 1. c. 11. lib. III. c. 8. & qui multa collegit, Dempsterum ad l. 1. antiquit. Rosini p. 43. FREINSH. ad fontes Marsyae, & Maeandri sitae, caput quondam Phrygiae fuerunt Liv. lib. XXXVIII. c. 13. Max. Tyr. dissert. 38. CELLAR. Videnda omnino, quae observavit Cl. Salm. Exerc. Plin. c. XL. p. 582. edit. Ultr.

Mediam illa Tempestate interfluebat] Hactenus editi: *media illa tempestate moenia interfluebat*, quam locutionem, ut paullo insolentiorem stylo historico, cum nec Palatini Codices agnoscerent (quippe nullus eorum habere dicitur vocem *moenia*) non cunctanter recepi emendationem Joan. Adami Schragii, amici nostri, etiam Gronovio l. II. observ. c. 12. probatam: praesertim cum ipsius Curtii auctoritate firmetur. sic enim mox de Gordio III, 1, 12. *quam Sangarius amnis interfluit:* iterum III, 5, 1. de Tarso: *Mediam Cydnus amnis interfluit.* (sic lib. IV. c. 3. 6. *Saxaque interluens unda*, aliter tamen lib. VI. c. 2. 14. *Tanais Europam & Asiam medius interfluit.*) Porro ista verba, *illa tempestate*, ideo inserit, quod dirutae Celaenae postmodum alia sede propinquo loco instauratae sunt, quae urbs Apamea dicta est. FREINSH. *Illa tempestate;* illo tempore, quo Alexander Asiam invadebat. nam inde postea migratum fuit ad Lycum amnem, novaeque urbi nomen *Apameae* inditum, non ab Apamea sorore Seleuci, ut Liv. (lib. XXXVIII. c. 13.) tradit, sed à matre Antiochi Soteris, sive uxore Seleuci Nicatoris, ut Strabo docet lib. XII. adde Octav. Falcon. Dissert. de nummo Apamensi. CELLAR.

Marsyas] De Marsya amne Liv. l. XXXVIII. c. 13. *Marsyas*, inquit, *amnis haud procul à Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum cadit: famaque ita refert, Celaenis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse.* Ovid. Metam. l. VI. vs. 399.

Marsya nomen habet Phrygiae liquidissimus amnis.

& in Ibide vs. 551.

Nudave direpta pateant tua viscera pelle;
Ut Phrygium, cujus nomina flumen habet.

plura Strabo l. XII. & Solin. c. 53. Apollodor. Bibl. l. 1. refert, Marsyam satyrum, cum tibias reperisset, quas Minerva propter oris deformitatem abjecerat, ita fuisse in superbiam elatum, ut cum Apolline in Musicis decertare vellet: atque hoc pacto in certamen descendisse, ut victor arbitratu suo devictum afficeret. Igitur inito certamine cithara certasse Apollinem; idemque ut Marsyas faceret, imperasse. Quod cum ille tibiis nequiret, Apollinem praestantiorem esse inventum: à quo victum, detracta ejus pelle, & in alta platano suspensa, in flumen sui nominis conversum esse: unde Ovid. Metam. l. VI. vs. 384.

Quem Tritoniaca Latous arundine victum
Affecit poena.

& lib. VI. Fast. vs. 703. de Marsya, ac de ejus tibia, quam Minerva abjecerat:

Inventam Satyrus primum miratur; at usum
Nescit: & inflatam sentit habere sonum;
Et modo dimittit digitos, modo concipit auras:
Jamque inter Nymphas arte superbus erat.
Provocat & Phoebum: Phoebo superante pependit;
Caesa recesserunt à cute membra sua.

Hy-

montis cacumine excurrens, in subjectam petram magno strepitu aquarum cadit: inde diffusus, circumjectos [1] rigat campos, liquidus,[2] & suas dumtaxat undas trahens. Itaque color ejus placido mari similis, locum Poëtarum mendacio fecit: 4
quippe traditum est, [3] *Nymphas amore amnis retentas*, [4] *in illa rupe considere*. Ce- 5
terum quamdiu intra [5] muros fluit, nomen suum retinet: [6] at quum extra munimenta se evolvit, majore vi ac mole agentem undas [7] *Lycum* appellant. Alexan- 6
der quidem urbem destitutam [8] à suis intrat: arcem vero, in quam confugerant, oppugnare [9] adortus, caduceatorem praemisit, qui denuntiaret, [10] *ni dederent, ipsos*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *irrigat.* 2 D. P. *& suas duntaxat* B. 1. *liquidas dunt.* 3 Voss. 2. *Nimfas.* 4 Froben. *illa.* 5 Pall. o. omittunt. 6 Pal. 1. *ac cum.* 7 Pal. 2. B. Voss. 1. 2. *Licum.* 8 P. Pal. 2. 3. B. 1. 2. *ab suis.* 9 Pal. 1. 2. Mer. Frob. Bas. *adorsus.* sic edidit etiam Raderus. 10 Pal. 3. & Ell. *ni dederint* B. 2. *ni sese ducem* Mer. Ald. Frob. Bas. *ni se dederent* MS. Voss. 2. *ni dederent sese.*

Hyginus sacrilegi certaminis factum, & audaces in deum tibias fabula 165. fusius narrat. POPMA. Modii codex habet *Marsyas.* antiquissimus *Marsus*, manifesto errore, quamvis Silius canat Marsos à Marsya victo & in eas partes fugiente, appellatos: Aldinus & omnes emendatiores *Marsya*, quod retinemus. RADERUS. quod autem mox addit Curtius hunc fluvium, cum extra muros fluit, *Lycum* appellari, fit ex concursu ejus cum Lyco flumine, unde nomen trahit. Strabo l. v. Liv. l. XXXVIII. Plin. l. v. c. 29. LOCCEN. Ut Curtio maledicat Vir Clariss. adducit testimonium Cl. Salmasii Exerc. Plinian. c. XL. p. 582. edit. Ultr. ubi ait *Curtium nugari*, qui Lycum, & Marsyam confundit, cum Marsyas Apameam adluat, vel interfluat, Lycus Laodiceam, judicio de Curtio c. 2. §. 9. at vero vehementius offenditur, c. 5. ejusdem judicii §. 2. admiratus, ceu detestatus potius, ingenium Curtii in ornatis descriptionibus amnium, ut hoc loco, quum nullam difficultatem creasset ille fluvius Alexandro. proinde si omittatur illa descriptio, nihil judicat defore narrationi: sed id si fiat, an non illa venustas & elegantia, ob quam in deliciis est Curtius, tolleretur, judicium esto politiorum.

Fons ejus] Theophrastus auctor est, Marsyae fontem in Phrygia ad Celaenarum oppidum saxa egerere. ut Plin. N. H. l. XXXI. c. 11. tradit. POPMA.

Ex summo montis cacumine] Ex hac descriptione Curtii, Herodoto lucem, & huic fluvio nomen reposuit Cl. Salmasius Exercit. Plin. p. 581. ubi verum nomen fuerat omissum ab iis, qui nesciebant, quid esset καταῤῥάκτης, putaruntque propriam esse appellationem illius amnis, cum ex l. v. pateat Herodoti temporibus *Marsyam* proprio nomine jam esse vocatum. hinc etiam dicto loco ingenium viri summi admiratur Doctissimus Jac. Gronovius. est Herodoti locus Polymnia c. 26.

Excurrens] forte *decurrens*. HEINSIUS.

Liquidus & suas dumtaxat undas trahens] i. e. defaecatus, & sine sordibus, ut ait *Serv.* ad *Virg. Georg.* IV. vs. 101.

Dulcia mella premet, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida.

& *Ovid.* lib. VI. Met. vs. 400. *liquidissimus amnis* idem hic Marsyas fluvius dicitur; & hinc *liquore memorabilis* c. 4. & *liquor fluminis* dicitur c. 5. At ex eadem hypothesi contrarium statuitur l. IX. c. 4. *amnium coitus* (vel *coetus* ut est in MSS.) *maritimis similes fluctus movet, multoque ac turbido limo, aquarum concursu subinde turbatur*, add. l. III. c. 4, 8.

Suas dumtaxat undas trahens] Illustri Salmasio sub initium tomi 2. Exercit. Plin. videtur Noster fluvium *Organ* (Ὀργᾶν) cum Marsya confundere, illum enim Strabo l. XIV. vocat πρᾶον καὶ μαλακόν. CELLAR.

Color ejus] Tranquillum mare coelestem colorem induit, unde *coerula ponti* dixere poëtae. RADERUS. Similiter noster lib. VIII. c. 9. *aquas vehit à colore maris haud multum abhorrentes.*

Nymphas] Ad ejusmodi fabulam respiciunt illa Ovidii Met. VI. vs. 396. de Marsya:

Illum ruricolae, sylvarum numina, Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphae flerunt. ———

& epigr. Graec. l. III. c. 8. 2.

Σεῦ ἢ βοὰν αὐλοῖο μελίβρομον οὐκ ἔτι Νύμφαι,
Ὡς πάρος ἐν Φρυγίοις οὔρεσι πευσόμεθα.

Nos autem Nymphae, mellitam tibiae tuae vocem non, ut ante Phrygiis in montibus, audiemus. FREINSH.

Lycum appellant] Manifestus error. Diversi enim Lycus & Marsyas, quamvis ambo in Maeandrum influentes, adi *Plinium*, *Strabonem*, *Salmasium ad Solin.* p. 582. CELLAR.

Arcem] Eadem tradit *Arrianus* additque mille Cares defendisse cum mercenariis Graecis centum. RADERUS.

Caduceatorem] Caduceator, qui mittitur conciliandae pacis caussa, nomen à *Caduceo* est, pacis symbolo, sive virga, quali Mercurius fingitur usus. ex *Radero*. CELLAR.

Ni dederent] Aldi editio habet, *ni se dederent*, ut & Lugdunensis, Basiliensis, & Argentina, antiquae omnes. Sed antiquissimus codex è Coenob. S. Udalrici, cum Florentino, & Modiano recipro-

7 *ipſos ultima eſſe paſſuros.* Illi caduceatorem [1] in turrim, & ſitu & opere [2] mul-
tum [3] editam, perductum; *quanta eſſet altitudo*, *intueri* jubent, *ac nuntiare Ale-
xandro*, *non* [4] *eadem* [5] *ipſum & incolas* [6] *aeſtimatione* [7] *munimenta metiri: ſe ſcire* [8] *in-*
8 *expugnabiles eſſe. ad ultimum*, *pro fide* [9] *morituros.* Ceterum ut [10] circumſideri arcem,
& omnia ſibi indies artiora [11] viderunt eſſe: [12] *ſexaginta dierum* [13] *inducias* pacti, *ut*,
[14] *niſi* [15] *intra eos auxilium* [16] *Darius* [17] *ipſis miſiſſet*, *dederent urbem:* [18] poſtquam nihil
9 inde praeſidii mittebatur, ad praeſtitutam diem [19] permiſere ſe regi. Superveniunt
[20] deinde legati Athenienſium, petentes, *ut capti apud Granicum amnem redderen-
tur ſibi.* Ille *non hos modo*, *ſed* [21] *etiam ceteros Graecos* [22] *reſtitui ſuis* [23] *juſſurum* re-
ſpon-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Pal. 1. Bong. Leid. *turrem.* 2 Leid. *multo.* 3 B. 1. *editu* D. *aeditam.* 4 B. 1. *ſe clam.* 5 Pal. 2. *ipſos.* 6 Pall. o. B. 1. Voſſ. 2. *extimatione.* 7 Pal. 2. *munimenti.* 8 Pal. 3. à manu prima *expugnabiles* Leid. Ald. *inexpugnabilis.* 9 Voſſ. 2. *eſſe mor.* 10 Pal. 3. *circumſederi.* 11 Bong. *eſſe viderunt.* 12 B. 1. *quadraginta.* 13 Pal. 3. à manu prima *induciis.* 14 Voſſ. 2. *ni ſe.* 15. Pal. 2. 3. *inter.* Leid. Voſſ. *ipſe.* 16 D. P. F. B. 1. 2. Leid. & Voſſ. 1. ſemper *Dareus.* 17 Merc. Ald. Frob. Baſ. *ipſe.* 18 Merc. Frob. Baſ. *poſteaquam.* 19 F. *permiſerunt.* 20 Leid. C. *inde.* 21 Pal. 3. omittit. 22 Pal. B. 1. *reſtituere.* 23 Pal. 1. 2. B. 1. Frob. Baſ. Col. *juſtum* Voſſ. 2. *juſtum* in margine *juſſurum.*

cum *ſe* abjecere, & meo animo vere; nam & MS. Conſtantienſis *ſe* rejecit; mens Curtii haec: *arcem vero, in quam confugerant, oppugnare adortus, caduceatorem praemiſit, qui denuntiaret; ni dederent*, (nempe arcem, quae vox praeceſſerat, nec opus erat iterari) *ipſos* (qui erant in arce) *ultima* (& extrema ſupplicia) *paſſuros.* Malim etiam *adorſus*, ut habent antiquiores codices, ab adorior, non adordior, quod in lingua Latina verbum nullum eſt. ſic Ovid. l. 11. de Pont. El. 2. *nullum majus adorſa malum.* rarius quidem eſt *adorſus*, ſed habet & alia quaedam rara Curtius. RADERUS. lego, *ni dederent ipſos.* i. e. ſe. ſic paſſim alibi Curtius. HEINSIUS.

Ultima paſſuros] Suppliciorum, & periculorum extrema, ſic *noſter* IX. 9. 22. ac *Florus* l. 1. 2. 3. CELLAR.

Altitudo] forte *altitudine.* HEINSIUS.

Munimenta metiri] eleganter tranſlatum, cui ſimile apud Corn. Nepot. Eumene c. 1. *magnos homines virtute metimur.*

Ad Ultimum] denique poſtremo, ſi quid ſecus fortuna tulerit, pro fide ſuo regi danda morituros eſſe, addi poteſt Florus l. IV. c. 7. 15. CELLAR. ſimilia adjectiva ſimpliciter uſitata ſine praepoſitione hac notione, notiſſimum eſt ex aureae aetatis ſcriptoribus, & ſic noſter lib. VIII. c. 7. *ſupremum ſtrinxerat ferrum.* Et apud Livium l. XL. c. 42. *ultimum de coelo intervenit.* ubi fruſtra Sigonius *vitium* mutat. ſic Suet. *ultimo* dixiſſet Neron. c. 32. Petron. c. 21. *ultimo intervenit.* ſed auctor noſter in hac voce ubique ſibi conſtat; nam quod dicitur *Artabazus ultimum eum viſurus* lib. V. c. 12, 8. aliam habet notionem, ſimilem illi, quam habet Liv. l. 1. c. 29.

Darius] Semel monendum, in pleriſque manuſcriptis legi *Dareus*: quam lectionem eruditorum plerique probant. nec tamen altera ideo in vitio eſt, niſi breviter pronuncietur media, qui error vulgo in aliis etiam talibus, verbi gratia *Alexandria* obtinet: nam & illius penultima longa eſt, cum diphthongo enim ſcribuntur, Ἀλεξάνδρεια, Δαρεῖος. FREINSH. Sic quoque conſtantiſſime *Dareus* ſcripſere librarii codicum Leidenſis, & Voſſiani primi:

Dederent urbem] Sebiſius amicus meus olim legendum putabat *arcem*, quod jam anteceſſiſſet, urbem occupatam fuiſſe. reciperem, ſi qui codices aſſentirentur. FREINSH. Quomodo *urbem*, quae jam erat occupata? ideo Sebiſius malebat *arcem*, quod nec Freinshemio diſplicet. mihi potius videtur illud *urbem* delendum, ut natum ex ſtulti hominis gloſſa, qui non videbat, illud *dederent*, praecedens *arcem* reſpicere. SCHEFFER.

Superveniunt leg. Athen.] Arrianus Alexandrum à legatis non Celaenis, ſed Gordiis conventum narrat. RADERUS.

Capti ad Granicum] In acie pro Dario contra Alexandrum pugnantes arma tulerant, ut docet Arrianus. de pugna ſupra dictum. Cecidit & turma equitum Macedonum, in primo ſtatim conflictu, quibus Alexander equeſtres ſtatuas Lyſippo artifice poſuit, quas Q. Metellus Praetor poſtea victis Macedonibus cum Pſeudo-Philippo tranſtulit Romam, ut teſtatur Vell. Paterc. *Hic eſt Metellus Macedonicus, qui porticus* &c. RADERUS.

Ille non hos modo, &c.] Quos *vinctos in Macedoniam ad ergaſtula miſerat, quod contra communem Graecorum ſententiam, Graeci quum eſſent, in Graecos pro barbaris arma cepiſſent.* Arrianus 1. 5, 29. quem non intellexit, qui *communem Graecorum ſententiam* interpretatus eſt. Nam apud Arrianum τὰ κοινῇ δόξαντα τοῖς Ἕλλησιν, nihil aliud ſignant, quam commune Graecorum decretum de bello Perſis inferendo, quod factum eſt Corinthi in ſollemni totius Graeciae concilio; ut cum multis
aliis

spondit, *finito Persico bello.* [1] Ceterum Dario inminens, quem nondum [2] Euphraten superasse cognoverat; undique omnes copias contrahit: totis viribus tanti belli discrimen aditurus. 10
[3] Phrygia erat, per quam ducebatur exercitus; [4] pluribus vicis, quam [5] urbibus frequens. 11
Tunc habebat [6] quondam nobilem [7] Midae 12
[8] regiam; [9] *Gordium* nomen est urbi, quam Sangarius [10] amnis [11] interfluit, pari inter-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Cl. P. B. 1. 2. *Cet. Dareo imminens, quem* Mer. Pal. 2. 3. MS. Voss. 2. *Dario imminens de Alexandro cura erat, quem* Ald. Frob. Bas. Col. *Alexandro imminens de Dario cura erat, quem* P. *vero Dareo im. de Alex. cura erat, quem.* 2 D. Pal. 1. 2. Leid. Voss. 1. *Euphraten.* Bong. Voss. 2. *Eufratem*, 3 Bong. *Phrigia.* Voss. 1. 2. *Frigia*, 4 D. omittit. 5 P. 3. *viribus.* 6 Bong. Leid. Voss. 1. *nob. qu.* 7 D. *Mediae* Ald. *Mydae.* 8 Sic Bong. sed Ald. Pal. 1. 2. B. 1. Voss. 2. Col. *civitatem reg.* 9 D. Leid. *Cordium* F. *Corduum.* Voss. 2. *egradium* in margine *cordium.* 10 Voss. 1. *annis.* 11 alii *praeterfluit.*

aliis Diod. XVII. 4. ipse Arrianus statim ab initio historiae suae tradidit. Ceterum, captivos eos omnes liberavit Alexander, infra IV. 8, 12. Arrian. fine libr. 1. de hoc toto loco vide Plut. in Apophthegm. c. 40. & Arrian. III. 5. 7. τὰ δόγματα τὰ Ἑλλήνων vocans. Δόγμα est scitum, sententia lege sancita: inde *Senatusconsulta* semper appellantur δόγματα apud Graecos jurisprudentes. FREINSH.

Jussurum respondit] Ita recte scripti, pro quo tamen in editis, *justum*, suppositum erat, sic lib. x. c. 2. 4. dixit; *sed exules, praeter eos, qui civili sanguine aspersi erant, recipi ab omnibus Graecorum civitatibus, queis pulsi erant, jussit.* & Orosius lib. III. *Igitur causa & origo bellorum epistola Alexandri regis fuit, qua jussit omnes exules patriae libertati restitui.* sed pusillum hoc est. MODIUS.

Dario imminens, quem nondum] Cum hoc modo in omnibus omnino manu exaratis codicibus locus hic perscriptus sit, mirum videri potest, unde in excusis ad unum item omnibus, ita legatur; *ceterum Alexandro imminens de Dario cura erat, quem &c.* sed non uno loco Curtium ita interpolatum à maleferiatis hominibus post docebimus, & nescio quomodo simile in eadem voce mendum esse suspicor posterius, ubi ait; *Nondum enim Memnonem vita excessisse cognoverat, in quem omnes intenderat curas.* simile inquam hic mendum latere suspicor, legendumque; *N. d. e. M. v. e. c. in quem omnis intenderat.* solenti bonis scriptoribus locutione, & in maximam malam crucem ablegato illo *curas*, quod tam importune in mediis curis, curas nobis exhibet. Videant tamen Eruditiores. MODIUS. Omnes quos vidi Codices praeter Modianum, hunc locum augent. *Ceterum Alexandro imminens de Dario cura erat, quem &c.* Antiquissimus vitiosissime: *Ceterum Dario imminens de Alexandro cura erat.* Modius ex MS. emendat, & illas voces, *de cura erat*, proscribit, servatis, *Ceterum imminens Dario, quem nondum Eufratem superasse cognoverat, undique omnes copias contrahit.* Et veram esse Modii scripturam docent ipsa verba, quae alioqui male cohaerent, ut appareat illa spuria esse, *Alexandro de Dario cura erat*, atque ex glossemate aliquo irrepsisse, quomodo enim ista conjunguntur? *Ceterum Alexandro imminens de Dario cura erat, quem nondum Eufratem superasse cognoverat. Undique copias contrahit.* RADERUS.

Nondum Euphratem] Euphrates in Assyria Babylonem interfluit; & Darius copias ad Babylonem collegit; ut occurreret Alexandro ad Issum, trajiciendus erat Euphrates, ultra quem Darius cum exercitu versabatur. RADERUS. *Euphraten*; codices Leid. & Voss. numquam & in hoc & in similibus accusativis discrepant, ideoque nobilissimo N. Heinsio praeeunte, ubique eos auctores secuti sumus, nec ulterius monito opus esse credidimus.

Midae Regiam] editiones, *Midae civitatem regiam*, sed nihil eo opus est. MODIUS. Hic ille Midas est omnium poëtarum fabulis decantatus, cui omnia tacta in aurum versa, &c. Huic etiam epitaphium conscripsit Homerus, quod Gordii cippo inscriptum fuit: ut videre est apud Raderum. Vide & Reineccii tom. 1. in quo de regno & regibus Phrygum, quae apud alios auctores sparsim extant, ordine digesta reperies. FREINSH.

Gordium nomen, &c.] Pretium est subjicere Gordii oppidi descriptionem ex Livio, XXXVIII. 18. 13. *Id haud magnum quidem oppidum est, sed plus quam mediterraneum, celebre & frequens emporium. Tria maria pari ferme distantia intervallo habet: Hellespontum, Pontum ad Sinopen* (ita legendum existimo) *& alterius orae littora, qua Cilices maritimi colunt: multarum magnarumque praeterea gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime locum mutui usus contraxere.* Tria hic maria nominat, Curtius duo: bene uterque proposito suo serviens. quippe Livius, cum celebre emporium dixisset, nihil praetermisit eorum, quae fidem ei dicto facerent; atque ita non omnia tantum maria vicina, sed & gentes advocavit: Curtio, qui praeter situm nihil hic indicaturus erat, suffecit duo ista maria nominare, quae ab utroque latere stringentia Asiam, recto fere itinere, medium habent hoc oppidum, quod utique non ad montem Sipylum, sed in Phrygia collocandum esse contra Herwartum recte disputat mox Raderus. FREINSH.

San-

13 intervallo Pontico & [1] Cilicio mari distantem. Inter haec maria angustissimum Asiae spatium esse [2] comperimus, utroque in artas fauces [3] compellente [4] terram. Quae [5] quia continenti adhaeret, sed magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulae praebet; ac nisi tenue discrimen [6] objiceret, [7] maria, [8] quae nunc [9] divi-
14 dit, committeret. Alexander, urbe in [10] suam ditionem redacta, [11] Jovis templum

VARIANTES LECTIONES.

1 Pall. o. Col. MS. Voss. 2. *Cilico* quomodo & D. erasa lit. *i*. B. 1. *Cylico*. 2 D. *conperimus*. 3 D. *conpellente*, ita etiam ubique Leid. & Voss. 4 Mer. *terra*. 5 Pal. 1. 2. *qua*. 6 D. Pal. 1. Leid. Voss. nunquam non *obiceret*. 7 Pal. 1. 2. omittunt. 8 *div*. Bong. Leid. Voss. 1. 2. *quae nunc div. maria*. 9 Pal. 1. 2. *divideret*. 10 Bong. *dicion*. Leid. & Voss. 2. *ditionem suam*. Pall. o. B. 2. omittunt *suam*. 11 P. *templ. Jovis*.

Sangarius amnis praeterfluit] Parva mutatione magnum in hoc loco mendum inerit, si pro *praeterfluit*, quod laudant membranae, cum editis libris *interfluit* legas, sic enim Arrianus τὸ δὲ Γόρδιον ἐκ μὲν τῆς Φρυγίας τῆς ἐφ᾽ Ἑλλησπόντου, κεῖται δὲ ἐπὶ τοῦ Σαγγαρίου ποταμοῦ. &c. MODIUS. *Interfluit*, ita legendum docent emendatiores codices, quam scripturam juvat Strabo, qui scribit, ἐπὶ τούτῳ τὸ Γόρδιον, super hoc (flumine Sangario) posita est urbs Gordium. RADERUS. De hoc amne multa collegit Stuckius in Periplum Arriani p. 125. Sed de voce *interfluit* assentior Radero malenti hanc lectionem, quam aliam *praeterfluit*: cum & MSS. auctoritate & testimonio Strabonis juvetur. FREINSH.

Pari intervallo] In medio spatio terrae, quae inter duo maria sita est. Vides Livianam imitationem, sed nec Livius nec Curtius hic κάθαμμα λύουσι, cum Gordium ad Sangarium ponunt, & tamen pari intervallo a tribus maribus distare affirmant. Joh. Georg. Herwartus, vir Illustris, ex Ptolomaei tabulis observavit fieri non posse, quod hic a Curtio, & a Livio l. XXXVIII. c. 18. narratur. Itaque posuit ille Gordium, seu Julio Gordum, ad montem Sipulum haud procul Sardibus & Magnesia, sed enim rectius collocabimus, arbitror, Gordium supra Maeandrum, seu Marsyam, & intelligemus esse Gordiucomen, seu Gordii castrum, quod Livius Gordiutichos appellat, & à Cleone munitum est, & Julio appellata in Phrygia minore, & Asia proprie dicta, nam occupatis Celaenis Alexander recta contendit Gordium, non regressus ad Sipylum vel Sangarium. Porro Γορδίου κώμη juste medio intervallo abest à tribus maribus, Hellespontico, Euxino, & Cilicio. RADERUS.

Angustissimum spatium] Sat amplum inter Ponticum mare, & Cilicium, nisi respectu universae Asiae, minorem sive Natoliam ita arctari dicas. CELLAR.

Intrat] Si legas *intrans*, quomodo certe infra III. 12, 15. pro *intrat* B. legit *intrans*, rectius omnia cohaereant: sed quia nullus MSS. hic adstipulari proditur, sine auctoritate nihil, nisi evidentissima ratione persuasi, mutabimus, praesertim quum & haec lectio ferri possit. FREINSH.

Tenue discrimen] forte *tenue id discrimen*. HEINSIUS. An tenue, quod per trium regnorum, Ponti, Cappadociae, Ciliciae distinguitur amplitudinem? CELLAR.

Quae nunc dividit] Dividi dignissimus quisquis fuit homo, non mehercule sicula, qua trusabat ille Catullianus, verum illa sica, sive securis fuit, qua Jovi Vulcanum ajunt obstetricatum, qui in membranis hoc loco *videt* pro *dividit* reposuit. MODIUS.

Committeret] Conjungeret, commisceret, vel (ut *Festus* ait) *insimul mitteret*. formula est, quam amat Noster sic l. V. c. 4. 4. *implexos arborum ramos silvas committere*. lib. IV. c. 2. 16. *moles, quae continenti urbem committeret*. lib. VII. c. 3. 20. *Taurus mons committitur Caucaso*. sic Ovid. l. I. amor. eleg. 14. *nec femori committe femur*. & eleg. 13.

Ipse deum genitor —— ——

Commisit noctes in sua vota duas.

Metam. l. IV. vs. 369.

—— —— *commissaque corpore toto*

Sicut inhaerebat.

Met. l. VI. vs. 178.

—— *fidibusque mei commissa mariti*

Moenia.

Caesar de B. G. l. VII. c. 22. *Commissis turrium malis*. Sidon. Apollin. Carm. II. vs. 47.

—— *commissam carpis utrimque*

Temperiem. ubi vide Savaron.

In suam ditionem] Potestatem, suo imperio subjecit, sibi parere coëgit, observa hanc vocem à multis barbare usurpari, cum pro finibus & agro accipitur, quomodo nunquam Latini sunt locuti, ut si dicas, *ditionem illius vastavit*, *ditionem illius invasit*, *hoc est agros*. RADERUS. Id si verum est, non capio locum Curtii l. IV. c. 1, 26. *regionem urbi adpositam ditioni ejus adjecit*, quem ipse noster explicare videtur l. IV. c. 8, 13. *magnam regionem finibus eorum adjecit*.

Jovis templum intrat] Idaeum Jovem intelligit, cujus & Callimachus in Hymno ad Jovem meminit, Ζεῦ σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσί φασι γενέσθαι. *Jupiter Idaeis genitum te in montibus ajunt*. erat & ara Jovis Idaei apud Celaenen Phrygiae urbem à Mida rege constructa, ut ex Callisthene libro II. Metam. Plutarch. refert. POPMA.

Mi-

plum [1] intrat. [2] Vehiculum, quo [3] Gordium [4] Midae patrem vectum esse
constabat, adspexit, [5] cultu [6] haud sane à vilioribus, vulgatisque [7] usu abhor-
rens. Notabile erat [8] jugum adstrictum [9] compluribus nodis in semetipsos impli- 15
catis, & celantibus nexus. Incolis deinde adfirmantibus, [10] *editam esse oraculo* 16
sortem; *Asiae potiturum*, *qui inexplicabile* [11] *vinculum solvisset*: cupido incessit ani-
mo sortis ejus [12] implendae. Circa regem [13] erat & Phrygum turba, & Macedo- 17
num: illa [14] exspectatione suspensa, haec [15] sollicita ex temeraria regis fiducia.
Quippe [16] series vinculorum [17] ita adstricta, ut unde nexus inciperet, quove se con-
de-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *intra*. 2 alii *currum*. 3 Leid. Voss. 1. D. *Cordium*. 4 Mer. Bas. Col. omittunt. 5 Voss. 2. *cultus* Pal. 3. *cultu aspexit*. 6 Bong. *haut*. 7 Mer. *usibus* Ald. *curribus* Bong. *currubus*. 8 Voss. 2. Bas. Col. alii *vinculum*. 9 Pal. 1. B. 1. *cum plur*. 10 D. *aeditum* Bong. Leid. Voss. 1. *editum*. 11 Leid. *vincolum*. 12 sic Ald. Col. B. 1. Pal. 2. *impende* Voss. 1. *explende*. 13 Ald. *erant*. 14 Pal. 2. B. *expolitore* intra lineas *explicabile* ad marginem *expectatione* Pal. 1. *explicatione*, sed cum rasura. Voss. 2. *ex deplicatione*. 15 B. 1. *solicitata* Voss. *sollicita & ex*. 16 Alii *serie*. 17 Alii *erat ita*.

Midae patrem] Vox *Patrem* ab excusis quibusdam abest, & recte fortasse. MODIUS. Patrem in omnibus codicibus editis lego, sed *Midae* quibusdam desideratur, malim vel utrumque tollere, vel *patrem* retinere omisso *Mida*. RADERUS. vide Historiam ab Justino lib. XI. c. 7. traditam; & Arriano. l. II.

Cultu haud sane à vilioribus vulgatisque usu] Haec bonus Glareanus, cùm non intelligeret, mutanda censuit, hoc modo; *c. h. s. à v. vulgatisque vehiculis*, insulse, ut nequid gravius dicam. *vulgatis usu*, seu ut mavult legere Erasmus, *visu*, valet, qui vulgo in usu sunt, aut vulgo visuntur. nihil itaque duo ablativi absolute (sic enim ipse loquitur) positi Glareanum offendere debuerunt. MODIUS.

Vulgatisque usu] Expedita & plana sententia scripturae hujus, quam ideo retinuimus, quamquam varie varii mutarent, pro *usu*, *visu*, *vehiculis*, *usibus*, *curribus* reponentes. Est & Rutgersii conjectura, l. III. Var. Lect. c. 4. quam non spernas, *vulgatique usus*. FREINSH. Lego *vulgarisque usus*. HEINSIUS.

Jugum adstrictum] Sic scribo: & mecum faciunt antiqui libri, quos mihi videre contigit, *vinculum* tamen habent excusi. MODIUS.

Jugum] Alii *vinculum*, quod non damnem: nisi illud potius videatur. nam & Ausonius epist. 23, 48. sic appellat:

Ocius illa jugi fatalis solvere lora
Pellaeum potuisse ducem reor, abdita opertis
Principiis, & utroque caput celantia nodo.

Sed & in praefatione Bissulae quod est Eidyll. 27. iisdem verbis *fatalis jugi lora* vocat. *Jugum* nominavit & Justinus XI, 7, 4. & sane cum mox *vinculi* vocabulo utatur Curtius, verisimile est ad evitandum repetitionis taedium, alio verbo supra uti maluisse: praesertim cum ad ipsius rei accuratam descriptionem significantior sit, quam generalis illa vox *vinculi*. Arrianus II, I, 17. τοῦ ζυγοῦ τῆς ἁμάξης τ δεσμὸν. *Jugi quod in curru erat nexum*, appellat. FREINSH. Freinshemius edidit; *jugum*, pro vinculum, & habent libri MSS. alii *jugum*, alii *vinculum*, cujus rei puto esse caussam, quod utrumque posuerat Curtius, Exscriptores alterum putarunt esse otiosum, & idcirco rejecerunt. scribo, & distinguo ita locum totum. *Notabile erat jugi vinculum*, *adstrictum compluribus nodis*. SCHEFFERUS.

Incolis deinde] Suadent optimae notae alioqui membranae, legamus, *incolis debitè*, suadent inquam, sed nemini sat scio, cui modo cor sapiat, persuadebunt. MODIUS.

Editam oraculo sortem] λόγιον ait Arrian. quia oracula certo ordine, & sorte reddebantur, factum est, ut ipsa *sortes* dicerentur. Cicero de divinat. n. l. 33. *auspicia restant & sortes eae, quae ducuntur, non illae quae vaticinatione funduntur, quae* ORACULA *verius dicimus*. Virg. Aen. IV. vs. 346. de Pataraeo oraculo:

Italiam Lyciae jussere capessere sortes. CELLAR.

Ex temeraria] Forte *de temeraria*. HEINSIUS.

Exspectatione] Alii explicatione, sed istud studio praetuli. FREINSH.

Series vinculorum - percipi posset] Totus hic locus in editis antea ita legebatur, *quippe series vinculorum erat ita adstricta, ut unde nexus inciperet, quove se conderet, nec ratione nec visu percipi posset*. Sed peream, nisi haec vere esset Glarici & Diomedis permutatio. Porro his ipsis verbis usus est Vulcanius in reddenda voce, ἐφαίνετο apud Arrianum, quodque hic dixerat, ἦν δὲ δεσμὸς ἐκ φλοιοῦ κρανέας, καὶ τούτου οὔτε τέλος οὔτε ἀρχὴ ἐφαίνετο, vertit ille, *erat autem is nexus ex corni arboris libro, qui unde inciperet, quove se conderet nec ratione nec visu percipi poterat*. Satis libere. MODIUS. Mutat editorum scriptorum omnium fidem Modius, & reponit *quippe seriem* &c. *percipi posse*. Ego vero omnia alia. nam si Modii emendationem propugnes, nec Glarici nec Diomedis arma retinebis, sed utrisque exueris, quod miror Acidalio in longa sua brevitate non observatum. Quae enim ista loquendi

deret, [1] nec ratione, nec visu percipi posset, [2] solvere adgresso injecerat curam,
18 ne [3] in omen verteretur inritum inceptum. Ille [4] nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis; *nihil*, inquit, *interest quomodo solvantur:* gladioque ruptis omni-
19 bus loris, oraculi sortem vel elusit, vel implevit. Cum deinde [5] Darium, ubicumque esset, occupare statuisset; ut à tergo tuta relinqueret, Amphoterum classi ad [6] oram Hellesponti, copiis autem praefecit [7] Hegelochum; Lesbum, [8] &

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Leid. Voss. 1. *perspici* B. 1. *non ratione.* 2 D. Pal. 3. *injec. solv. aggresso curam ei ne* Pal. 1. *ini. s. aggresso c. ei ne mane vert.* Mer. B. 1. *inane vert.* Ald. Frob. Bas. Col. *solv. aggresso injecerat curam ne* Pal. 2. *mane vert.* & intra lineas *omen.* Bong. & Voss. 1. 2. *solvere adgressus injecerat curam ei ne.* 3 Voss. 2. *inane.* 4 Bong. Leid. *nequiquam* Col. *Illi nequaquam diu luctae* Voss. 1. *nequidquam.* 5 sic Bong. sed Mer. Ald. Frob. Bas. Col. Voss. 2. *Dar. regem u. esset* Pal. 3. omittit *esset.* 6 Pal. 3. B. 1. *horam.* 7 Leid. Voss. 1. D. B. 2. *Haegel* Elz. Amst. *Egelochum* Mer. Bas. Col. *Egelogum* Pal. 2. *Hegilogum* Pal. 1. *Hegelotum* B. 1. Voss. 2. *Hegelogum.* 8 Leid. *Coonque* Voss. 1. D. Pall. o. B. 1. Voss. 2. *Choumque* Elz. *&* *Coum* Mer. *&* *chyum coumque* Frob. Bas. Col. *Coumque* Lugd. Amst. *Lesb. Chium.*

ratio, *ut percipi posse?* certe ut illa admittam, seriem vinculorum ita adstrictam, tamen nisi legas, *ut percipi posset*, non est justa oratio, alioquin expedita sententia, ut totam periodum ita distinguas: *quippe seriem v. i. adstrictam, ut u. n. i., q. v. s. c. n. r. n. visu percipi posset, solvere adgressus injecerat curam.* RADERUS.

Solvere adgressus] Hic quoque secutus sum veteres codices, cum in excusis *aggresso* esset: nec negabo tamen *aggresso* apte posse retineri; ut sit diversa sententia, & de Alexandro haec accipiatur. Immo cum cogito, & nostro melius est, & cum Arriano, sive ille nostrum, sive (re enim incerta nihil habeo adfirmare) illum noster sequitur convenientius. MODIUS.

Solvere adgresso injecerat curam] Mire turbant hic libri & interpretes: sed ipsam Curtii scripturam esse quam exhibemus, haud difficulter consentiet qui formam orationis ejus familiariter habet cognitam. Juvat infra III. 5, 14. *Ingentem omnibus incusserat curam tam praeceps temeritas ejus.* FREINSH.

Nequaquam diu] Ita malui quam *nequidquam* recentium editionum, quod libris, & ingenio Alexandri non aeque convenit. Hae particulae invicem commutatae sunt etiam infra III, 2, 11. FREINSH.

Solvantur] Ediderant recentiores *solvatur*, sed cum praeter MSS. Cod. Leid. & Voss. etiam Ald. Frob. Bas. Lugd. Col. aliique meliores consentiant, & melior sententia desiderat, veram lectionem admisimus.

Vel elusit vel implevit] Si Aristobulo credendum, non *elusit*, sed solvit & *implevit.* Major auctorum numerus resectum gladio vinculum, & elusum oraculum affirmavit. Arrianus in medio relinquit, satisfactum tamen oraculo dicit. RADERUS. Curtii sententia communis est, quae & in proverbium abiit. Vide Paroemiographos. *Aristobulus vero auctor est, Alexandrum exemto paxillo temonis (erat is clavus ligneus, per medium temonem trajectus, cui vinculum adstrictum erat) jugum temoni detraxisse*, inquit Arrian. l. 1. c. 2, 18. & Plutarch. in vita 28. FREINSH. Si arte explicari, non dissecari oportuit, *elusit*; si quocumque modo dissolvi satis erat, *implevit.* CELLAR. idem & TEISSIER.

Darium ubicumque - occupare] Vulgo *Darium regem*, sed ego vocem posteriorem, membranis fretus, delevi. MODIUS. *Occupare* hoc loco est inopinantem opprimere. Etsi variam quoque significandi vim habeat hoc verbi; valet enim quod antecapere, antevertere, seu praeoccupare, quod non est barbarum, cum Livius, & ipse Cicero vocem usurparint. RADERUS.

A tergo] A tergo reliquit Hellespontum & Graecum mare cum minori Asia, à fronte habebat Armeniam, Euphratem & Darium, à latere sinistro Paphlagoniam & Cappadociam, à dextro Ciliciam & Babylonem. RADERUS.

Amphoterum] Hic est, in quem dictum Philippi exstat apud Plutarch., è duobus inquit fratribus Amphotero, & Ecatero (Graece melius ἀμφοτέρȣ ϗ ἑκατέρȣ) cum Ecaterum seu Hecaterum prudentem & strenuum, Amphoterum autem hebetem & ignarum videret, Ecaterum quidem Amphoterum i. e. utrumque dixit, Amphoterum vero neutrum. RADERUS. Vix est, ut credam Radero, hunc esse, in quem cum fratre Hecatero comparatum, dictum illud Plutarcho in apopth. relatum Philippus jecerit: *Hecaterum* (hoc est alterutrum) *quidem amphoterum* (notat utrumque) *esse*, *Amphoterum autem udeterum* (hoc est neutrum), quod nimirum hebes & ignavus esset; frater ejus ingenio vivido, & ad res gerendas apto. Praeterquam enim quod de nostri Amphoteri fratre nihil, quod sciam, legitur: etiam ingenium illud fatuum, quod exprobrat Philippus, in hoc nostro minime repertum fuisse, evidens argumentum est, quod Alexander, optimus fortium virorum aestimator, inter tot egregios duces hunc idoneum duxerit, cui non minimi momenti negotia committeret: quae prudentia virtuteque sua haud

& Chium, & Con praesidiis [1] hostium liberaturos. His talenta ad belli usum 20 quingenta [2] adtributa: ad Antipatrum, & eos qui Graecas urbes tuebantur, [3] sexcenta missa: ex foedere naves sociis imperatae, quae Hellesponto praesiderent. [4] Nondum enim [5] Memnona vita excessisse cognoverat: in quem omnes 21 [6] intenderat curas; satis gnarus, cuncta [7] in expedito fore, si [8] nihil ab eo moveretur. Jamque ad urbem Ancyram [9] ventum erat, ubi numero copiarum inito, 22 [10] Paphlagoniam intrat: huic juncti erant [11] Eneti, unde [12] quidam [13] Venetos tra-

Variantes Lectiones.

1 D. *istium* superscripto *o.* 2 Mer. Pal. 1. 2. B. 1. *tribuit* Voss. 2. *attribuit.* 3 D. Pal. 2. Voss. 2. *DC. missas ex f. naveis soc. imp. quae F. sexc. missas ex f. n. imperat eque* B. 2. Voss. 1. *imperat aeque* B. 1. *DC. missas ex f. n. soc. imperatae quae.* Bas. Col. *missae ex foedere: naves sociis imperat.* 4 P. *nundum.* 5 P. *Mennonem.* F. *Nenonem.* 6 D. Pal. 1. 2. Voss. 1. *intenderet* Pal. 3. *intenderat* sed subditis punctis literis *in.* 7 B. 1. *expedita.* 8 MS. Voss. 2. semper *nichil.* 9 B. 1. *Venerunt.* 10 Pal. 1. *Paphagoniam.* 11 Leid. *Vineti* D. B. 1. *Vincti* & à manu secunda *Veneti* P. F. & Voss. 2. *Veneti* Alii *Heneti.* 12 Pal. 1. *quidem.* 13 Leid. *Veneti.*

haud segnius judicio speque Alexandri sustinuit. FREINSH.

Hegelochum] Hic ille est dux, & classis primum cum Amphotero praefectus, de quo lib. IV. c. 6. idem qui cum Parmenione & Philota in Alexandrum conjuravit, imo auctor aliis conjurationis fuit, ut lib. VI. Docet Curtius, cecidit in proelio ad Gaugamela. RADERUS.

Lesbum, & Chium, &c.] Alexander enim post victoriam ad Granicum, omnem oram maritimam occupaverat; insulasque Lesbum, Chium & Coum in potestate habuerat. Memnon vero Rhodius, à Dario imperator declaratus, bellum decrevit Macedoniae & Graeciae inferre, adeoque ex Asia in Europam transferre, insulasque praedictas occupare; & per mare Aegaeum terrorem classe circumtulit. In hoc conatu Memnon cum versaretur, decedit, & cum illo, quia parem non habebat, Darii regnum ruere coepit. Igitur ne Memnon quidquam moveret, Amphoterum classi ad oram Hellesponti praefecit, & copiis Hegelochum, qui insulas occupatas reciperent, & in Asiam expeditionem praestarent. De Macedonia propter Antiochum non erat sollicitus. RADERUS. Has inter Asiam Graeciamque insulas Memnon ad Persas reduxerat, sola Mitylenaeorum urbe adhuc repugnante. vide Suppl. II. extr. CELLAR.

Et Con] Ita legendum vidit ante nos Glareanus quoque. neque enim, ut ille hanc partem non male judicabat, illud *& Chium Coumque* illa sententia, qua hic in editis legebatur, ferri poterat. MODIUS.

Sociis imperatae.] Rectum hoc esse superiora evincunt. Valeant igitur, qui pro eo *imperat* substituunt. MODIUS. Erasmus in indice, quem praemisit editioni Curtianae hoc nove dictum putat, cum & optimi quique Auctores ante Curtium sic locuti sint. Nep. in Conon. *civitatibus naves longas imperat*, & sic usurpat Cicero Verr. V. ac quid frequentius Livio, Caesari, aliis! LOCCENIUS.

Imperatae, quae, &c.] Sic distinxi atque scripsi, volentibus membranis. nam editio Mscripto Pithoei collata praefert, *imperat eque.* quomodo & Cl. Faucheti MS.: Bongarsianorum alter, *imperat aeque:* alter exserte, *imperatae quae.* de cujus scripturae sinceritate non fuit quod dubitaremus. FREINSH.

Memnona] Rhodium illum Darii ducum praestantissimum, quem ob industriam & peritiam rei bellicae solum verebatur Alexander. Ejus res gestas lege apud Diodorum lib. XVII. cap. 7. Arrian. II. 1. & sequentibus. Brevem vitae ejus epitomen contexuit Reineccius tom. 3. ubi de ducibus Rhodiis agit. IDEM.

Vita excessisse] Ad Mytilenem morbo exstinctum.

Omnes intenderat] De hoc loco ex animi sententia jam dixi §. 10. MODIUS.

Omnes intenderat curas] Modius sine cura, *curas* in crucem ablegat, corrigitque, *omnis intenderat:* sed omnes codices veteres & recentes, etiam MSS. retinent, *omnes intenderat curas*; nec scio cur explodatur, quum non minus Latine ac alterum dicatur. Livius, XXXVII. 36, 9. *omissa in praesentia pacis mentione, totam curam in belli apparatum intendit.* Cura de Memnone liberatus, quem acceperat occupatis insulis Chio, Lesbo, Mitylene, cum trecentarum navium classe, & ingenti peditum numero, in Macedoniam velle transire. RADERUS. Lib. IV. c. 6, 1. *ad reparandas vires, bellumque impigre renovandum intendit animum*, ubi ultimam vocem itidem omittunt nonnulli. sic *omnes fugam eodem intenderant* l. IV. c. 1. 2.

Ancyram] Galatiae urbem. Eo venerunt Paphlagonum proceres & legilli, qui gentem suam dediderunt; quam ille Calae Phrygum Satrapae jussit parere. RADERUS. Et in Phrygia, & in Galatia Ancyrae nomine urbs est. heic Galatica, & celebratior intelligitur, quia proxima Paphlagoniae est. Arrian. lib. II. cognomen γαλατικῆς signanter adjecit. CELLAR.

Eneti] Scripti libri, *Vineti*, sed verius illud. quod au-

23 trahere originem [1] credunt. [2] omnisque haec regio paruit regi: datisque obsidibus, [3] *tributum, quod ne Persis quidem tulissent, pendere ne cogerentur*, impetrave-
24 runt. [4] Calas huic regioni praepositus est: ipse, [5] adsumptis qui ex Macedonia nuper advenerant, Cappadociam petiit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *putant.* 2 Leid. *omnis.* 3 Pal. 1. omittit *tributum* B. 1. *trib. q. ne ipsis q. tulisset* D. Pal. 2. Leid. Voss. 2. *quidem Persis.* 4 Mer. Bas. Col. Pal. 1. *Chalas.* 5 Pal. 1. *adsumptio ex Mac adven.*

autem sequitur, *unde quidam Venetos trahere originem credunt*, id vero glossema esse Palmerius judicat, & ab illo ego quoque sto. non fui tamen ausus, illa ipsa quae dixi verba hinc ejicere, veritus, ne ad veterum librorum, in quibus diserte leguntur, auctoritatem provocarent. MODIUS. *Eneti, unde quidam Venetos trahere originem credunt*, vera lectio est, non glossema, ut quidam putant, quam non solum veterum, & impressorum codicum consensus, sed & Plinius, & Solinus manifeste confirmant. Plin. l. VI. c. 2. *Quo loco Henetos adjicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat.* & Solin. c. 46. de Paphlagonia loquens, *Insignis*, inquit, *loco Heneto, à quo, ut Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt nominati.* POPMA.

Eneti] De his Livius libr. I. 2. & Strabo lib. V. & Plinius VI. 2. Virg. Aen. I. 242. qui omnes stant à Q. Curtio, Henetorum gentem ex Paphlagonia, duce Antenore, in Italiam profectam, ibi sedes posuisse, & mutata prima litera, pro Henetis Venetos appellatos. Homerus & Maeandrius, Henetos à Leucosyris profectos Trojanis suppetiatum ivisse tradunt; indeque cum Thracibus avectos, sedes posuisse in intimo sinu Adriae, reliquos, qui cum Pylemene erant profecti, resedisse in Cappadocia. Quare omnino in eam sententiam descendo, illa verba, quae in Curtio sequuntur, non esse ex glossemate adjecta, sed legitima & genuina Curtii, cui subscribunt omnes quos codices vidi. Strabo libr. IV. Venetos Adriatici maris accolas ortos à Venetis Gallis, Caesaremque reprehendit, qui horum originem ab istis repetit. Porro, si ab *Aenetis* deducantur *Veneti*, vox efficta est ad eum modum quo ex οἶνος vinum, ex ἦρ ver, &c. deducta sunt: idque more antiquitus Graeco, ut observat Dionysius histor. I. 20. *Solebant enim*, inquit, *prisci Graeci nominibus à vocali incipientibus praeponere syllabam ου scriptam uno charactere: is erat similis Γ duplici, ad rectam lineam duabus obliquis additis*, sic Ϝελένη, Ϝάναξ, Ϝοῖκος, Ϝανὴρ, *& multa similia.* Reineccius tamen, in regno Paphlagonico, Enetos seu Henetos deducit ab indigena voce *Honati*, quod sit *discursare*: Venetos à nostro *wenden*, à vertendo, nempe sedes, id est, vagando, ut in utraque lingua veniant νομάδες. Quae sane notio non spernenda; multoque mihi potior est ea, quam Jornandes de rebus Geticis comminiscitur, cui Heneti dicuntur quasi *αἰνετοὶ laudabiles.* FREINSH.

Calas] Thessalorum equitum ductor, Harpali filius. Arrian. I, 5, 7. postea Phrygiae & Paphlagonum Satrapa. Idem II, 1, 20. Diodoro XVII, 17. est Κάλλας. IDEM.

Qui ex Macedonia] Supplementum exercitus pedites 1000. equites 650. ut Arrianus I, 8, 28. numerat: ut Callisthenes, peditum millia V. equites octingenti. RADERUS.

Cappadociam] quam totam cis Halyn, partem etiam trans flumen occupavit Alexander, quibus praefecit Sabutam Satrapen. Arrian.

CAPUT II.

Exercitus Persici lustratio. de quo quum Darii jussu Charidemus Atheniensis verum liberumque protulisset judicium, capite multatus est.

1 At Darius, nuntiata Memnonis morte haud secus quam par erat, [1] motus; omissa omni alia spe, statuit ipse decernere: quippe quae per duces suos acta [2] erant,

VARIANTES LECTIONES.

1 alii *moestus.* 2 D. *erunt.*

Nuntiata Memnonis morte] Hunc Plutarchus in Alexandro Menonem vocat, quem Darius universae classi, oraeque maritimae praefecerat, qui de bello Macedoniae & Graeciae inferendo cogitans multum laboris Alexandro exhibiturus fuisset, si vita longior contigisset. Polyaen. Stratag. l. IV. narrat, Alexandrum, cum in Asiam transisset, hunc Memnonem Persis suspectum fecisse: Imperabat enim egredientibus ad praedandum Macedonibus, ut à Memnonis agris abstinerent. POPMA.

Haud secus quam par erat] *Nobilissimum* enim *ducem* (sic appellatur infra III, 13, 14.) amiserat, & quem,

rant, [1] cuncta damnabat; ratus, pluribus [2] curam, omnibus [3] absuisse fortunam. Igitur castris ad [4] Babylonem positis, quo majore animo [5] capesserent 2
bellum, universas vires in [6] conspectum dedit: & circumdato vallo, quod [7] decem millium armatorum multitudinem caperet, [8] Xerxis exemplo numerum copia-

VARIANTES LECTIONES.

1 F. *damn. cuncta* Pal. 1. Leid. & Voss. 1. *ubique dampnabat* Pal. 2. C. *dannabat.* 2 B. 1. *curantibus* Leid. *caras.* 3 Bong. Leid. Voss. 1. *afuisse.* 4 Leid. *Babylona* Voss. 1. B. 2. *Babylonam* Voss. 2. Mer. Ald. Col. *Babyloniam.* 5 Mer. *capesceret* Ald. Frob. Bas. Col. *capesseret.* 6 Voss. 2. Pal. 1. *conspectu.* 7 Leid. Voss. 1. *decem armatorum* Lugd. Amst. *decies centenum millium.* 8 Ald. Voss. 2. passim *Xersis.*

quem, ut modo III, 1, 21. dictum est, solum verebatur Alexander. FREINSH.

Omissa omni alia spe] Bene habet, nec est reponendum *amissa spe.* sic enim usurpant hoc verbi principes Latini fori, *omittere tristitiam, spem, iracundiam*, quamvis diserte Justinus XI, 12, 5. dicat, *Tum spe pacis amissa*, sed ibi vere legitur *amissa*, quod spem illi pacis Alexander negarat. RADERUS. Apud eumdem Justinum XI, 9, 8. narratio est re phrasique Curtianae non absimilis: *Nec Darii regis opera in ordinanda acie defuit. quippe omissis ducum officiis, ipse omnia circumire &c.* FREINSH. Nihil magis obvium in codicibus manu exaratis quam hujus vocis *omittere* vicissitudo cum cognata *amittere*, quamquam ultima haec eodem fere leni sensu sit usitatissima etiam apud nostrum, sic l. IV. c. 6. 11. *corvus glebam subito amisit.* l. IX. c. 2. 26. *fructus per inertiam è manibus amittere.*

Omni alia spe] forte *omni alia re.* HEINSIUS.

Decernere] Certare, bellum gerere, dimicare. ut Cicero: *Animis armisque decernere.*
& Virg. Georg. III. vs. 218.

Cornibus inter se subigit decernere amantes.

& Aen. XI. vs. 218.

Ipsum armis, ipsumque jubet decernere ferro.

Idem valet simplex. Pacuvius. *Primores procerum revocarent nomina, ni esset quis, qui armis secum vellet cernere.* eo sensu apud Ennium & Pacuvium & alios leges. RADERUS. Sic Liv. XXXII. 31. *omissa spe per unam dimicationem rei decernendae.* XXXV. 3. *parati de summa rerum decernere.* Nepos Eumene c. 9. 6. *quo integriore exercitu decerneret.* est ergo *decernere* in his praelium committere. CELLAR.

Damnabat] Variam vim hujus verbi Nonius exprimit, hic idem quod reprehendere valet, elegantissimo loquendi modo, ut Cicero Tuscul. Q. V. *Rerum naturam, quam errorem nostrum damnare malumus.* RADERUS. rectius improbare, ut infra c. 8. *si id consilium damnabat.* Similia hujus nostri auctoris exempla suggeret Index.

Curam] Amat enim victoria curas. *Fortunam*, quae nec ipsi Dario adfuit. Ἐχρῆν γὰρ ἤδη καὶ Πέρσας πρὸς Μακεδόνων ἀφαιρεθῆναι τῆς Ἀσίας τὴν ἀρχήν· καθάπερ οὖν Μῆδοι μὲν πρὸς Περσῶν ἀφῃρέθησαν, πρὸς Μήδων δὲ ἐκπρόσθεν Ἀσσύριοι. *Oportebat enim*, inquit Arrianus, *Asiae imperium Persis à Macedonibus adimi, quemadmodum Persae Medis, ac prius Medi Assyriis ademerant.* RADERUS.

Pluribus curam, omnibus] Bongarsii codex *pluribus curantibus*, unde exiliret sensus noto proverbio comprehensus: Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν. *Multi imperatores Cariam perdiderunt.* alterum tamen, pluribus libris fulcitum, merito praetulimus. FREINSH.

Capesserent] Male alii *capesseret*; neque enim ipse sibi animum addere volebat Darius, sed suis. MODIUS.

Decies centenum millium] Fateor nullis adjutus codicibus ita scripsi de conjectura evidentissimis rationibus expressa, primum enim Galterus, qui, cum Curtio non solum in historia, verum etiam ipsis verbis summus imitator fuerit, vel hoc ipsum ad nos durare debuit, ut esset, unde is auctor (cujus ille exemplaribus ante annos CCCC, & undeviginti, quo tempore floruit, haud dubie minus contaminatis usus est) aliquam multis locis male affectis sanari posset. hic Galterus copias omnes vallo Darium circumdedisse refert, unde emissas occupasse Mesopotamiae campos. Deinde movit me, quod addidit ipse Curtius Xerxis exemplo (cujus exercitus decies centenum millium multitudinem aut aequasse, aut superasse, qui ex Graecis minime mendaces perhibentur, asserunt) numerum copiarum iniisse Darium. facio tamen, lector, rem judicii tui, dum memineris, *decem millium*, quod libros occupavit, ferri nullo modo posse. MODIUS.

Decem millium armatorum] Cum in vetustis & impressis codicibus optime sic legeretur, non defuere tamen, qui pro *decem millium*, *decies centenum millium*, non recte, reposuerunt. Ad quid enim tam capax vallum, cum summa totius exercitus fuerit quadringenta, aut summum, ut Arrianus II, 2, 21. & Plutarchus in Alexand. c. 29. referunt, sexcenta millia armatorum? Deinde Xerxes, cujus exemplo numerum copiarum Darius iniit, cum decies centenum millium multitudinem haberet, in loco Dorisco, qui decem mille hominum capax erat, circumdato vallo, quod decem millium armatorum multitudinem caperet, recensuit copias. Plinius IV, 11, 5. *Tum locus Doriscus X. M. hominum capax. ita Xerxes ibi dinumera-*

vit

3 piarum [1] iniit. Orto sole ad noctem agmina, sicut [2] descripta erant, intravere
vallum. inde [3] occupaverunt emissa [4] Mesopotamiae campos: equitum peditumque
propemodum innumerabilis turba, majorem quam pro numero speciem [5] gerens.
4 Persarum erant centum millia, in [6] quis eques triginta [7] millia implebat. Medi
de-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Cl. F. B. 1. 2. Leid. *init.* 2 Leid. *discripta.* 3 Voss. 2. *occupaverant* Cl. P. F. B. 2. *emissa occupaverant.* 4 Voss. 2. *Messopot.* 5 D. C. P. F. B. 2. Amst. *ferens.* 6 Sic B. 1. 2. Pall. o. Leid. Voss. 1. constantissime. 7 D. F. B. 2. Leid. Voss. 1. omittunt *millia* passim Voss. 2. semper *milia.*

vit exercitum. Quomodo autem Xerxes copiarum suarum numerum inierit, Herodotus VII, 60. refert. Ammianus Marcellinus XVIII, 15. *Quousque nobis Doriscum Thraciae oppidum, & agminatim intra consepta exercitus recensitos Graecia fabulosa narrabis?* POPMA. Quid? ferri nullo modo potest? proba, sancta, & unice vera lectio? pro qua nobis spuriam obtrudit Modius, & legitimam cruribus illidit. Poteras ex ipsis Curtii verbis errorem tuum deprehendere, qui merito criticorum audaciam reprimere potest. Primum Darius ex Curtii syllabo non numeravit sub signis nisi trecenta undecim millia ducentos. Ex Arriani censu summum sexcenta. Ex Justini quingenta tantum, totidem ex Diodori S. calculo cognosces. nemo ultra sexcenta millia assignavit. Quid est ergo, quod Curtius narrat Xerxis exemplo? hoc est, Darius exemplo Xerxis recensuit suas copias vallo circumdato, quod decem millia caperet armatorum. Xerxes enim, cum universum exercitum per Hellespontum, continenti junctum, traduxisset, in Dorisco trans Hellespontum septum fecit, quod Myriadem capiebat, atque ex castris singulas Myriadas seorsim in illud septum immisit, ac coram cum scriba spectavit, qui & unde essent, quae arma ferrent, relatosque in chartas in campum emisit, ac aliam Myriadem ex castris in vallum deduxit, quam uti priorem lustravit, ac deinceps hac emissa, aliam atque aliam, donec omnes copiae per vallum transirent. Hunc modum Xerxes instituerat copiarum recensendarum, quem imitatus est Darius circumdato vallo, quod decem millium (non decies centenum millium) multitudinem caperet. Hinc & Brissonium licet castiges, qui caecorum more Modium est secutus. & P. Rubenium, qui in Praelect. l. 1. c. 25. pro *decies* ponit *sexies centenum millium*, cum hoc non spectarit ibi Curtius, nec voluerit numerum copiarum Darii exprimere, sed modum duntaxat explicare, quo ad exemplum Xerxis copias numeravit. Et miror tantum errorem ab Acidalio homine peracuto non deprehensum. RADERUS. Addendus Aristides tom. 1. orat. 13. *Quum autem conaretur insolens iste rex exercitus sui numerum cognoscere (nam & hoc in ejus potestatem cadere debebat), metiri potius eum quodam modo, quam numerare, coactus est, ita ut muro, cujus ambitus decies mille viros caperet* (textus eleganter appellat τεῖχος μυρίανδρον) *extructo, suos ad mensuram numeraret.* FREINSH. Cl. Rubenius Elect. l. 1. c. 25. si Diodorum audimus, inquit, emendabimus in Curtianis *sexies centenûm millium.* tot enim in Cilicia numerat. At Arrianus tantum *millia quingenta.* Curtii summae, quas distincte subjicit, nec ipsum numerum efficiunt, nec eae sc. correctae.

Orto sole] Hoc Persico more. Persae enim numquam ante ortum solem exercitum movere. Curtius infra III, 3, 9. *Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere.* Idem docuit ante Curtium Herodotus VII, 54. *Ubi sol exortus est, ex aurea phiala Xerxes libans in mare, apud solem vota concepit.* & quae ibi sequuntur. RADERUS. Ceterum non videtur satis consistere locutio ista, *Orto sole ad noctem*, nisi scribas; *Ab orto sole.* magnitudo enim exercitus, etiam duratione tractuque temporis, quod dinumerando impensum est, exprimitur. FREINSH. Mallet Freinsh. *ab orto sole.* mihi nihil videtur mutandum, quia Curtius non respexit tempus à quo, sed consuetudinem Persicam, de qua similiter c. 3. *traditum est, orto sole demum procedere.* ut sit sententia, cum jam sol esset ortus, agmina intravere vallum, id quod duravit usque ad noctem. SCHEFFER.

Vallum] Castrorum munimenta, unde rursum emissa agmina totos Mesopotamiae campos inundavere. RADERUS. Non *castrorum munimenta*, ut interpretatur vir doctus ad hunc locum; sed vallum, quale Dorisci, nulli rei, nisi copiis numerandis, vel potius dimetiendis effectum. FREINSH.

Majorem quam pro numero] Observa (quod miror à Turselino omissam) particulam *quam* cum comparativo, & praepos. *pro*; ut si dicas, doctior quam pro aetate videri possit. RADERUS.

Gerens] Leid. cod. *ferens* forte *ferentes.* HEINSIUS. Virgilius tamen lib. 1. Aen. v. 315. *Virginis os habitumque gerens Spartanae.*

Persarum &c.] Sequitur syllabus nationum variarum, quae in exercitu Darii militarunt. Et observant hoc historici & poëtae, bella descripturi, ut numerum, & gentes, & populos describant. Summam ex partibus collectam accipe: Peditum ducenta quinquaginta millia; equitum mille centum supra sexaginta millia. Arrianus tamen & Plutarchus, sexcenta millia universe tribuit Dario. Est autem non praetereunda observatio descriptionis, ordinis ac seriei, quae difficultatem parit narranti,

decem equitum; quinquaginta millia peditum [1] habebant. [2] Barcanorum equi- 5
tum duo millia fuere; [3] armati bipennibus, levibusque scutis [4] cetrae maxime speciem [5] reddentibus: peditum [6] decem millia pari armatu sequebantur. [7] Armenii 6
quadraginta [8] millia miserant peditum; additis septem [9] millibus equitum. Hyrcani, [10] egregii, ut inter illas gentes, sex millia expleverant, [11] equis militatura. Derbi- 7
ces quadraginta millia peditum armaverant; pluribus [12] haerebant ferro praefixae hastae,

VARIANTES LECTIONES.

1 B. 2. *habebat.* 2 Sic Bong. sed Leid. Elz. Mer. Ald. *Bactrianorum* Voss. 2. *Bartanorum* B. 2. Pall. o. *Bactanorum* B. 1. *Barconorum.* 3 Mer. *Armenii* Pal. *armatu* Pal. 2. *arm. satis* & additum margini *scutis.* 4 Frob. Bas. Voss. 2. *celte maxime* Pal. 1. *celte* pro cetrae Alii *cetrae maximae* Bong. *max. cetrae.* 5 Pal. 3. *odentibus.* 6 Leid. *decem equitum pari armatu* Bong. *d. mil. equitum pari armatu* Ald. *d. m. pari armatu* Pal. 1. 2. B. *d. m. pari arcu* Pal. 3. *d. m. pari actura.* 7 Ald. *Armeni.* 8 Bong. *mis. mil.* Leid. P. B. 2. F. omittunt *millia.* 9 Pal. 1. *milium* Leid. omittit. 10 D. Leid. Voss. 1. *egregium.* 11 D. Leid. Voss. 1. 2. *additis equitibus militatura idem vicies quadragena ped. mil. arm.* Cl. F. P. B. 1. 2. omittunt *millia* Pall. o. *additis equitibus militatura idem vicies quadraginta ped. mil. armati erant* Col. *equis militatura iidem vicies q. mil. ped. armati erant.* 12 Voss. 2. *erant* B. 2. Pal. 2. *habebant.*

ti, nisi modum variandae orationis teneat. Sic in Curtio videbis exprimendi copiam, scriptoribus imitandam, ut inopiam orationis declinent. RADERUS.

Barcanorum] Non *Barcanorum* (qui populi in rerum natura non sunt: aut si sunt, non magis hic faciunt, quam Mori Utopicani) hic est legendum, sed *Paricanorum*, qui sunt Mediae populus, ut alibi docebo, MODIUS. Criticorum plerumque hoc ingenium est, ut cum lecta non intelligunt, vel ab auctoribus, ut spuria proscribant, vel pro suo cerebro non tam corrigant, quam corrumpant. Modius inter hos, quamvis cetera doctus, cum ad hunc locum & nomen Barcanorum venit, vide quam confidenter, ne dicam impudenter *non Barcanorum qui populi &c.* esse legendum, sed *Paricanorum.* Itane populus hic Utopicus, & extra solis vias? consuluisses Stephanum περὶ πόλεων. Βαρκάνιοι, inquit, ἔθνος τοῖς Ὑρκανοῖς ὅμορον. *Barcani gens est Hyrcanis vicina.* quibus regem dixit apud Ctesiam Cyrus Megabernem. Ex his doceas Modium, imo & Glareanum, & Aldum, qui Batrianos pro Barcanis reponunt, & gentes migrant. pro Batrianis infra Arachosios accersunt. Paricanorum Plinius meminit, possis conjicere Paricanos eosdem esse Barcanis, nisi ab Hyrcano mari admodum removeantur à Plinio, quamquam & Derbices cum his fere conjungat. certe Herodotus Paricanos in Xerxis exercitu collocat, cum gentes enumerat. RADERUS. Alii *Bactrianorum*, male; & refutat ipse Curtius infra num. 9. *Bactrianos* (quam tamen ipsam vocem in *Arachosios* mutarunt, eadem temeritate) *festinatio prohibebat acciri.* non igitur hi in hac expeditione; sed Barcani *gens Hyrcanis vicina* secundum Stephanum. Vide Abrahamum Ortelium, unde sua descripsisse videtur Raderus. FREINSH.

Bipennibus] *Bipennis manifestum est id dici, quod ex utraque parte sit acutum. Nonius.*

Levibusque scutis] Ferri quidem possit; sed nonne melius scribas: *brevibusque scutis?* cetris enim adsimilat, quibus idem apud Tacit. Agric. 36, 1. epitheton. FREINSH. Malunt *brevibus*, me invito, quia credo Curtium his voluisse agere de materia scutorum, & in sequentibus demum de forma. Levia porro scuta debent intelligi contexta ex viminibus, qualia opponuntur coriaceis armatisque ferro, longe quippe gravioribus. SCHEFFER.

Cetrae maxime] De qua pulcra Lipsius in analectis ad Mil. Rom. lib. III. dial. I. Recta porro loci scriptura est, *maxime*, ἐπιῤῥηματικῶς, non, ut alibi editur, *maximae.* Sic infra VIII, 11, 6. *petra in metae maxime modum erecta.* Porro scutum ipsum, quod Barcanis tribuit, videatur fuisse *pelta*, quae *cetrae haud dissimilis est* apud Liv. XXVIII, 5, 10. Plura vide apud Torrent. ad Sueton. pag. 1439. a. Lipsium citato loco, unde ferme sua Raderus. FREINSH.

Pari armatura] Coloniensis codex, *equitum pari armatura*, agnosco Glossam. MODIUS.

Peditum decem millia pari armatura sequebantur] Secutus vestigia codicis Leid. quae exhibent *decem millia equitum*, lego hunc locum *peditum decem millia equitum* (de quo jam praemisit) *pari armatura sequebantur.* HEINSIUS.

Equis militatura] Idem de quo dixi liber, *additis equitibus militatura*, quod quid sit, nescio. MODIUS.

Derbices] Si cum impressis plerisque, & nonnullis etiam scriptis libris legas *iidem vicies quadragena peditum milia armati erant*, nugas egeris. si cum Glareano, *Iidem vero quadraginta milia peditum armaverant*, majores nugas egeris. qui sint Derbices, & ubi colant, dicetur postea. MODIUS. Hic locus aliter ab aliis atque aliis legitur. Exemplaria pleraque, praeter Modianum, omnia habent. *Iidem vicies quadraginta millia peditum armaverant.* Modius loco *Iidem vicies* collocat *Derbices.* & hoc ex MSS. aliquibus, cui subscribere ipsa me docet ratio.

[1] haſtae, quidam lignum igni duraverant. hos quoque duo millia equitum ex ea-
8 dem gente comitata ſunt. A Caſpio mari [2] octo millium pedeſter exercitus vene-
rat; ducenti equites. [3] Cum his erant [4] ignobiles [5] Aſiae gentes; duo millia pe-
9 ditum; equitum duplicem [6] paraverant numerum. His copiis triginta millia Grae-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voſſ. 1. B. 2. *aſtæ.* 2 B. 1. *octo millia.* 3 B. 1. *cum hjis.* 4 Voſſ. 2. *ignobilis.* 5 P. Pal. 2. *aliae* B. 1. Pal. 1. *Aſice.* 6 Pal. 2. *paraverat.*

ratio. nam verba *iidem vicies*, habent quamdam ſimilitudinem cum voce *Derbices*, & populi ſunt Aſiae ad Oxum, qua in mare Hyrcanum exoneratur, de quibus Cteſias Cnidius cum de Cyro tractat, quem videſis. RADERUS.

Pluribus haerebant ferro praefixae haſtae] Cl. Gerardus Voſſius ad Val. Flacc. l. VI. vſ. 88. non probat opinionem J. Lipſii, qui l. IV. Poliorcet. dial. 4. hunc locum producens in margine conjiciebat, forte legendum *horrebant*. Voſſius autem legit *pluribus aere aut ferro praefixae haſtae*, creditque ex *aere aut* factum prius *aerebant* quod deinde abiit in *haerebant*. Hanc vero ſimillimam & pulcherrimam emendationem, lector, debes ſplendido literarum lumini P. Burmanno, qui ſingulari in litteras ſtudio eum ex obſervationibus, quas habet à Cl. Voſſio ineditas, amiciſſime ſuppeditavit, adeoque incitavit magis deſiderium videndi accuratiſſimas illas in Valer. Flaccum lucubrationes, quibus divinum poëtam genii dexteritate admirabili, eaque, quam jam toties in aliis exhibuit, copia diligentiſſime adornat.

Lignum igni durav.] Uſitatum teli genus apud gentes quibus ante Vulcanum, ut vult Euſebius lib. 1. ferri uſus incognitus, aut copia rarior. Sic majores noſtri apud Tacit. II, 14, 4. *primam utcumque aciem haſtatam* habebant; ceteris *praeuſta aut brevia tela* erant. Silius IV, 284. de Chryxo Gallo:

Contorquet nodis, & obuſto robore, diram
Vel portas quaſſaſſe trabem.

de Indis ad Tomerum flumen Arrianus Ind. IV, 14. ἀκωκὴ δὲ οὐκ ἐπῆν σιδηρέη, ἀλλὰ τὸ ὀξὺ αὐτῆσι πεπυρακτωμένον τὸ αὐτὸ ἐποίεε. *Cuſpis ferrea non erat, ſed igne toſta & acuta.* Virgil. Aen. VII, 524. *agreſte certamen* id vocat:

——— *non jam certamine agreſti*
Stipitibus duris agitur, ſudibuſve praeuſtis.

& feminis tribuit Aen. XI, 894.

Stipitibus ferrum ſudibuſque imitantur obuſtis.

Ideo autem oburebant ſudes, quod ea res extracto humore, reſtringit lignum & indurat: unde non minima vis ſudibus praeuſtis, ut apud Ovid. Metamorph. XII, 299.

Qua juncta eſt humero cervix, ſude figis obuſta,
Ingemuit, duroque ſudem vix oſſe revellit.

Vides tam alte adactam ſudem in os quamquam durum, quippe centauri, ut ab eo, quem infinito robore praeditum fingit, vix evelli poſſit. Ideo praeſertim in obſidiis urbium frequens earum fuit uſus propugnantibus. Ceterum apud nonnullos orbis recens reperti incolas arboris genus naſcitur ligno ita ſolido duroque, ut confectis ex eo gladiis utantur, acie paullo minus efficaciore, quam ſit noſtratibus. At Scaliger Poët. IV, 34. negabat *alia ex materia*, quam ferro, *viſum ullum.* Sed ille nimirum de Europaeis hominibus moribuſque ſentiebat: alias & aureos enſes Perſarum nobiliſſimis fuiſſe, ubi indicatum eſt. FREINSH.

A Caſpio mari] Caſpium mare idem quod Hyrcanum, nec idem tamen quod Ponticum, contra tabulam Ortelii, qui idem facit cum Pontico ex Curtio. cum Curtius diſerte opponat Ponticum Cilicio, cum Gordium urbem ait medio intervallo diſtare a Pontico & Cilicio mari. RADERUS.

CC. equites cum his erant. Ignobiles aliae] De hoc loco gloriari mihi lubet, facientibus Muſis eum à me eſſe emendatum, cum antea legeretur: *A Caſpio mari* VIII. *milium pedeſter exercitus venerat: ducenti equites. Cum his erant ignobiles Aſiae gentes, duo milia peditum, equitum duplicem paraverant numerum:* in qua lectione, ſi aut caput aut pes apparet, ipſe vel hoc vel illo minui non recuſo. ſed nec illud *Aſiae* probo; primum enim obſtat veterum librorum in vocem *aliae* conſenſus. Deinde, cum omnes omnino Aſiatici ſint, de quibus actum eſt, abſurdum videri poſſit, nunc primum Curtium *Aſiae* meminiſſe. ſic igitur hac de de re, quicquid Henricus deliret, cenſeo. MODIUS.

Ducenti equites] Recte interpungit meo animo hunc locum Modius: *A Caſpio mari octo millium pedeſter exercitus venerat: ducenti equites cum his erant. Ignobiles &c.* RADERUS. Mihi vulgata diſtinctio nihil minus arridet. FREINSH.

Aſiae] Quamvis pleraque edita volumina hanc ſcripturam praeferant, veteres tamen codices (ſi Modio creditur, nam mei omnes *Aſiae* legunt, non *aliae*) *aliae* pro *Aſiae* habent, & vere meo judicio, cum omnes, quas hactenus indigitavit Curtius, fuerint Aſiae gentes, & facilis eſt unius in alteram literæ migratio. RADERUS. MS. Pithoei, item Palat. ſecundus, & Bongarſianus ſec. itidem dicuntur habere *Aliae.* Cauſſam tamen non video, cur recepta, & plurium MSS. auctoritate firmata lectio poſtponi debeat. haec certe quam Raderus adfert, mihi neutiquam ſatisfacit. FREINSH.

Igno-

Graecorum mercede conducta, egregiae juventutis, adjecta [1] sunt. Nam Bactrianos, & [2] Sogdianos, & Indos, ceterosque rubri maris accolas, ignota etiam [3] ipsi gentium nomina, festinatio prohibebat acciri. [4] Nec quidquam illi minus, quam multitudo militum defuit. cujus [5] tum universae adspectu admodum laetus, [6] purpuratis solita vanitate spem ejus inflantibus; conversus ad [7] Charidemum Atheniensem belli peritum, & ob exsilium infestum Alexandro (quippe Athenis jubente eo fuerat expulsus) percontari coepit: *satisne ei videretur instructus ad* [8] *obterendum hostem?* At ille & suae [9] sortis, & regiae superbiae oblitus; *Verum*, inquit, &

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Leid. Voss. 1. 2. & Amst. omittunt *sunt* Ald. *sunt. nam Arachosios* B. 1. *sicut nam Bactr.* 2 D. Cl. P. F. B. 2. Leid. Voss. 1. *Socdianos* Ald. *Segodianos* Pal. 3. *Sobdianos* Voss. 2. *Sochianos.* 3 Pal. 3. *ipsa* & correctum ab alio *ipsis* B. 1. *ipsarum.* 4 Voss. 2. *ne.* 5 Pal. 1. 2. Col. B. 1. Voss. 2. omittunt *tum* Bas. 1. *tum universo.* 6 Leid. *purpuratus* Pal. 3. *praeparatis.* 7 Mer. Bas. Col. *Caudemum* alii *Eudemum.* 8 Pal. 3. *obterrendum* B. 1. *opterend.* Voss. 2. *ad obterend. instructus hostem.* 9 B. 2. Bas. Col. *fortis.*

Ignobiles aliae gentes] Ex litterarum ductu forte melior sensus, si legas *ignobili alia è gente.* HEINSIUS.

Bactrianos] Hic *Glareanus*, cum paucis aliis, quod putaret Bactrianorum jam ante tertio loco factam à Curtio mentionem, pro *Bactrianis*, Arachosios substituit, sed nego ego, Glareano jus fas fuisse populos ad lubidinem suam transferre, & ut solent pastores Scythae cum gregibus suis, armentisque pro re & tempore pascua mutare, cogere gentes in aliarum invicem gentium sedes immigrare: neque enim Glareanus Philippus est. MODIUS.

Ignota gentium nomina] Ne quid omittamus, audi Virum Cl. indigne ferentem in Curtio hoc nimis hyperbolicum praesertim in narratione. nullos melius forte norat Darius, quam Rubri maris adcolas; ut qui non multum abessent Babylone Susis, ac Persepoli regiis urbibus; sed remotissimi erant à loco, in quo declamitabat Curtius, eique parum noti; quo factum est, ut Persarum regi imprudens suam ipsius ignorantiam tribuat. Judic. de Curt. c. VIII. §. 4. Fateor, me non intelligere cui bono talia fiant, nempe qualia fecit Vir Cl. qui captando etiam minutissima quaeque Curtium ita extra ordinem, & ex professo invasit, ut nihil illi relinquat boni, eaque gratia investigavit acerbo plane studio plures, quam revera existunt errores. Talia ignorare me fateor, cui bono fiant, quum nullum, ut nunc est, sit juventuti periculum ab anxia nimiae lectionis diligentia. PERIZON. Curt. Vindic. p. 39.

Nec quidquam illi minus] Quid ergo maxime defuit? dicat Justinus, qui de Xerxis apparatu loquens II, 10, 21. subjungit: *Huic tanto agmini dux defuit.* FREINSH.

Purpuratis] Adde Arrian. II, 2, 2. ita vocantur amicorum regiorum principes ac satrapae, praesertim de barbaris si sermo est, ut apud Florum l. I. c. 10, 5. & nostrum. c. 8, 3. qui tamen etiam Parmenionem *fidissimum purpuratorum* dixit l. III. 6, 4. CELLAR. Sic *Leonnatus ex purpuratis.* l. III, 12, 7.

Charidemum] De hoc Arrianus I, 3, 29. Meminit & Diodorus lib. XVII. c. 30. Male quidam editi *Eudemum* vocant, vitio nato ex aliorum scriptura qui *Caudemum* legerant, cum *Caridemum* reperissent. FREINSH.

Expulsus] Inter duces, quorum exilio impetrata venia. l. VI. c. I. POPMA.

Suae sortis] Quod exul esset, inque Regis superbissimi fide & patrocinio degeret. Itaque Diodorus XVII, 30. hanc Charidemi libertatem ἄκαιρον παρρησίαν vocat. Non oblitus hoc est Pompejus, sed, velut instantem exitum praevideret, in regiam naviculam transcendens, recitavit Sophocleum istud:

Etenim tyranni quisquis intrat in domum
Servus fit illi, liber etsi venerit.

Auctor Plutarch. in vita, c. 129. FREINSH.

Verum inquit] Haec prima oratio est Q. Curtii; de qua, ut aliis omnibus quae sequuntur, ita sentio, ut existimem nullum esse Curtio parem, aut certe neminem illi superiorem. *Sallustii orationes leguntur in honorem historiae*, ut Quintilianus [immo Seneca declamat. 3, 1.] censet, quasi per se indignae sint, quae cognoscantur. Livius unus est, qui orationis majestate Curtium post se reliquit, acumine ingenii & sententiarum nervis Curtius illi vel par est, vel etiam superior. RADERUS. Quid autem censendum de judicio Trogi Pompeji, apud Epitomatorem suum XXXVIII, 3, 11. qui *in Livio & Sallustio reprehendit, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inserendo, historiae modum excesserint?* Sane ejus ipsius oratio, quam operi suo Justinus inserit, nescio quomodo putide auribus meis sonat, quod obliqua referatur. Ut enim largiar, in brevioribus concionibus decentius hoc fieri; hoc certe concedere non possim, in prolixioribus idem obtinere, cum toties inculcanda sint ista, *se*, *sibi &c.* & *inquam*, *inquit*, quae verba vitanda Cicero sibi censuit, *ne saepius interponerentur.* Adde quod vix caveri possit, quin alia quoque hac ratione indecora committantur,

& tu [1] *forsan audire nolis; & ego, nisi nunc dixero, alias* [2] *nequidquam confitebor.*
12 [3] *Hic tanti* [4] *adparatus exercitus, haec tot gentium, & totius Orientis* [5] *excita sedibus suis moles, finitimis potest esse terribilis: nitet purpura* [6] *auroque, fulget armis &*
13 *opulentia, quantam qui oculis non* [7] *subjecere, animis concipere non possunt. Sed Macedonum acies torva sane &* [8] *inculta, clypeis hastisque immobiles cuneos,* [9] *& conferta robora virorum* [10] *tegit. Ipsi* phalangem *vocant peditum stabile agmen. vir viro, armis*

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. & Voss. 1. *forsitan.* 2 Ald. *necquicquam* Pal. 3. *ne quisquam* alii *nequaquam.* 3 Voss. 2. *hi.* 4 B. 1. *apparati.* 5 Pal. 1. *excitata.* 6 Alii *aurumque.* 7 Mer. *non subjacere a. c. n. possent* Ald. *n. s. a. c. n. possint* Frob. Bas. Col. *n. subjecerint a. c. n. possent* Pal. 1. *non subicere animis conc. poss.* Pal. 3. *non subgicet animo non c. p.* B. 1. *subjacere amis conc. pos.* 8 Amst. *inclyta.* 9 Mer. Ald. Frob. Bas. Lugd. Col. Amst. *conserta.* 10 Elz. *reget* Voss. 1. 2. Mer. Ald. Frob. Bas. Lugd. Col. Amst. *teget.*

verbi gratia, in oratione Trogi XXXVIII, 7, 8. *tantumque se avida exspectat Asia, ut etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum &c.* haec enim directae orationi congruerent, obliquae minus conveniunt. Certe Trogi judicium communi scriptorum calculo reprobatum est. Directas enim orationes operibus suis, praeter Sallustium, Livium, Curtium, inserunt etiam Caesar, Tacitus, & Graeci. Vide Vossium de arte hist. pag. 107. FREINSH. Confer cum his quae Vir Cl. contra sentit Judicio de Curt. cap. 8, §. 15. & s. & ride diversas ingeniorum contentiones in iisdem laudandis & vituperandis. Sed & respondentem ei ad ea vide Cl. Perizonium in Curt. vind. p. 91. & s. quae omisimus, licet egregia, quia ad omnes omnium scriptorum orationes extenduntur in quovis genere.

Nequidquam] Plures editi; *nequaquam*, non ita probe. Sensus est; monita ista quae nunc usui esse possint, nisi jam proferantur, post acceptam, quae, nisi provideretur, immineret, cladem, nihil esse profutura. sic apud auctorem infra III, 4, 3. *Arsanes quondam salubre consilium sero exequi statuit.* Ea enim occasionis vis est, ut prudentissimorum hominum consultis pondus & effectum, sola, si negligatur, eripiat. Eleganter itaque, & rotunde more suo Heinsius ille lib. 1. hist. Belgicae pag. 30. *In Hispaniam, ut tarde pleraque, ita sero perferuntur.* FREINSH.

Excita sedibus moles] Moles est multitudo. Liv. l. V. c. 8. *Etruriam omnem excitam sedibus magna mole adesse.* Florus l. III. c. 5, 4. *Mithridates tota regni sui mole in Asiam rursus mari, terra, fluminibusque veniebat.* CELLAR.

Nitet purpura auroque, fulget armis] Sic totum locum non infeliciter, ex libri cujusdam mire antiqui scripturae vestigiis constituisse mihi videor. Vulgo erat, *nitet purpura, aurum fulget armis & opulentia* &c. Vides, opinor, auro contra, prae hac, emendam nostram lectionem, & tamen illam talem, aut certe non valde dissimilem non solum ipse probat Henricus, sed etiam aliis ut probet multum aestuat. sc. hoc esse magno conatu magnas nugas agere. MODIUS.

Nitet purpura auroque] Ita pervetus codex è coenobio S. Udalrici, quemadmodum & Modio lectum. RADERUS. Bongarsianus quoque codex praefert; *auro.* Alii male, *nitet purpura aurumque*, recto casu, quasi non ad exercitum referendum esset id verbi. sic infra III, 10, 9. *aciem hostium auro purpuraque fulgentem.* Livius XXXIV. 3, 9. *ut auro & purpura fulgeamus.* De aureis autem armis aliqua notavi ad Florum I, 16, 7. a. FREINSH.

Armis] Ita constanter omnes editiones, nec de sinceritate scripturae quisquam dubitat. Non placet tamen ista vox hoc loco, eo quod luxum armorum taxet hic Charidemus, non ipsa. Fulgor enim armorum non laudatus modo in militibus bonis, sed jussus etiam, & exactus. hinc Onosander cap. 28. *Videat etiam imperator, ut exercitus armis splendentibus fulgeat.* Et hinc adeo aciem Macedonum commendat ipse hic auctor mox III, 3, 27. ab *equis virisque, non auro, non discolori veste, sed ferro atque aere fulgentibus.* Praeterea hic recensentur *aurum, purpura, opulentia*, quorum in censu quid *arma* faciant, non intelligo. Suspicor itaque pro *armis* legendum aut *gemmis*, aut aliud non absimile. Firmat noster infra III, 3, 14. *vestem auro distinctam habebant, manicatasque tunicas, gemmis etiam adornatas.* FREINSH. Freinshemius suspicatur *gemmis*, quoniam in laude potius, quam vituperio sit, arma fulgere. Puto distinctionem esse parvam, legendumque: *nitet purpura, auroque fulget armis, & opulentia*, ut non fulgor simplex intelligatur, verum auri, atque is in armis. Id quod non solebat commendari, verum reprehendi. vide infra c. 10. ibique Freinshemium. Ordo: Exercitus fulget auro armis. i. e. in armis, sive quod aurum habebat in armis. SCHEFF. Quid si legas: *fulget & armis op.?*

Immobiles cuneos] Tacticis *cuneus* est forma militum in trigonum ordinata. Veget. I. 26. *quo facto in trigonum, quem cuneum vocant, acies ipsa mutanda est.* Deinde cunei manipuli militum viis dissepti, à cuneorum theatralium forma appellati. Front. Stratag. II, 3, 20. *Aemilius Paullus adversus Persen triplicem aciem cuneis instruxit, inter quos subinde Velites omisit.* CELLAR.

Con-

mis arma [1] *conserta sunt: ad nutum* [2] *monentis intenti, sequi signa, ordines servare* [3] *didicere. Quod imperatur, omnes exaudiunt: obsistere, circumire, discurrere in* 14
[1] *cor-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 3. *conserta.* 2 Pal. 2. *mon. interriti* B. 1. *morientis interriti* Voss. 1. *intentis aequi.* 3 Bong. Leid. Voss. 1. 2. *didicerunt.*

Phalangem] Vide Aelian. Tact. c. 14. Polyb. l. XVII. c. 25. Liv. IX. 19. Veget. l. II. 2.

Conserta] Alii *conferta* cognatione literarum & sensu voces affines, hinc promiscue usurpatae. lib. VII. c. 9, 7. *in confertos & temere se offerentes.* Virg. l. II. Aen. vs. 347. *Quos ubi confertos audere in praelia vidi.* at l. IV. c. 3, 18. *neque enim conserta navigia in turbido regi poterant.* Virg. l. III. Aen. vs. 467. *Loricam consertam hamis auroque trilicem.*

Ad nutum] Non signum modo, sed & nutum; hoc enim loco non capio pro mutis signis, sed pro quolibet levi voluntatis signo. hoc enim in laudem Macedonum Charidemus, adeo compositum fuisse agmen, adeo exercitum, ut non signa modo ducis, quod etiam mediocriter exercitis non ita difficile est, sed & nutum observarint; quod quidem exsertis verbis profert mox l. III. c. 3, 27. *intentum ad ducis non signum modo, sed etiam nutum.* sic Claudian. de IV. Consul. Honorii: *Qui modo tam densas nutu movere cohortes.* In hoc quoque sensu vox *nutus* est apud Flor. l. IV. c. 3, 6. *unius praesidis nutu, quasi anima regi.* idem requirit Severus ille Papirius apud Liv. l. VIII. c. 32. 7. *si ego tacitus abiissem*, ait Fabio, *tamen tibi ad voluntatis interpretationem meae dirigenda tua fuerit sententia.* FREINSH.

Ordines servare] Gravissima enim poena ordinum desertores manebat. RADERUS. Non hoc est, quod Raderus autumat, cui opponitur *deserere stationem in praesidio, vel locum in acie, aut profugere*, in quorum criminum reos fustis poena constituta erat. Ordines itaque servare hoc loco est, compositos incedere, iisque, qui hoc didicerunt, non opponuntur, qui per metum aut perfidiam stationem suam deserunt; sed qui nondum ad hoc exerciti, per imperitiam, vagis incursibus, aut disjectas per catervas aciem dirigunt: quales plurimi barbarorum, ut apud Livium XXIV, 48. Numidae, quos Statorius *proxime morem Romanum signa sequi, & servare ordines docuit.* Germani apud Tacit. II, 46, 3. qui *longa* demum *adversus Romanos militia, insueverunt sequi signa, praesidiis firmari, dicta imperatorum accipere.* FREINSH.

Omnes exaudiunt] Quidam putant adeo tacitos expectasse imperatoris sui praecepta, quod ego quidem, quale sit, haud capio. Nec enim ita imperatores vel à tranquillissimo exercitu, praesertim in ipso discrimine, exaudiri possunt, ut ludimagistri alicujus vox à discipulis. Certe de hoc ipso exercitu infra IV, 13, 38. sic legimus: *hoc tantus exercitus exaudire non poterat, usum aurium intercipiente fremitu duorum agminum.* Meminisse debuerant vocem *exaudiendi* apud veteres alio quoque significatu capi, ut idem sit, quod obedire. FREINSH.

Obsistere] Iidem interpretes reddunt: *omni ope obniti, & densata clypeis phalange simul in hostem, velut una mole incumbere.* Ego non putem hoc velle Charidemum, sed nec Curtium adeo; quin *obsistere* non esse aliud quam consistere, ut obhaerere, obtegere, obtorpescere, occanere, quandoque idem valent, quod simplicia à quibus deducuntur. Apud Plautum etiam in Milite II, 3, 62. *Hic obsistam*, cum Pareo exponam consistam, quamvis repugnent alii. Crebro autem usuvenit, ut consistere jubeatur exercitus. Ne quis à Curtio expositionem nostram alienam putet, ecce unicum de hoc ipso duce, hoc exercitu, exemplum (plura enim adducere non minus putidum quam facile foret) infra IV, 12, 16. *Alexander cognito pavore exercitus, signum ut consisterent dari jubet.* FREINSH. Non dubium est, quin utatur hoc loco vocabulis militaribus, in exercitu & pugna receptis, at inter ea non est *obsistere*, verum *adsistere*, ut scimus ex Mauritio nostro, qui hic consulendus. SCHEFF. *Obsistere*, consistere. sic Plautus Mil. II, 3, 26. *heic obsistam*, id est *stabo*, ut recentissimus Jacobus Operarius interpretatur, & Paraeus prima editione *consistam* (nam iterata in *obstabo* mutavit) quod approbat Cl. Freinshemius. CELLAR.

Discurrere in cornu] Codices veteres quos vidi, omnes hunc locum ita interpungunt: *obsistere, circuire, discurrere, in cornu mutare pugnam.* Unica Modii editio [imo & altera Lugdunensis, & vero tres MSS. Palatini, cum uno Bongarsiano] aliter distinguit, & illud *discurrere* conjungit cum illis, *in cornu*, & separat illa *mutare pugnam*, quae mihi non displicet, si fulciatur auctoritate, quam forte ex codicibus MSS. accepit. Quod si illud *discurrere* separes à *cornu*, accipies verbum de conversionibus duabus in dextrum latus & sinistrum, seriatim, non viritim. Ego conjungo & lego *discurrere in cornu* uti Modius habet. Ceterum cornua erant duo, dextrum, quod & princeps, sinistrum alterum: constabat utrumque è lectissimo milite, eratque robur totius phalangis, adeoque exercitus universi. Firmabantur autem cornua, cum ex subjectis & inferioribus ordinibus series aliquot jubebantur ad cornua transire, ut essent ordines bis mille quadraginta octo, cum primum tantum fuissent mille viginti quatuor, & hoc duplici fiebat nomine, vel ut [desunt quaedam,

15 [1] *cornu, mutare pugnam, non duces magis, quam milites callent.* [2] *Et ne auri argentique* [3] *studio teneri putes, adhuc illa disciplina paupertate* [4] *magistra stetit. Fatigatis humus cubile est:* [5] *cibus, quem occupant, satiat: tempora* [6] *somni artiora, quam* [7] *noctis*
16 *sunt. Jam Thessali equites, &* [8] *Acarnanes, Aetolique,* [9] *invicta bello manus, fun-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. Mer. Ald. Frob. Bas. Pall. o. B. 1. *cornua.* 2 Bong. *ac ne* Leid. *ac* Voss. 2. *at.* 3 Pal. 1. omittit *studio.* 4 B. 1. *magistri.* 5 D. Mer. Ald. Bas. Pall. o. Col. B. 1. Leid. Voss. 2. *cib. q. occupati parant.* 6 Pal. 1. *sompni.* 7 B. 1. *nocti.* 8 Voss. 2. Mer. Col. *Acharnanes Etholique* Bas. *Acharmanes Etholique.* 9 Pal. 1. *juncta bello* ad marginem *intenti ab alio* B. 1. *invicta belli.*

forte, sustineretur labans acies, vel ut] hostes circumvenirentur. qua de re copiose Aelianus, qui & rationem mutandi exercitus erudite docet. RADERUS. Illustrare potest hunc locum Frontin. Strateg. II, 3, 10. *Xanthippus praecepit auxiliaribus, ut emissis telis cederent hosti: & cum se intra suorum ordines recepissent, confestim* in latera discurrerent, & à cornibus *rursus erumperent.* FREINSH. Illud *discurrere* hic positum est, ut *discedere, digredi*, & id genus, usurpatumque de iis, qui ex media acie transeunt in cornu alterutrum, quod fit quoties auxiliis est firmandum. Innuit autem, & celeritate dexteritatem, qua Macedones pollebant. SCHEFFER.

Mutare pugnam] Aelian. in Tactic. c. 25. non puto recte explicari per μετασχηματίζειν, hoc enim fit, cum mutatur acies, id est figura illa, qua ordinatus exercitus consistit. At hoc nostrum pertinet non ad figuram, sed conflictum. Pugna omnis quadruplex est, vel in frontem, vel in tergum, vel in latus dextrum, vel in latus sinistrum. Cum ergo qui ante pugnarunt in latus, deinde pugnant in frontem, i. e. à latere pugnantes sese vertunt, & hostem irruentem excipiunt in fronte, tum proprie *mutare pugnam* dicuntur. SCHEFFER.

Non duces magis quam milites] Non abit à Curtio Justinus XI, 6, 4. qui militi Alexandri hoc elogium condidit: *cum ad tam periculosum bellum exercitum legeret, non juvenes robustos, nec primum florem aetatis, sed veteranos: plerosque etiam emeritae militiae, qui cum patre patruisque militaverant, elegit: ut* [elegantius haec particula omitteretur] *non tam milites, quam magistros militiae electos putares.* RADERUS. Prope igitur ad Fabiorum gloriam adspirare poterat hic exercitus, de quibus Livius II, 49, 5. *Sex & CCC milites, omnes patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem sperneret egregius quibuslibet temporibus senatus.* Quantum autem in hoc sit, dicat tibi Polybius X, 22. FREINSH.

Adhuc] Significanter Charidemus ad suum usque tempus indicat. Nepos Miltiad. c. 5. *qua pugna nihil adhuc nobilius est.* Cicero de amicit. *quem adhuc mortalis nemo est adsecutus.* Virg. l. II. Aen. vs. 142. *Per si qua est, quae restat adhuc mortalibus usquam Intemerata fides.* adde Cl. J. Perizonium hoc illustrantem ad Sanctii Minervam l. IV. c. 4.

Humus cubile est] Quemadmodum & Romanis. Seneca ad Helviam 10, 3. *majores nostri, qui sibi manu sua parabant cibum, quibus terra cubile erat.* Id vergente disciplina mutasse queritur Marcellinus XXII, 6. *non saxum erat, ut antehac, armato cubile, sed pluma, & flexiles lectuli.* Rigidum istum morem cum multis laudasset Luciani Cynicus, subjungit, *contingat mihi, ut terra quaevis cubile mihi sufficiat: domum vero existimem, mundum: tum alimenta deligam paratu facillima.* Sic Polyb. II, 17. Gallis tribuit τὸ στιβαδοκοιτεῖν, *in herba aut stramento jacere.* Sed idem iste Macedonum exercitus quantum à dura hac virtute recessit post Persica spolia? ostendit ipse Alexander infra VIII, 8, 9. *Totum exercitum aspicite, qui paullo ante nihil praeter arma habebat, nunc argenteis cubat lectis.* FREINSH.

Quem occupant, satiat] MS. meus & Coloniensis, imo quotquot sunt omnes, adeoque editi plerique *quem occupati parant*, non placet. nec sat scio cur non placeat, sed tamen non placet, utique postquam apud Plutarchum de Alexandro legi; καὶ πόαν ἔφαγε διὰ λιμὸν, ἣν πρῶτον εἶδε. MODIUS. Alii: *quem occupati parant.* utraque scriptura justum habet intellectum; nam occupati parum de dape cogitant. At *occupant*, quem primum inveniunt, in quem incidunt, sic de Alexandro Plut. quam primum herbam offendit fame urgente comedit. RADERUS. Jactatur & altera lectio profecta ab iis, qui quid *occupare* sit, minus intellexerant: *cibus quem occupati parant*, longius à sensu & dictione Curtii, qui hoc dicit, Alexandri milites *nutrimentum quaerere, non voluptatem*, sicut haec pulchre distinguit Maximus Tyrius Dissert. II. *Ergo* & noster opponit *occupandi* verbum, & *aestimandi.* Indicem vide. FREINSH. Forte; *quem occupant imparatum.* HEINSIUS.


Tempora somno artiora] De Taprobanae incolis Plinius l. VI. c. 22. *non in diem, aut interdiu somnus.* FREINSH.

Thessali equites] Quos magni tum aestimatos satis declarat callidi istius Philippi actio, qui apud Justinum IX, 6, 8. *Thessaliam non praedae cupiditate, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adjungere gestiebat, nihil minus quam bellum metuentem, improvisus expugnat. unumque corpus equitum (an equestrium?) pedestriumque copiarum invicti exercitus fecit.* Adde Livium IX, 19, 4. Ceterum equitatus Thessalicus omnibus saeculis fuit laudatus. Primum Herodotus VII, 196. Thessaliae equos celebrat. Herodoto accinit Statius Theb. VI. vs. 332.

Quin.

THESSALICVS EQVVS.





THESSALI EQVITES.

fundis [1] *credo*, *&* [2] *hastis igne duratis* [3] *repellentur. Pari robore opus est. in illa terra, quae hos genuit, auxilia quaerenda sunt: argentum istud* [4] *atque aurum ad conducendum militem* [5] *mitte.* Erat Dario mite ac tractabile ingenium, nisi 17
[6] suam naturam plerumque fortuna corrumperet. Itaque, veritatis impatiens, ho-

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *crebro.* 2 Leid. *astis.* 3 B. 1. *repellantur.* 4 P. omittit *atque aurum.* 5 B. 1. *mittit.* 6 Bong. Leid. omitt. *suam* alii *etiam suam.*

Quin & Thessalicis felix Admetus ab oris
Vix steriles compescit equas &c.

ubi ejus interpres. Pausanias vero equestrem Thessalorum Martem praedicat in Phocicis. Virtutem Thessalorum infra III, II, 14. collaudat Curtius, uti & Plutarchus in Alex. c. 40. ubi proelium ad Issum descripsit. In hac etiam regione primos equos extitisse fabulantur. Nata est paroemia ἐπικρινεῖται ἵππος θεσσαλική, *Decernetur equa Thessalica.* paroemiographos consule. Haec fere Raderus. Adde Xenoph. hist. lib. VII. Θετταλοῖς τοῖς κρατίστοις ἱππεῦσιν εἶναι δοκοῦσιν, *Thessalis equitibus hominum opinione longe praestantissimis.* Maximus Tyr. serm. 7. ait: *disciplina Cretensium est venari, montes superare, sagittare, currere: Thessalorum equitare: Cyrenensium aurigari: Aetolorum praedari: jaculo Acarnanes; pelta valent Thraces.* apud Strabonem lib. XI. Cyrsilus & Medius credunt ab Thessalis rei equestris studium ad Medos & Armenios transisse. Polyb. IV, 8. *Thessalorum equitum impetus, quando turmatim, aut justa acie pugnant, sustineri non potest: ad pugnandum extra aciem pro loco & tempore viritim, inhabiles sunt ac lenti. Aetoli contrario modo se habent.* Satyrus apud Athenaeum XII, 9. Alcibiadem in omnibus excelluisse scribens, addit: *in Thessalia equis alendis, & freno regendo, Alevadis equestri illa disciplina peritior.* Non omittendum hic est, quod Orosius lib. I. cap. 13. scribit: *Thessalos Phalaephatus in lib. I. incredibilium prodit à Lapithis creditos dictosque fuisse centauros, eo quod discurrentes in bello equites, veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.* Cui rei non dissimilis est Americanorum quorundam opinio, quam de equitibus primum ab se visis conceperant. FREINSH. Diodor. Sic l. XVII. 33. οἱ τῶν Τετταλῶν ἱππεῖς πολὺ τῶν ἄλλων διαφέροντες ταῖς τε ἀνδραγαθίαις καὶ ταῖς ἐμπειρίαις. Arriano l. I. sunt τὸ κράτιστον τοῦ ἱππικοῦ. CELLAR.

Acarnanes] Quam bellicosi fuerint, ex uno illorum facto discas apud Livium XXVI, 25, 7. RADERUS.

Aetolique] Hi quoque ingentem equestris rei gloriam consecuti sunt. Polybius XVII, 18. eos ceteris Graecis equitatu praestare asserit: eodemque loco victoriam Romanorum ipsis imputat. quod & Annibal facit apud Liv. XXXVI, 7, 7. FREINSH.

Invicta bello manus] Impense placet amici mei Joh. Melchioris Côrneri conjectura; *invicta ferro manus.* eam enim antithesin poscere videntur, quae sequuntur de *fundis & hastis igne duratis.* Ferri tamen & vulgata lectio potest. sic apud Virg. Aen. IV, 40.

——— ——— *genus insuperabile bello.*

FREINSH.

Fundis] Elevat quidem Curtius funditorum glandes & lapides: sed longe alia aliis mens est & calamus. Quos omnes qui Radero citantur hoc loco ordine invenias apud Lipsium de Mil. Rom. V, 20. & Poliorc. IV, 2, & 3. IDEM.

Etiam naturam] Sic emendavi, impressi, *suam naturam*, ineptissime. MODIUS. Cl. Modius ineptissime ait haberi vulgo, *nisi suam naturam: itaque se correxisse.* Bonâ veniâ dissentire liceat initio statim. Neque correctione opus, neque ineptum quod vulgatur. Sic enim accipies: Naturam suam fortuna corrumpit: quamcumque naturam nacta depravat: in quodcumque, quantumvis sanum sanctumque ac mite ingenium inciderit, violat ac vitiat. Argutius interpretari nihil attinet: quod possim, ineptire si libeat cum illis, qui apud Livium *suum ingenium* pertendunt idem esse ac mansuetum. *Sed curae fuit consulibus & senioribus patrum, ut imperium suo vehemens, mansueto permitteretur ingenio.* Nam hic mutant, *ut imperium vehemens suo permitteretur ingenio:* & exempla Livii item ac Sallustii afferunt, quae similia non magis sunt, quam quae dissimillima. Abite argutatores, & manum à Livio abstinete. Si mens ulla vobis, mentem videritis elegantissimae locutionis, quam recte jam nunc praeivit vobis egregius juvenis Jacobus Scheckius in Praemissis: quem inter Germanos unum paene nunc scio cultorem horum studiorum, & daturum nobis aliquem auguror, quem obducere Candidatis aliarum gentium possimus. In Curtio item maneat, quomodo vulgares servant editiones. Dico vulgares, quaecumque ante Modianam adornatae: nam quae post eam Lugdunensis, incertum mihi, nova dici debeat, an vetus; vulgaris ac communis, an singularis. ACIDALIUS. *Nisi suam naturam:* omnia quae vidi exemplaria hanc scripturam laudant. Modius tamen pro *suam*, emendat *etiam*, & ineptissimam editorum pronuntiat lectionem. Acidalius contra, nec ineptam, docet, & retinendam propugnat. pro Modio videtur primum expeditus stare intellectus sententiae, deinde Curtius ipse, qui mox infra eandem sententiam reponit paullum immutatam, cum dicit: *homines*

hoſpitem ac ſupplicem, [1] tunc maxime utilia ſuadentem, *abſtrahi* juſſit *ad capi-*
18 *tale ſupplicium.* Ille ne tum quidem libertatis oblitus, *habeo*, inquit, *paratum*
mortis meae ultorem: [2] *expetet poenas mei* [3] *conſilii ſpreti* [4] *is ipſe*, *contra quem tibi*
ſuaſi. Tu quidem licentia regni [5] *tam ſubito mutatus*, *documentum eris poſteris*, *ho-*
19 *mines*, *cum ſe permiſere fortunae*, *etiam naturam* [6] *dediſcere.* Haec vociferan-
tem,

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *autem* Leid. *tunc cum max.* F. B. 1. 2. *cum max.* 2 B. 1. *expectet.* 3 Bong. Leid. *conſ. mei.* 4 Bong. 2. Pall. 1. 2. Baſ. omittunt *is.* 5 Leid. Baſ. Er. alii *regni ſubito.* 6 Alii *à natura deſciſcere.*

cum ſe permiſere fortunae etiam naturam dediſcere. non damno Acidalium, *ſuam* enim interpretatur quamcumque naturam nacta ſit: nunquam enim fortuna ſine ſua aliqua natura eſt, corrumpit ergo ſuam naturam, in quam incidit. Qualecumque etiam ſanum ſanctumque, ac mite ingenium fortuna deprehenderit, violat, vitiat, ſive ſecunda, ſive adverſa, non ſemper, ſed plerumque. RADERUS. *Suam naturam*, id eſt illam, ſive illius hominis naturam, qui fortunam nimis obſequentem & benignam experitur; quem, crebro rem & ex animi ſententia expediendo, ſuum fecit, ut docte interpretatur amiciſſimus mihi Gronovius ad Statium c. 48. & ſimilibus Statii, Ovidii, Flori locis firmat. LOCCENIUS. Alii, *etiam natur.* alii, *ſuam etiam natur.* MSS. Danielis, Puteani, Pithoei, Faucheti, & Bongarſianorum alteri deeſt *ſuam*; quam vocem retinet alter Bong. cum primo & tertio Palatinis, & e contra vocem *etiam* omittunt. De ſignificatu phraſeos vide Indicem, dictione *ſuus*. FREINSH. Tan. Faber in epiſtolis Criticis l. 1. ep. 52. legit *bonam naturam* nimis confidenter, ut ſolet. *Suam* hic ſignificat *eam*, quae cuique propria nullo habito reſpectu ſive bona fuerit, ſive mala. Itaque Cicero 1. Offic. *expendendum eſt*, *quid quiſque habet ſui.* neque agitur hic ſolo de Dario, ſed ſententia ponitur generaliter, oſtenditurque, per fortunam cujuſque mutari naturam, iracundos per eam fieri mites & tractabiles, & vice verſa, tractabiles iracundos & moroſos. Adde Phaedr. l. IV. c. 10. SCHEFFER. Accedit his Cl. J. Perizonius in Sanctii Minerva l. 1. c. 12. §. 1. qui non dubitat ſcripſiſſe Curtium *niſi ſua plerumque naturam fortuna corrumperet*, ſenſu opportuniſſimo, qui eſt, niſi hominis cujuſque naturam etiam per ſe bonam corrumperet ſua iſtius naturae & hominis fortuna. hunc vide. Tellierius Modii lectionem revocavit *niſi etiam naturam*, & ſic plane cod. Leid. optimus, in Voſſiano deficiebat lacerata hac parte membrana. Confer cum hoc loco eamdem ſententiam planius expoſitam l. x. c. 1, 40. *Scilicet res ſecundae valent commutare naturam*; *& raro quiſquam erga bona ſua ſatis cautus eſt.*

Hoſpitem ac ſupplicem] Quae utraque conſideratio flectere debuerat animum regis. nam & hoſpitii jus inviolabile habebatur, & in ſupplicem ſaevire inhumanum. FREINSH.

Supplicem] Exulem Athenienſem Alexandri juſſu proſcriptum ad Darii fidem confugientem. RADERUS.

Tunc cum maxime] Illud *cum* ab iis qui hanc locutionem ignorabant omiſſum, & hic & alibi Curtio reſtitui. MODIUS. Editi Codices illud *cum* praetereunt omnes. Modius ex MS. reor appoſuit. Valet hic *quam*, ac ſi diceret Curtius tum quam maxime utilia ſuadentem jugulari juſſit. *Cum maxime*, pro nimis, valde, Cic. pro Cluentio; *quae multos annos hunc*, *nunc cum maxime interfectum cupit.* Sic conjunguntur *cum*, *ut*, *ut cum maxime.* RADERUS. Adſentitur, Modio & Radero codex Leidenſis, & ſibi ipſe Curtius l. V. c. 7, 2. *reparante tunc cum maxime bellum.* Adde indicem.

Abſtrahi juſſit] Alluſiſſe videtur ad morem Perſarum, quem in hac hiſtoria Diodorus expreſſit. l. XVII. c. 30. *Rex offenſus baltheo apprehenſum ex lege Perſarum apparitoribus interficiendum tradidit.* ſic apud Xenoph. ἀναβ. 1. *Poſt haec ſurgentes univerſi*, *atque in his etiam propinqui hominis*, *Cyro ſic jubente*, *cum judicio necis*, *zonam Orontae prehenderunt.* FREINSH.

Is ipſe] Prior vocula eſt à MS. Bongarſ. quod minime otioſa videretur, addidi. FREINSH.

Naturam dediſcere] Mutari quid in his verbis debeat? nihil ego video, ſed nec velim. tamen conjicias è priſcis Codicibus [nihil monuerunt amici de iis quos ipſi viderunt] aliter, *à natura deſciſcere.* minime profecto inepte, ac neſcio annon vulgato, non dicam equidem aptius, ſed fortius, imo vero & venuſtius: ſi rem quidem ipſam, & ſimul phraſin ſpectes. A ſe quippe deſciſcit, qui ſe totum alteri permittit. Exit è ſua, qui tranſit in alterius poteſtatem. Naturam ſuam exuit, qui induit alienam. Sed haec eadem conſiunt interpretatione commoda etiam è vulgato. Nec auſim ipſe, nec alii ſuaſerim mutare. ACIDALIUS. Hic locus aliter in aliis codicibus reperitur, qui pro *naturam dediſcere* reſcribunt *à natura deſciſcere.* utraque lectio commoda, & elegans, ut eleganter obſervavit Acidalius, tum enim à ſe quiſque deſciſcit, cum ſe totum alteri permittit. Exit è ſua, qui tranſit in alterius poteſtatem. naturam ſuam exuit, cum induit alienam, quae omnia cadunt etiam in priorem lectionem. RADERUS.

Do-

tem, quibus [1] erat imperatum, jugulant. Sera deinde poenitentia [2] subiit regem, ac *vera dixisse* [3] confessus, [4] *eum sepeliri* jussit.

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Cl. P. F. *imp. erat* B. 2. Pal. 1. Voss. 2. omittunt *erat*. 2 D. Mer. Ald. Bas. Pal. 1. Col. *subit* Leid. Voss. 1. *subit Poen.* 3 Voss. 2. *confexus.* 4 Bong. Leid. Voss. 1. 2. *sep. eum.*

Documento eris] Exemplo eris. documentum pro praecepto nondum legi, ut si dicas, documenta quaedam utilia, ad vitam cum virtute agendam, non inquam Latine hic, etsi olim putavimus & scripsimus. RADERUS.

Sepeliri jussit] Hinc colligas, moris fuisse Persis, ut cadavera punitorum fere insepulta abjicerentur. Se tamen ea cognatis petentibus non negasse, Augustus l. x. de vita sua scripsit, ut refert Ulpianus in leg. 1. de cadav. punit. Seneca de Tranquil. animi XIV. 4. FREINSH.

CAPUT III.

Thymodes Pharnabazo; hic Memnoni succedit. Darii somnium; ejusque varia interpretatio. Pompae Persarum regum, orto Sole demum procedentium. Tum copiarum Alexandri descriptio.

[1] Thymodes erat Mentoris filius, impiger juvenis; cui praeceptum est à re- 1
ge; *ut omnes peregrinos milites*, in [2] quîs plurimum [3] habebat spei, *à* [4] *Pharnabazo acciperet*; opera eorum [5] usurus in bello; ipsi [6] Pharnabazo tradit imperium, quod [7] ante Memnoni dederat. Anxium [8] de instantibus curis [9] agitabant 2
etiam per somnum species imminentium rerum; sive illas aegritudo, sive divinatio animi praesagientis [10] accersit. Castra Alexandri magno ignis fulgore [11] con- 3
lucere

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Cl. P. B. 1. 2. Mer. Leid. & Voss. 1. *Thimodes* Ald. *Thymondas* Bas. Col. Er. *Timodes* Voss. 2. *Thimocles* passim. 2 Ald. Bas. *in queis* sed MSS. constantissime *quis.* 3 Pal. 3. *haberet.* 4 Mer. B. 2. Pal. 2. *Pharnaboro* Frob. Bas. Col. Leid. & Voss. 1. *Farnabazo* Voss. 2. *Farnaboro.* 5 B. 2. *usus.* 6 D. Frob. Bas. Pal. 1. Col. *Farnabazo* Mer. B. 2. Pal. 2. 3. Voss. 2. *Farnaboro.* 7 C. Leid. & Voss. 1. 2. *antea.* 8 D. Pal. 1. 2. *dei instant.* 9 Frob. *agebant.* 10 Pal. 1. *arcessit.* 11 Bong. *conluere.*

Thymodes] De hoc Thymode, seu, ut alibi appellatur, Thymonda, ejusque patre Mentore, nobilissimo duce, vide Reineccii tomum tertium, ubi de ducibus Rhodiis agit, & de hac historia Arrianum II, 1, 7. Sabellicus Ennead. IV, 4. Timoclem vocat, quomodo fere in Pal. sec. (& sic etiam Voss. 2.) legebatur. ille enim, *Thimocles.* iterum eodem libro *Etymoclem* vocat Sabellicus, eique tribuit consilium, quod infra III, 8, 1. Graecis militibus adscribitur. FREINSH.

Omnes peregrinos] Graecos mercede conductos robur exercitus Darii. sic & infra Curtius, c. 8. *Jamque Graeci milites, quos Thymodes à Pharnabazo acceperat, praecipua spes, & propemodum unica ad Darium venerat.* RADERUS.

Anxium de instantibus] Locus hic varie scribitur. Anxium de instantibus agebant. Servo Modii lectionem. RADERUS. Ordo videtur; anxium curis de instantibus. Curae de instantibus, sunt curae de rebus illis, negociis, periculis, quae instant, imminent, impendent. quomodo & Liv. l. XXVII. c. 49. *his anxius curis signa ferri jussit.* Nempe cura ipsa dicitur angere; & ideo praecedit paullo ante apud eumdem; *quonam modo alter ab Annibale abscessisset, cura angebat. Anxius de re*, pro anxius ob rem, ob caussam, non puto inveniri, eo quidem sensu, ut ea res anxietatem faciat. nam alius est sensus, quum anxium de re quapiam dicimus, ut sollicitum de re, vel timidum, quando quis veretur, ne illi rei quid eveniat, contra propositum, aut suam exspectationem. SCHEFF. Forte *anxium dein instantibus Curis.* HEINSIUS.

Aegritudo] Absolute, pro aegritudine animi, hoc est, passione, perturbatione. Quomodo & Stoici appellant *morbos*, qui Graecis πάθοι. sic infra lib. IX. c. 9. *Regem quoque desperatio salutis aegritudine affecerat.* SCHEFF. *Aegritudo seu divinatio.* sic distingui vult Curtius inter *naturale* somnium, cujus heic caussam animi moerorem adfert; & *divinum*, de quo illud Homeri Iliad. IV. vs. 63. intelligendum est ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. CELLAR.

lucere ei visa sunt: & paullo post [1] Alexander adduci ad [2] ipsum in eo vestis habitu, quo ipse [3] fuisset: equo deinde per [4] Babylonem [5] vectus, subito cum ipso
4 equo oculis esse [6] subductus. Ad haec vates varia interpretatione curam [7] distrinxerant: alii *laetum id regi somnium esse* dicebant; *quod castra hostium arsissent*; *quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico & vulgari habitu* [8] *perductum esse vidis-*
5 *set.* Quidam [9] contra augurabantur: *quippe* [10] *inlustria Macedonum castra visa, fulgorem Alexandro portendere:* [11] *quem regnum Asiae occupaturum esse, haud ambiguere;*

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Mer. Ald. Frob. Bas. Col. *Alexandrum.* 2 Voss. 2. *eum.* 3 Mer. Ald. Frob. Bas. Col. *fuisset, cum appellatus esset rex. Equo.* 4 D. Leid. & Voss. 1. *Babylonam* Mer. Frob. Bas. Col. *Babyloniam* Voss. 2. *Babiloniam.* 5 Sic Bong. sed Mer. Frob. Bas. Col. *vectum* Pal. 1. *victum.* 6 D. Leid. & Voss. 1. 2. Mer. Ald. Frob. Pal. 1. 2. Col. *subductum* Bas. *subjectum.* 7 Voss. 2. *distraxerant* Mer. P. Frob. Bas. Pal. 1. 2. *distraxerunt.* 8 Sic Bong. sed Ald. Mer. Frob. Bas. Col. *product.* 9 MS. Voss. 2. & Vett. ed. *non ita* Bong. Leid. Voss. 1. omit. *ita* Pal. 1. omittit *non.* 10 Bong. Pal. 2. Voss. 1. *industria* Pal. 1. *interusta.* 11 Bong. Pal. 1. 2. Leid. & Voss. 1. *quodve regn. As. occupare habuisset, haud ambiguae rei* Mer. *quae r. A. occupare habuissent. h. amb. rei* Ald. Bas. Col. *quae r. A. o. habuisset, h. amb. rei* Voss. 2. *quemve r. A. occupare habuisse haud ambigue rei.*

Visa sunt] Eleganter *videri* de somniis. Livius l. XXI. c. 22. *fama est in quiete visum ab eo juvenem divina specie.* Tacit. l. I. Annal. c. 14. *nox eadem laetam Germanico quietem tulit, viditque se operatum, & sanguine sacro respersa praetexta pulcriorem aliam manibus aviae Augustae accepisse.* CELLAR.

Alexander adduci ad ipsum in eo vestis habitu] Totum hoc sic legitur in editis. *& paullo post Alexandrum adduci ad ipsum eo vestis habitu, quo ipse fuisset, cum appellatus esset rex. Equo deinde per Babylonem vectum, subito cum ipso equo oculis esse subductum.* Quae si cum nostris conferas; videbis, me, qua à scriptione, qua ab interpunctione locum integritati suae reddidisse, & turpissimam glossam, natam ex eo, quod mox sequitur, *quoniam in eodem habitu Darius fuisset, cum appellatus est rex*, ex eo exegisse. Atque haec quidem omnia, quo magis probes, volentibus jubentibus membranis. De cetero, si quid etiam contra eas audere fas est, legerim etiam priora una voce concisius hoc modo: *& paullo post Alexander adduci ad ipsum in eo habitu* &c. omisso illo *vestis.* MODIUS.

Quo ipse fuisset] Servus adhuc & Astandes, proinde Curtius cum Justino & Strabone videtur sentire, quando Darium Astandem facit. cum Diodor. Sic. illum ex stirpe regia & Ochi regis fratre natum velit, & ex duello victorem post Ochum creatum regem, dictus est ante Codomannus. Mihi potior Strabo, Justinus, Curtius, quam Siculus. pro Codomanno alii legunt Codnanus. Clemens vocat Ochum. Tertullianus Darium Melam. fuit ergo servus regum Arsis, & Ochi sive Astandes, sive Ochi fratris filius, omnes enim, etiam propinqui serviebant regi. RADERUS.

Distrinxerant] Vulgo *distraxerant*, sed hoc, quod impressum est, malo. MODIUS. Sic lego non *distraxerant*, contrariis & diversis interpretationibus regis animum in diversa traxerant, ut ex eo curae Darii augerentur. RADERUS.

Arsissent] Vide num melius *Arsisse.* FREINSH. Mallet Freinshemius, *arsisse.* sed sic duae pereunt litterae. itaque legerem, *arsisse & quod.* scriptum fuit junctim *arsisse &*, hinc fecere *arsisset*, ac cum emendatione *arsissent.* SCHEFF.

Perductum] Excusi *productum*, in quo saepius peccant, quam velim, MODIUS.

Perductum esse vidissent] Forte *perductum ad se vidissent.* HEINSIUS.

Quidam contra &c.] Hic primum legi patiar, & censeam verius *contra*, pro *non ita.* neque enim aliter hi modo somnium interpretabantur, sed plane in contrarium. Deinde quae varietas magna est, & nunc *ambiguere*, nunc *ambiguae rei*, nunc aliter invenias, ἀναμφισβήτως ego scribo: *occupaturum haud ambigue.* liquet id mihi verum. In postremis nolim sane aliam lectionem; *quoniam in eodem habitu fuisset, quo Darius, cum appellatus esset rex.* Vulgata melius se tuetur. ACIDALIUS.

Quidam contra] Cum in MSS. magna sit hoc loco varietas, eorumque nullus (praeter Voss. 2. nunc editum) lectionem vulgatam, *quidam non ita*, juvet; sed Palatinus primus particulam *non*; alii part. *ita* omittant, non improbe facturus videbar, si lectionem istam *contra* reciperem, cum nec à scriptura abeat, & usu loquendi sit probatissima, praeterea Acidalio, quem & Raderus sequitur, vulgata potior veriorque videatur. FREINSH. MSS. plerique omittunt vocem *ita.* hinc nonnulli cum Freinshemio legunt, *quidam contra.* mihi verisimile, Curtium scripsisse: *quidam noxia augurabantur.* Nempe praecesserat, *alii laetum id somnium esse dicebant*, cui hoc opponitur. neque quidquam facilius erat, quam ex *noxia* facere *non ita*, & postea illud *ita* delere tamquam supervacuum, aut ex initiali sequentis vocabuli natum. SCHEFF.

Haud ambigere] *Haud ambiguae rei* membranae. sed illud melius, & ad Plutarchum propius. MODIUS. *Haud ambigere* laudo hanc prae Acidalii scriptu-

guere; quoniam in eodem habitu Darius fuisset, quum appellatus est rex. Vetera quo- 6
que [1] omina, ut [2] fit, sollicitudo [3] revocaverat: [4] *Darium enim in principio imperii*
vaginam [5] *acinacis Persicam jussisse mutari in eam* [6] *formam, qua Graeci uterentur;*
protinusque Chaldaeos interpretatos, imperium Persarum ad eos transiturum, quorum
arma esset imitatus. Ceterum [7] ipse & [8] vatum responso, quod [9] edebatur in vul- 7
gus; & [10] specie, quae per somnum oblata erat, [11] admodum laetus; castra ad
[12] Euphraten, [13] moveri jubet. Patrio more Persarum traditum est, orte sole 8
demum [14] procedere. die jam inlustri, signum è tabernaculo regis [15] buccina da-
batur. Super tabernaculum, unde ab omnibus conspici [16] posset, imago solis
[1] cry-

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. Ald. Frob. *omina* Pal. 1. 2. Col: *omnia* Voss. 1. *oma.* 2 Voss. 2. D. *ut fere* additum margini *fert* Mer. Bas. Pal. 1. 2. Col. *ut fert* P. *ut fieri solet* F. B. 1. Leid. *ut fere.* 3 Voss. 2. Mer. Frob. Bas. Col. *revocaverant.* 4 Bong. Pal. 1. 2. Leid. & Voss. 1. *Recensebant enim Dareum in pr.* Voss. 2. Mer. Bas. Col. *Rec. en. Darium in pr.* Frob. *Rec. en. Darium pr.* 5 Mer. *acynacis* Pal. 2. *armatis* Col. *acinatis.* 6 Pal. 2. *fortunam.* 7 P. F. *& ipse.* 8 Pal. 1. *natum.* 9 Bas. Col. *aedebatur.* 10 Pal. 1. *spe* Pal. 2. *speciem.* 11 Voss. 1. *ad domum.* 12 Leid. *Euphraten* Voss. 2. *Eufr.* 13 Voss. 2. *movere.* 14 Sic Bong. sed Voss. 2. Elz. Mer. Ald. Bas. Pal. 1. 2. Col. *procedente die.* 15 Leid. Voss. 1. D. *Bucina.* 16 D. Pal. 1. 2. *possit.*

scriptura: nihil mutandum, ubi non cogit necessitas. RADERUS. *Occupaturum esse, haud ambigere.* Plerique MSS. cum editione Aldina scribunt, *occupare habuissent, haud ambiguae rei*: unde Acidalius ἀναμφισβήτως scribere ait: *occupaturum haud ambigue*, quae lectio quamvis ratione non careat, mihi tamen cum Radero vulgata praeplacet. FREINSH. Arbitror scripsisse Curtium, *quem regnum Asiae occupare, habuisse id haud ambiguae rei:* sensus est, Darium id habuisse tamquam rem haud ambiguam, sed claram apertamque, Alexandrum nempe occupare Asiae regnum, per somnium, quod vidisset. *Occupare*, ponitur eleganter, pro in eo nunc esse, ut occupet, quia nunc cum maxime bello petebat Darium. *Habere quid rei haud ambiguae;* pro habere rem aliquam minime ambiguam, sed certam evidentemque. habet autem Darius, per oblatum somnium. SCHEFF.

Vetera quoque omina] Elegans plane restitutio, & cujus potiorem partem Palmerio meo acceptam ferre lector debes. antea legebatur: *vetera quoque omnia, ut fert sollicitudo, revocaverant. Recensebant enim Darium principio* &c. partim pessime, partim inficete. MODIUS. Quidam libri, etiam MSS. *omnia*, male. sic fere Tacit. 11, 78, 2. *Recursabant animo vetera omina.* FREINSH. Infra l. VI. c. 6, 6. *vestem Persicam sumsit, ne omen quidem veritus.* majorum enim rerum mutationem haec vestium armorumque imitatio credebatur portendere. CELLAR.

Vaginam acinacis] Non multum igitur absimilem fuisse necesse est Graeco gladio Persicum acinacem, quando utrique vagina eadem aptari potuit. Atqui Darius post pugnam Issicam gladios, hastasque majores fabricari jussit, teste Diodoro; ratus ea de caussa vicisse Macedonas, quod longioribus uterentur. *Formam* igitur crediderim cum Freinshemio (in Indice) hic sumi pro exteriori vaginae specie atque ornatu. TELLIER.

Chaldaeos] Artis nomen, non gentis solum; quia Chaldaei ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut praedici posset. Cic. 1. de Divinat. c. 1. à siderum notitia ad omnium portentorum, inusitatarumque rerum interpretationem progressi sunt. Adde nostrum lib. V. c. 1, 22. CELLAR.

Patrio more Persarum traditum est, orto sole] In vulgatis insertum reperias *quod:* unde suspicor, ne texendum sic potius hoc orationis filum. *Castra ad Euphratem movere jubet, patrio more Persarum, quo traditum est, orto sole demum procedere, die jam illustri. Signum è tabernaculo regis buccina dabatur: super tabernaculum* &c. ACIDALIUS.

Die Illustri] Cum multa jam lux esset, nihil diluculi reliquum. CELLAR.

Imago Solis crystallo inclusa fulgebat.] Sol à Persis pro solis auctore & numine cultus. Addunt hostiam Solis *equum*, propter celeritatem. Ovid. lib. 1. Fastor. dist. 193.

Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.

Sed quo metallo fuit imago solis expressa, aut qua gemma lapideve pretioso? Tertullianus in Apolog. suis temporibus in linteo depictum & adoratum ait à Persis. Crediderim, ab regibus in crystallo circumlatum, ex puro auro fuisse expressum, coelatum, elaboratum, & expolitum; crystalloque veluti sacello clausum, ut oriente vero Sole, & in crystallum aurumque incidente, accenderetur, & ex repercussu solis per anaclasim incensus, alter Sol videretur, oculosque intuentium perstringeret. Aurum enim maxime Solem aemulatur & ignem, ut Pindarus αἰθόμενον πῦρ vocaret. RADERUS. Solis imaginem insigni artificio fabrefactam coluit Chosroës Gazaci, quam cum templo ejus, aliisque insignibus ornamentis delevit

9 [1] cryſtallo incluſa fulgebat. Ordo autem agminis erat talis. Ignis, quem ipſi *ſacrum* & *aeternum* vocabant, argenteis altaribus praeferebatur. Magi proximi pa-
10 trium carmen canebant. Magos trecenti & ſexaginta quinque juvenes ſequebantur, [2] puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero: quippe Perſis quo-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voſſ. 1. 2. *criſtallo.* 2 Leid. D. Mer. B. 2. Baſ. Pall. ó. Col. *punicis.*

vit Heraclius imperator, ut auctor eſt Cedrenus. Porro, hanc imaginem, de qua Curtius, non alio fini ſuper tabernaculum regis collocatam fuiſſe arbitror, quam ut ſignum eſſet vel profectionis, vel pugnae. Quamquam enim, ut ait noſter, *ſignum buccina dabatur*, exaudiri ab univerſo exercitu non poterat, praeſertim in tanta hominum multitudine. Ut vel hinc mutuatus videri poſſit Alexander inſtitutum ſuum, quod narrat Curtius, v. 2: *Tuba, cum caſtra movere vellet, ſignum dabat, cujus ſonus plerumque tumultuantium fremitu exoriente haud ſatis exaudiebatur. Ergo perticam, quae undique conſpici poſſet, ſupra praetorium ſtatuit, ex qua ſignum eminebat pariter omnibus conſpicuum. Obſervabatur ignis noctu, fumus interdiu.* Sed & aliis gentibus haud diſpar conſuetudo. Romanis erat *tunica coccinea, quae ſupra praetorium* itidem *expandebatur*, ſi Plutarcho credimus in Fabio cap. 26. de qua multa Lipſius ad Tacit. 1, 39. & de Militia Rom. IV, 12. FREINSH.

Ordo autem agminis] Confer cum hac deſcriptione Herodotum Xerxis iter depingentem lib. VII. cap. 40. FREINSH.

Ignis] Et originem ignis colendi, apud Perſas, & Pyrea, ſive templa igni initiata, & foculos, ignemque aeternum, ex optimis ſcriptoribus docuit ubertim Briſſonius de regno Perſarum à princ. lib. II. ut operam luſurus ſim, ſi plura velim congerere. RADERUS.

Aeternum] Huic ſimilis fuit Veſtalis Romanorum, de quo vide Lipſium de Veſta. Notatis apud Briſſonium adde Max. Tyrium Or. 38. poſt princ. *Igni ſacrum faciunt Perſae, igni alimentum ſuppeditant, acclamantque* πῦρ δέσποτα ἔσθιε *ignis domine comede &c.* Tiraquellus ad Alex. dies Genial. IV, 2. non abſurde putat, hinc fluxiſſe morem apud poſteriores Imperatores, quibus ignis praeferebatur, de cujus praelatione idem ſcripſit ibid. 1, 2. falſus tamen in eo quod Martiae quoque ex concubinis Commodi id tributum exiſtimat, verbis interpretis Herodiani, non recte acceptis. Sic enim ille 1, 50. *ſic ut praeter ignem omnes honores velut Auguſtae tribuerentur.* Hic, inquam, Tiraq. non animadvertit, τὸ *praeter* exceptivum eſſe vocabulum, idque velle, excepto igne reliquos honores eſſe tributos. nam in textu eſt, πλὴν τοῦ πυρὸς. Porro neſcio quem (Cedrenum forte, an Euſebium) ſecutus Altiſſiod. Chron. auctor in deſcriptione Aſiae tradit Nembroth poſt confuſionem linguarum in Perſidem ſeceſſiſſe, ibique cultum ignis inſtituiſſe. FREINSH.

Ignis quem ſacrum & aeternum] Antiqua religione orientis populi ignem coluere, quem *ſacrum* dicebant & *aeternum*, quod nefas eſſet exſtingui, niſi rege mortuo. Diodor. Sic. l. XVII. 114. CELLAR.

Argenteis altaribus] Foculis. Xenophon de Cyro procedente: καὶ πῦρ ὄπισθεν αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάρας μεγάλης ἄνδρες εἵποντο φέροντες. *& ignem pone illum in foco majori, qui ſequebantur viri gerebant.* qui plura de cultu ignis, ejuſque origine quaerit, luculentos Briſſonii focos excutiat. De altaribus tamen dubites, quae forma fuerit illorum? Reor altaris baſes planas fuiſſe, in media tamen cavas fortaſſe, ubi ignis alebatur; è lateribus tribus tabulas argenteas creviſſe, ſuperne velut in tholum ritu aediculae coëuntes, ſed ab una parte apertas. RADERUS.

Magi] Vox à barbaris profecta: Erant enim ſacrorum antiſtites, regum moderatores; & ſapientiae divinae & humanae periti habebantur. Inde ſenſim coepit in infamiam vergere, peſſimiſque artibus aſſignari. Ita cuncti venefici, incantatores, Theſſali, arioli, aruſpices, Chaldaei, genethliaci, necromantici, praeſtigiatores, lamiae, ſagae, & hoc genus alii, aliaeque peſtes generis humani, Magis accenſi, & execrati. Magorum triplex genus erat. Primi fuere ſapientiae magiſtri, doctiſſimi juxta ac plane ſobrii ſiccique, ut qui praeter farinam & olera nihil ad menſam adhiberent. Alii antiſtites & ſacerdotes, qui in Perſide ſuam ſectam perſeverarunt, quos Perſae Magos vocarunt. Extremi, qui malorum geniorum ope & opera variis praeſtigiis animos mortalium ſuſpenderunt, luſerunt, ſaepius etiam anteverterunt; quorum magia malas artes continet. Inventionem Magiae Zoroaſtro Bactrianorum regi certatim adſcribunt. De inventoribus magiae luculenter Pererius, Briſſonius, Delrius. in Perſicorum magorum diſciplina deſcribenda multus eſt Marcellinus, Plinius, Clemens. RADERUS. Cicero, divinat. 1. 23. *Magi genus ſapientum & doctorum habebatur in Perſis.* Penes hos erat μαντεύεσθαι, id eſt divinationis ſtudium. Aelian. Var. Hiſt. II, 17. περὶ θεραπείας θεῶν διατρίβειν καὶ θυσίας καὶ εὐχὰς, hoc eſt cura omnium ſacrorum, Diogen. Laërt. prooem. unde Apulejus Apologetico: *Perſarum lingua magus eſt, qui noſtra ſacerdos.* CELLAR.

Trecenti & ſexaginta, &c.] Ad numerum dierum per annum recurrentium. Nec mirum, id eos potuiſſe, quum eſſent in ſiderum diſciplina accuratiſſi-

quoque in totidem [1] dies descriptus est annus. Currum deinde Jovi sacratum al- 11
bentes vehebant equi: hos eximiae magnitudinis *equus*, quem *Solis* appellabant,
sequebatur. aureae virgae, & albae vestes, regentes equos adornabant. [2] Haud 12
procul erant vehicula decem, multo auro argentoque coelata. Sequebatur haec
[3] equitatus duodecim gentium, variis armis & moribus. Proximi ibant quos Per- 13
sae [4] *Immortales* vocant, ad decem [5] millia. cultus opulentiae [6] barbarae non alios
magis honestabat: illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant, ma-
nicatasque tunicas, gemmis etiam adornatas. Exiguo intervallo, quos *cognatos* 14
regis

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *diebus.* 2 B. *aut.* 3 Voss. 2. *comitatus.* 4 Leid. & Voss. 1. *immort.* & sic in omnibus fere. 5 Leid. Voss. 1. 2. *milia* & sic semper. 6 Leid. *barbarette* vel *barbaricae.*

tissime versati. Hodie annus describitur in dies 365, horas sex, quae quarto quoque anno diem integrant, qui intercalaris est: momenta vero quae supersunt, certis annorum saeculis etiam horas & dies conficiunt. Unde tot fastorum & temporum emendationes natae, nascunturque hodie. RADERUS.

In totidem dies, &c.] Chaldaei, Persae, Armenii, Hebraei, Aegyptii, annum trecentis sexaginta quinque diebus circumscriptum habebant; nisi quod in illis quinque extremis variarent, quos alii aliis temporibus addebant. Persae veteres hodieque annum NEVRVZ nuncupant, quod solenne verni tempus significat. Et hodie illud nomen NEVRVZ non solum apud Persas plurimum est in ore; sed etiam apud alias nationes: adeo ut Turcae annum solarem *Neuruz* vocent: & quum aetatem alicujus indicare volunt, tot *Neuruz* dicunt eum habere, quot annos natus est. Romani sero admodum ad Persarum, & reliquorum in Oriente populorum, rationem temporum accesserunt; quum ab usque Romuli & Numae aevo perturbata annorum, mensium, dierumque via progrederentur. RADERUS.

Currum] Persarum Imperatores nunquam progrediebantur in publicum, sive ad bellum proficiscerentur, sive ad sacrificium irent, quin currus Solis & Jovis praemitterent; & hoc ex Cyri institutione Xenophon. De his aliisque ad Persas pertinentibus, quae ad auctoris nostri explicationem facere videbuntur, non est ut quisquam post summum virum BRISSONIVM quicquam dicat, qui haec omnia accuratissime simul doctissimeque tribus de regio Persarum principatu complexus est libris; quem ideo cuivis historiae Persicae, vel etiam Curtianae studioso, diligenter evolvendum esse censeo. FREINSH.

Jovi sacratum] Fuit cum existimarem legendum esse, *Soli sacratum*, ex Justino I, 10, 5. *nam & Solem Persae unum Deum esse credunt: & equos eidem Deo sacratos ferunt.* Sic II. Reg. 23. ubi de equo & curru Solis. Sed constat ex tot aliis auctoribus, non hunc solum habuisse DEUM, sed & alios, de quibus Brissonium lib. II. vide. ita ut potius credam Justinum, quo reliquis scriptoribus consentiat, explicandum esse, ut verba *unum Deum*, non velint, solum atque unicum, sed potius unum ex diis, quomodo apud Tacitum XII, 5, 3. *unum se civium:* & Florum IV, 12, 33. *unum principum*, sic apud Justinum *unum Deûm*, ut istud *Deum* sit secundus casus pluralis numeri. FREINSH.

Albentes equi] Sacer color, praesertim in equis ad solennia adhibitis. v. g. ad triumphum. Plin. Panegyr. cap. 22. *quadrijugo curru, & albentibus equis.* Ovid. de Arte l. I. vs. 214. *quatuor in niveis aureus ibit equis.* CELLAR. Omnium instar hic sint Cl. Brissonii de regn. Pers. doctissimi commentarii.

Equus solis] Soli equos propter pernicitatem sacratos fuisse, ex divinis etiam historiis notissimum est. II Reg. 23, 2. CELLAR.

Duodecim gentium] Non facile has aliquis distincte explicuerit. septem enim, nisi fallor, cap. 2. recensebantur, qui lustrationis vallum intraverant. Plin. quidem lib. IV, 10. extr. duodecim numerat ab Alexandro devictas; sed dubitatur, an pariter Persae distinxerint. Etiam Bactrianos admiscet, quos noster tum dixit, (III, 2, 9.) propter locorum longinquitatem abfuisse. IDEM.

Immortales] Hos immortales per duces suos mori docuit Theodosius, Theodosii magni nepos. *Hi erant*, inquit Herodotus l. VII, c. 83. *Imperatores omnium pedestrium copiarum, praeter illa delecta Persarum decem millia, quibus praeerat Hydarnis filius, qui vocabantur* immortales *ob hoc, quod si quis eorum aut nece aut morbo numerum imminueret, alius sufficiebatur; nec unquam plures paucioresve erant decem millibus.* Auctor horum videtur fuisse Cyrus. Erant robur exercitus Persici, selecti ex nobilissimis & fortissimis Persarum. RADERUS. Brisson. l. I. p. 127. hos & *inviolabiles* appellatos fuisse, tradit ex Diodor. lib. II. Reineccius in regno Persarum. Alii sunt apud Herodotum, IV, 93. immortales, Γέται nimirum, οἱ ἀθανατίζοντες, ideo sic vocati, *quod mori se non putent: sed eum qui defunctus est, meare ad Zamolxin.* FREINSH.

Cultus opulentiae, &c.] De his potissimum illa Curtii accipienda sunt supra: *nitet purpura auroque, fulget armis & opulentia*, &c. FREINSH.

Manicatis tunicis] Ut mollitiem, & effeminatos in

regis [1] appellant, decem & quinque millia hominum. Haec vero turba muliebriter propemodum culta, luxu magis quam decoris armis conſpicua erat. [2] *Doryphori* [3] vocabantur proximum his agmen, ſoliti veſtem [4] excipere regalem. hi currum regis

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *appellabant.* 2 Bong. Voſſ. 1. Leid. *Doryphorae* Pal. 1. *Doriferae* Mer. *Diriphorae* Voſſ. 2. *Doriſore* Frob. Col. Amſt. *Doriphori.* 3 Pal. 2. *vocabatur.* 4 Mer. *accipere.*

in Perſis mores notet. vide Briſſon. l. I. de regno Perſ. & Ferrar. de re veſtiaria l. III. c. 8.

Quos cognatos regis appellant] Honorariam hanc appellationem fuiſſe, nec ullo ſanguinis jure, aut aliquo naturali cognationis vinculo competiiſſe, ex eo conſtat, quod inter cetera victoriae praemia Darius tribus ſatellitibus hoc quoque propoſuit, καὶ συγγενής μου κληθήσεται, ut Eſdras 3, 4. & Joſephus l. IX. Ant. 4. tradunt. Alexandrum quoque hoc cognatorum nominis honore Perſas quoſdam affeciſſe Arrianus l. IV. auctor eſt. Erant & cognatorum principes, ex quibus Darius decem legatos ad novas pacis conditiones ferendas ad Alexandrum miſit, ut Curt. l. IV. refert. Quanto vero in honore apud reges Perſarum fuerint, quos cognatos regis appellabant, ex Eſdra apparet. 3. hi cognati non adorandae tantum purpurae jus habebant, verum ad oris oſculum admiſſi: peculiaris etiam regis his cognatis coena data, cui extraneus nullus adhibebatur. POPMA. Re vera enim non fuerunt, ſed honoris cauſſa ita dicti. vide Briſſon. lib. I. p. 132. cui pag. 71. ubi de convivio cognatorum, συγγενικὸν ἄριστον Athenaeus appellat, addendus eſt locus ejuſdem dipnoſophiſtae III, 28. Φιλήτας δ᾽ ἐν τοῖς Ἀτάκτοις, σπολέα καλεῖσθαί τινα ἄρτον, ὃν ὑπὸ τῶν συγγενῶν μόνον καταναλίσκεσθαι. *Philetas in Atactis Spolea vocari panem tradit, quo ſoli cognati veſcuntur.* quomodo & ſupra lib. I. γάμβρειον στολὴν nominat, quae ſecundum Caſaubonum cap. 23. ſolis Magni Regis generis proprie competebat. Idem ad Athenaeum, animadverſ. II, 9. falſum putat, appellationem cognatorum honorariam tantum fuiſſe, ſine ulla rei veritate. De qua re ita ſentio, fuiſſe qui revera regis cognati & eſſent, & dicerentur: indeque etiam praecipuis honoribus & emolumentis gauderent; at in horum poſtea nomen & veluti gradum, honoris & virtutis cauſſa adſcitum eſſe magnum aliorum numerum, qui dicerentur cognati Regis, non eſſent; atque ita prout quaeque occurrunt, vel de his, vel de illis accipienda eſſe: inter quae & convivium, & inprimis panem cognatorum ad priores pertinere arbitror. Hanc differentiam inculcare videtur ipſe Curtius: cum enim hic *cognatos*, honorario vocabulo uſurpaſſet; mox num. 21. ſubjicit: *dextra laevaque regem ducenti ferme nobiliſſimi propinquorum comitabantur:* ex quibus etiam fuiſſe puto *decem* illos *legatos*, quos *cognatorum principes* appellat infra IV, 11, 1. Quomodo fere de Ocho rege Juſtinus x, 3, 1. *regiam cognatorum caede & ſtrage principum replet.* ubi de cognatis proprie dictis ſermonem eſſe, ſatis oſtendit Socer meus. quemadmodum apud eundem auctorem XI, 15, 7. querela Darii *vitam ſibi à cognatis ereptam, quibus & vitam & regna dederit*, vix de aliis intelligi poteſt. FREINSH.

Doryphori] Cognati regis, qui ſtolam Medicam geſtabant, Doryphori vocabantur. Perſae enim ſtolam Medicam Doryphoricam appellabant, ut Aelian. l. I. Var. Hiſt. c. 22. auctor eſt; ubi de muneribus, quae Perſarum reges legatis ad ſe venientibus dare ſolebant, ſic ait, καὶ στολὴν ἐπ᾽ αὐτοῖς Μηδικὴν, ὄνομα δὲ τῇ στολῇ δορυφορικῇ. nam Medica veſte donari apud Perſas ſummo honore ducebatur. Doryphori vero, ſeu haſtati, mille iique fortiſſimi ac praeſtantiſſimi, ex his qui in immortalium numeros relati erant, legebantur, quos etiam, quod aurea mala haſtis praefixa ferrent, μηλοφόρους appellabant, de quibus Arrian. l. III. & Athenaeus l. XII. Deipn. & Themiſt. Orat. 5. meminerunt. POPMA. *Doryphori*, de Doryphoris & Melophoris corporis regii cuſtodibus, qui ex Immortalium numero erant, vide praecipue Briſſonium lib. I. pag. 128. & 129. ubi quod de Melophoris inter Alexandri ſatellites dicitur, confirmari etiam poteſt ex Polyaeni lib. IV. inter ſtrategemata Alexandri num. 24. Sic autem diſtinximus, pauciores edd. hac in parte ſecuti, cum curam excipiendae veſtis regiae ad eos, utpote corpori regis proximis, aliaque ſimilia miniſteria obeuntibus, pertinuiſſe, colligere liceat ex iis, quae de eorum officio Briſſonius adnotavit. Unde etiam in eam militiam juvenes aetate atque forma florentes lecti ſunt, quod apparet vel ex Polycleti Doryphoro apud Plinium XXXIV, 8, 10. quem fecit *viriliter puerum.* FREINSH. Δορυφόροι haſtati, ſatellites, δόρυ enim *haſtam* ſonat: multa autem haſtarum genera αἰχμὴ, δόρυ, σάρισσα, unde non eſt quod mireris, alios haſtatos num. 20. memorari. CELLAR. Hoc loco Cl. Clericus iterum male vult Curtio, & in eum invehitur, quod Graecos ſecutus nomina Graeca Latinae orationi inſeruit, non ſecus ac ſi eſſent Perſica; & praeter hunc locum alia adducit. Sed eo ipſo nomine, quod Graecos, qui de vita Alexandri M. ſcripſerant, ſecutus ſit, defenditur; dum communem morem ſecutus ſit, non ipſe peregrinationibus aut itinerariis operam dederit. Vel igitur ſcriptores, qui de vita hac ſcripſerunt, id feciſſe oſtendat, vel uſum aevi uni non imputet Vir Cl.

Proximum his agmen] Totumne agmen aliquod in regia veſte portanda occupatum? certe enim, cum

regis [1] anteibant, quo ipſe eminens vehebatur. Utrumque currus latus deorum 16
ſimulacra ex auro argentoque expreſſa decorabant: diſtinguebant [2] internitentes gemmae jugum; ex quo eminebant duo aurea ſimulacra [3] cubitalia, quorum [4] alterum Nini, alterum Beli [5] gerebat effigiem. Inter haec auream aquilam [6] pinnas ex-

Variantes Lectiones.

1 Voſſ. 1. *antehibant.* 2 Pal. 2. omittit relicto vacuo ſpatio Frob. Elz. Baſ. Col. *intervenientes.* 3 Voſſ. 2. omittit *cubitalia.* 4 D. Pal. 1. 2. Leid. Voſſ. 1. 2. *alter in alterutrum belli* Mer. Ald. Frob. Baſ. Lugd. Col. Amſt. *alter in alterum* alii *alterum in alterum.* 5 Leid. D. Pal. 2. omittunt *ger. eff.* 6 D. Cl. Mer. P. Ald. F. B. 2. *pennas* Pal. 1. 2. Voſſ. 2. *plumas.*

cum rex ornatu cultus fuerit, qui duodecim millibus talentorum Plutarchi in Artaxerxe aſſeveratione aeſtimaretur. RADERUS.

Eminens vehebatur] Triumphantis magis quam belligerantis ritu, ſic enim lib. IV. Curtius ait Darium triumphantis magis, quam dimicantis more curru ſublimem in proelium iviſſe. Et hoc veteri more Perſarum. Sic Xerxes pugnavit, ut Xenophon, Herodotus, Siculus, alii teſtantur, & saepe infra de Dario Curtius ſemper curru vehente. RADERUS.

Auro argentoque expreſſas] Idem Curtius: Orſinis currum laudat equorum domiti greges ſequebantur, curruſque argento auroque adornati. Ovid. l. II. Metam. vſ. 107.

Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummae
Curvatura rotae, radiorum argenteus ordo.

ita triumphantium currus erant auro argentoque picti, de quibus plura, qui de triumphis ſcripſere. RADERUS.

Expreſſas] Cicero pro Archia. *Quam multas nobis imagines non ſolum ad intuendum, verum etiam ad imitandum fortiſſimorum virorum expreſſas ſcriptores & Graeci & Latini reliquerunt.*

Gemmae jugum] Ovid. l. II. Met. vſ. 109.

Per juga Chryſoliti, poſitaeque ex ordine gemmae
Clara repercuſſo reddebant lumina Phoebo.

Sidon. Apoll. carm. XI. vſ. 94, 96.

Cui dederant Cryſtalla jugum, quae frigore primo
Strinxit hyperboreis Tanaitica cruſta pruinis.

Sed hic dubitari video, quod jugum Curtius deſcribat, curruis, an equorum quadrijugorum? plurima ſane de jugis collegerunt Lipſ. & Stewech. ſed ego nullum in curru jugum agnoſco, ajoque juga tantum equorum & jumentorum collis imponi, quae juxta extremum temonem jumentis impoſita alligantur. Euſtat. ad XIII. Iliad. octo fere genera jugorum recenſet, ex quibus nullum eſt in curru. RADERUS.

Alterum in alterum belli] Mira vero ſciolis quae placeant. haec cum ita, ut à me edita ſunt, in omnibus ſcriptis legerentur Codicibus, fuere tamen, qui hoc nobis commenti ſunt: *quorum alterum Pacis, alterum Belli gerebat effigiem.* inſana mentis judicia ebriae. MODIUS. Interpolatam à ſciolis lectionem non dubitabis cum Scaligero emendare; quorum *alterum Nini, alterum Beli gerebat effigiem.* Per Ninum Aſſyriae, per Belum Babyloniae imperium conjunctum innuebant currus Darii artifices. LOCCENIUS. Sequor hic Modii & MS. fidem, Aldina editio: *quorum alterum pacis alterum belli gerebat.* Auguſtana: *gerebant.* Cetera, ut ſunt Modiana, Baſil. Modium ſequitur, vel praecedit potius. RADERUS. *Alterum Nini, alterum Beli*, Cum veteres plerique habeant *alterum in, alterum belli* (ex quo correctores fecerunt, *alterum pacis, alt. b.* ſicut & apud Plin. XXXV, 10, 35. eſt imago Belli) & in auctorem noſtrum, & in magnum Scaligerum injurium me fore credebam, ſi certiſſimam ejus emendationem non reciperem. Vide ipſum in Addit. de Emend. temp. pag. 751. Quamquam, ne quid diſſimulem, moveri quis poſſit eo, quod Arrianus III, 3, 1. & VII, 3, 31. ſcribit, Alexandrum, Babylonem ingreſſum, inſtauraſſe templum Beli, quod Xerxes diruiſſet: unde ſuſpicari poſſis, Perſas haud magnopere honoraſſe Belum iſtum, neque perinde Darium ejus effigie currum ſuum exornari voluiſſe. Sed dici poſſit, Xerxem diruiſſe templum illud odio gentis, non ipſius Dei: ſicut nec hodie ab eorundem ſacrorum cultoribus, templis abſtinetur: deinde Perſas, etiamſi pro Deo forte non habuerint, habuiſſe tamen pro viro magni & excelſi animi, adeoque pro fundatore imperii, in quod ipſi ſucceſſerint. Poteſt & videri Xerxes, etiamſi pro Deo eum coluiſſet, ira atque indignatione infelicis expeditionis, deſertorum conatuum à Deo ſuo poenas exegiſſe. evertit enim eam aedem, ut Arrianus ait, cum ex Graecia rediiſſet. Quamquam Aelian. hiſt. var. XIII, 3. id factum innuere videatur aliquanto prius, adeoque eam ipſam cladem Xerxi tum ſignificatam fuiſſe, cum ſepulchrum Beli diruiſſet. Hoc etiam Scaligeri emendationem juvat, quod animadvertere licet, *Beli* nomen alibi etiam pari modo fuiſſe corruptum. v. g. apud Lil. Gyraldum lib. de annis & menſibus, ſic legitur: *In graeca vero hiſtoria mille ferme & CCC. habet ab ipſius belli* (pro *Beli*) *principatu.* Et in Dion. Afri Geograph. pag. 55. f. cujuſdam veteris editionis idem vitium obſervavi. Sed & apud Caeſarem Civ. II, 25. portam *Beli* potius Uticae fuiſſe, quam *bellicam* putem. Sicut in Herodoto III, 155. & 158. fuerunt *portae Belides* Babylone. FREINSH.

17 extendenti similem sacraverant. Cultus regis inter omnia [1] luxuria notabatur.
18 purpureae tunicae medium [2] album intextum erat: pallam auro distinctam aurei
[3] accipitres, velut rostris inter se [4] conruerent, adornabant; & zona aurea mulie-
19 briter cinctus [5] acinacem suspenderat, cui ex gemma [6] erat vagina. [7] *Cidarim* Per-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Leid. Voss. 1. *luxoria.* 2 Leid. & MS. *albo.* 3 Bong. *ancipitres.* 4 D. Ald. Pal. 1. 2. Leid. Voss. 1. 2. *concurrerent.* 5 Pal. 2. *acmacem expenderat.* 6 Leid. Voss. 1. *vag. erat.* 7 Pal. 1. *Ciclarim* vulgo *cydarim.*

Auream aquilam] Signorum militarium & insignium, regibus primum & antiquissimum reor aquilam avium reginam fuisse; Jovem imaginis auctorem ferunt, cum illam adhibuit in bello contra Titanas, inde ad Getes, ab his ad Trojanos, à Trojanis in Latium demum ab Aenea deportatam. Ulysses Aldrovandus Lipsium sequutus, ipsos Romanos inventores hujus imaginis, & usus constituit. Noster Delrius Romanos à Persis aquilarum usum sumpsisse censet, quod nec Lipsius inficiatur. Quod mihi vero non procul videtur, cum Persae multis ante Romanos annis aquila sint usi, uti Xenophon de utroque Cyro scribit: de priore VII. παιδ. *Erat ei signum aquila aurea, in hasta longa extensa, ac nunc quoque ipsum hoc insigne Persarum regi manet.* Idem in Cyro minore, I. ἀναβάσ. *Regium insigne se videre dicebant, aquilam auream in pelta super hastam extensam.* Si Senecae credendum, fuit aquila jam in castris ante bellum Trojanum. Sic enim ille Theb. vs. 389.

——— ——— *tota nudatis stetit*
Acies in armis: Area, jam bellum cient,
Aquilaque pugnam signifer mota vocat.

Sed cum Statius nullius aquilae meminerit in tota sua Thebaide, Seneca hoc non ex Graecorum usu, sed Romanorum more loquutus videri potest. Magna mihi copia esset narrandi, de his aquilae insignibus, & religione, altaribusque, de quibus & Cicero adversus Catilinam scripsit, & innumeri alii. ego actum non agam, praesertim cum & Gesnerum in promptu habeas, & post Gesnerum diligentissimum ornithographum Ulyssem Aldrovandum. RADERUS. Vide Lips. de Mil. Rom. IV, 5. De aquila aurea in pelta est & Philostrati locus in Heroicis, cap. de Themistocle: τὸ σημεῖον τὸ βασίλειον, ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τῆς πέλτης ἀετός. *Signum regium in pelta, aurea aquila.* De ipsa autem aquila consuli possunt & notae Henrici Salmuth in Pancirolli res deperditas. FREINSH.

Aquilam auream] Lipsius ad Tacit. Germ. 11, 17. credit à Persis Romanos aquilae in militia signum accepisse. Xenophon. de Paed. Cyri l. VII. ἦν αὐτῷ τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος, καὶ νῦν δ' ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ Περσῶν βασιλεῖ διαμένει. CELLAR.

Luxuria] Codd. *Luxoria.* forte *Luxuriosa.* HEINSIUS.

Cultus regis] Quod antea monui, repeto, pro omnibus ad haec talia sufficit unus Brissonius: nos ea saltem subinde addimus, quae ille non videtur advertisse. FREINSH.

Purpureae tunicae medium album] Brisson. lib. 1. pag. 37. cui addendus Hesychius: Σάραπις, Περσικὸς χιτών, μεσόλευκος. *Sarapis, Persica tunica, semialba.* Pollux: ὁ δὲ Σάραπις τὸ φόρημα πορφυροῦν, μεσόλευκος χιτών. *Sarapis amiculum purpureum, albo distincta tunica.* FREINSH.

Medium albo intextum] Ita cum Salmasio Exercit. Plin. p. 497. edit. Ultr. scribimus pro vulgato: *medium album intextum.* CELLAR. Sic etiam habet Codex Leid. agnoscente Nobiliss. Heinsio.

Accipitres] Voluit Darius pallam accipitribus ornari, quod Darius prior omen imperii ex accipitribus, ut Herodotus l. III. c. 76. est auctor, accepisset. RADERUS.

Inter se corruerent] Eleganter expressum, quasi penicillo artificium. Male igitur, certe minus bene erat in impressis, *concurrerent.* MODIUS. Laudo cum Modio, & vulgato multo vehementius est *corruerent*, nam *concurrerent* languidius est. RADERUS.

Conruerent] Ita in scriptis legi testatur praeter alios & Palmerius ad Sallust. Jug. 69, 3. ut quamquam in aliis legatur *concurrerent*, hanc lectionem non immerito vulgatae antehabuerimus. FREINSH.

Et zona] Vix dubito scripsisse Curtium, *è zona*, duo notat in Dario, cinguli materiam pretiosam, & cincturae modum muliebrem. itaque verba *zona aurea* distingui debent à sequenti *muliebriter.* quod cum sit, apparet manifeste *è*, vel *ex* zona, non *&* *zona* scribi oportere. quomodo apud Fabium habemus *suspendere è fico*, apud Virg. *suspendere ex pinu.* SCHEFF.

Ex gemma vagina] Non gemmis ornata, sed tota gemmea, & una gemma, nisi Curtius τροπικῶς partem pro toto accepit. RADERUS. Non ex una perforata, quod mirae artis, & difficillimi operis fuisset, ut de infinito pretio taceamus; sed ex multis compacta, & conglutinata; vel ita variis multisque contecta, ut quasi una gemma appareret. CELLAR.

Cidarim] Vide Brisson. lib. 1. pag. 32. Alex. dies genial. 1, 28. & V, 18. Cidaris seu regii Diadematis apud Persas formam exprimi curavimus in frontispicio editionis Cornelii Taciti depictam ab amico nostro Jesaia Rumplero, viro, quamquam gloria carminum Germanicorum praecellat, etiam pingendi peritissimo, ex nummo apud Anton. Augustinum. FREINSH.

Per-

Persae [1] regium capitis vocabant insigne; hoc coerulea fascia albo distincta circum-

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. *cap. reg.* Leid. Voss. 1. *voc. cap. reg.*

Persae vocabant] Legerim *vocant.* sic infra III, 13, 7. vult Persas seu Parthos adhuc sua aetate ea appellatione usos. FREINSH. Pro *vocabant* Freinshemius vult *vocant*, sed potuit Curtius sua spectasse tempora, quibus forte aliud habebant nomen. SCHEFF. Hesychius κίδαρις πῖλος βασιλικὸς, ὃν καὶ τιάραν (subaudi λέγουσι) *Cidaris regius pileus, quem etiam tiaram vocant.* Aliis non ipse pileus, sed ornamentum in pileo est. Utcunque se habet, tamen Περσῶν ἴδιον, *Persarum proprium* fuit Polluci. VII, 13. CELLAR.

Hoc coerulea fascia] Lipsius ad Tacit. ann. VI. c. 37. haec sana esse negat: idem sana utinam fecisset: non sunt, quia neque coeruleus color inter regios aut principales, neque certe Persici reges usitarunt. Purpureum testantur omnes; ac ne mutasse Darium putemus, ecce Curtius disertim alibi de eodem affirmat. lib. VI. *Purpureum diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit.* Hic igitur, oblitus sui, quomodo coeruleum supponat? Liquet, non scriptoris, sed exscriptoris id erratum. Quod ambigue tamen Lipsius corrigit, & vel *coccinea fascia*, vel *hoc coeruleum* conjectat. Neutrum persuadet nobis. prius à scriptura vulgata abit longius: alterum à veritate. Tam enim insigne capitis ipsum coeruleum esse non potuit, quam fascia non fuit. Sensit hoc ipse, & defectum felicitate sua se queritur. Nos an Sullae cognomen hîc, ejus vicem, nobis vindicabimus? Nescio. nam & ipse timide divino, *hoc erubea fascia distincta albo circuibat.* Ad vestigia quidem literarum proxime: à vero neque ipso fortasse longissime. An non enim purpureum erubeum dixerimus? Scimus à rubro purpureum differre sane plurimum: sed & scimus purpuram rubro plene saturatam: atque ideo scilicet erubeam vocemus. Et intendit enim etiam *e* particula, non tantum remittit. Quis poëtae illud nescit?

Egelidum Borean, egelidumque Notum.

Utrumque venustissima alternatione complexus est. Alia sunt etiam ad id exemplum: sed quid referam? sive proba conjectura doctis, sive non proba; frustra. Sciunt enim & ista plerique. Mihi quidem, ut fatear, etsi quod posui valde blanditur, nondum tamen satis etiam se probavit: aliis vereor ut probet multo minus. Tamen ut verum non sit, est certe verisimile: nec facile quisquam vocem invenerit in ista literarum vestigia magis congruentem. Experiatur quisque se: virum dixero, qui potuerit. Palma eum certo manet, adhuc in medio posita: quam neque Lipsius poposcit sibi, & ego ultro nunc recuso, tam porro libenter in alium cum aliis tralaturus, quam mihi, si detur ab omnibus, accepturus. De ipso nomine Persici insignis hujus nihil ego turbo, quamquam de eo turbellam video inter auctores. Plerisque & in his Arriano & Plutarcho maxime, ὁ κάνδυς est plerumque: sed Arriano etiam ἡ κίδαρις alicubi. Nisi utrumque verum, (potuit enim non unum esse, & ab his aliud quoque:) verius hoc equidem, quod à Curtio expressum, judicarim. ACIDALIUS. Omnia quae vidi exemplaria, & quae non vidi, sed ex fide aliorum visa, etiam MSS. habent, *hoc coerulea fascia albo distincta circuibat.* Modius vel imprudens errorem silentio transmisit, vel dissimulavit. Acidalius ex Lipsio animadvertit, & conatus felix esse piae Lipsio Sulla, atque ex coerulea facit *erubea*, & *mihi*, inquit, *quod posui valde blanditur;* addit idem modeste, *nondum tamen etiam satis se probavit.* Nempe suum cuique pulchrum. Alii conjiciunt legendum *hocce rubea*, nam quid est *erubea*, an vox in Latio cognita? cum nec rubeum Latina civitate sit donatum: acutissimus Lipsius ad Tacitum VI, 27, 2. vel *coccinea* pro *coerulea*, vel *coeruleum*, ut referatur ad cidaris insigne, scribi posse existimat. Sed & ipse damnat fere suam conjecturam, nec Sullae cognomen hic sibi ominatur, quod illi omnino Acidalius abjudicat, sibi transcriptum (quamvis timide, quasi divinaret infelicem conjecturam) & vitiose colligit particulam, *e*, sic intendere, cum semel apud Virgilium Georg. IV, 145. simplicique vice apud Ovidium, & Ausonium augeat simplex verbum, ut gelido sit frigidior *egelidus Boreas*, & *egelidum flumen*, & *edurus* pro valde durus. [ita Plinius saepius.] Faceret probabilem scripturam, si ostenderet usum nominis *erubeus.* Quid ergo, inquis, tu censes? Sphingem mihi optem. Curtius album & atrum narrat, cum hic *coeruleum*, mox VI, 6, 4. *purpureum* ponit: *purpureum diadema distinctum albo, quale Darius habuerat*, capiti circumdedit. Sed omnia exemplaria ita conspirant, ut propemodum σφάλμα ἀμνήμονον, Curtiumque ἀμνησίᾳ, seu immemoria lapsum putem, quemadmodum & infra III, 4, 11, peccavit in Lyrnesso Ciliciae urbe, uti suo loco admonebo [mutavit tamen sententiam, nam ibi Curtium defendit] sed Curtium, ut benignius interpretemur, scripsisse reor; *hoc coeruleum fascia purpurea albo distincta circuibat*, ut etiam tiarae colorem exprimeret, librarii vitio vocem *purpurea* praeteritam. Ita insigne regium tribus coloribus illustre magis eminebat, albo inquam, rubro, & coeruleo. Sed mittamus incerta, & ad diadematis descriptionem veniamus. Diadema, si notationem verbi & originationem specto, à Graeco est διάδημα, redimiculum seu fascia, à διαδέω *revincio, cingo, redimio.* διάδημα tandem ad regum tantum transiit insignia. Forma diadematis non fuit

una

20 cumibat. Currum decem millia hastatorum sequebantur: hastas [1] argento exor-
21 natas; [2] spicula auro [3] praefixa gestabant. Dextra laevaque regem ducenti ferme nobilissimi propinquorum comitabantur. Horum agmen claudebatur triginta [4] mil-
22 libus peditum, quos equi regis quadringenti sequebantur. [5] Intervallo deinde unius stadii, matrem Darii [6] Sysigambim currus vehebat: & in alio erat conjunx.
23 turba feminarum reginas comitantium equis [7] vectabatur. Quindecim inde, quas [8] *armamaxas* [9] appellant, sequebantur. in his erant liberi regis, [10] & qui [11] educabant

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *argenteo.* 2 Voss. 2. *spiculo.* 3 Pal. 2. *praefixas* subdito literae *s* puncto. 4 Bong. *ped. mil.* B. 1. omittit *ped.* 5 Pal. 1. omittit *intervallo.* 6 P. *Sisimgambim* Leid. & Voss. *Sisigamb.* passim. 7 Mer. *vectabantur.* 8 Leid. Voss. 1. Bong. Mer. Col. Pal. 2. *armanaxas* Pal. 1. *armanazas* Voss. 2. *armanexas.* 9 Leid. Voss. 1. 2. Ald. Lugd. Amst. *appellabant.* 10 Leid. omittit *&.* 11 Leid. Voss. 1. *educebant* D. *ducabant* superscripto *e.*

nisi fascia candida, & tenuis, qua regum frontes cingebantur, qualis in priscorum regum iconibus visitur. Lucianus colloq. Diogenis & Alexand. *ταινίαν λδυκὴν*, *candidam taeniam* seu *fasciam* dicit. Suetonius Caes. 79, 2. *candidam fasciam.* Silius l. XVI, vs. 242. *vittam albentem.* [vide Paschal. de coron. IX, 4.] Ammianus, *fasciolam candidam.* Valerius VII, 2, 5. ext. *pannum.* Stobaeus *ῥάκος.* *Regni insigne*, Curtius VII, 5, 24. *Decus capitis sui*, V, 8, 13. ut & Seneca appellavit, Et Livius XXX, 12, 8. *regium insigne* Tacitus II, 56, 3. *regium decus* Sallustius. *regiae frontis notam* Seneca. *frontem regium in morem redimitam* Florus III, 19, 10. *albatum diadema* Egesippus. RADERUS. Ex Brissonio fere lib. 1. pag. 34. ubi plura. Vetus interpres Levit. 8, 9. את-המצנפת interpretatur *Cidarin.* quam describit Alex. ab Alex. pag. 109. f. & 719. a. & ad eum Tiraquell. Non praetereo quod Novus Cogitator ad Tacitum II, 56. num. 7. Curtium ita explicat, ut *coeruleam fasciam* interpretetur purpuream, atque hoc significatu vocem eam aliquoties apud auctores reperiri dicat. Verum cum apud me haud magna istius hominis sit auctoritas, & alioquin locus Apuleji lib. IX. Metamorph. quem ille pro sua opinione citat, non habeat *coeruleus corruens*, sed *cernuus*, quod verbi ad ejusmodi casus repraesentandos idem auctor & alibi adhibuit, sufficit mihi indicasse locum ubi ista disputat, & integrum lectori judicium relinquere. *Purpureum* tamen colorem esse diversum à *coeruleo*, Cicero quoque docet, Academ. IV, 33. respiciens ad locum Arist. de mirabil. auscult. cap. 116. quamquam amicus aliquis in Epist. ad soccerum meum p. m. scripta IX. Kal. Octob. 1637. velit à Latinis Scriptoribus *mare coeruleum & purpureum* eodem sensu dici. Sic hyacinthos Ovidio X. Metam. *purpureos* dici; Columellae lib. X. *coeruleos:* Numidicas gallinas à quibusdam esse dici crista *rubra* guttis distincta; meleagridas *coerulea*, quas tamen veterum quidam habuerint pro iisdem. FREINSH. Etiam hic mallet Freinshemius, quamquam timide, *hoc coeruleum fascia*, nempe ipse noster in sequentibus diadema facit *purpureum albo distinctum* vide lib. VI. c. 6. alii legunt *erubea*, alii *coccinea.* licebit & nobis divinare. Putamus ergo Curtium scripsisse: *hoc rosea fascia.* Solet enim color roseus & purpureus pro eodem usurpari. *Quomodo genae roseae & purpureae* promiscue dicuntur, item *os roseum* & *purpureum.* Nisi quis propius ad scripturam veterem malit *russa fascia.* SCHEFF.

Hastatorum] *Αἰχμοφόρους* appellat Herodotus, quales & Xerxes habuit, quos equites fuisse non decerno, cum de peditatu speciatim subjungat Curtius. Sed Herodotus videtur pedites fecisse *αἰχμοφόρους.* RADERUS. Vel *αἰχμοφόρους* intelligit, vel *σαρισσοφόρους.* nam de *Doryphoris* superius num. 15. actum fuit. CELLAR.

Hastas] Perticas longas, quibus ferrum acutum est praefixum. Id enim proprie *hasta* apud veteres. Inde *hasta pura*, *hasta praeferrata* passim. ipse noster c. 2. *pluribus haerebant hastae ferro praefixae*, *quidam lignum igni duraverant.* SCHEFF.

Sysigambim] Diodoro XVII, 37. est *Σισύγαμβρις.*

Reginas] Matrem & Uxorem opinor tantum reginas appellat. Quamvis enim legibus Persarum Regi, proceribus etiam, fas fuerit, non solum quot vellent pellices legere, sed legitimas uxores ducere (uti Cicero in Verrem lib. V. confirmat, & Herodotus l. III. c. 88. Dario quatuor uxores fuisse narrat) Dario tamen huic ultimo, non nisi unicam fuisse intelligo. RADERUS.

Armamaxas] Persicae mulieres & lecticis, & carruchis, quas proprio ac speciali nomine harmamaxas vocant, vehebantur. Maximus Tyrius sermone XXXIV. *θαυμάζεις τιάραν Μηδικὴν, καὶ τράπεζαν βαρβαρικὴν, καὶ ἁρμάμαξαν Περσικήν: miraris tiaram Medicam, & mensam barbaricam, & harmamaxam Persicam.* Xenophon. lib. III. παιδ. *ἀναβάντες ἐπὶ τὰς ἁρμαμάξας σὺν ταῖς γυναιξίν. adscendentes in harmamaxas cum uxoribus.* Item lib. IV. παιδ. *καὶ ἁρμαμάξας γυναικῶν τῶν βελτίστων.* & fin. lib. VI. *καὶ αἱ θεράπαιναι λαβοῦσαι αὐτὴν ἀπῆγον εἰς τὴν ἁρμάμαξαν.* Item lib. VII. παιδ. *ἀνελομένη τὸν νεκρὸν, καὶ ἐνθεμένη εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, ἐν ᾗπερ αὐτὴ ὠχεῖτο. quae sustulit mortuum, & imposuit in harmamaxam, qua ipsa vehi solita est.* Et alias,

ὡς

bant eos, ſpadonumque grex, haud ſane illis gentibus vilis. [1] Tum regiae [2] pel- 24
lices trecentae [3] ſexaginta vehebantur, & [4] ipſae regali cultu ornatuque. poſt quas pecuniam regis ſexcenti muli, & trecenti cameli vehebant; praeſidio [5] ſagittariorum

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. *tunc.* 2 Leid. Voſſ. 1. 2. numquam non *pelices.* 3 Bong. Leid. *& ſexag.* 4 Bong. Baſ. *ipſe* B. 2. *ipſi.* 5 Pal. 1. *ſagiptariorum pro ſeq.* Mer. Ald. Baſ. Col. *ſag. perſequente.*

ὃς ἄρχεις τῶν Ἁρμαμαξῶν. & lib. 1. ἀναβασ. καὶ ἡ Κίλισσα ἐφ' ἁρμαμάξης. *& Ciliciae regina in harmamaxa.* Cujuſmodi harmamaxas mulis jungi ſolitas, ex Cteſiae fragmentis colligimus. Briſſon. lib. 11. pag. 239. Ceterum curruum hoc genus ad mulieres, alioſque molles proprie pertinuiſſe, exinde apparet, quod in omnibus Xenophontis locis, ubi harmamaxarum, ibidem & mulierum eſt mentio, quemadmodum & in iſto lib. IV. παιδείας, de Croeſo: τάς τε γυναῖκας ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις προαπεπέμψατο. *mulieres in harmamaxis praemiſit.* unde Raderus lecticam curulem fuiſſe conjicit. Harmamaxam ſane apparet ita fuiſſe comparatam, ut molliter in ea vehi liceret; qua de cauſſa etiam Alexandri noſtri corpus hujus generis carpento in Aegyptum fuiſſe vectum, ex Athenaeo v, 9. didici: Ἱερώνυμος (θαυμάζεται) ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἁρμαμάξης, ᾗ συνέβαινε κατακομισθῆναι τὸ Ἀλεξάνδρου σῶμα. *Hieronymus (admirationem ſibi conciliavit) ob fabricam harmamaxae, qua corpus Alexandri deferri contigit.* FREINSH. Armamaxa, ſeu harmamaza vehiculi aut lecticae muliebris genus apud orientales erat. Xenoph. l. 1. Exped. Cyri poſt principium: Κῦρος παρελαύνων ἐφ' ἅρματος, καὶ ἡ Κίλισσα ἐφ' ἁρμαμάξης, *Cyrus* luſtrandas copias *praetervehebatur curru, Ciliſſa* regina *plauſtro curuli* (ſic Romulus Amaſaeus *harmamaxam vertit*). Perſis praecipue in uſu fuit. Max. Tyr. Diſſert. XXXIV. *ſi tu Graecus coeperis mirari* τιάραν Μηδικὴν, καὶ ἁρμάμαξαν Περσικὴν περσίζεις, βαρβαρίζεις. *tiaram Medicam, & harmamaxam Perſicam, perſiſſas, barbariſſas.* Theoph. Simocatta. l. VI. cap. ult. ἁρμάμαξαν χρυσοκόλλητον, *inauratum currum* vocat. Alexandri etiam corpus harmamaxa Alexandriam deductum fuit, Athenaeo auctore l. v, 9. quia molliſſimae vectationis vehiculum fuit. CELLAR.

Liberi regis] Duae filiae, & Ochus puer. IDEM.

Quae educabant] Editi, *qui educabant eos*, inepte. malim etiam *educebant*, quam *educabant.* MODIUS. Modius inepte legi contendit: *qui*, & reſcribit *quae*, refertque ut reor ad nutrices. Sed Aldi ſcripturam laudo, ſervoque cum antiquis exemplaribus omnibus, *qui educebant*, vel *educabant.* Sed Modius nobis recta corrigit, immemorque, quod in Alcibiade Plato docuit, liberos regios, praeſertim heredem & majorem natu, non obſcuris mulierculis, ſed praeſtantiſſimis Eunuchis, & optimis viris in diſciplinam traditos, qui eos ad omnes regias virtutes educerent, & hoc in ipſa infantia ſimulac lucem primam hauſit. Servanda ergo prima ſcriptura, *qui educebant eos*, non *quae educebant.* Quamquam haud neſcius ſum ſubinde liberos regios nutricibus commiſſos, ſed magnum fuit diſcrimen, inter liberos regios reginarum, & concubinarum. RADERUS.

Educebant] Ita praefert Aldi codex, nec male. Sic Terentius, Tacitus, Claudian. alii: *Ita educti uti &c. in contubernio eductus. diſciplinis eductus.* nec tamen altera & vulgaris ſcriptura improba: *educabant.* RADERUS.

Haud ſane illis gentibus vilis] Tacit. VI. ann. 3, 4. *Proximus huic, Abdus, ademptae virilitatis. non deſpectum id apud Barbaros; ultroque potentiam habet.* CELLAR.

Regiae Pellices] Briſſonius lib. 1. pag. 77. quo loco virum magnum decepit Juſtinus 1, 9, 16. ubi Oſtanis, vel, ut Herodoto vocatur, Otanis filia dicit, *ſingulas* pellices *ſeparatim recludi.* quod ita accepit Briſſonius, quaſi id ex inſtituto Perſarum perpetuo factum eſſet. At Herodotus III, 68. indicat id tum primum à Mago nove introductum fuiſſe. *Namque hic vir*, ait Otanis filia, *quiſquis eſt, quum primum adeptus eſt regnum, nos diſperſit.* (ergo ante ſimul habitantes) *aliam alibi collocans.* idque confirmant ſtatim ſequentia: *Audienti haec Otani res eſt viſa manifeſtior.* FREINSH.

Trecentae ſexaginta] Et Plutarchus tradit in Artaxerxe c. 43. Artaxerxem Perſarum regem, quamvis haberet Atoſſam filiam, quam contra leges duxerat uxorem, aluiſſe inſuper trecentas & ſexaginta praecellentiſſima forma pellices. Dicaearchus lib. III. vitarum Graeciae (apud Athenaeum XIII, 1.) refert trecentas ac quinquaginta pellices Darium in omnia bella traducere conſueviſſe. quae etiam, quoties venatum exibat, cum eo proficiſcebantur, ut auctor eſt Athenaeus lib. XII, 2. & lib. XIII. Dipnoſophiſt. Cauſſam autem hanc in rebus Perſicis refert Dinon, cur regina apud Perſas multarum pellicum copiam perpetitur, quod Rex velut dominus imperat uxori; & idcirco etiam quia pellices ſerviunt Reginae, eamque adorant. Ioniam vero regi magno pellices ſuppeditare Maximus Tyrius ſerm. XXXII. tradit. POPMA. Vel potius Briſſonius. apud quem quod de Themiſtocle refertur, reperias apud Diodorum XI, 56. qui idem auctor XVII, 77. mihi paene perſuaſit, aut Curtium, aut librarios ejus, in numero pellicum harum erraſſe. nam ille ſic indubitanter, ut nullus ambiguitati locus ſit, 365. fuiſſe indicat, eodem modo quo de juvenibus ſupra III, 3, 10. Curtius. ſic enim ait de Alexandro; *Concubinas*

25 rum prosequente. Propinquorum amicorumque conjuges huic agmini [1] proximae; lixarumque & calonum greges vehebantur. Ultimi erant cum suis quisque duci-
26 bus, qui cogerent agmen, leviter armati. Contra si quis aciem Macedonum intueretur, dispar acies erat: equis [2] virisque non [3] auro, non discolori veste; sed fer-
27 ro, atque aere fulgentibus. Agmen & stare paratum, & sequi: nec turba, nec sarcinis praegrave: intentum ad ducis, non signum modo; sed etiam nutum. &
28 castris locus; & exercitui commeatus [4] suppetebant. Ergo Alexandro [5] in acie miles non defuit. [6] Darius tantae multitudinis rex, loci, in quo pugnavit, [7] angustiis redactus est ad paucitatem, quam in hoste contempserat.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *proxime.* 2 Pal. 2. *viris non.* 3 Vulgo *aurea* Voss. 2. *aureo.* 4 D. Leid. *subpeteb.* 5 Voss. 2. *miles in acie.* 6 Alii *Darius autem.* 7 Voss. 2. *angustias.*

binas insuper, prout Darius consueverat, circumducere secum coepit: quarum turba dierum numero haud inferior erat. quod si recipimus, & in hoc Curtii loco, & infra VI, 6, 8. rescribendum est 365. pro 360. sed cum & Plutarchus & Dicaearchus dictis locis in numero varient, Curtium hoc nomine ad censuram non vocabimus. FREINSH.

Amicorum] Amici sunt consiliarii principum adjutoresque rerum gerendarum. vide Nepotem XVIII. 24. Justinum XXXIV. 33. aliosque passim. CELLAR.

Lixarumque & Calonum] Lixae, qui militibus aquam adferunt, aut cibos praeparant. Nonius Marcell. in *Elixum. lixam, aquam veteres esse dixerunt, unde & lixae dicti, qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre.* Sext. Pomp. Festus. *Lixae, qui exercitum sequuntur quaestus gratia*, puta vendendo cibos, & alia necessaria. At *calones* servi sunt custodes supellectilis castrensis. Serv. in Aeneid. VI. vs. 1. *Calas dicebant majores nostri fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad proelium, unde etiam Calones dicebantur.* RADERUS.

Dispar acies] Ita habent omnes editi, nec in veteribus ajunt aliter inveniri. At quis credat, Curtium scripsisse: *si quis aciem Macedonum intueretur, dispar acies erat.* quo enim pertinet ea repetitio, *aciem acies?* nonne poterat elegantius illud posterius omittere? scribo igitur, *dispar facies erat;* id est, apparebat longe alia species ipsius, quam Persicae. *Faciei* vocem pro specie, aspectu rei alicujus, usurpant optimi scriptores, ipseque Noster. vide infra c. 13, 11. & lib. IV. c. 13, 1. SCHEFF. sic etiam hunc locum legit, & adstruit Cl. P. Burmannus ad Phaedr. lib. IV, 16, 5.

Non auro] Ita rectius cum melioribus libris; nam alii praeferebant *non aurea.* ad rem ipsam quod pertinet, vide Lipsium Polit. V, 13. FREINSH. Liv. l. IX. c. 40. *Romani docti à ducibus erant, horridum militem esse debere, non coelatum auro & argento, sed ferro & animis fretum.* LOCCENIUS.

Turba] Lixarum, calonum, feminarum, spadonum. RADERUS. *Turbam* hoc loco capio non de alia, quam militum. nam calones & lixae, & hujusmodi alia in impedimentis sunt. FREINSH.

Miles non defuit] Satis multos habuit pro loci natura & angustia. CELLAR.

Darius] Haud recte haec divellebantur à prioribus, ut novi capitis initium essent. est enim manifesta oppositio atque comparatio utriusque exercitus, quam hoc epiphonemate claudit. ut bene Raderus adnotat. FREINSH.

Tantae multitudinis rex] Sic infra IV, 1, 1. & 12. appellatur *tanti exercitus rex.* FREINSH.

CAPUT IV.

Desertas ab Arsane Darii praefecto Ciliciae fauces Alexander opportune occupat.

1 Interea Alexander [1] Abistamene Cappadociae praeposito, [2] Ciliciam petens cum omnibus copiis, [3] regionem, quae *castra Cyri* [4] appellatur, [5] pervenerat. stativa ibi

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *Absistamene Capad.* Voss. 1. *Abbistam.* Voss. 2. *ab Istamene* D. *ab Histamene Capadociae* Bong. *ab Hist. Capp.* Ald. Bas. *Aristamene Capp.* Col. omittit *Cappadociae.* 2 D. *iciam* Mer. *lyciam* P. *ciam* F. B. 2. Voss. 1. *etiam* Pal. 1. 2. *liciam* B. 1. *ciam* superscripto *cili.* 3 Alii *in reg.* 4 Mer. Col. *appellant.* Bas. Er. *appellantur.* 5 D. Pal. 1. 2. omittunt *pervenerat.*

Abistamene] Sabictam vocat Arrian. l. II. CELLAR.

Cappadociae] Eam enim quae cis Halym fluvium est, omnem; & partem ulterioris occupaverat. Ar-

ibi habuerat Cyrus, quum adverſum Croeſum in [1] Lydiam duceret. Aberat ea 2
regio quinquaginta [2] ſtadia ab [3] aditu quo [4] Ciliciam intramus: [5] *Pylas* incolae dicunt; artiſſimas fauces, munimenta quae manu ponimus, naturali ſitu imitante. Igitur [6] Arſanes, qui Ciliciae praeerat, reputans [7] quid initio belli Memnon 3
ſua-

Variantes Lectiones.

1 Baſ. Er. alii *L. exercitum duceret* Voſſ. 1. 2. *Lidiam.* 2 Leid. *ſtadiis.* 3 Voſſ. 2. *ab eo aditu.* 4 Voſſ. 1. *Cyliciam.* 5 Voſſ. 1. 2. *Pilas.* 6 Voſſ. 1. Ald. *Arſames* Leid. *Arſemes.* 7 Sic Ald. Pal. 1. 2. P. *quid in initio Memno ſuaſiſſet* B. 2. Leid. Voſſ. 1. *quid in initio belli Memno ſ.* Pal. 2. *q. in i. M. ſtatuiſſet* B. 1. *quod init. M. ſuaſ.*

Arrian. II, I, 20. nondum tamen perdomita gente, quippe quam in duabus Darii pugnis poſtea à Perſis ſtetiſſe legimus apud Arrian. III, 2, 8. & 22. & noſtrum IV, 12, 12. quin & poſt proelium Iſſicum Lydiam recuperare tentavit infra IV, I, 34. Et ſane non diu in fide atque ditione Alexandri manſiſſe oſtendemus infra X, 10, 3. Porro qui hic *Abiſtamenes* legitur Cappadociae Satrapa; eum Arrianus citato loco Σαβίκταν appellat: in quibuſdam MSS. Curtii diviſa voce eſt, *ab Hiſtamene.* Aldi editio habet, *Ariſtamene.* ex qua variatione colligas, locum non omnino ſanum eſſe, ut vel Arriano potius accedas, cujus de ſcriptura non ambigitur. *Stamenem* quendam agnoſcit Arrianus IV, 3, 18. FREINSH. *Cappadociae.* parti ejus citeriori, quae ad Halym amnem eſt, ulteriorem enim non occupaverat. Arrian. l. II. c. I. CELLAR.

Caſtra Cyri] Arrianus diſerte caſtra Cyri appellatum locum ait à Cyro, qui contra fratrem Artaxerxem, Xenophonte comitatus exercitum duxit. ſed mihi uter verum, uter falſum dicat, non liquet. MODIUS. Diſſentit plane à Curtio Arrianus, qui caſtra Cyri appellatum locum tradit non à Cyro, qui adverſus Croeſum; ſed à Cyro, qui adverſus fratrem Artaxerxem exercitum duxit, in cujus expeditione & Xenophon fuit. Croeſus autem Lydorum rex potentiſſimus divitiis & armis, & cum Babyloniis auxilio eſſe vellet, à Cyro rege Perſarum vincitur. POPMA. Noſter Curtius hic abit à mente Arriani II, I, 21. qui caſtra Cyri à Cyro minore dicta ait, Curtius à majore qui Croeſum cepit. Modius negat ſibi liquere uter recte ſentiat. Ego haud dubius pro Arriano ſteterim, cui Xenophon favet. Nam de Cyri majoris contra Croeſum euntis caſtris hiſce, vix ulla mentio, niſi cum in Pteriam venit regionem Cappadociae, non procul Sinope ad Pontum Euxinum ſita, qui locus erat munitiſſimus. Eodemque loco ſua Cyrus major caſtra metatus eſt. Sed enim cum Pteria recedat ad Pontum Euxinum, & juxta Sinopen, quae procul abeſt ab aditu Ciliciae, ſita ſit, haec Cyri majoris caſtra huc non pertinebunt, cum haec à Pylis Ciliciae non amplius quinquaginta ſtadiis abſint, quae paullo amplius ſeſquimilliari efficiunt. Nec lego uſquam hic habuiſſe Cyrum majorem ſtativa. Sed de Cyro minore ex Xenophonte ἀναβάσ. lib. I. res certa eſt, ut omnino concedam in Arriani partes. Nam Xenophon eaſdem fauces, & ſimul Cyri minoris ad eaſdem adventum caſtraque, hiſce verbis exponit: *Hinc in Ciliciam trajectionem molitur. Aditus erat via curulis* (*plauſtris invia*, ſi legas ἀναμάξευτος. Curtius tamen III, 4, 12. quaternos armatos ait cepiſſe) *admodum ardua, & copiis militaribus, ſi ſit qui arceat, inacceſſa atque inexpugnabilis. Dicebatur huic imminentia juga Syenneſes* (rex Ciliciae) *obſidere, aditumque cuſtodire. Quapropter* (Cyrus) *unum diem in campis ſubſedit.* Ad hunc plane locum & caſtra Cyri minoris venit, ut Arrianus docet, Alexander, antequam Pylas, ſeu anguſtias exploraret & ingrederetur. Aberant caſtra Cyri à portis Ciliciae quinquaginta ſtadia in campo ſita, ut monui. Strabo lib. XII. emendandus videtur ab operarum macula, cum ita ſcribitur καὶ κυρίνου στρατόπεδον διὰ Τυάνων. *Et Cyrini* (*Cyri* legendum) *caſtra per Tyana.* RADERUS.

Regionem pervenerat] Sic D. Mer. Frob. Baſ. Pal. 1. 2. Leid. & Voſſ. 1. & 2. quod alii mutarunt interjecta praepoſitione *in*, ignorantes etiam ſic Latinos locutos olim aureo ſeculo. Virgil. l. I. Aen. vſ. 369.

Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
Moenia.

Idem l. IV. Aen. vſ. 124.

Speluncam Dido, dux & Trojanus eam dem
Devenient.

Ovid. l. III. Metam. vſ. 462.

Verba refers aures non pervenientia noſtras.

In Lydiam duceret] Ita ſcripſi, expuncta voce *exercitum*, ut ſupervacua, quam nec Danielis MS. nec duo Palatini (nec Leid. aut Voſſ.) agnoſcunt. Vide Sigon. in Livium pag. 57. FREINSH.

Munimenta quae manu ponimus] κτίσεις. Latine *poſitiones.* Feſtus. *poſitiones aedificia.* Solin. cap. 36. *Tarſon quam Perſeus locavit.* ubi SALMAS.

Arſanes] Ita potius ſcribendum judico quam cum Aldo, & Euſebio, & Arriano I, 5, 18. & II, I, 23. (quem vel hinc emendandum putem) *Arſames.* iſta enim terminatio Perſicis nominibus uſitatior. Immo ſi Herodoto I, 139. credimus, perpetua. Nec ſane moveor, quod in Aeſchyli Per-

ſuaſiſſet; quondam ſalubre conſilium ſero exſequi ſtatuit: igni ferroque Ciliciam vaſtat, ut hoſti ſolitudinem faciat: quidquid uſui [1] eſſe poteſt, corrumpit; ſteri-
4 le ac nudum ſolum, quod tueri nequibat, relicturus. Sed longe utilius fuit [2] anguſtias aditus, qui Ciliciam aperit, valido occupare praeſidio, jugumque [3] opportune itineri imminens obtinere; unde [4] inultus [5] ſubeuntem aut prohibere aut
5 opprimere hoſtem potuiſſet. [6] Nunc paucis, qui [7] callibus praeſiderent, relictis, retro ipſe conceſſit; populator terrae, quam [8] à populationibus vindicare [9] debuerat. Ergo, qui relicti erant, proditos ſe rati, [10] ne conſpectum quidem hoſtis
6 ſuſtinere [11] voluerunt; cum vel pauciores locum [12] obtinere potuiſſent. Namque perpetuo jugo montis aſperi ac praerupti Cilicia includitur: quod quum à mari [13] ſurgat; veluti ſinu quodam [14] flexuque curvatum, [15] rurſus altero cornu in di-
7 verſum litus excurrit. Per hoc dorſum, qua maxime [16] introrſum mari cedit, aſperi tres aditus, & perangusti ſunt: quorum uno Cilicia intranda eſt. campeſtris eadem [17] qua vergit ad mare, planiciem ejus crebris diſtinguentibus rivis: [18] Py-
8 ramus & Cydnus incliti amnes fluunt. Cydnus non ſpatio aquarum, ſed liquore me-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voſſ. 1. 2. *poteſt eſſe.* 2 Pal. 2. *anguſtum aditum* & in margine *anguſtias aidtum.* 3 Leid. *oportunae* Voſſ. 1. *oportune.* 4 Col. *in vultus.* 5 Alii *ſub. hoſtem aut proh. aut oppr. pot.* Frob. Col. *ſub. proh. aut oppr. h. p.* Pal. 2. *ſub. hoſt. aut perhibere aut oppr. p.* 6 Alii *tunc* vel *tum* Pal. 1. *nam.* 7 Pal. 1. *collibus.* 8 Leid. *popolationibus* Voſſ. 2. *populatoribus* Mer. Baſ. Pal. 1. 2. Col. omittunt *à.* 9 Leid. Voſſ. 2. *debebat* Voſſ. 1. *debebant.* 10 D. P. F. B. 1. 2. Pal. 1. 2. Leid. *nec conſp.* Mer. Ald. Baſ. Col. *nec aſpect* Frob. *ne aſpect.* 11 Leid. Voſſ. 2. *valuerunt* Voſſ. 1. *valuere.* 12 MSS. *optinere* Voſſ. 2. *obt. non pot.* 13 Bong. Leid. Voſſ. 1. *adſurgat* Voſſ. 2. *aſſurgat.* 14 Mer. *fluxuque.* 15 D. *ruſſus* correctus à manu ſecunda *rurſus.* 16 Leid. & Voſſ. 1. 2. *introrſus* D. F. Pal. 1. 2. *introrſus mari cedit* P. *mari cedit introrſus.* 17 Leid. *quae.* 18 Mer. *Pyrrhamus* Pal. 2. *Cygnus* Voſſ. 2. *Piramus.*

ſis in prologo ſic quoque reperitur *Arſames*: manet enim adhuc prior ratio, & idem infortunium hunc quoque corrumpere potuit, quod ceteros. nam & illorum haud minor eſt numerus, apud quos *Arſanes* ſcribitur. FREINSH.

Memnon ſuaſiſſet] Conſilium hoc erat: nolle pugnare ad Granicum, quia hoſtis peditatu valentior, & rege praeſente alacrior eſſet: ſed retrocedendo omnia vaſtare, ut commeatuum inopia excedere Aſia Alexander cogeretur. Arrian. l. 1. CELLAR.

Jugum] Montis Tauri, quo Cilicia clauditur. RADERUS.

Inultus] Nempe à loco ſuperiore, & montis jugo pugnantes. IDEM.

Paucis] Validum praeſidium agnoſcit Arrian. 11, 1, 21. nempe loci naturam reſpiciens, *quem*, ut noſter ait, *vel pauciores obtinere potuiſſent.* Curtius paucos intellexit, collatos ad numerum eorum, qui cum Arſane diſceſſerant. FREINSH.

Callibus] Viarum anguſtiis. Callis Servio eſt ſemita tenuior pecorum pedibus perdurata. RADERUS.

Aſperi tres aditus] Primus à ſeptentrione ex Cappadocia per *Ciliciae Pylas*, de quibus num. 2. actum fuit; ſecundus per *Amani Pylas* ex Syriae ſuperioribus partibus, ubi in Armeniam itur; tertius per *Syriae portus*, ad ſinum Iſſicum, quibus ex Antiochene aditur. CELLAR.

Campeſtris eadem] Ex monte Tauro poſt *Pylas* deſcenditur in pulcerrimam planiciem Pyramo, Saro, & Cydno irriguam, quae uſque ad Tarſum excurrit. Xenophon. *hinc deſcendit in campum ingentem, amoenum, & irriguum, omnique genere arborum & vitium plenum.* RADERUS.

Pyramus] Xenophon lib. 1. ἀναβ. *Inde primis caſtris M. paſſ. XX. ad Pyramum progreſſus. hujus nihilo minor ſtadio latitudo eſt.* Strabo lib. XII. *per Cataoniam Pyramus navigabile flumen decurrit, mediis in campis ſcaturiens.* & ſubjicit Strabo: *eſt autem foſſa memorabilis, per quam aqua pura longo ſpatio infra terram fertur, ac deinde in ſuperficiem erumpit. ſi quis jaculum in foſſam contorqueat, adeo reſiſtit vis aquae, ut aegre mergatur.* Multa dein Strabo memoranda refert, & concludit: *Per montes elapſus Pyramus tantum ſecum arenae affert partim è Cataonia, partim è Cilicum campis, ut oraculum quoque feratur:*

Iſthaec evenient, vaſtis quo Pyramus undis
Tempore profuſo continget littora Cypri.

Apud Polybium XII, 8. pro Πύρον ſcribendum Πύραμον (obſervavit hoc Ortelius in theſauro) quem alii Pinarum vocant. RADERUS. Pinarum à Pyramo diverſum eſſe flumen, atque Πίναρον ſcribendum apud Polyb. docebimus infra III, 8, 28. FREINSH. è Cataonia in Ciliciam delatus urbem Mallom praeterfluit. infra cap. 7, 5. CELLAR.

Cydnus] Xenophon lib. 1. *Per mediam urbem fluit Cydnus, cujus latitudo eſt duorum jugerum*, hoc eſt,

250.

memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt, qui placide [1] manantis alveum turbent. Itaque [2] incorruptus, 9
idemque frigidissimus, quippe [3] multa riparum amoenitate inumbratus, ubique fontibus suis similis in mare evadit. Multa in ea regione monumenta, vulgata 10
carminibus, [4] vetustas exederat. [5] Monstrabantur urbium sedes, [6] Lyrnessi & The-

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. 2. *manantem.* 2 Pal. 2. *corruptus* Leid. *incorruptis idemque frigidissimis.* 3 Voss. 2. *multarum riparum amenitudine.* 4 Mer. *vetustis.* 5 Voss. 2. *monstrabatur.* 6 Leid. *Lirnesi & Thebes Thypontis q. s. & Corycium* Voss. 2. *Lernissi & cebesti pontis q. sp. e. corithium* D. Cl. P. F. *Lirnesi & Thebesti. pontis quoque spec. & C.* Mer. *Urnesi & Cebesti montis q. sp. & Coryci* Frob. Bas. Col. *Lyrnessi & Cebesti, specus quoque. & C.* Ald. *Lyrnesi & Cebesti, sp. q. & C.* Pal. 1. *Lirnesi & Tebesti. pontis q. sp. & G.* Pal. 2. *Lirnesi & Thebesthi. pontis quos pecus Corintium* B. 2. Voss. 1. *Lirnesi & Thebesti. pontis quoque sp. & coruitium.*

250. pedum. Strabo lib. XIV. *Tarson*, inquit, *Cydnus mediam perfluit juxta Gymnasium Juniorum. Ejus ortus non procul est, alveus vero per profundam vallem illatus recta in urbem ingreditur. Aqua est rapidissima & frigida, quapropter hominibus ac bestiis auxiliatur, quae nervos crassiores habent.* Arrianus II, 1, 24. *Cydnus autem cum ex Tauro monte oriatur, & puro solo excipiatur, fit ut unda ejus incorruptissima, simulque frigidissima sit.* Tibullus I, 7, 13. hunc laudat:

At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis
Coeruleus placidis per vada serpis aquis.

Dio Chrysostomus in Tarsica prima: *Et hoc Cydno, qui omnium fluviorum commodissimus & pulcherrimus est, & qui ex eo bibunt, divites & beati sunt Homero.* Vitruvius VIII, 3. Cydnum podagrae mederi docet, cruribus eo mersis. expertus est hoc Cassius Parmensis (forte apud Plinium XXXI, 2.) Apollonius Tyaneus (apud Suidam voce Euthydemus: ex Philostrati Apollon. I, 5.) Tarsenses risit, velut aves ad Cydnum otiosos sedere solitos, ejus amoenitate & pulchritudine ebrias. Solinus cap. 38. *Hunc Cydnum*, inquit, *alii praecipitari Tauro, alii derivari ex alveo Choaspis* (*Hydaspis* legit Willermus Tyrens. histor. III, 18.) *tradiderunt.* (Refutat hoc Salmasius) *Qui Choaspes ita dulcis est &c. Ex illo igitur parente Cydnus miram trahit suavitatem. Quidquid candidum est, Cydnum gentili lingua Syri dicunt* (Salmas. ad Solin. pag. 543. testatur in libris MSS. ita legi: *quicquid candidum est, illinc homines Cydnum vocant.* & exponit; *illinc homines*, sunt Cilices quorum amnis Cydnus.) *unde amni huic nomen datum.* (Eustathius ad Dionys. vers. 875. ei nomen facit à Cydno Anchiales filio) *Tumet vere, cum nives solvuntur, reliqua parte anni tenuis est & quietus.* (Et hinc conciliare possis Strabonem Tibullo, quorum ille violentissimum hunc fluvium, hic placidum nobis describit) Dionysius Alexandrinus de situ orbis: *Atque huic* (mari Issico) *multorum fluminum miscetur unda è longinquo orientium, Pyramique & Pinari Cydnique flexuosi mediam per Tarsum euntis.* Ex his emendes licet qui duorum fluminum nomina per ignorantiam miscent, Pyramum & Pinarum, cum diversa fuerint, ut hic discis. De Cydno Eustathius ad hunc Dionysii locum: *Frigida vero est Cydni aqua, confertque obstructione laborantibus.* immo & podagra sectis, ut Vitruvius docet, (item Plinius XXXI, 2.) & Baptista Mantuanus:

Tu quoque tardigradam tactu sanare podagram
Cydne potens.

Stephanus Cydnon Bithyniae flumen facit. De hoc Cydno Ciliciae, non Bithyniae, toto capite 19. disputavit Bisciola l. XIV. RADERUS. Eum per mediam Tarson decurrere, cum citatis, & Curtio mox III, 5, 1. etiam Vibius Sequester testatur, & Pausan. lib. VIII. pag. 502. p. Plinius V, 27. *Cydnus Tarsum liberam urbem procul à mari secans.* Philostratus I, 5. *per ipsorum* (Tarsensium) *urbem fluit Cydnus fluvius.* Frigidissimum esse ex libro Galeni de procatarcticis caussis facile conjeceris. *De Cydno, qui aquae liquore conspicuus, Tarsum interfluit*, & Alexandri morbo, vide & Valer. Max. III, 8. f. Quod Ortelius ex Leunclavio notat, flumen hoc Turcis *Carasu* vocari, pugnare videtur cum antiquorum testimoniis. nam *Carasu*, ut ipse Leuncl. hist. Musulman. lib. II. tradit *ab aqua nigra* sic nominatur. *Cara* enim nigrum est Turcis. hic autem fluvius plane ex contrario ab albedine nomen accepit, ut supra ex Solino dictum est. certe puritatem aquae omnes unanimiter ei tribuunt, etiam Ovidius de arte III, 204. *Lucidum* appellat:

Vel prope te nato, lucide Cydne, croco.

& Ammianus XXV, 33. *Cydnus gratissimus amnis & liquidus.* Potius igitur *Carasu* vocatur, *quod impetu veloci fluat, & profundus sit*, ut alter apud Leunclav. in supplement. Annal. Turc. pag. 142. & 359. FREINSH.

Fluunt] Forte *defluunt*, sc. in mare. interfluunt noster supra. HEINSIUS.

Lyrnessi & Thebes, Typhonis] Musae vestram fidem! quae monstra verborum hinc in solas terras deportanda expulimus, sed plura de his mox in commentario nostro. MODIUS.

Lyrnessi & Thebes] Jam pridem deletarum urbium nuda loca, neque vestigia ulla praeter nomina extantia. Est [Turnebus adversar. XIII, 15.] qui

Thebes; Typhonis quoque specus, & Corycium nemus, ubi crocum gignitur: ce-

hoc loco Curtium erroris gravissimi reum postulet, eumque nominis communicatione & societate deceptum affirmet. Atque fortasse deceptus est, qui deceptum putat. Nam Curtius secutus est Dionysium periegetem, qui in Cilicia quoque Lyrnessum ponit, uti Strabo lib. XIII. Lyrnessum & Theben in Pamphylia extra Taurum juxta Ciliciam. Dionysii versus sunt 875. *Multae item deinceps Cilicum sunt urbes, Lyrnessus, Mallusque, & Anchialia, Solique.* Ad quem locum Eustathius: *Cilicum porro civitas est Lyrnessus, alia quam Troja: alio nomine Homala, in alto quidem sita, eo autem nomine à Mallo quodam dicta, qui illam condidit; vel ἀπὸ μαλλῶν, hoc est coronis, quas corvus olim rapuerat, ibique deposuerat, dicta est.* Itaque duplices Lyrnessum & Theben condimus, Homerianas & Dionysianas, quas Dionysii posuit hic Curtius, etsi illis Homericis multo ignobiliores & obscuriores. RADERUS. Ego potius cum Turnebo sentiam. nam neque Theben ullam ex Dionysio monstrat Raderus; & Lyrnessus, ab eo ita nominatur, tanquam extaret: quam tamen Curtius diu ante (quippe ab Achille) excisam vult. cujus Herois opera cum praecipue admiraretur Alexander; dubio procul monumenta rerum ejus cupide visebat. Quam & ipsam rem argumenti loco pono, non de aliis quam Homericis urbibus hic esse sermonem, quod & apparet ex illis: *vulgata carminibus.* Quae verba efficiunt, ut nec magno Salmasio plenam adhibere fidem audeam, quamquam ille ad hunc Solini locum conetur ostendere, Curtium has urbes non ex Troica regione Cilicum, sed ex Pamphylia in Ciliciam suam transtulisse. Nam & in Pamphylia eo nomine urbes fuisse ab iis, quos Achilles ex antiquis Lyrnesso Thebeque ejecerat, conditas, auctoritate Strabonis afferit, quam cum Strabo à Callisthene (qui & Aeneae Silvio citatur in hist. de Asia cap. 90.) petat, suspicor, Callisthenem hoc ipso Alexandrinae historiae loco de iis urbibus tractavisse, nempe cum Alexandri expeditionem per Pamphyliam in Ciliciam scriberet. Ut ita credam Straboni fuisse eas urbes in Pamphylia, conjiciam & eas ipsas monstratas Alexandro fuisse: Curtium tamen, ex verbis ejus, suspicer non de his sensisse, sed potius in animo habuisse Homericas, propter rationes supra adductas. nec enim infrequens est, ut in his talibus, immo & longe gravioribus, historiae scriptores dissentiant. Lyrnessum in Lycia ponit Stephan. in Σάρδηνος. Ceterum hoc loco vetustiores edd. habent, *Lyrnesi & Cebesti, specus quoque.* MSS. fere omnes *Lirnesi & Thebesthi pontis quoque specus*, manifestis verae lectionis vestigiis, quam qui primus restituerit, non reperio. non enim Turnebus fuit, si Ortelio credimus in *Cebestus*: *Est*, inquit, *qui Thebes hoc loco legit, & hanc lectionem video à Turnebo approbari.* FREINSH. Error auctoris, quem ex Periegeta Dionysio hausit. non enim in Cilicia hae urbes, sed in Pamphylia fuerant: neque hae ipsae, verum matres earum in Trojano, aut Lesbo insulae opposito agro, videntur Poëtarum, Homeri praesertim carminibus vulgata. Vide Strabon. l. XIII. his autem ab Achille deletis profugi incolae in Pamphylia urbes cognomines condidisse dicuntur. idem lib. XIV. adde Cl. Salmas. Exerc. Plin. p. 545. CELLAR.

Typhonis quoque specus] Typho Graecis est procella turbinis. Plinium lege. De hoc Aristot. disputat in Meteoris, & Agellius. Jam ex hoc poëtae gigantem aedificarunt, quem ajunt è terra natum, ἑκατονταχάρηνον centicipitem ab Apolline interfectum, Aetnae à Jove subjectum exspirare ignes. Alii Typhonem ajunt Aegyptium Osiridis, Isidis, Apollinis & Veneris fratrem, à quo Osiridem tradunt interemptum, de quo Berosus, Diod. Siculus & alii. Alii fabulas rursum ad naturam referunt, & fabularum aenigmata exponunt, quod in plerisque locis ex terrae spiritibus terraemotus gignantur, ignesque erumpant, quibus montes franguntur, & hos esse Encelados Aethnaeos, hos Briareos, hos Typhoeos, hos Typhonas, quae ego omnia poëtis & Mythologis relinquo. Pindarum Olymp. ode 4. & Pyth. ode 1. & 8. Homerum, Melam etiam, Gyraldum & Natalem Comitem inspice. RADERUS. Strabo lib. XVI, specum Typhonis apud Antiochiam quoque ostendi scribit: *Orontes* (fluvius) *cum prius Typhon diceretur, mutato nomine, ab illo qui in eo pontem fecit, Orontes est appellatus. Huic loco Typhonis fulmine icti fabulam affingunt, & de Arimis, de quibus à nobis supra dictum est. Ajunt draconem fuisse, & fulminibus ictum, dum fugae latebras quaereret, tractibus terram secuisse: & ut fons erumperet, effecisse: qui nomen Rhexaethri hinc obtinuerit.* Vide eundem auctorem lib. V. ubi de Pythecusis, & lib. XIII. in descriptione Lydiae, ubi Homerum & Pindarum citat. Istud autem antrum Corycium appellatur Eustathio ad Dionysii versum 855. ex Strabonis XIV. libro, & Aristotele, quod describit Solinus cap. 38. ex Mela 1, 13 Strabo dicto loco. Est & aliud antrum Corycium in Phocide juxta Parnasum, apud Herodotum VIII, 36. Quin & *Erythraei Corycum montem & in eo antrum ostendunt, in quo natam Herophilen* (Sybillam) *dicunt*, apud Pauf. lib. X. Apulejus pr. libri de Mundo ostendit, id antrum à multis curiose descriptum fuisse, ipse *penetralia Coryci* vocat. FREINSH. Fabulam Gigantis Typhonis, Tartari ex terra filii, tradit Hygin. Fab. CLII. montem & specum describit Mela lib. 1. c. 13. additque, aliquando cubile Typhonis fuisse. Solinus c. 51. repetit, sed errore admisto, quem notat Salmasius. p. 546. CELLAR.

Corycium] Mela: *Non longe hinc Corycos oppidum portu saloque incingitur, angusto tergore continenti ad-* ne-

ceteraque in quibus nihil praeter famam duraverat. Alexander fauces jugi, [1] quae 11
Pylae appellantur, intravit. Contemplatus locorum [2] fitus, non alias magis di-
citur admiratus esse *felicitatem suam*: *obrui potuisse vel saxis* confitebatur, *si fuis-
sent*, *qui* [3] *in subeuntes propellerent*. Iter vix quaternos capiebat armatos: dorsum 12
montis imminebat viae, non angustae modo, sed plerumque praeruptae, cre-
bris oberrantibus rivis, qui ex radicibus montium manant. [4] Thracas tamen le- 13
viter armatos *praecedere* jusserat, *scrutarique* [5] *calles*, *ne* [6] *occultus hostis in subeuntes
erum-*

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Cl. P. B. 2. Leid. & Voss. 1. *quod* Voss. 2. *quae phile appellatur*. 2 Voss. 2. & Al *situm*. 3 Bong. *subeuntes propell.* Bas. *vi sub. prop.* Pal. 1. *sub. perpell.* Voss. 2. *subeuntes percellerent*. 4 Bong. Leid. Voss. 1. *Trachas*. 5 Pal. 1. *colles*. 6 Leid. *occultis*.

nexum. Supra, specus est nomine Corycius, singulari ingenio, ac supra, quam ut describi facile possit, eximius. Grandi namque hiatu patens, montem littori appositum, & decem stadiorum clivo satis arduum, ex summo statim vertice aperit. Confundit Mela Corycium specum cum Coryco promontorio, quod mari adpositum erat. Vult quippe summum illius promontorii verticem cavatum fuisse in specum, qui & *Corycius* dicebatur. Aliter Strabo, qui Κώρυκον ἄκραν, & Κωρύκιον ἄντρον aperte distinguit, his verbis: Καὶ Κράμβουσα νῆσος καὶ Κώρυκος ἄκρα, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἐπὶ τὸ Κωρύκιον ἄντρον. Ergo Κώρυκος ἄκρα ad mare: supra eam, id est, à mari introrsum recedens viginti stadiûm spatio distat antrum Corycium. Non aliter capere licet haec verba, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἄντρον Κωρύκιον. Eum specum ibi seorsim describens, ait esse, κοιλάδα κυκλοτερῆ, ἔχουσαν περικειμένην ὀφρῦν πετρώδη, πανταχόθεν ἱκανῶς ὑψηλήν. Quod ut scias esse verissimum, addit ibidem Strabo, in eo specu Corycio specum alterum inferius patere, qui fontem habeat, unde fluvius effunditur, puram & perspicuam aquam vehens. Hunc fluvium statim in cuniculum mergi; ubi aliquantisper subterraneo meatu iverit, in mare exire. Longiuscule igitur à mari submotum oportet fuisse specum istum Corycium, unde amnis ille erumpit. Corycius ergo mons, ἄκρα est, promontorium scilicet vel prominentia mari incumbens. At, Corycius specus, convallis est, in rotunditatem satis alte assurgente supercilio cincta undique. Tum viri docti, in verbis illis Melae, *clivum*, male interpretantur descensum: imo ascensus est. Glossae: *clivus*, ἀνάβασις. Inde proverbium, *adversus clivum equum agitare*, id est, contra ascensum, in quo laborant equi. Ovid.

In clivo noster saepe laborat equus.

De re ardua ac difficili, quae enitenda est. Non itaque in ipso monte Coryco, qui in mare prominet, crocum nascitur; sed in illa valle, vel specu, quae viginti stadiis ab eo monte abest. Curtius vocat *Corycium nemus*, in quo crocum gignitur. Corycos ergo mons ad mare: at Corycia vallis viginti supra eam stadiis introrsum à mari recedit, & Seleuciam accedit. SALMAS. ad Solin. c. 38.

Crocum] Vide auctores modo citatos, & Salmasium ad Solini cap. 38. De Corycio croco etiam Martialis epigram. III, 64. IX, 39. XI, 9. Sallust. H. I, 4. *Iter vortit ad Corycum urbem incultam, pastusque nemore, in quo crocum gignitur.* FREINSH. In antro pendulae virgultae, quas nemus vocant. Vide Melam l. I. de croco ita Strabo l. XIV. τὸ Κωρύκιον ἄντρον, ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται. Martial. lib. III. epigr. 64.

- - - *de Corycio quae venit aura croco.*

CELLAR.

Ceteraque] *Arati* nempe *poëtae monumentum, id eo referendum*, inquit Mela I, 13. *quid ignotum, quam ob caussam jacta in id saxa dissiliant.* atque alia, seu Chrysippi Stoici, seu Philemonis Comici, Solis natorum. RADERUS.

Felicitatem suam] Plura enim sibi fortuna quam virtus in Alexandro vindicavit. CELLAR.

Confitebatur] Quamquam in omnibus libris comparere dicatur hoc vocabulum, id ego tamen à suspicione glossae non absolvo, non magis quam illud *arbitrabatur*, de quo dicemus mox III, 5, 16. Sic apud Livium in oratione Nabidis XXXII, 39, 6. *neque enim se illos timere dixit, sed exules Argivorum*, illud *dixit* eliminandum esse facile apparet. considera Curtii locum infra III, 8, 3. cum aliis similibus. FREINSH.

In subeuntes] Praetuli hoc editionis Aldinae, quamquam & impressorum & scriptorum plurimos adstipulatores haberet altera lectio, quae delebat particulam; sed ea sensum nimium facit acutiorem: nisi defuissent, qui tantum propellerent saxa in subeuntes, sua sponte eos oppressura fuisse, absque ullo alio labore aut conatu. Sic Tacit. H. III, 29, 2. FREINSH.

Capiebat] De loco eleganter. Sic infra l. VII. c. 8. in Scytharum oratione: *orbis te non caperet.* Justin. l. XX. extr. *Dionysium paullo ante Sicilia non capiebat.* CELLAR.

Ne occultus] Constat quidem sensus; sed non spernenda omnino codicis Leidensis lectio, clare exhibentis, *ne occultis* (sc. callibus) *hostis in subeuntes erumperet.*

Ma-

erumperet. sagittariorum quoque [1] manus [2] occupaverat jugum; intentos arcus ha-
14 bebant, [3] moniti, *non* [4] *iter ipsos inire*, *sed proelium.* Hoc modo agmen perve-
nit ad urbem Tarson, cui [5] tum maxime Persae [6] subjiciebant ignem; ne opulen-
15 tum oppidum hostis invaderet. At ille [7] Parmenione ad inhibendum incendium
cum expedita manu praemisso; postquam barbaros adventu suorum fugatos esse
[8] cognovit, urbem à se conservatam intrat.

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *manibus.* 2 Pal. *occupabat.* 3 Pal. 1. *rati.* 4 Mer. F. B. 1. *inter.* 5 ed. Col. quam Schragius vidit *tum cum max.* 6 Leid. & Voss. 1. *subiciebat* & sic semper. 7 Leid. Voss. 1. & 2. saepissime *Perm.* aut *Parmoenio.* 8 Alii *cognoverat.*

Manus occupaverat] Vide annon rectius sit, *manu*, ut ad Alexandrum referatur *τὸ occupaverat.* FREINSH.

Moniti non iter ipsos inire sed proelium] Ubi hic Modii & Acidalii cum suis MSS. Modius in sua editione scripsit, *moniti non inter ipsos inire, sed proelium.* quae verba cum expenderem occurit, mentem esse historici, fuisse ab Alexandro monitos, ne sagittarii & Thraces, inter se diffidentes, in mutua converterent viscera ferrum: sed cum insolens hoc & anceps, tortumque videretur, cogitavi scripturam esse mendosam, quam una extrita litera ex Aldina, & Argentino typographio emendavi, ut esset *iter*, non *inter.* Rem factam ilico habebam; ad hoc enim arcus intentos habebant; quasi recta in hostem ad pugnam tenderent. *moniti* ergo, *non iter ipsos, sed proelium inire*, essentque ad pugnam parati. RADERUS. Tacit. XIII. ann. c. 40, 2. *viae pariter & pugnae composuerat exercitum.* & Noster III, 8, 23. *Itineri simul paratus, & proelio.* CELLAR.

Tarson] Tarsus caput Ciliciae omnium fere literis monumentisque celebrata, sed hoc uno felicissima, quod Orbis doctorem nobis S. Paulum in lucem protulerit, vel potius educarit, Actor. XXI, 39. facta parens tanti alumni, de qua Solinus *Matrem urbium habet Tarson, quam Danaës proles nobilissima Perseus locavit.* Idem, *Sed alii Sardanapalum conditorem laudant.* Legendi Stephanus de urbibus, Dionys. Alexandrinus cum Eustathio, Alexander Polyhistor, praesertim Strabo lib. XIV. qui multa & praeclara de Tarso, & inde natis claris viris. Duae praeterea orationes Dionis Chrysostomi, dignae viri eruditi lectione. RADERUS. Josephus, I, 6. *Tharsensibus Tharsus*, Japheti nepos, *ut originem ita nomen dedit. Sic enim olim appellabatur Cilicia: cujus rei signum est Tarsus urbium ejus celeberrima, ceterarumque princeps, prima nominis litera in tau mutata.* Ammianus XIV, 25. *Ciliciam vero, quae Cydno amne exultat, Tarsus nobilitat, urbs perspicabilis* (Salmas. ad Solin. legit, *perspicua*; *nobilis*) *hanc condidisse Perseus memoratur, Jovis filius & Danaës; vel certe ex Aethiopia profectus Sandan quidam nomine, vir opulentus & nobilis.* Strabo lib. XVI. ubi de Antiochia Syriae: *tradunt Triptolemum ad inquirendam Io ab Argivis missum, cum illa apud Tyrum primo conspectui esset subtracta, per Ciliciam errasse: & Argivos quosdam, qui cum eo erant, facta discessione ibi Tarsum condidisse.* Willermus Tyrensis histor. III, 18. cum Iosephi & Solini opiniones de conditore Tarsi protulisset, subjungit: *Potest tamen utrumque verum esse, & quod Tarsis* (sic vocat Iosephi Tharsum) *primus eam fundaverit, & quod postmodum eam reparaverit, vel ampliaverit Perseus.* FREINSH.

Ne opulentum] Quis hic mendum suspicetur? nec nec ego quidem. At omisso & *ne*, quam in libro nescio quo notavi, qui idem exhibebat *invident*, facit suspicari, an non fuerit, *subjiciebant ignem, opulentum oppidum hosti* (vel *hostibus*) *invidentes.* Maneat tamen quod hactenus obtinuit. ACIDALIUS. Nostri libri nihil hic à vulgatis variant, nisi quod *subiciebant* legunt pro *subjiciebant*, ut fere semper in ejusmodi verbis solent. FREINSH.

Parmenione] Hic prima est mentio Parmenionis, primis tamen libris celebratum fuisse non sinunt dubitare bella Alexandri cum Graecis, Thracibus, Illyriis, Triballis & aliis gesta, ut sit ab aliis historicis. laudabitur frequenter infra. fuit proximus à rege dux & major ipso rege. nam hoc elogium est de illo infra VII, 2, 33. *Multa sine rege prospere, rex sine illo nihil magnae rei gesserat.* Sed de Parmenionis caede, laudibus, ejusque filio Philota suo loco dicemus. RADERUS.

CA-

Caput V.

Cum in Cydnum Alexander abluendi corporis gratia intempestive descendisset, gravissimo morbo corripitur Rex ipse.

Mediam [1] Cydnus amnis, de quo paullo ante dictum est, interfluit; [2] & tunc 1
aestas erat, cujus calor non aliam magis quam Ciliciae oram vapore solis accendit: & diei fervidissimum tempus [3] coeperat. [4] pulvere ac sudore simul perfu- 2
sum regem invitavit liquor fluminis, ut calidum adhuc corpus ablueret. Itaque veste deposita in conspectu agminis; decorum quoque futurum [5] ratus, si ostendisset suis levi [6] ac parabili cultu corporis se esse [7] contentum; descendit in flumen. vixque [8] ingressi subito horrore [9] artus rigere coeperunt: pallor deinde [10] suffusus 3
est,

Variantes Lectiones.

1 Voss. 2. *Cidnus.* 2 Voss. 2. omittit *&*. 3 Bong. Leid. & Voss. 1. *exceperat.* 4 Leid. Voss. 1. 2. *pulv. simul ac sud.* Bong. *& sud.* 5 D. *raptus* sed deleta litera *p.* 6 Voss. 2. *&*. 7 Leid. *contemptum.* 8 Leid. *ingresso.* 9 Pal. 1. Ald. *arctus.* 10 Mer. *fusus.*

Mediam Cydnus] Omnes scriptores & Geographi testantur, Cydno mediam dividi Tarson. Rhemmius Palaemon.

Flexilis & Cydnus, dirimit qui flumine Tarson.

Et Dionysius, interprete Avieno:

Cydnus idem mediae discernit moenia Tarsi.

Cydnum supra descripsimus, ejusque egelidos liquores, hoc est, frigidissimos esse monuimus. undam tamen affectis & podagricis salutarem, infestam Alexandro κατὰ συμβεβηκὸς, ut philosophi loquuntur, quod madens, & toto corpore incensus, in gelidissimum amnem insiliret. RADERUS. De Cydno mediam Tarson interfluente vide citatos supra III, 4, 8. quibus adde Justinum XI, 8, 3. & Willermum Tyrensem III, 18. *Hanc urbem intersecat Cydnus amnis.* Alexandri morbum describunt praeter Plutarch. in Alex. 29. Justin. XI, 8. Orosius III, 16. & Valer. Maxim. III, 8. f. Arrian. II, 1, 24. scribit Aristobulum tradere, Alexandrum *prae nimio labore in morbum incidisse.* Diodorus morbi mentionem facit, non caussae. Lucianus pr. de domo cum pluribus consentit: *Alexander quidem expetivit in Cydno lavari, cum & pulchrum & limpidum conspexisset hunc fluvium, & tuto profundum, & leniter concitatum, & natatu jucundum, & aestivo tempore frigidum: adeo ut etiamsi manifestus ipsi fuisset morbus, quo hinc laboravit, videatur mihi non fuisse ab hoc lavacro sibi temperaturus.* De Cydni frigore, & quomodo Alexandro nocuerit, adi medice disputantem Mercurialem Var. Lect. IV, 2. FREINSH.

Cujus calor] Mirum & notabile locutionis genus: *calor aestatis accendit Ciliciam vapore solis*; pro *calor solis accendit Ciliciam aestate.* habet aliquid pleonasmi, quod inservit demonstrandae magnitudini caloris ejus temporis. SCHEFF.

Non aliam magis quam Ciliciae oram] Quia sub Tauro sita est. quae enim ad meridiem huic monti subjiciuntur per totam Asiam, radiis objectu altissimi montis repercussis, congeminant ardorem: quemadmodum frigore horrent, quae à septentrione illum respiciunt. Solin. c. 11. de Tauro: *quantus meridiem videt, sole inaestuat: quicquid septentrioni oppositum est, vento tunditur & pruina.* CELLAR.

Fervidissimum tempus] Malim abesse illud *tempus.* MODIUS. *Diei fervidissimum tempus* (quae vox non placet Modio: Aldus tamen, & Florentinus, & reliqui etiam vetustissimi codices omnes eam servant) *exceperat.* nam ita Modianus liber, reliqui omnes *tempus coeperat.* ex ingenio Curtii est, *fervidissimum exceperat.* RADERUS. Palatinus primus habet *tempus coeperat.* reliqui MSS. *tempus exceperat.* ego illam lectionem meliorem arbitror. Simile est in Dione lib. XL. ubi de Crassi pugna cum Parthis: *quippe media aestate, atque in meridie id fiebat.* Confer & Livium XLIV, 36, 1. De Cilicia vide Reinecc. tom. II. pag. 71. FREINSH.

Regem invitavit liquor] Id est commovit, incitavit. Sic Noster etiam l. VIII. c. 2, 14. *Ubertas terrae advenas invitat.* Florus l. III. c. 5, 4. *occasio invitabat.* Plinius l. VIII. epist. 2. *invitabat precium.* CELLAR.

Adhuc] Forte *à via.* HEINSIUS.

Levi & parabili cultu] Non ut Darius gemmis & auro onustus. RADERUS. *Levi ac parabili cultu corporis*, Raderus haec accepit de vestitu. quod ego secus puto. nec enim, si talis fuisset cultus, ad eum ostendendum opus esset *veste deposita. cultus corporis* hic intelligitur, quod alias *cura*, & *curare corpus* dicitur. FREINSH.

Descendit in flumen] Negant tamen natare scivisse, memoraturque apophthegma ejus, quo, cum flumine opposito prohiberetur hostem aggredi, exclamaverit, *ô me pessimum, qui natare non didicerim!* FREINSH.

Pallor deinde suffusus est] Lege *pallore deinde suffusum os est.* Ovid.

4 est, & totum propemodum corpus vitalis calor [1] reliquit. Exspiranti similem mi-
nistri manu excipiunt, nec satis compotem mentis in tabernaculum deferunt. In-
5 gens sollicitudo, & pene jam luctus, in castris erat. Flentes [2] querebantur, *in tan-
to impetu cursuque rerum, omnis aetatis ac memoriae clarissimum regem, non in acie
saltem, non ab hoste [3] dejectum; sed abluentem aqua corpus, ereptum esse & exstinctum.
6 Instare Darium, victorem antequam vidisset hostem. sibi easdem terras, quas [4] victo-
res peragrassent, repetendas. omnia aut ipsos, aut hostes populatos. per vastas solitu-
7 dines, etiamsi nemo insequi velit, euntes, fame atque inopia debellari posse. Quem
signum daturum fugientibus? quem ausurum Alexandro [5] succedere? Jam ut ad Helle-
8 spontum fuga penetrarent; classem, qua transeant, quem praeparaturum?* [6] Rursus in
ipsum regem misericordia versa; *illum florem juventae, illam vim animi, eumdem
9 regem & commilitonem, divelli à se & [7] abrumpi*, immemores sui querebantur. In-
ter

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *liquit.* 2 Leid. *quaerebantur.* 3 Mer. *victum* B. r. *deictum.* 4 Bong. Leid. Voss. 1. *victoria.* 5 P. omittit *succedere.* 6 D. *Russus* correcto à manu secunda *rursus* Voss. 2. *rursum.* 7 Alii *abripi* Ald. *arripi.*

——— ——— *oraque buxo*
Pallidiora gerens.

Idem:

Osque madens fletu pallidiorque meo.

&:

Pulcra verecundo suffundens ora rubore.

HEINSIUS.

Pene jam] Forte *pene par luctus.* HEINSIUS. Stat vulgata lectio, si *luctus* pro testatione doloris super demortuo sumitur. Justin. l. IX. c. 3. *spolia devota pene luctuosa fuere*, rege Philippo sc. ex vulnere de vita periclitante.

In ipso impetu] Vere M. Tullius de Orat. lib. III. c. 2. *O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, & inanes nostras contentiones, quae in medio saepe spacio franguntur & corruunt, & ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt.* RADERUS.

Non in acie saltem] Quae mors viro & rege digna prae illa *obscura & ignobili*, ut vocatur mox III, 5, 10. Potuisset exclamare Alexander quod Hippomedon apud Statium IX, 506.

- - - fluvione (pudet!) Mars inclyte merges
Hanc animam? segnesque lacus & stagna subibo
Ceu pecoris custos; subiti torrentis iniquis
Interceptus aquis? adeone occumbere ferro
Non merui?

Pertinet huc & querela Aeneae, quem ita loquentem inducit Virg. Aen. I, 98.

- - - ô terque quaterque beati,
Queis ante ora patrum, Trojae sub moenibus altis,
Contigit oppetere!

Senserunt idem Numantini à Scipione circumsessi, *orantes proelium, ut tanquam viros occideret.* Florus II, 18, 13. qui auctor III, 20, 14. proelio inventam *mortem dignam viris*, & IV, 1, 13. *pulcerrimam* appellat. Igitur Imp. Alexander apud Lamprid. cap. 62. *laetatus est, quod sibi mortem bellicam & imperatoriam crederet imminere.* Adde infra III, 8, 21. & VII, 10, 6. FREINSH.

Victoria] Venustius hoc, quam vulgatum *victores.* MODIUS. Bongarsianus habet *victoria*, quod valde placet. Puto autem excidisse voculam, scribendumque esse, *quas victoria peragrassent fuga repetendas.* Certe illud *repetendas* frigidius sic multo ponitur, neque habet, quod respondeat necessaria hic oppositione praecedenti *victoria.* Sed sequitur mox, *quem signum daturum fugientibus*, quod praesupponit, de fugientibus ante esse actum. Non autem repetentes omnes priora loca etiam fugientes. Et denique hoc modo solent optimi scriptores loqui. SCHEFF.

Quem ausurum Alexandro succedere] *Major enim moles erat, quam ut unus subire eam posset*, infra X, 6, 37. quo loco vide. FREINSH.

Classem] Quam victis ad Granicum Persis remisit in Graeciam, ficta caussa, quod res magnorum esset sumptuum, revera ut suis omnem ex acie & proelio fugiendi spem adimeret, quod alii tradunt scriptores: (alias caussas assignat Arrianus I, 6, 31.) Addit Diodorus XVII, 23. hoc Alexandri consilium etiam posteros esse secutos, & singillatim Agathoclem Syracusarum regem, magnam & insperatam victoriam esse consecutum. RADERUS. Alexander autem ipse secutus videtur exemplum Corcyraeorum apud Thucydidem III, 13, 22. Alia vide in notis amantissimi Soceri mei ad Justinum XXII, 6, 4. quibus similia adnotat Virdungus in Agricol. Taciti XXXV, 5. cui adde exemplum Caesaris apud Florum IV, 2, 82. & Ischolai apud Polyaen. lib. II. Adde Frontin. Strategem. I, 11, 21. Fulgos. III, 7, 24. Herod. V, 118. Ammian. XXIII, 11. de Juliano, qui pontem quo adversus Persas transierat, sustulit. FREINSH.

Commilitonem] Sic ipse se vocat infra IX, 2, 28. & revera erat: quare ipse mox IV, 14, 6. *nec postulare se, ut fortiter capesserent proelium, ni ipse ceteris fortitudinis fuisset exemplum.* FREINSH.

Abrum-

ter haec liberius meare [1] spiritus coeperat: [2] adlevabat rex oculos, & paullatim redeunte animo circumstantes amicos agnoverat. [3] laxataque vis morbi [4] ob hoc solum videbatur, quia magnitudinem mali sentiebat. [5] Animum autem aegritudo [6] corporis urguebat; quippe *Darium quinto die in* [7] *Ciliciam fore* nuntiabatur. *vinctum*

VARIANTES LECTIONES.

1 B. 1. *spem.* 2 Voss. 2. *allevabatque.* 3 Mer. *laxaque* Leid. *lataque.* 4 D. Pal. 1. Leid. Voss. 1. *ad hoc.* 5 Bong. Leid. *animi.* 6 Cl. P. F. B. 1. 2. Leid. *corpus.* 7 Bong. Leid. Voss. 1. 2. Amst. *Cilicia.*

Abrumpi] Ita scripsi potius, quam ut alii *abripi*, quia mox etiam dicet Curtius: *At Graeci, qui in Darii partibus steterant Amynta duce*, (*praetor hic Alexandri fuerat nunc transfuga*) *abrupti à ceteris* &c. MODIUS. Haec scriptura prae ceteris placet. *abrumpi*, inquam, non *arripi* vel *abripi*. RADERUS. Raderus (imo & ante ipsum Modius) *abrumpi*, quod non spernem, si auctoritate alicujus libri nitatur. FREINSH. Reposuimus ergo auctori nostro suum locum, quem Codd. MSS. Leid. & Voss. 1. 2. clare exhibent.

Hoc solum videbatur.] Impressi omnes *ad hoc*, verum parum bene. MODIUS. *Ob hoc solum*, alii, *ad hoc solum:* Modius utramque illam particulam eliminans, *hoc solum*, sicut & infra IV, 1, 30. *hoc ipsum concurrunt*, de quo Acidalius his verbis: Bene utrobique, nec ego patronus isti vulgato *ad hoc*, vel *ob hoc ipsum.* Sed si semel atque iterum formulam illam recipimus, erit eadem recipienda pluribus etiam & geminis omnibus locis. Ut IV, 10, 22. IV, 14, 3. IV, 16, 23. VII, 2, 2. ubi *ob id ipsum.* Neque tamen temere quisquam ubique delendum *ob* censuerit, quod nec ipse, minime quidem alias timidus, fuit ausus. In Propertio quidem IV, 4, 18. reperies eadem facie, *Hoc unum*:

Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci,
Hoc unum jusso non moritura die.

Apud Plautum vero, Terentium, aliosque infinita talia per omissionem *&* *propter*, aut similium particularum. ACIDALIUS. Utroque modo *ad hoc solum*, & *ob hoc solum* loquuntur auctores, omittunt saepe alii praepositionem, quod Acidalius exemplis confirmat. sed errat Acid. cum interpretatur *hoc solum* propter, ob, ad. ego ex hoc solum velut signo, non caussa, *hoc* est ultimus non quartus casus, *solum* adverbium. RADERUS. Ex his haud possim colligere, Acidalium mentem Curtii aliter interpretari, quam Raderus eam capit; nempe ex hoc solo visum esse Alexandrum commodius se habere, quod vim morbi sentiret. nec opus est, ut sexto casu capias pronomen *hoc*, nisi particulam *ob* expungas: & si id facias, certe quarto potius casu accipiendum erit, ut in aliis ab Acidalio allatis exemplis. Ipsum autem sensum hujus dicti explicare est ex verbis Senecae epist. 6, 1. *Hoc ipsum argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua quae adhuc ignorabat, videt. Quibusdam aegris gratulatio fit, cum se ipsi aegros esse senserunt.* FREINSH. *Ob hoc solum.* MS. Palat. & alii *ad hoc*, quod praefero. solent enim tali modo optimi scriptores. Est autem *ad hoc tantum* idem ac *huc usque tantum*, *hactenus tantum.* SCHEFF.

Animi autem aegritudo corpus] Itane vero oscitanter bonos scriptores tractare, qui se illorum vindices profitentur, & quasi de industria bene dicta, velut correctionis indiga interpolent! sine ulla aut menda, aut mendae suspicione, haec ita, ut edita sunt, in membranis legebantur. quid retulit? anne minus pro iis nobis supposuerunt, *animum autem aegritudo corporis augebat.* MODIUS. Alia omnia quae vidi exemplaria vetera, invertunt verba & sententiam hoc modo: *animum autem aegritudo corporis urgebat*, quam scripturam rejicit Modius ex membranis, perinde quasi membranae ex Cortina Delphica prodiissent. Non damno quidem Modii Codd. sed videndum an rectius forte vulgaris scriptura, *animum aegritudo corporis urgebat*, nam hactenus tantum de corpore male affecto docuit. jam transit ad curas animi, atque morbum corporis redundasse ad animum, & ex corporis habitu animum quoque afflictum. ita ergo animum urgebat corporis aegritudo, sed vicissim curae interiores mentis premebant corpus, morbumque augebant, nec sinebant vires ad illud suas adspirare, ingenti sollicitudine repressas. sive ergo legas *animum aegritudo corporis urgebat*, sive *animi aegritudo corpus urgebat.* recte intelligi locus potest, magis tamen *animi aegritudo* arridet. RADERUS. *Animum autem aegritudo corporis*, alii, *animi autem aegritudo corpus*, inter utramque lectionem non multum referre primo aspectu cum Radero putes; sed si sollertius expendas, melior est, quam retinuimus. nam, quae Alexandri erat conditio, corpus ejus animum affecit, non vicissim: hic enim nullam ante molestiam senserat, quam corpus affligeretur; accepit ergo aegritudinem, non dedit. Quomodo apud Livium 1, 31, 7. Hostilio regi longinquo morbo implicito *fracti simul cum corpore sunt spiritus illi feroces.* Alias enim tam animi moestitia corpus, quam hujus incommodis animum affici posse in confesso est. eoque lusit Nero in Paetum, referente Tacito XV, 25, 6. *ignoscere se statim, ne tam promptus in pavorem longiore sollicitudine aegresceret.* FREINSH.

In Ciliciam fore] Eleganter quarto casu *in Ciliciam.* Nam etiam Cicero, *esse in potestatem praedonum* pro lege Manilia cap. 12, dixit. & Plaut. Amphitr. act. 1. sc. 1. vs. 25. *fuit in mentem.* utrumque defendente Gellio l. 1. c. 7. CELLAR.

 vide

ctum ergo se tradi, & tantam victoriam eripi sibi [1] *è manibus; obscuraque & ignobili*
11 *morte in tabernaculo suo extingui se* querebatur. Admissisque amicis [2] pariter & medicis, *in quo me*, inquit, *articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis. Strepitum* [3] *hostilium armorum exaudire mihi videor, & qui ultro intuli bellum, jam*
12 *provocor. Darius ergo quum tam superbas literas scriberet, fortunam meam in con-*
13 *silio habuit: sed* [4] *nequidquam, si mihi arbitrio meo curari licet. Lenta remedia & segnes medicos non* [5] *expetunt tempora mea. vel mori strenue, quam tarde convalescere mihi melius est. Proinde, si quid* [6] *opis, si quid artis in medicis est; sciant, me non*
14 *tam mortis, quam belli remedium* [7] *quaerere.* Ingentem omnibus incusserat curam tam praeceps temeritas [8] ejus. ergo pro se quisque precari coepere; *ne festinatione*
15 *periculum augeret, sed esset in potestate medentium. inexperta remedia* [9] *haud injuria* [10] *ipsis esse suspecta, quum ad perniciem ejus etiam à latere ipsius pecunia sollicitaret ho-*
16 *stis* (quippe Darius *mille talenta interfectori Alexandri daturum se* pronuntiari jusserat)

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Leid. Voss. 1. *ex manibus.* 2 Pal. 1. *pariterque* Leid. & Voss. 1. *pariter ac.* 3 Pal. 1. *hostium.* 4 Pal. *ne quicquam* Leid. & Voss. 1. *nequiquam.* 5 Bong. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. Amst. *expectant.* 6 D. omittit *Opis*, suppletur tamen à manu secunda. 7 Voss. 1. *querere.* 8 sic Pal. 1. Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. omittunt *ejus.* 9 B. 1. *aut.* 10 F. *illis.*

vide indicem voce *in.* Adde notata à Cl. P. Burmanno ad Phaedrum. l. 1. fab. 5.

In quo me, inquit] Amo Curtii Orationes. superant meo animo omnes omnium auctorum, sive spectes verum, sive acumen. RADERUS. quantum hoc differt à judicio Cl. Clerici c. 8.! cui reposuit Cl. Perizon. Curt. Vind. p. 91. & s.

Tam superbas literas] Puto intelligi quas ad satrapas suos scripserat, jubens, ut *insanientem istum Philippi adolescentulum* (sic enim eum per contemptum vocabat) *verberibus puerilibus graviter caesum, indutumque post veste purpurea, sibi vinctum traderent, navibusque una cum nautis submersis, omnes ejus milites ad ulteriora maris rubri transportarent.* Bizar. Histor. Pers. lib. 11. & Chr. Bruno in supplemento ad Curtium lib. 11. Quo tempore Darius se *consanguineum Deorum* vocabat. Sidonius carm. 9, 54. *Cognatosque sibi Deos crepantem.* Adde Otton. Frising. 11, 25. FREINSH.

Darius &c. fortunam meam in consilio habuit] Acris vel in indignatione, vel miseratione sententia. quam tamen an non animabis magis, si nota erigas interrogationis? Videtur. Eadem locutione post etiam lib. v. c. 5, 12. usus: *ita suam quisque fortunam in consilio habet, cum de aliena deliberat.* ACIDALIUS. Videbatur etiam quasi interrogationis nota addita in cod. MS. Leidensi.

Fortunam in consilio habuit] Praesagiit hunc casum meum, hanc infelicitatem, quasi cum fortuna mea, scripturus superbe, consultasset. CELLAR. vide indicem in v. *consilium.*

Expectant] *Expetunt* vulgo, sed illud magis placere debet. MODIUS. Melius haud dubie quam *expetunt*, quomodo plures scripserunt. RADERUS. *Expetunt* retinuit Freinshemius, cum utrumque verbum hoc loco suam vim servet, intendatque, ut ex indice patebit, ex qua forte etiam in *exspectant* inclines, ut fecit TELLIER.

Quisque coepere] Hujusmodi forma usus est Virg. VI. Aen.

Quisque suos patimur manes.

Liv. l. 1. *Pro se quisque scelus regium ac vim queruntur.* Idem l. 11. c. 2. *Missi confestim honoratissimus quisque.* Sic Plautus saepe, Terentius, & alii principes elegantiae locuti. RADERUS.

Non tam mortis, quam belli remedium] Locus obscurus. *Mortis remedium* est remedium contra mortem. At non sic *belli remedium*, ut, sicut per remedium mortis declinamus mortem, sic per belli remedium declinemus bellum. Sed belli remedium videtur id, quo possit bello iri obviam; positumque specialiter pro proelio, quod tum imminebat à Dario, contra quod unicum erat remedium praesentia Alexandri. SCHEFF.

Pecunia] Ambigue, an ultimus vel primus casus sit; & *hostis*, rectus an obliquus. sed idem est intellectus, sive hostis, Darius, pecuniâ sollicitet animum Alexandri, sive, pecunia hostis, Darii. RADERUS.

Arbitrabatur] Rectius alii, *arbitrabantur*, nisi quod utrumque glossam sapit. vide supra ad 111, 4, 11. ubi verbum *confitebatur.* ego si quisquam librorum adstipularetur, & illud, & hoc eliminassem. FREINSH. Pleraeque aliae, *arbitrabantur*, quod videtur rectius, quoniam praecedit *coepere* itidem in plurali. SCHEFF. *Arbitrabantur*, Ita Erai-

rat) *itaque ne ausurum quidem quemquam* [1] arbitrabatur *experiri remedium*, *quod propter novitatem* [2] *posset esse suspectum.*

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Mer. Baf. Lugd. Frob. Voff. 1. Col. Amft. *arbitrabantur.* 2 B. 1. *poffit.*

Erafmus, Bruno, Tellierius, Pitifcus: alii *arbitrabatur.* nifi utrumque gloffema eft, quod etiam Freinshemio vifum fuit. nam expuncto verbo fluit oratio rotundius. CELLAR.

CAPUT VI.

Rex à fido fapientique medico Philippo, cui à toto exercitu ingentes gratiae habentur, priftinae valetudini mox reftituitur.

Erat inter [1] nobiles [2] medicos [3] è Macedonia regem fequutus Philippus, natione 1
[4] Acarnan, fidus admodum regi: puero comes & cuftos falutis datus, non ut
regem modo, fed etiam ut alumnum, eximia [5] caritate diligebat. Is *non* [6] *praeceps* 2
fe, *fed ftrenuum remedium adferre*; [7] *tantamque vim* [8] *morbi potione* [9] *medicata levatu-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *nobilis.* 2 Bong. *medicus* Pal. 1. omittit. 3 Leid. *ex.* 4 Bong. Leid. *Arcanan* Mer. *Arcananus* Pal. 1. *Archananus* Voff. 2. *Acharnan.* 5 P. *Karitate.* 6 Leid. *praecepiffe.* 7 Pal. 1. *tantam* Voff. 2. *tamquam.* 8 Voff. 2. *morbo.* 9 Mer. *meditata.*

Inter nobiles medicos] An ergo ignobiles medici etiam adfuere Alexandro? non puto. Pal. 1. omittit vocem *medicos.* Bong. legit *medicus*, quod, fi liceret, admitterem. nam ita videtur Philippus natalium fplendore inter nobiles fuiffe, quippe Alexandro puero *comes additus.* fed & artis ratione medicus, & *cuftos falutis.* cui adfentitur Arrian. l. II, 4. τάτε ἀμφὶ ἰατρικὴν ἐς τὰ μάλιστα πιστευόμενον, καὶ τὰ ἄλλα οὐκ ἀδόκιμον ἐν τῷ στρατῷ ὄντα. Et fic nobiles abfolute poni apud Latinos fatis conftat. Sic l. VII. c. 3. *ducenti nobiles.* apud Ovid. faepe *nobiles* opponuntur *de plebe.* & Nobilitas pro ipfo ordine apud eumdem Faftor. l. II. vf. 226.

Simplex nobilitas perfida bella cave.

Suet. Cal. 23. fic apud Juftin. l. IX. c. 6. *Paufanias nobilis ex Macedonia adolefcens.* ubi vox *adolefcens* in MSS. amandatur. Plura exempla defideranti ex noftro fuppeditabit index. Adde quod hi nobiles paffim dicantur *regis amici* apud noftrum, & apud Nepotem; & fic refpicitur idem hic Philippus l. IV. c. 11. *amicos ad perniciem meam follicitat.* apud Val. Max. idem dicitur *regis amicus & comes* l. III, 8. extr.

Sequutus] Albertus Sebifius malebat, *fequutos:* cum in nonnullis praecedat *medicos:* fed cum idem fit fenfus, vocem confenfu omnium receptam tenui. FREINSH.

Philippus natione Acarnan, fidus admodum regi; puero comes & cuftos falutis datus, non ut regem modo, fed etiam ut alumnum eximia caritate diligebat] Pendet oratio, nifi vel diftinctione alia nectas, vel particellae unius infertione. Diftinctio nufquam commoda: ifta fuerit fic fatis: *Philippus, natione Acarnan. fidus admodum regi puero comes, & cuftos falutis datus, non ut regem modo, fed etiam.* Infertio & *qui* magis placuerit: *natione Acarnan, fidus admodum: qui regi puero comes, & cuftos falutis datus non ut regem* &c. ACIDALIUS. Oratio male cohaerens, defideratur vox quomodocunque diftinguas: *erat*, inquit, *inter nobiles medicos ex Macedonia regem fecutus Philippus natione Acarnan, fidus admodum regi puero comes, & cuftos falutis datus: non ut regem modo &c.* haec ut vides cum exordio periodi, *Erat inter &c.* non conveniunt. liber *Bafilienf.* poft illa, *falutis datus*, inferit, *quem.* fed malim cum Acidalio, *qui.* poffis &, *Alexandrum* addere vel audire, ut fit plena oratio; *Cuftos falutis datus, qui Alexandrum non ut regem modo* &c. RADERUS.

Fidus admodum regi:] Sic diftinxi: nec enim cum Acidalio & Radero putem opus effe copula inferta. certe non magis ea opus eft hic, quam fupra III, 1, 16. *Jovis templum intrat. Vehiculum &c.* & III, 4, 7. *planiciem ejus crebris diftinguentibus rivis. Pyramus & Cydnus incliti amnes fluunt.* Talia multa afyndeta in Curtio. fic infra III, 7, 3. *Aefculapio &c.* ideoque alteram Acidalii opinionem amplexus fum, diftinctione fenfum ordinari poffe, nifi quod alio, quam ille, loco diftinguendum vidi. Confer Tiraquelli tom. 1. pag. 209. pr. 2. & 227. pr. 2. FREINSH.

Cuftos falutis] Non qui armis illum defenderet, fed qui fanitatis ejus curam ageret, & verbis Taciti VI, 50, 3. *valetudines* ejus *regeret.* Quales antiquitus, hodieque magnates alere confueverunt. FREINSH.

Tantamque] Malim, *totamque.* IDEM.

turum esse promisit. Nulli promissum ejus placebat, [1] praeter ipsum, cujus peri-
3 culo pollicebatur. Omnia quippe facilius, quam moram, perpeti poterat: arma
& acies in oculis erant; & victoriam in eo positam esse arbitrabatur, si tantum
ante signa stare potuisset: id ipsum, *quod post diem tertium medicamentum* [2] *sumptu-*
4 *rus esset* (ita enim medicus praedixerat) aegre ferens. Inter haec à [3] Parmenione,
[4] fidissimo purpuratorum, [5] literas [6] accipit, quibus ei denuntiabat, *ne salutem*
suam Philippo committeret. mille talentis à Dario, & spe nuptiarum sororis ejus esse
5 *corruptum.* Ingentem animo sollicitudinem literae incusserant; & quidquid in u-
tramque partem aut metus, aut spes subjecerat, secreta [7] aestimatione pensabat.
6 [8] *Bibere perseverem? ut, si venenum datum fuerit, ne immerito quidem, quidquid* [9] *ac-*
ciderit, evenisse videatur? [10] *Damnem medici fidem? in tabernaculo* [11] *ergo me opprimi*
7 [12] *patiar? At satius est alieno me mori scelere, quam metu* [13] *meo.* Diu animo in di-
ver-

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *praeterquam ipsi.* 2 Pal. 1. *suscepturus.* 3 Leid. & Voss. 1. 2. *Perm.* passim. 4 Mer. *ditissimo.* 5 Leid. *literis.* 6 Bas. *accepit.* 7 Pal. 1. *existimatione* Voss. 2. *extimatione.* 8 Voss. 2. *bibere ad ultimum.* 9 B. 1. *accidere* Leid. *acciderat.* 10 Mer. Ald. F. Bas. Pal. 1. *damnemne.* 11 Col. omittit *ergo.* 12 Voss. 2. Mer. Ald. Bas. Col. *patiar? Non. Atqui sat.* Frob. *patiar? Atqui sat.* Bong. omittit *at.* 13 Leid. Voss. 1. *nostro* F. *vestro.*

Pollicebatur] Παθητικῶς, promittebatur. Varro ἐνεργητικὸν usurpavit; seu ut emendant alii Anthrepopoli:

--- *Ne dares, ne polliceres, quod datum est.*

Nonius magnam vim verborum priscorum collegit, quae dudum exoleverunt, cap. de contrariis generibus verborum, ut *aucupavi*, *vagas*, *refragabunt*, & hoc genus plurima. Dicas fortasse hic audiendum nomen Philippi; *pollicebatur Philippus.* sed praecessit *promissum, quod nemini placebat praeter ipsum cui pollicebatur.* Metellus Numidicus in oratione, qua apud populum C. Manlio tribuno plebis respondit: *nam ut aliis plerumque obvenienti magistratu ob metum statuae polliceantur.* Passive, inquit Priscianus, ἐπαγγέλωνται. quo loco longum contexit Syllabum deponentium, quae priscis ἀντὶ κοινῶς usurpabantur. RADERUS.

A Parmenione] Seneca de ira 2, 23. epistolam eam ab Olympiade matre fuisse scriptam prodit, quo loco Lipsius. Plerique omnes *Parmenionis* epistolam, non *matris* produnt: Arrianus II, I, 26. Plutarchus in Alex. cap. 30. Valerius III, 8. f. Justinus XI, 8, 5. Diodorus in hac re silet: at sub idem tempus accusatum à matre Alexandrum Lyncestis facit. FREINSH.

Purpuratorum] à Persis ad Graecos translata notio, potentem, ministrum, & magnis rebus praefectum significans. adde supra ad cap. 2. adnotata. CELLAR.

Literas accipit] Ex Cappadocia, ubi relictus erat Parmenio. Justin. l. XI. c. 8, 5. quod vero Senec. de Ira 2, 23. matris, non Parmenionis epistolam vocat, contra Arriani, Plutarchi, Valerii, & Nostri fidem, videtur Alexandri Lyncestae crimen, ab Olympiade per litteras proditum, (de quo in conjectatoriis l. II. n. 8. praediximus) cum hac corrupti medici confundere. CELLAR.

Sororis] Plutarchus filiae θυγατρὸς scripsit. Sufficiebat medico & proditori empto soror. RADERUS.

In utramque partem] Eleganter infra VI, 6, 27. similem sensum expressit: *Versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud (ut solet, ubi prima quaeque damnamus) subjiciente animo.* Virg. Aen. IV. vs. 285.

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat.

FREINSH.

Secreta aestimatione] Palatinus habet *existimatione*, quod fortasse non fuit repudiandum; cum praesertim apud alios non paucos in antiquis MSS. occurrat, ubi hodie in editis vox *aestimationis* invenitur. Vide, quae notavi ad Pacatum edit. secund. itemque Hygin. Adde infra l. IV. c. 4, 16. SCHEFF.

Damnem medici fidem? in tabernaculo] Apponam totum locum, ut erat in editis. non tantum ut emendationis ejus rationem doctis probem, in quo mihi non magnopere laborandum intelligo; verum ut iis, qui operam nostram parvi pretii ducunt, ex unius hujus restitutione ostendam, quid de reliquis sperare debeant. Igitur sic editi; *damnemne medici fidem? in tabernaculo me opprimi patiar? Non atqui &c.* in quibus haud lusciтiosus, sed caecus profecto sit oportet, qui non videt, quantum illud *non* elegantiae hujusce periodi obstat. geminus fere locus est lib. VI. Ibi, *num igitur facturum eum divinare potui? minime.* Nam & hinc quoque illud *minime*, si me audis, longe exterminabis. Dubitas? at dabo pignus in meum talentum Atticum, in tuum nummum, nunquam aliter atque ajo scripsisse Curtium. MODIUS.

At satius] Vide infra ad l. V. c. 11, 11. decernit in alteram partem, ut apud Virg.

Haec

versa versato, nulli, quid scriptum esset, [1] enuntiat: epistolamque, [2] sigillo anu-
li sui impressam, pulvino, cui [3] incumbebat, subjecit. Inter has cogitationes 8
biduo absumpto, inluxit à medico destinatus dies. [4] & ille cum poculo, in quo
medicamentum diluerat, intravit. Quo viso Alexander levato corpore [5] in cubi- 9
tum, epistolam, à Parmenione missam, sinistra manu tenens, [6] accipit poculum,
& [7] haurit [8] interritus; tum *epistolam* [9] Philippum *legere* jubet: nec à vultu legen-
tis [10] movit oculos, ratus, aliquas conscientiae notas in ipso ore [11] posse deprehen-
dere. Ille, epistola perlecta, plus indignationis quam pavoris ostendit: projectis- 10
que

Variantes Lectiones.

1 Mer. *renunciat* 2 P. *an. sig.* Leid. & Voss. 1. *s. a. s. inpresso.* 3 Alii *incubabat.* 4 Pal. 1. omittit *& ille.* 5 Bong. Mer. Pal. 1. Leid. & Voss. 1. 2. *in cubile.* 6 Mer. Ald. Frob. Bas. Col. *accepit.* 7 Mer. Frob. F. B. 1. 2. Bas. Col. *hausit.* 8 Voss. 2. *interius.* 9 Voss. 1. 2. *legere Phil.* 10 Pal. 1. *avertit.* 11 Voss. 2. omittit *posse.*

Haec alternanti potior sententia visa. RADERUS.

Metu meo] Alii & MSS. *nostro*, forte; *incerto.* HEINSIUS.

Sigillo anuli sui impresso] Simile habes paulo post, ubi ait, *lectamque eam ignoti anuli signo impresso Siseni dari jusserat* (in fine hujus capitis, & lib. VII. c. 2, 16.) sic enim ibi quoque legendum, vulgati tamen codices, *Epistolamque anuli sui sigillo impressam* legere pertendunt, & pertendant sane. MODIUS. Non est, ut putant, haec vox barbari in hoc Curtii intellectu, quum pro signo, quo litterae clauduntur, adhibetur. Horat.

Odisti claves & grata sigilla pudico.

Sigillo, as. Verbum usurpatum non est, nisi quod Varro dixerit *sigillare oculos*, quod est claudere. Sigilla pro parvis statuis, omnibus bonis usitatum, nec opus exemplis. RADERUS. *Sigillo anuli sui*, MS. Pithaei: *anulo sigilli sui*, sed iterum infra III, 7, 14. vulgata lectio firmatur, *ignoti anuli sigillo impresso.* FREINSH.

Pulvino, cui incumbebat, subjecit] Sic apud Sallust. Jug. 71, 3. Nabdalsa dormiente, Numida quidam *epistolam, super caput in pulvino temere positam sumit.* FREINSH.

In cubitum] Coloniensis & Meus scripti, *in cubili.* verum quicquid dicant, rectum est quod expressi. MODIUS. *In cubitum*, Quidam MSS. *in cubile*, quod mireris. nam altera lectio veritati propior est, & aliorum exemplis firmatur. Petronius Satyrico: *Erectus igitur in cubitum, hac fere oratione contumacem vexavi.* ubi Bourdelotius: FREINSH.

Tum epistolam] Valerius Maximus III, 8. f. discedit à narratione aliorum, & ab Alexandro, hausto demum poculo, ait Philippo Parmenionis literas porrectas. *Quas cum* (Alexander) *legisset, sine ulla cunctatione medicamentum hausit, ac tunc legendas Philippo tradidit.* Arrianus II, 1, 26. contra legendas ait tradidisse Philippo, & ipsum interea dum alter legeret, hausisse. Plutarchus in Alex. c. 30. cum Arriano facit, simul & lectam Philippo epistolam, & haustum ab Alexandro poculum. Curtius cum Valerio videtur docere, sumpto demum pharmaco datas Philippo literas legendas, quamvis subobscure, cum dicit: *haurit interritus: tum &c.* hausto nempe medicamento. contra tamen est quod sequitur (mox videbimus) *nunc sacro & venerabili ore trahitur:* nisi legas, ut quaedam habent exemplaria, *accepit & hausit, tum epistolam.* RADERUS.

Movit] Mallem *movet*, quoniam praecedit *jubet*, item *haurit*, & *accipit* simili tempore. SCHEFF.

Conscientiae notas] Ovidius

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu.

Juvenalis 1, 167.

- - - rubet auditor, cui frigida mens est,
Criminibus, tacita sudant praecordia culpa.

Et Terent. Adelph. 4, 5, 9. *Erubuit: salva res est.* Pallor in plerisque sequitur majorum scelerum consciis. Horatius Epist. 1, 1.

- - - - hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. RADERUS.

Hinc eximie, ut solet, Barclajus lib. 1. *vultu aliquid ingens vel auso, vel timente.* Nam, ut elegantissime Cicero de Orat. III, cap. 59. *imago animi vultus est, indices oculi.* Iterum de Orat. II. c. 35. *Vultus sensus animi plerumque indicant.* Sic apud Tacitum 1, 12, 4. *vultu offensionem conjectaverat.* Sic apud Lipsium in monitis politicis cap. 9. ex. 4. *introducitur & mulier. Hanc nostin, ait Princeps. colorem homo mutat.* Pulchre Boëthius lib. XI. Hist. Scotorum de Donevaldo, *Habet id animus sceleratus peculiare, ut ad omnia pavens, vultu aut gestu crimen prodat invitus.* FREINSH.

Plus indignationis] Indignantur insontes, pavent nocentes. Plautus Amphitruone act. 2. Scen. 2. vs. 251.

- - - - quae non deliquit, decet
Audacem esse, & confidenter pro se & proterve loqui.

Val. Flaccus lib. II. vs. 263.

- - - sta-

que amiculo & literis ante lectum; *Rex*, inquit, *semper quidem spiritus meus ex te*
11 *pependit*, *sed nunc* [1] *vere*, *arbitror*, *sacro &* [2] *venerabili ore trahitur. Crimen parricidii*, *quod mihi objectum est*, *tua salus* [3] *diluet. servatus à me vitam mihi dederis*,

VARIANTES LECTIONES.

1 Alii *vero ab isto.* 2 Pal. 1. *verabili.* 3 P. *deluet.*

- - - - stabilem optima facta
Dant animam, majorque piis audacia factis.
Mala conscientia timidissimum facit, ut nescio quis apud Stobaeum loquitur: *Sibi conscium, licet virum audacissimum, timidissimum facit ipsa conscientia.* RADERUS. De qua re olim ad Tacitum. 1, 57, 3. *Sed juvenis conscientia contabatur.* FREINSH.

Amiculo] Vestimentum feminarum commune cum viris. Videsis Ferrarium de re vest. l. III. c. 19.

Sacro & venerabili ore] Corruptus haud dubie locus: de quo non frustra amplio. apponam tamen vulgatam etiam lectionem, si quis forte, quod tamen sine aliis adjumentis non temere factum iri arbitror, sed si quis medicinam inde illi facere posset. Ergo vulgati conjunctim, *vero arbitror sacro & venerabiliore trahitur.* cogitent, quibus otium erit; ego enim, quid his verbis sibi velit Curtius juxta cum Glareano scio. MODIUS. Corruptum locum pridem Modius pronuntiavit, atque etiam ante Glareanus, etsi hujus quidem habendam rationem parvam putem. Neuter eorum medicinam vel tentavit: nec alii, quod sciam, ab his praestiterunt. facile mihi sit mutare, sed non uno modo. turbant duo, & *vere*, sive *vero*, & potissimum *arbitror*, cui non est plane locus. Feceris levicula mutatione: *sed nunc vere arbitro sacro & venerabili ore trahitur.* hoc sensu, qui sane bonus, ut arbitrum vocet os ipsum Alexandri, quod spiritum & regis & medici, cujus à regis vita pendeat vita, semper trahens simul, nunc nunc vere judicaturum sit, & decreturum de salute ipsius, propriae salutis eventu. non hoc mihi displiceat: alterum tamen amplectar magis, quod & simplicius à dictione, & à litteris simile prorsus ei, quod vulgatum, etsi paullo diversum quid emergit. in *arbitror* duae sunt voculae coalitae primum, dein corruptae. Scribo: *semper quidem spiritus meus ex te pependit; sed nunc vere ab isto sacro & venerabili ore trahitur.* Id dubium faciam, si verbo probare amplius nitar. ACIDALIUS. Antiquissimus codex Spirensis hanc scripturam offert. Aldus, *sed nunc vero, arbitror sacro &c.* eodem modo Florent. Bas. *sed nunc vero arbitror, sacro &* notatus, inquit Glareanus, locus est ab Huttero, sed non expositus, quem à se quoque negat ingenue intellectum. Modius ex nescio quo vulgato legit *vero arbitror sacro venerabiliore* (conjunctim) *trahitur.* sed ipse ut meus Spirensis impressit, *sed nunc vere arbitror, sacro & venerabili ore*, & subjungit, *quid sibi velit his verbis Curtius juxta cum Glareano scio.* Acidalius tribus modis conatur medicinam facere. mihi, ut juratus dicam, nulla fere harum conjecturarum placet, veluti non ex genio Curtii grato & opportuno natarum. servo primam & antiquissimam scripturam, quam & Modius est secutus, *sed nunc vere arbitror sacro & venerabili ore trahitur*, hoc intellectu; spiritus meus & vita semper quidem ex tuo spiritu & vita pependit, sed nunc vere arbitror re ipsa trahitur, una cum hac potione, nempe tuo sacro & venerabili regio sancto ore spiritus vita & salus mea. Ex tua enim salute, quam hoc medicamento restituam, pendet mea salus, tecum ego periclitor, & salus mea à tua pendet in hoc pharmaco, quod ore sacro trahis & bibis. RADERUS. *Nunc vere arbitror sacro & venerabili ore.* Placet Acidalii emendatio: *nunc vere ab isto sacro &c.* primum enim rectius scribitur *vere*, quam, ut habent alii, *vero.* Id enim dicit, semper quidem suam incolumitatem annexam fuisse regiae: jam autem demum *vere*, id est, unice, & proprie, ita ut isto sacro ore, non magis regis, quam ipsius Philippi spiritus atque vita trahatur, quem, si rex periisset, ne quadrigis quidem albis Jupiter supplicio eripere potuisset. *Trahendi* enim verbum hic ad spiritum, seu animam, vel si mavis, aërem, qui hauriendo reciprocatur, pertinet: non, ut Raderus interpretatur, ad haustum medicamenti. hoc enim ineptum fuisset dicere: os tuum perinde spiritum meum trahit, quomodo hanc potionem, quam absorbet. Sed haec est sententia elegantissimi sensus: Vita mea in tua salute posita est, nec os tuum, quo vitalem spiritum trahis, tibi magis, quam mihi vitam prorogat: quo clauso, tam mihi, quam tibi necessario moriendum erit. Simile apud Senecam epist. 104, 3. *cum sciam spiritum illius in meo verti.* Deinde ex eo quoque Raderi interpretatio subvertitur, quod Curtius (ipso fatente) innuit, prius bibisse Alexandrum, quam literas Philippo legendas praeberet. immo si simul & iste bibisset, & hic legisset, credibile tamen esset, illum multo prius ebibisse, quam hic & epistolam perlegeret, & tot simul affectibus perculsus in vocem illam prorumperet. FREINSH. Lege *vere arbitro rei*, vel forte *veri arbitro.* l. IX. c. 5. *confessus omnes unius spiritu vivere.* Ibid. c. 6. *civium animas trahere in casum.* HEINSIUS. Radero *trahitur* est *hauritur, bibitur*, haustu medicamenti intellecto, à quo tum regis, tum medici salus pendebat. sed cum exhausto jam medicamento haec locutus sit Philippus, praeferenda est Freinshemii interpretatio, quam his verbis uberius declarat Tellierius, *semper quidem ô rex mea salus in tua incolu-*

ris, *oro*, *quaeſoque*; [1] *amiſſoque metu patere medicamentum concipi venis.* [2] *laxa paul-*
liſper animum, *quem* [3] *intempeſtiva ſollicitudine amici ſane fideles*, *ſed moleſte ſeduli tur-*
bant. Non ſecurum modo haec vox, ſed etiam laetum regem, ac plenum bonae
ſpei fecit. Itaque, *ſi* [4] *dii*, inquit, [5] *Philippe*, *tibi permiſiſſent*, *quo* [6] *maxime modo* [7] *ani-* 12
mum velles experiri meum; *alio* [8] *profecto voluiſſes: ſed* [9] *certiorem quam expertus es*,
ne optaſſes quidem. hac epiſtola accepta, *tamen*, *quod dilueras*, *bibi. & nunc* [10] *credo*, 13
te non minus pro tua fide, *quam pro mea ſalute eſſe ſollicitum.* Haec [11] eloquutus dex-
tram Philippo offert. Ceterum, tanta vis [12] medicaminis fuit, ut quae ſequu- 14
ta ſunt, criminationem Parmenionis adjuverint. interclusus ſpiritus arte meabat.
Nec Philippus quidquam inexpertum omiſit. ille fomenta corpori admovit; ille
torpentem, [13] nunc cibi, nunc vini odore excitavit. Atque ut primum mentis 15
compotem eſſe ſenſit; modo *matris ſororumque*; modo [14] *tantae victoriae adpropin-*
quantis admonere non deſtitit. Ut vero medicamentum [15] ſe diffudit in venas, & 16
ſenſim [16] toto corpore ſalubritas percipi potuit; [17] primo animus [18] vigorem ſuum,
dein-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. B. 1. Leid. Voſſ. 1. & 2. Mer. Ald. Frob. Baſ. Col. *amiſſo* Lugd. Amſt. *omiſſo.* 2 Voſſ. 2. *laſſa.* 3 Mer. *mihi ſolic. temp.* 4 Leid. & Voſſ. 1. *Di.* 5 Voſſ. 2. *Filippe.* 6 P. F. Leid. & Voſſ. 1. *modo maxime* Voſſ. 2. omittit *modo.* 7 B. 2. Leid. Lugd. Amſt. *velles animum.* 8 D. P. F. Leid. & Voſſ. 1. *profectum* Voſſ. 2. omittit. 9 Leid. Voſſ. 1. 2. *certiore.* 10 Leid. Voſſ. 1. 2. *crede me.* 11 Leid. Voſſ. 1. 2. Col. *locutus.* 12 Bong. Leid. Lugd. Amſt. *medicamenti.* 13 Pal. 1. *nunc vini nunc cibi.* 14 Lugd. Amſt. *approp. tantae vict.* 15 Pal. 1. omittit *ſe.* 16 P. *in toto corp.* 17 Bong. Leid. Voſſ. 1. Lugd. Amſt. *primum.* 18 B. 1. *victorem ſui.*

columitate poſita fuit; *nunc vero maximè*, *ita ut iſto ſacro ore non tibi magis*, *quam mihi*, *vitalem ſpiritum trahas.* CELLAR.

Oro quaeſoque omiſſo metu] aliter excuſi, ſed taedet in re certa & clara nugari. MODIUS. Sane plerique codices hic mendoſi: *vitam dederis oro quaeſoque: amiſſoque metu &c.* perinde quaſi petat, cum non petat vitam, ſed pronunciet, ſi ſalvus eris, me quoque ſervabis, te mortuo vivere recuſantem. Interpunge ergo; *Vitam dederis. oro*, *quaeſoque*, *amiſſo metu patere* &c. RADERUS. Laborat hic locus ab interpunctione; tum una vocula plus eſt, quam ſenſus poſtulat: lego & diſtinguo: *Servatus à me vitam mihi dederis. oro quaeſoque omiſſo metu patere medicamentum concipi venis.* FABER. *Oro*, *quaeſoque*, *amiſſoque*, quomodo *amiſſo?* amiſſus metus eſt, quem quis amiſit, quod fere ſolet fieri contra voluntatem, & ex cauſa aliena. hic vero nihil tale locum habet. Igitur legendum eſt, *omiſſo.* Deinde num putamus tam ſuppliciter oraſſe vitam? atqui longe diverſum oſtendit verbum *dederis.* Potes, inquit, dare, ſi fueris liberatus à morbo, ſin minus, ne oro quidem, quia meus ſpiritus ab ore vitaque tua pendet. Ergo totum locum ita lego, diſtinguoque: *ſervatus à me*, *vitam mihi dederis. Oro quaeſoque*, *omiſſo metu*, *patere medicamentum concipi venis.* Orat Philippus, ut Alexander pateretur concipi venis medicamentum, neque metu intempeſtivo ejus efficaciam impediret. De hoc quippe ſollicitus fuerat, non de vita ſua. Puto evidentem eſſe correctionis cauſam. habere gemina his T. Fabrum in epiſt. Crit. l. 1. ep. 52. nunc demum animadverto. SCHEFF. Lege *ac miſſo metu.* HEINSIUS. Nihil neque uſitatius neque facilius eſt quam has litteras *a* & *o* confundi, & cum prius leniori ſignificatione rarius occurrat, ſaepius à librariis immutatum eſt; ſed ſuperant exempla apud noſtrum, ut index exhibebit, praecipue l. IV. c. 6. *glebam*, *quam unguibus tenebat*, *amiſit*, etiam ſupra III. c. 2, 1.

Alio profecto] Leid. *profectum.* Forte *profecto expertum.* HEINSIUS.

Sed certiore] Ita membranae. libri editi, *certiorem*; verum praeter mentem auctoris hoc fit: ſimile eſt, quod iidem editi *noluiſſes* pro *voluiſſes* habebant, & totum denique locum praepoſtera interpunctione corruperant. MODIUS. *Sed certiorem* ita Freinshemius. Praefero ego *certiore*, quia alterum non recte reſpondet ſuperioribus, ad quae tamen debet referri. Ordo namque eſt: *Sed certiore modo experiri meum animum*, *ne optaſſes quidem.* SCHEFF.

Credo me] Iterum editi, *credo te*, inepte, perperam. MODIUS. Etſi commodum habet ſenſum vulgata hujus loci lectio, longe tamen illa videtur, & reliquae Alexandri orationi congruentior, & ingenio Curtii dignior ſententia, quam Gallicus interpres ſecutus eſt, *crede me* &c. TELLIERIUS.

Criminationem adjuverit] Quia, ſi extinctus fuiſſet rex, nemo non credidiſſet, vera ſcripſiſſe Parmenionem. CELLAR.

Matris ſororumque] Quas ille impenſe amabat. nam infra x, 5, 30. *Olympiada immortalitati conſecrare decreverat.* ſed & in ſorores, Cleopatram in-

deinde corpus quoque [1] exſpectatione maturius [2] recuperavit: quippe poſt ter-
17 tium diem, quam in hoc ſtatu fuerat, in conſpectum militum venit. Nec avidius ipſum regem, quam Philippum intuebatur exercitus: pro ſe quiſque dextram ejus amplexi grates [3] habebant velut praeſenti deo. Namque haud facile dictu eſt, praeter ingenitam illi genti erga reges ſuos venerationem, quantum hujus [4] quo-
18 que regis vel admirationi [5] dediti fuerint, vel caritate flagraverint. Jam primum [6] nihil [7] niſi divina ope adgredi videbatur. nam, quum [8] eſſet praeſto ubique [9] for-
19 tuna, temeritas [10] in gloriam [11] ceſſerat. Aetas quoque vix tantis [12] matura rebus,

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *exſpectationem.* 2 Voſſ. 2. *recuperant.* 3 Voſſ. 2. *agebat.* 4 Bong. Leid. Voſſ. 1. Lugd. Amſt. *utique.* 5 Bong. Leid. *dediti ei fuerint.* 6 Leid. omittit *nihil* Voſſ. 2. *nichil* ubique. 7 D. *ſane* correctum *ſine* F. Leid. Voſſ. 1. 2. *ſine.* 8 Mer. Ald. Frob. Leid. Voſſ. 1. 2. *praeſto eſſet.* 9 Bong. Leid. Voſſ. 1. *fortunae.* 10 D. omittit *in*, ſed ſuppletur à manu ſecunda. 11 Voſſ. 2. *inceſſerat.* 12 Voſſ. 1. *natura* & ſic Eraſm.

primis, tantum nimia indulgentia fuerat. recte ideo reprehenſus à Plutarcho in praeceptis Reſpubl. gerendae cap. 57. FREINSH.

Toto corpore] Forte *toto corpore ejus.* HEINSIUS.

Grates habebant] Frequentius poëtae, quam oratores ita loquuntur, Cicero tamen, ut notavit Valla, ita locutus eſt: *Suſpexit in coelum, & grates tibi, inquit, ago ſummo, ſol, vobisque reliqui coelites.* quo loco diſcrimina ponit Valla inter has loquendi formulas, ago gratias, habeo, refero, ac reddo gratias. RADERUS.

Veluti praeſenti deo] Puta Aeſculapio, aut alii hujus generis repertori medicinae, quos poſteritas deorum loco coluit. quid? quod ſuperſtites etiam tanquam deo ſimillimos venerabantur, ſicut Machaon apud Homer. Iliad: Δ. vſ. 212. dicitur ἰσόθεος φὼς. CELLAR. an non ἐμφατικῶς praeſens Deus, ut dicebantur apud Graecos συνεπιδημοῦντες Θεοὶ, pro propitiis, quod ipſa vox *praeſens*, etiam prae ſe fert. Sic Horat. l. III. Od. 5, 2.

--- Praeſens divus habebitur
Auguſtus.

Virgil: XII. Aen. vſ. 245.

Dat ſignum coelo; quo non praeſentius ullum.

Terent. Phorm. Act. 2. ſc. 2, 31. *Non tu hunc habeas plane praeſentem Deum.* Alludens etiam ad illud *praeſens*, quod in ipſo periculi articulo medicamentum diluerit, ex quo rex ſtatim convaluit. Ut *praeſentiſſimum remedium &c.* dixere Columella & alii.

Ingenitam erga reges venerationem] Idem noſter l. V. c. 10, 2. *in illis gentibus regum eximia majeſtas eſt*, barbaras gentes intelligens. de quibus etiam Cicero pro lege Man. c. 9. *regale*, inquit, *iis nomen magnum & ſanctum videtur.* nam quod Heſiodus canit Θεογόν. vſ. 96. ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. CELLAR. Sic apud Tacit. l. I. ann. c. 29. *nobilitas ingenita* dicitur.

Utique regis vel admiratione] Mutarunt haec in vulgatis in illa, *quantum hujus quoque regis vel admirationi dediti fuerint, vel &c.* ſed ego eum, qui non videt haec adulterina eſſe, illa germana & propria Curtii verba, meridie lucernam accendere jubeo. MODIUS.

Jam primum nihil ſine] Hunc quoque locum Telchines illi, qui omnia ſuo tactu foedant, contaminarant nobis: ſed dis gratia, cum veteres membranae nondum omnes interciderint. MODIUS.

Niſi Divina ope] Alii *ſine D. ope*, quod probem, quamquam utrobique idem ſenſus eſt. Sic de Conſtantino Sozomen. hiſt. Eccleſ. II, 32. ἐπιτευκτικὸς ἦ, ὡς οὐκ οἶδ' εἴτις ἕτερος ἐν οἷς ἐπεχείρησεν. ἄνευ γὰρ θεοῦ, ἐμοὶ δοκεῖν, οὐκ ἐπεχείρει. Ubi interpres in verbis poſterioribus reſpexiſſe videtur Curtium. nam ſic reddit: *In rebus item quas inſtituebat, haud ſcio an quiſquam fuerit fortunatior. Nam abſque divina ope, ut mihi quidem videtur, nihil aggreſſus eſt.* FREINSH.

Praeſto ubique fortuna] *Quam ſolus mortalium in poteſtate habuit*, infra X, 5, 35. De qua quantum ſit ad potentiam inſtrumentum; vide Lipſii Polit. IV, 9. FREINSH.

Temeritas in gloriam ceſſerat] Veriſſime Plautus Pſeudolo II, 3, 13.

- - - - ut quiſque fortuna utitur,
Ita praecellet, atque exinde ſapere eum omnes dicimus.
Bene ubi quod conſilium diſcimus accidiſſe, hominem catum
Eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum, cui vertit male.

Vide Plinium epiſt. V, 21. f. Simili fortuna Marii *omnia, non bene conſulta modo, verum & caſu data in virtutem trahebantur*, teſte Salluſtio Jug. 92, 2. & Ceriali apud Tacitum H. V, 21, 5. *ſubito conſiliis, ſed eventu claro, aderat fortuna, etiam ubi artes defuiſſent.* Sic apud Tacit. Germ. 36, 3. *Cattis victoribus fortuna in ſapientiam ceſſit.* Curio apud Caeſarem De bell. Civ. II, 31. *quaſi non & felicitas rerum geſtarum exercitus benevolentiam imperatoribus, & res adverſae odia concilient.* FREINSH. Infra l. IV. c. 9, 23. *audaciae, qua maxime viguit, ratio minui poteſt, quia numquam in diſcrimen venit, an temere feciſſet.* CELLAR.

Aetas honeſtabat] Quae vel ſenis ſatis magna fuiſ-

bus, ſed [1] abunde ſufficiens, omnia [2] etiam ejus opera honeſtabat. Et quae [3] leviora haberi ſolent, plerumque [4] in re militari [5] gratiora vulgo ſunt: exercitatio corporis inter ipſos; cultus habituſque [6] paullulum à privato abhorrens; militaris vigor: quîs ille vel [7] ingenii dotibus, vel animi artibus, ut [8] pariter carus ac [9] venerandus eſſet, effecerat.

Variantes Lectiones.

1 Voſſ. 1. *abundae.* 2 Leid. & Voſſ. 1. omittunt *etiam.* 3 Pal. 1. *leviore.* 4 Pal. 1. B. 1. omittunt *in re.* 5 Mer. P. Baſ. Er. Col. *graviora.* 6 Leid. & Voſſ. 1. *paulum.* 7 Leid. *ingentii.* 8 D. *partem.* 9 Leid. & Voſſ. 1. D. *verecundus* & ſubditis à manu ſecunda punctis *verendus.*

fuiſſent facinora, majoris aeſtimabantur in juvene. CELLAR.

Omnia etiam] Num abundat illud *etiam*, quia praeceſſit *aetas quoque?* an haec eſt ſententia, non modo aliorum, ſed & Alexandri honeſtaſſe opera ejuſmodi aetatem? haereo, quia ſi hoc voluiſſet, ſententioſe *magnis*, non ſpecialiter & in relatione ad res unius Alexandri, *tantis* ſcribere debuerat. Etiam illud *ſed* non ſatis arridet. Vellem ita legi: *aetas quoque vix tantis matura rebus, & abunde ſufficiens, omnia ejus opera honeſtabat.* SCHEFF. Adſtipulantur Cl. Scheffero Codices Leid. & Voſſ. omiſſa voce *etiam.*

Militari gratiora vulgo] Rurſum boni nugones, cum non caperent, quid his vellet dicere Curtius, ſuppoſuerunt, imo de ſuo inſeruerunt, qua ſunt munificentia, *in re militari gratiora vulgo.* ſed ego vos, fungi, res veſtras ex veteri formula vobis habere jubeo. MODIUS. Vulgares editiones *plerumque in re militari*, unde binas voculas ejicit Modius, ut ſuperfluum à gloſſographis additamentum. Laudo factum, adeo non culpo. quid tamen, ſi corrigendae illae potius quam exigendae? non enim hercule abſurde feceris: *Et quae leviora haberi ſolent plerumque in rege, militari gratiora vulgo ſunt: exercitatio corporis inter ipſos, cultus habituſque paullum à privato abhorrens, militaris vigor: queis &c.* nam ſic & reliqua interpungenda ſimul, ut & mens ſit clarior auctoris, & ordo aequabilior orationis. ACIDALIUS. *Plerumque militari gratiora vulgo.* ita Modius correxit. Acidalius repoſuit Modio omiſſa, & omiſſis adjecit *in rege.* Codex Baſil. etiam illud *gratiora* in *graviora* mutat, ut opponatur illi, quod praeceſſerat *leviora.* ſed retineo *gratiora*, quod eſt ad mentem Curtii: totum locum ſic lego, & interpungo: *honeſtabat: & quae leviora haberi ſolent, plerumque militari gratiora vulgo ſunt: exercitatio &c.* Eadem ſententia eſt, ſi Acidalii emendationem ſequaris, haec omnia *in rege militari*, quamvis per ſe quidem levia ſint, tamen efficiuntur gratiora. ſed neſcio quomodo non placeat Acidalii plerumque infelix criſis, & à genio Curtii abhorrens. facilius toleres *in re militari*, quomodo omnes mei codices ita ſcriptum oſtendunt. Commodius tamen Modius edidit ex MS. RADERUS. *In re militari*, bene ſe habet hoc, & tot MSS. fide nititur, contra quos hic nec Modii, nec Acidalii conjecturis faveam. De re ipſa dicemus, ad iſta Taciti XIII, 8, 4. *Specie inanium validus.* FREINSH.

Exercitatio corporis inter ipſos] *Pompejus* apud Salluſt. Hiſt. fragm. incert. 4, 46. *cum alacribus ſaltu, cum velocibus curſu, cum validis vecte certabat.* Sic, de M. Valerio Corvo Livius VII, 33, 1. *Non alias militi familiarior dux fuit, omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo, in ludo praeterea militari, quum velocitatis viriumque inter ſe aequales certamina ineunt, comiter facilis: vincere ac vinci vultu eodem, nec quemquam aſpernari parem qui ſe offerret. Itaque* (ut mox ſequitur) *univerſus exercitus incredibili alacritate adhortationem proſecutus ducis, caſtris egreditur.* Adde Plinii paneg. c. 13. FREINSH.

Cultus habituſque paullulum à privato abh.] Haec explicant, quod ſupra c. 5, 2. dixit *decorum, ſi oſtendiſſet ſuis levi ac parabili corporis cultu ſe eſſe contentum.*

Ingenii] MS. L. p. *ingentii:* forte *ingenitis.* HEINSIUS.

Vel animi artibus] Explicet hunc locum ſimilis ille Livii XXVI, 19, 3. *Fuit enim Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, ſed arte quoque quadam ab juventa in oſtentationem earum compoſitus.* & quae ſequuntur. Adde Suetonii Titum in pr. FREINSH.

Carus ac venerandus] Forte, *carus ſuis ac reverendus*, vel *verendus.* HEINSIUS.

Caput VII.

Vegetior factus, Darium adgredi cogitat, Sisinemque Persarum imprudentia delinquentem, occidi jubet.

1 At Darius, [1] nuntio de adversa valetudine accepto, celeritate, [2] quantam capere tam grave agmen poterat, ad [3] Euphraten contendit: junctoque eo pontibus, quinque [4] tamen diebus trajecit exercitum, Ciliciam occupare festinans.
2 [5] Jamque Alexander viribus corporis receptis, ad urbem [6] Solos pervenerat: cujus potitus, ducentis talentis nomine [7] multae exactis, arci praesidium militum [8] im-
3 posuit. Vota deinde pro salute suscepta per ludum atque otium [9] reddens, ostendit, quanta fiducia barbaros sperneret. [10] Aesculapio & Minervae ludos celebravit.

Variantes Lectiones.

1 Voss. 2. *adversa nuntio valitudine.* 2 Pal. 1. Bas. Eras. alii *quantum poterat tam grave agmen.* 3. Voss. 2. *Eufrat.* 4 Ald. *tantum* Voss. 2. *eum.* 5 Leid. Voss. 1. 2. Lugd. Amst. *jam.* 6 Ald. Pal. 1. Voss. 2. *Solis* B. 1. 2. *Solus* Voss. 1. Leid. *Solas* in marg. *Salonas.* 7 Bong. Leid. Voss. 1. Lugd. Col. *multae nomine* Pal. 1. omittit *nomine.* 8 B. 1. *posuit.* 9 Voss. 2. *recolens.* 10 D. *quippe sculapio* à manu secunda *Aesculapio* Leid. Voss. 1. *quippe Aesculapio.*

Quantam capere] vox *capere* in editis aberat & deerat. MODIUS. Quidam editi; *quanta poterat*, nec bene dictum nego. Sed consensus MSS. tam Bongars. quam Modianorum, & aliarum edd. in hanc sententiam me pertraxit, ut auctori sua verba restituenda esse crederem. FREINSH.

Junctoque eo pontibus] Juxta *Thapsacum*, Syriae urbem, quia fugiens ex proelio, ibi rursus flumen trajecit. Arrian. l. II. & olim Cyrus minor ibidem trajecerat, quum exercitum adversus fratrem duceret. Xenoph. Exped. l. I. CELLAR.

Trajecit exercitum] Forte *trajecit vix exercitum.* HEINSIUS.

Solos] De Solis urbe passim scriptores, Dionysius de situ orbis vers. 875. & ad illum Eustathius. Strabo lib. XIII. Solinus cap. 38. Mela 1, 13. Scholiastae horum, & antiquior omnibus Herodotus. (apud quem tamen non reperio Solos, praeter urbem Cypriam hoc nomine) Ego ex Laërtio in Solone ipsius natalem aperiam: *inde Solon* (à Croeso) *dimissus venit in Ciliciam, & urbem condidit, à se Solos appellatam.* Addit Laërtius paucos ibi Atheniensium collocatos, eosque sensim patriae linguae inter barbaros oblitos coepisse σολοικίζειν. Alii ab aliis barbaris affirmant Atticam linguam ibi depravatam, indeque natum Soloecismum, qui colonias in omnes prope gentes & posteritatem scholasque deduxit. Solinus & Mela *Solae* non *Soli* scribunt, & Vadianus ex Hermolao, hic ex Cicerone conatur evincere, ut discorae. Sed nusquam legi Solas, sed Solos. Et quo pacto aliter scribas Graece nomen multitudinis virilis generis? si muliebre esset, Σόλαι dicendum erat, unde Solae, Solanum descendit. Servo cum Curtio *Solos*, à Soli Solorum. Uti & Arrianus II, 1, 31. Strabo lib. XIV. ac alii Σόλους in quarto casu scribunt. Fuit & Cypri urbs huic cognominis; & Africae promontorium apud Herodotum. RADERUS. Apud Herod. II, 32. & IV, 43. promontorium est *Soloeis.* Quod in quibusdam exemplaribus hoc loco *Solis* legebatur, Salmasius ad Solin. dicto loco, ait defendi posse, ex eo quod antiqui nomina urbium sexto casu plerumque proferebant, aetate Solini atque adeo superiore. Quod autem in aliis exemplaribus Solini, & Melae est *Soloe*, id mihi videtur accidisse ex veteri pronunciatione Graeci nominis Σόλοι, quae non male sic effertur *Soloe*, ita scilicet, ut novissimae duae vocales coalescant in diphthongum. Ut in Hieronymo ad Daniel. cap. II. FREINSH. Ex Tarso primo die *Anchialum* pervenit, ad cujus moenia sepulcrum Sardanapali extabat, (nam conditum ab hoc rege oppidum ferebant) cum formosa epigraphe: Anchialo demum Solos perrexit Minervae & Aesculapio sacrificaturus. Arrian. l. II. *Solae* autem sive *Soli* sunt illa civitas, quae ob sermonis indiligentiam *soloecismo* nomen dedit, postea Pompejopolis à Pompejo piratarum victore appellata. CELLAR. Adde Salmas. ad Solin. c. 18. p. 546.

Cujus potitus] Coloniensis, qui tamen vetustissimus apparet, *cujus potentibus expulsis.* de quo quid dicam aliud, nescio; quam etiam hinc videri posse, non nunc primum natum morem perversissimum interpolandi bonos scriptores. MODIUS.

Multae] *Quod propensiore erga Persas animo fuissent.* Arrianus II, 1, 31.

Vota pro salute] A milite vel Alexandro, vel utrisque, & hoc pro more, ut in Romana quoque Imperatorum & Graeca historia passim apud Herodianum, Plutarchum, Lucianum, Pausaniam, alios cognosces. RADERUS. Quod ad scriptionem hujus loci attinet, vocem *quippe* alii hic in-

vit. Spectanti nuntius laetus adfertur ex [1] Halicarnasso; *Persas* [2] *acie à suis esse* 4
superatos: [3] *Myndios quoque*, *&* [4] *Caunios*, *& pleraque tractus ejus suae facta ditionis.* Igitur edito spectaculo ludicro, castrisque motis, & [5] Pyramo amne ponte 5
juncto, ad urbem [6] Mallon pervenit: [7] inde alteris castris ad oppidum [8] Castabalum. Ibi Parmenio regi occurrit, [9] quem praemiserat ad explorandum iter sal- 6
tus,

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 1. 2. *adfertur Alicarnaso* Bong. *Alicarnaxo* Mer. *Halicarnasso* Frob. Lugd. Amst. *Alicarnasso* Bas. Er. Col. *à Lycarn.* omisso *ex.* 2 Leid. *aciae.* 3 Voss. 2. *Mindios.* 4 Mer. Bas. Col. Ald. Erasm. *Canyndios* Cod. senilis apud Aldum *Cinnos* Voss. 2. *Caunnios.* 5 Mer. Bas. Er. Col. *Pyrrhamo* Voss. 2. *Piramo.* 6 D. P. B. 2. Voss. 2. *Mallum* F. *Maulum* Pal. 1. Leid. Voss. 1. *Malum* B. 1. *Mallom.* 7 Mer. Frob. Lugd. Er. Col. Amst. *inde adeo alt.* 8 D. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Ald. Bas. Pal. 2. Col. *Castabulum.* 9 Bong. Leid. & Voss. 1. omittunt *quem.*

inserunt, *quippe Aescul.* quae praeterquam quod pluribus libris abest, sua sponte aliena est à sensu hujus periodi. nisi igitur & hic asyndeton esse credimus, qualia supra ad III, 6, 1. quaedam adnotavimus, sic constituenda erit lectio: *Vota d. pro sal. susc. per lud. atque otium reddens, ostentui quanta fiducia barb. sperneret, Aesculapio &c.* sic Tacit. I, 29, 6. *Corpora extra vallum abjecta ostentui.* Sallust. & Jug. 24, 6. *ut Jugurthae scelerum ostentui essem.* plura exempla Taciti require in Indice ejus. FREINSH.

Aesculapio & Minervae] Illi, quod Numen peculiare salutis crederetur, eoque nomine à Romanis, pestilentia laborantibus, Epidauro accitus est, ut apud Livium fine lib. X. Val. Max. I, 8. & alios. Minervam autem praecipue semper Alexander coluit. cui & ante ad Ilium sacrificavit, I, 4. eique arma sua suspendit: & pollicitus est, templum se illustrissimum conditurum. Strabo lib. XIII. Et infra, III, 12. aram sacrat: quam & IV, 13. propitiat: & VIII, 2. victimis caesis honorat. quod & Arrianus notat IV, 4. FREINSH. Diis soteribus. Aesculapio, ut medicorum deo: Minervae, utpote quam imprimis Alexander colebat, ut passim apud Curtium & Arrian. extat. CELLAR.

Ex Halicarnasso] Quam urbem ipse captam exciderat; Persis in arces confugientibus. Arrian. I, 7, 22. Diod. XVII, 24. & seqq. FREINSH.

Persas] *Orontobatem Persam qui Halicarnassi arcem, & Myndum, & Caunum ac Theram & Callipolim tenebat, à Ptolemaeo & Asandro victum cognovit. Accesserat ad victoriam & Cos, & Triopium.* sic Arrian. II, 1, 32. FREINSH.

Myndios] Quorum oppidum ipse, spe proditionis, tentaverat, sed irrito successu. vide Arrian. I, 7, 5. Parvum fuisse oppidum etiam ex joco Diogenis apparet, quem Laërtius refert, magnificas ejus portas eludentem dixisse: *Viri Myndii, claudite portas, ne civitas vestra egrediatur.* IDEM. *Myndus & Caunus*, Cariae oppida, hoc ad Rhodium mare, illud prope Halicarnassum situm, & frustra ab Alexandro ad majora festinanti oppugnatum. Arrian. l. I. CELLAR. Caunum inprimis nobilitavit Protogenes celeberrimus pictor, qui originem inde duxit, Plin. XXXV, 10, 42. Ceterum plerique libri hoc loco *Canyndios* legunt, unde mihi suspicio est scripsisse Curtium *Cnidios.* FREINSH.

Spectaculo ludicro] Istud *ludicro* habuerim pro interpretamento vocis praecedentis. Nisi forte (quod p. m. Socer meus judicabat) *spectaculum* potius est interpretamentum *ludicri* ut ignotioris. Certe Curtio *ludicrum* absolute pro spectaculo sumitur IV, 5, 11. FREINSH. Freinshemius vocem *ludicro* habet pro glossemate, mihi contra videtur ejiciendum *spectaculo.* supra enim simili fere modo *ludum* dixerat, & quia ludicrum obscurius videbatur, ideo erat, qui pro eo *spectaculum* substitueret. SCHEFF.

Pleraque ejus tractus] Idem historicus, praeter ista oppida etiam *Theram*, *Callipolim* & *Triopium* memorat, nec non ipsam *arcem Halicarnassi*, adhuc ab Orontobate defensam. CELLAR.

Mallon Castab.] Ciliciae oppida, qua ad Syriam, & Amanum montem vergit. *Mallon* Pyramus praeterfluit. CELLAR.

Inde alteris castris] Usitatus historicis loquendi modus, primis, alteris, tertiis, quartis, &c. castris, hoc est, diebus, etsi non continuis semper intelligendum, quum saepe in castris unum, duos, tres, pluresve dies morarentur. Graeci σταθμοὺς appellant. RADERUS. Sed alii plures ediderunt *inde adeo alteris castris*, quod non spernendum fuisse videatur, cum sit ex ipso purioris abundantiae fonte, quam non attendentes etiam aliis locis ablegaverunt *adeo* viri alias doctissimi: cum saepe ornatus, vel explendi habeat vim. Terent. Andr. act. 4. sc. 5. *propera adeo puerum tollere.* & expresse in Heaut. act. 1. sc. 1. *inde adeo, quod agrum hunc in proximo mercatus est.* Virg. l. II. Aen. v. *Jamque adeo super unus eram.* adde quae congessit versatissimus in hac genuinae Latinitatis elegantia P. Burmannus ad Phaedr. l. I. fab. 4.

Castabalum] *Castabala* numero multitudinis scribunt Geographus (Strabo lib. XII.) & Plinius V, 27. Stephan. Καστάβαλα πόλις Κιλικίας, καὶ Φοινίκης, ἣ καὶ Περασία ἐκαλεῖτο. *Castabala urbs est Ciliciae, & Phoenicis, quae & Perasia vocabatur.* Hic

7 tus, per quem ad urbem [1] Iſſon nomine penetrandum erat. Atque ille anguſtiis ejus occupatis, & praeſidio modico relicto, Iſſon quoque deſertam à barbaris ceperat. Inde progreſſus, deturbatis, qui interiora montium obſidebant, praeſidiis cuncta firmavit: occupatoque itinere, ſicut paullo ante dictum eſt, idem &
8 [2] auctor, & nuntius venit. Iſſon [3] inde rex copias admovit: ubi [4] conſilio habito, *utrumne ultra progrediendum foret; an ibi* [5] *opperiendi eſſent* [6] *milites novi*, *quos ex Macedonia adventare conſtabat :* Parmenio *non alium locum proelio* [7] *aptiorem eſſe*
9 cenſebat. *quippe* [8] *illic utriuſque regis copias numero futuras pares*, *quum anguſtiae multitudinem non caperent. planitiem ipſis campoſque eſſe vitandos*, *ubi circumiri*, *ubi ancipiti acie opprimi* [9] *poſſent. Timere*, *ne non virtute hoſtium*, *ſed laſſitudine ſua vin-*
10 *cerentur. Perſas* [10] *recentes* [11] *ſubinde ſucceſſuros*, *ſi* [12] *laxius ſtare potuiſſent.* Facile ratio tam ſalubris conſilii accepta eſt. itaque *inter anguſtias ſaltus hoſtem opperiri*
11 ſtatuit. Erat in exercitu regis Siſines Perſes: quondam à praetore Aegypti miſſus ad [13] Philippum, [14] doniſque & omni honore cultus; [15] exſilium patria ſede mutaverat: ſequutus deinde in Aſiam Alexandrum, inter fideles ſocios habebatur. Huic

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *Yſſon* conſtanter. 2 Pal. 1. *auctore.* 3 Bong. Leid. Voſſ. 1. 2. Lugd. Amſt. *deinde.* 4 Leid. & D. omitt. *conſilio* ſuppletur tamen à manu altera F. *ibi conſ.* 5 B. 1. *opperiundi.* 6 Voſſ. 1. Lugd. Amſt. *novi milites.* 7 Leid. *optiorem.* 8 P. *utr. reg. copias illic num.* 9 Bong. Leid. Voſſ. 1. *poſſint.* 10 Pal. 1, *recentos.* 11 Voſſ. 1. *inde.* 12 Voſſ. 2. *laſſius* Mer. *Laxus.* 13 Voſſ. 2. *Filipp.* 14 Voſſ. 2. *donis.* 15 Eraſm. *qui exilium* Baſ. *qui exilio.*

ajunt geſta, quae de Oreſte & Pylade feruntur. vide Strabon. l. XIV. FREINSH.

Parmenio occurrit] Leviter diſſentit Arrian. l. II. quum adhuc ad Mallos eſſet. FREINSH. Quum aegrotaret rex, Parmenio in Cappadocia erat. Ἐκ δὲ τούτου, *poſt haec*, rex illum ad praeoccupandas Syriae portas miſit, unde nunc recurrit. CELLAR.

Iſſon] Mirum dictu, Xenophon. lib. I. ἀναβάσ. Diod. Siculus XVII, 32. & Mela I, 13. Iſſon *ingentem urbem*; Strabo lib. XIV. πολίχνιον *oppidulum cum ſtatione* appellat. Iterum Mela aevo ſuo nullam fuiſſe Iſſon affirmat. Stephanus autem *Iſſus*, inquit, *urbs inter Syriam & Ciliciam*, *ad quam Alexander Darium vicit*, *eoque dicta eſt Nicopolis ab illo.* Ptolemaeus tamen Nicopolim diverſam facit ab Iſſo, uti revera eſt. RADERUS. Hic etiam Cicero poſtea caſtra habuit ſe teſte. pretium eſt operae noſſe verba diſertiſſimi viri. Sic igitur ille epiſt. fam. II, 10. *Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amanienſes hoſtes ſempiternos : multi occiſi*, *capti*, *reliqui diſſipati: caſtella munita improviſo adventu capta & incenſa. Ita victoria juſta imperator appellatus apud Iſſum* (*quo in loco ſaepe*, *ut ex te audivi*, *Clitarchus tibi narravit*, *Darium ab Alexandro eſſe ſuperatum*) *abduxi exercitum ad infeſtiſſimam Ciliciae partem.* Idem ad Atticum V, 20, 10. *Caſtra paucos poſt dies habuimus*, *ea ipſa*, *quae contra Darium habuerat apud Iſſum Alexander.* quem & aras ibidem collocaſſe diſcimus ex eodem Cicerone ep. fam. XV, 4. FREINSH. *Iſſus* ultimum fere Ciliciae oppidum adverſus Syriam. Unde *ſinus Iſſicus*, & quod jam ſcribetur proelium Iſſicum denominantur. CELLAR.

Milites novi] Calliſthenes apud Polybium XII, 10. ſcribit Alexandro Ciliciam intranti adveniſſe ex Macedonia ſupplementi loco peditum quinque millia, equites octingentos. RADERUS.

Circumiri] leg. *circumveniri:* nam & ſic alibi HEINSIUS. Utrumque probum videtur, & noſtro uſitatum; nam de eadem hac acie c. 8. *à fronte & tergo circumiturus hoſtem.* c. 9. *circumire praetergreſſos auſi.* c. 11. *occulte circumire tergum:* add. l. IX, 5, 3. At circumveniri eſt l. IV. c. 13, 34. *ut nec circumvenirentur*, *ſi artius ſtarent.* l. IX. c. I, 7. *facilius ſingula circumvenirentur.* quamvis ultimum videatur dolum quemdam prae ſe ferre, ut etiam accepit Barthius adverſ. l. III, 16.

Ancipiti acie] Hoſtibus à fronte & à tergo inſtantibus. Caeſar Bell. Gall. l. VII. c. 76. *ancipiti proelio*, *quum ex oppido eruptione pugnaretur*, *& foris tantae copiae equitatus peditatuſque cernerentur.* Sic lib. V. c. 4, 3. *ancipiti malo oppreſſi.*

Siſenes] Apud Arrian. I, 8, 3. memoratur Aſiſines Perſa, de quo quidem aliqua diſſimilia narrantur: ſunt tamen, quae perſuadeant, eundem videri debere, quem Curtius hic nominat. Apud Joſephum reperitur *Siſines.* Vide Lucian. Tom. II. pag. 103. FREINSH.

Exſilium patria mutaverat] Nonnulli invertunt caſus & ponunt: *Exſilio patriam mutaverat* : mei codices omnes contra. Sed ſic optimi ſcriptores ſine praepoſitione. Horat. Carm. l. I. Od. 34. *Valet ima ſummis mutare.* & contrario ſenſu Idem l. I. Carm. Od. 16. *nunc ego mitibus mutare quaero triſtia.* Propert. l. III. el. 18, 3. *Durus qui potuit lucro mutare*

Huic epiſtolam Cretenſis miles, obſignatam [1] anulo, cujus ſignum haud ſane no- 12
tum erat, tradidit. [2] Nabarzanes praetor Darii miſerat eam, hortabaturque Siſinem; *ut dignum aliquid nobilitate, ac moribus ſuis ederet: magno id ei apud regem* [3] *honori fore.* Has literas Siſines, utpote innoxius, ad Alexandrum ſaepe deferre [4] ten- 13
tavit: ſed quum tot curis apparatuque belli regem videret urgueri; aptius ſubinde tempus exſpectans, ſuſpicionem initi ſceleſti conſilii praebuit. Namque epiſtola, 14
priuſquam [5] ei redderetur, in manus Alexandri pervenerat, lectamque [6] eam, ignoti anuli ſigillo impreſſo, *Siſini dari* juſſerat, ad [7] aeſtimandam fidem barbari. Qui quia per complures dies non adierat regem; [8] ſceleſto conſilio eam viſus eſt 15
[9] ſuppreſſiſſe, & in agmine à Cretenſibus, haud dubie juſſu regis, occiſus [10] eſt.

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. Ald. Frob. Baſ. Col. *annulo* ſed MSS. C. conſtantiſſime *anulo.* 2 D. P. F. B. 2. Leid. Voſſ. 1. *Nabarzanas* Voſſ. 2. *Narabazanas.* 3 P. *fore honori.* 4 Leid. Voſſ. 1. *temptavit* ſemper. 5 Voſſ. 2. *redd. ei.* 6 B. Cl. P. F. B. 2. Voſſ. 1. *eam & ign.* 7 B. 1. *aeſtimandum* Voſſ. 2. *extimandam.* 8 P. *ſceleſte.* 9 Leid. *ſubpreſſiſſe.* 10 Bong. Voſſ. 2. omitt. *eſt.*

tare puellam. & plura Lambinus ad Horat. Alter loquendi modus tamen minime barbarus, ut voluit Acidalius ad Plautum. Livius tamen dixit *fortunam ſecum mutare.* etiamſi Scioppius contendat tum hominem ſignificari. Sulpicius ad Ciceronem l. IV. Fam. ep. 4. *mortem cum vita commutare.* RADERUS. Raderi ſententiam firmaret Ovid. l. VI. Faſt. vſ. 665. *exſilio mutant urbem.* niſi utrumque eſſet probatum dicendi genus.

Nabarzanes] Vide Indicem.

Dignum nobilitate ac moribus:] Non ego tam audax, ut hoc damnem: neque dum tamen eripi mihi ſuſpicio poteſt, pro *moribus*, à Curtio ſcriptum fore *majoribus.* Haerent enim certe hic melius nobilitas & majores: etſi neque non optime haerent alias nobilitati mores, quos ab illa nec ego ſperno, per ſe utinam ne tam procul hodie ſpretos! Commode etiam accipio, quod eſt vulgo. Vult enim agere eum quid reſpondens ceteris moribus & par egregiis antefactis. ACIDALIUS.

Moribus ſuis ederet] Et hic variant Codices. Theocrenus ſcribit; *majoribus ſuis*, & Acidalius ſuſpicione ductus ita ſcribendum conjecerat. Meo animo utrumque bene, ſeu *moribus*, ſeu *majoribus. majoribus* enim apte jungitur *nobilitate*, ut aliquid dignum ſua nobilitate, dignum majoribus ſuis deſignet interficiendo Alexandro, *moribus* ſuis generoſis, audacibus, & facinoribus & factis olim haud imparibus perpetratis. RADERUS. Ego etiam de poſtrema vocula ſubdubito, num magis *auderet* ſcripſerit noſter. vox ea familiaris, ſi qua alia, Tacito noſtro. Juvenalis Sat. 1. vſ. 73.

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum.

FREINSH. quidam *majoribus* legunt, nec male, plures tamen *moribus* habent, intellige generoſis & audacibus. CELLAR. Leg. *majoribus.* HEINSIUS.

Utpote innoxius] Unde hoc tandem patuit, eum innoxium; vel ipſi illud conſilium fuiſſe? quum indicta cauſſa & inopinus ſit interfectus? mirum illud Criticos non arripuiſſe, ut & hinc inſultarent Curtio. Sed procul dubio ex aliis cauſſa manifeſta deinde divulgata, ſeu per conſcios conſilii, ſeu aliunde, quod ubique memorare in rebus exiguis tanti non eſt.

CAPUT VIII.

Darii ante pugnam conſilia: tum exercitus Perſici conſternatio, proximae internecionis praeſagium.

[1] Jam Graeci milites, quos [2] Thymodes [3] à Pharnabazo acceperat, praecipua 1
ſpes & propemodum [4] unica, ad Darium pervenerant. [5] Hi magnopere ſua- 2
debant,

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voſſ. 1. & aliae editt. *jamque.* 2 Bong. Pal. 1. Leid Voſſ. 1. *Thimodes* Mer. *Etimondes* Voſſ. 2. *& Thimocles* Baſ. Col. *Timodes* alii *Thymondas.* 3 D. *à Barnab.* Mer. *Farriab.* Frob. Baſ Col. *Farnab.* Pal. 1. *ab Farnab.* Leid. Voſſ. 1. *ab Arnabazo* Voſſ. 2. *ab Arhabazo* Col. omittit *à.* 4 Mer. Baſ. Pal. 1. Col. *unica Alexandri.* 5 Leid. *hii.*

Jam Graeci milites] Triginta millia, ut infra Curtius ipſe numerat c. 2, 9. robur totius exercitus. RADERUS.

Thymodes] ſupra l. III. c. 3, 1.

Et propemodum unica] Editio Gymnici, *& propemo-*

debant, [1] *ut retro abiret*, [2] *spatiososque Mesopotamiae campos repeteret. Si id consilium damnaret; at ille divideret* [3] *saltem* [4] *copias innumerabiles*, [5] *neu sub* [6] *unum fortunae ictum totas vires regni cadere* [7] *pateretur.* Minus hoc [8] consilium regi, quam purpuratis ejus displicebat: *ancipitem fidem*, [9] *& mercede venalem proditionem* [10] *imminere; & dividi non ob aliud copias velle, quam ut ipsi in diversa* [11] *digressi, si quid*
4 *commissum esset, traderent Alexandro. Nihil tutius* [12] *esse, quam circumdatos eos*
5 *exercitu toto obrui telis, documentum non* [13] *inultae perfidiae futuros.* At Darius, ut

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. omittit *ut retro abiret.* 2 Pal. 1. *spatiosos* Voss 2. *ut spat.* 3 Leid. Voss. 1. D. Cl. P. F. B. 2. *saltim.* 4 Voss. 2. *innum. copias.* 5 Mer. Bas. Col. *ne.* 6 Pal. 1. *imum.* 7 D *putaretur* & correctum *pateretur.* 8 Bong. Leid. Voss. 1. 2. omittunt *consilium.* 9 Lugd. Amst. omitt. *&.* 10 Alii *imminui.* 11 Bas. *ingressi.* 12 Bong. Voss. 1. 2. *fore.* 13 Pal. 1. Leid. *multae.*

modum unica Alexandri, sed censen, hujusmodi homines cogitare quid dicant? MODIUS.

Mesopotamiae campos] Montosa Syria, magis Cilicia; at trans Euphratem ad Babyloniam usque spatiosissimi campi patent. CELLAR.

Damnaret consilium] Curtiana elegantia est, itaque loqui amat, supra lib. III. c. 2, 1. *quae per duces acta erant, cuncta damnabat.* c. 6, 6. *damnem medici fidem.* & alibi *damnata spe.* RADERUS.

Minus hoc regi] Vulgo *minus hoc consilium regi*, age, age, ut lubet. MODIUS. Plerique codices, quos vidi, addunt; *hoc consilium.* Modius eliminat, an ex suo vel alieno, haud disputo: ex suo reor, & tollendum videtur, quod Curtius, brevitatis studiosissimus, hujusmodi carcinomata oderit; nam paulo ante dixerat; *si id consilium damnaret.* Itaque videtur ex glossemate irrepsisse. RADERUS.

Imminui & dividi] Insignis est haec emendatio; antea legebatur; *ancipitem fidem, & mercede venalem proditionem imminere, & dividi non ob aliud copias velle &c.* à quibus quod recessi, si cui non placebit, & ego, vel Palmerii, cui restitutionis hujus laus debetur, vel ipsius etiam rei causa, placere quoque non laboro. MODIUS. *Imminui & dividi non ob aliud copias velle, quam ut ipsi in diversa digressi, si quid commissum esset, traderent Alexandro.* Sic Modius edidit, Palmerii nostri secutus emendationem: οὐχί καθ' ἡμέτερόνγε νόον. Ante fuit: *proditionem imminere, & dividi copias.* Neque hoc ad nostram aut Curtii mentem: etsi fortasse ad mentem quidem, sed ad scripturam minime certe. Meo enim animo, nequaquam à Curtio ullum ejusmodi verbum. Addidit ineptus sciolus, qui desiderari tale animadvertebat. Desideratur, sed intelligi tacite auctor, non hic disertim voluit legi. Multae in his libris id genus inculcationes, quas innumeras jampridem Modius expulit, & superant non paucae, suo quaeque loco nobis expellendae. Hic nunc quidem non muta, sed exige protinus, atque ita scribe: *Ancipitem fidem, mercede venalem proditionem: dividi non ob aliud copias velle, quam ut ipsi in diversa digressi, quod commissum esset, traderent Alexandro.* De copiarum imminutione scio pertendere aliquem posse. minuuntur enim aliquo genere, quae dividuntur. At hic dicat mihi, quid ad proditionem istuc? Ea spectabatur sola, si spectabatur tamen, quae & pendebat à sola digressione. Consideret mihi serius lector - - - ἠδὲ κέ τίς μοι μῦθον ἀτιμάσει. ACIDALIUS. Codices omnes, quos vidi veteres & recentes diserte ponunt: *imminere & dividi.* Palmerius, & Modius *imminere* vertunt in *minui*, Acidalius omnino tollit, & *imminuere & minui*, legitque; *mercede venalem proditionem dividi non ob aliud.* Ego facile assequor, verbum *imminere* à Palmerio & Modio non ex fide MSS. sed suopte judicio à Curtio proscriptum, aut certe in τὸ *imminui* mutatum esse, cum omnes mei codices conjurent in unam scripturam. Suspicor tamen *imminere* glossema lectoris, non Curtii calamum esse. jam ex genio Curtii meo animo est: *Ancipitem Graecorum fidem, mercede venalem proditionem* (esse) *& dividi &c.* vel: *ancipitem Graecorum fidem, & venalem proditionem dividi non ob aliud copias velle.* ita non erit opus verbo *imminere*, & sententia erit plena; *fidem ancipitem* (Graecorum) *mercede venalem proditionem dividi velle copias* Darii; non aliam ob causam, quam ut ipsi à toto exercitu disjuncti, & cum parte copiarum duntaxat conjuncti, siquid sibi creditum aut commissum esset, illud possint tradere Alexandro. Nec Acidalii tamen displicet interpunctio. RADERUS. Haec cum ita legantur in plurimis & optimis codicibus; sensum insuper commodum habeant; non facile assentiar vel Palmerio Modioque qui ita legunt: *ancip. fidem, mercede venalem proditionem, imminui & dividi &c.* vel Acidalio, qui ita: *anc. fid. m. v. proditionem dividi &c.* quibus, si quid mutandum sit, praeferam illud Raderi: *anc. fidem & mercede venalem proditionem dividi non ob aliud copias velle:* Sed ipse quoque sentit nihil hic mutandum esse. Idem judicium est de seqq. verbis, quae sic format Acidal. *in diversa transgressi quod commissum esset.* Prae quibus mallem, *ipsis* (Persis) *in diversa digressis.* FREINSH.

Ut

ut erat sanctus [1] & mitis, *se vero tantum facinus* negat *esse facturum, ut suam* [2] *sequutos fidem, suos milites jubeat trucidari.* [3] *Quem deinde amplius nationum exterarum salutem suam crediturum sibi, si tot militum sanguine* [4] *imbuisset manus? Nemi-* 6
nem stolidum consilium capite luere debere. [5] *defuturos enim, qui suaderent, si* [6] *suasisse* [7] *periculum esset. Denique, ipsos* [8] *quotidie ad se* [9] *vocari in* [10] *consilium, variasque sententias dicere; nec tamen melioris fidei haberi, qui prudentius* [11] *suaserint.* Ita- 7
que *Graecis* [12] *nuntiari* jubet; *ipsum quidem* [13] *benevolentiae illorum gratias agere; ceterum, si retro ire* [14] *pergat, haud* [15] *dubie regnum hostibus traditurum. fama bella stare,*

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Leid. Voss. 1. *ac.* 2 Pal. 1. *secutus.* 3 Aliae edit. *quam.* 4 F. *imbuissent.* 5 Bong. Pal. 1. *defuturos enim eos* Lugd. Amst. *defuturos qui* Alii *defuturos eos.* 6 Alii *sumpsisse.* 7 Bong. Leid. Voss. 1. *periculosum.* 8 Bong. Leid. Voss. 1. *cotidie.* 9 D. Leid. Voss. 1. 2. *advocari.* 10 Voss. 2. Mer. Bas. Col. *consilium jubet.* 11 Leid. Voss. 1. 2. Mer. Lugd. Amst. *suaserit.* 12 Leid. Voss. 1. 2. *nuntiare.* 13 Leid. *Beniv.* 14 Voss. 2. *pergit.* 15 Leid. Voss. 1. *dubiae.*

Ut erat sanctus & mitis] Non potuit magis proprie hoc à Curtio dici. MODIUS. Supra c. 5. *Darius ingenio miti & tractabili* dicitur. hic pro bono, innocenti, integro, aequo & justo. sic Cicero: *vir natura sanctus & religiosus.* Sancta alioquin dicuntur proprie, quae neque sacra, neque religiosa, neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata. quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi non deo consecratum *ff.* l. IX. 9. *de rerum divis.* à sanciendo enim sanctum dicitur, quasi incorruptum, & inviolatum. Alio significatu sanctum est, quod ab hominum injuria munitum atque defensum est, dictum à sagminibus, seu verbenis, seu herbis puris, quae ex loco sancto secabantur à consule vel praetore, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum, bellumve indicendum. ex quo legati *sancti* dicuntur jure gentium, quod eos violari nefas sit. Loca *sancta* muri & portae; *sancti* etiam magistratus dicebantur. sed hic ἠθικῶς accipitur pro natura miti, & ingenio mansueto moribusque aequis & bonis, ipsaque clementia. RADERUS.

Tot militum] Milium legeretur, si operae mihi parere voluissent, potest tamen illud quoque ferri, etsi post dicit Curtius: *unius hominis jactatione tot milium sanguinem impendi.* MODIUS. An tot millium? erant enim triginta millia. Certe infra Curtius: *Unius hominis jactatione tot millium sang.* haec occurrebant, antequam Modium mihi suffragantem inspicerem. sapienter certe Darius, & humane, perculsurus erat omnium gentium animos tam immani ea propter suspicionem facienda, nullo delicto commisso, nec ullo signo proditionis edito. RADERUS. *Tot militum*, ego quoque post Modium & Raderum reponendum hic putem *tot millium.* praesertim cum & vox *milites* proxime *praecesserit.* infra IV, 16, 8. *tot millia suorum.* FREINSH.

Neminem stolidum consilium &c.] Thucydides lib. III. p. 202. Τὴν σώφρονα πόλιν, τῷ τε πλεῖστα εὖ βουλεύοντι μὴ προστιθέναι τιμήν, ἀλλὰ μηδὲ ἐλασσοῦν τῆς ὑπαρχούσης, καὶ τὸν μὴ τυχόντα γνώμης, οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδὲ ἀτιμάζειν. hoc est, *bene morata civitas nullo eum honore afficit, qui bene consuluit, sed nec honorem, quem ille habet imminuit: pariter eum, qui in consulendo inferior fuit, nullo dedecore nedum supplicio prosequitur.* CELLAR.

Variasque sententias dicere] Ὦ βασιλεῦ, μὴ λεχθεισέων μὲν γνωμέων ἀντιέων ἀλλήλῃσι, οὐκ ἔστι τὴν ἀμείνω αἱρεόμενον ἑλέσθαι, ἀλλὰ δεῖ τῇ εἰρημένῃ χρῆσθαι· λεχθεισέων δὲ ἔστι, ὥσπερ τὸν χρυσὸν τὸν ἀκήρατον. αὐτὸν μὲν ἑωυτοῦ οὐ διαγινώσκομεν, ἐπεὰν δὲ παρατρίψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, διαγινώσκομεν τὸν ἀμείνω. *Rex, nisi diversae inter se sententiae dicantur, non potest quis eligere meliorem, sed necesse habet ea, quae dicta est, uti: at, cum plures dictae sunt, licet tamquam aurum purum deligere; quod per se discerni cum nequeat, comparatum cum altero, discerni potest.* Artabanus apud Herodot. lib. VII. non longe ab initio. RADERUS.

Nuntiare] Ubicumque hoc aut simile occurrit, mutavit in editis in *nuntiari*, minus bene, Modius. Elegantius *nuntiare*, quam *nuntiari*: sed codices mei omnes praeter Modianum, *nuntiari* habent. RADERUS. Contra vero Leidens. & Voss. expresse *nuntiare*, sed perinde duximus.

Si retro ire pergat] Turpe sibi Darius tantus rex putabat futurum, si unde venerat rediret, quod ipse fugam interpretabatur (& habebat speciem fugae) hostem inde animum sumpturum, suos posituros; se timoris, quod in rege turpissimum est, ipsaque morte dirius, insimulatum iri. Itaque multis aut mutatio castrorum, aut abitus, aut regressus parum feliciter cessit, ut Livius lib. XXII, XXIII, & XLIV. narrat. De Pyrrho Justinus XXIII, 3, 9. De Amomphareto nolente castra mutare adversus Mardonium, Plutarch. in Aristide cap. 34. De Constantino Pogonato Zonaras lib. III. De Hannibale, etiam Appianus. De Mnasippo Xenophon lib. III. Hellen. qui plura exempla desiderat, Gruteri commentarium adeat ad illa Taciti verba, lib. de moribus Germanor. *Et ipsa plerum-*

8 *stare, & eum, qui recedat, fugere credi. Trahendi vero belli* [1] *vix ullam esse ratio-*
nem. tantae enim multitudini, utique quum jam [2] *hiems instaret, in regione vasta, &*
9 *invicem à suis atque* [3] *hoste vexata, non suffectura alimenta.* [4] *Ne dividi quidem co-*
pias posse [5] *servato more majorum, qui universas vires* [6] *semper discrimini bellorum* [7] *ob-*
10 *tulerint. Et hercule terribilem antea regem, & absentia sua ad vanam fiduciam ela-*
tum, [8] *posteaquam adventare se senserit, cautum pro temerario factum,* [9] *delituisse in-*
ter angustias saltus ritu ignobilium ferarum, [10] *quae strepitu praetereuntium audito,*
sil-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. Mer. Ald. Frob. Bas. Pal. 1. Col. *insulsam* Leid. *vix illam.* 2 P. F. *hyens.* 3 Voss. 2. *ab hoste.* 4 Pal. 1. *nec.* 5 Pal. 1. omittit *servato.* 6 Leid. Voss. 1. 2. *discr. bell. semper.* 7 Editt. al. *obtulerant* Mer. P. Ald. Bas. Col. *obtulerunt.* 8 Pal. 1. Leid. Voss. 1. *postquam.* 9 Bong. Voss. 1. *dilituisse* Mer. *detulisse.* 10 Voss. 2. *qui.*

rumque fama bella profligant. RADERUS.

Fama bella stare] Famae serviendum est studiosissime, eademque saepe negligenda & contemnenda, ne vanis rumoribus turberis. prius affirmat ipse noster Curtius & hic, & aliis locis. Livius testis amplissimus accedat XXVII, 47, 4. *Famam bellum conficere, & parva momenta in spem metumque impellere animos.* Nec Tacitus dissentit XIII, 8, 4. *fama in novis coeptis validissima est.* & Agr. 18, 5. *instandum famae, ac prout prima cessissent, fore universa.* De hac bellica fama tam multa Gruterus loco paullo ante laudato, uti nec plura desiderare possis, aut legere velis, quae nos indigitare tantum voluimus. Contra tamen saepe animus adversus rumores firmandus. Livius XXII, 39, 11. *adversus famam rumoresque hominum si satis firmus steteris.* Idem fere Paterculus II, 115, 6. *Numquam consilia ducis judicio exercitus, sed exercitus providentia ducis regendus est.* Seneca

Male imperatur cum regit vulgus duces:
Ad calamitatem quilibet rumor valet.

RADERUS. Seneca epist. 13. *Fama conficere bellum solet.* Livius l. XXVII. c. 45. ait *famam bellum conficere, & parva momenta in spem metumque impellere animos.* Tacitus XIII. Ann. c. 8. *fama in novis coeptis validissima est.* CELLAR.

Qui recedat, fugere credi] Facit huc sententia Curionis apud Caes. de Bell. Civ. II, 31. *Castrorum mutatio quid habet nisi turpem fugam, & desperationem omnium, & alienationem exercitus?* Herodian. I, 14. *Bellum relinquere inchoatum, praeterquam quod indecorum videtur, etiam periculosum est. Quippe audaciam barbaris injiciemus: neque enim remeandi cupiditate decessisse nos, sed aufugisse metu perculsos arbitrabuntur.* Livius XXII, 32, 3. *adeoque inopia est coactus Annibal, ut nisi tum fugae speciem abeundo timuisset, Galliam repetiturus fuerit.* Hinc illae loquutiones apud auctores. Diod. XX, 3: ἀποχώρησιν ἀσχήμονα, καὶ μὴ φυγῇ παραπλησίαν. Xenoph. ἀναβάσ. IV. ὥστε ἡ πορεία ὅμοια φυγῆς ἐγίνετο. Adde eundem pag. 606. B. Polyb. II, 18. de Gallis, φυγῇ παραπλησίαν ἐποιήσαντο τὴν ἀποχώρησιν, quod ad verbum Caesar de Bell. Gall. VII, 43. & Livius alicubi; *fugae similem profectionem facere.* Idem XXVIII, 2, 14. de Asdrubale: *signis repente sublatis, fugae magis quam itineris modo penitus ad Oceanum & Gadeis ducit.* & XXV, 14, 15. de Hannone: *fugae magis quam itineris modo in Brutios rediit.* Inde notatur in Pyrrho *turpis ab Italia discessus.* Justin. XXIII, 3, 12. FREINSH.

Trahendi belli] Trahere bellum est moram in gerendo quaerere, proelia, & quicquid illud conficere potest, declinare de industria. Livius l. III. c. 62. *& trahi bellum salubriter, & mature perfici potest.* Idem l. V. c. 10. *unum bellum, annum jam tertium trahi, & consulto male geri: ut diutius gerant.* Cicer. epist. VII, 3. & Nep. VII, 8. idem est *ducere bellum,* CELLAR.

Vix ullam] Vulgo *insulsam*, plane insulse. MODIUS. Codices veteres plerique habent, *insulsam esse rationem.* Itaque non dubito, quin illa, *vix ullam*, sint corrupta, cum ne sensus quidem eorum sit satis conveniens. *Vix ulla* enim non excludit *omnem*, quod hic vult Darius. Quare suspicor scripsisse Curtium. *Trahendi vero belli falsam esse rationem*, vel *vix salvam esse rationem.* SCHEFF.

Servato more majorum] Sic enim Cyrus, Darius, Xerxes maximis copiis collectis ipsi praesentes neminem abire patiebantur, & universas vires in proeliis adhibuerunt, quod ex Herodoto, Xenophonte, & aliis cognosci potest, & miror à Brissonio non animadversum. RADERUS.

Obtulerint] Aldus & Pithaei codex; *obtulerunt:* alii *obtulerant.* secutus sum conjecturam olim meam, quam nunc descriptis Bongarsii variis, membranis illius juvari video. & sane requirit eum verbi modum oblique relata oratio. FREINSH.

Ritu ignobilium ferarum] Plane germana his Tacitus Agric. 34, 3. *Quomodo silvas saltusque penetrantibus, fortissimum quodque animal robore, pavida & inertia ipso agminis sono pelluntur.* Haud multum diversum est illud Flori II, 3, 4. *Ligures imis Alpium jugis adhaerentes inter Varum & Macrum flumen, implicitosque dumis silvestribus, major aliquanto labor erat invenire, quam vincere.* FREINSH.

Silvarum latebris se occulerint] Et hoc à Modio. vulgus librorum, *occuluerunt.* Tu facito *occulerent.* non tam id verbi Alexandrum ejusque exercitum re-

silvarum latebris se [1] occuluerunt. Jam etiam [2] valetudinis simulatione frustrari suos 11
milites. sed non amplius ipsum esse passurum [3] detrectare [4] certamen. in illo specu, in [5] quem pavidi recessissent, oppressurum esse cunctantes. Haec magnificentius jactata quam verius. Ceterum, pecunia omni [6] rebusque pretiosissimis Damascum Sy- 12
riae cum modico praesidio militum missis, reliquas copias in Ciliciam duxit, insequentibus more patrio [7] agmen conjuge [8] & matre. virgines quoque cum parvo filio comitabantur patrem. Forte eadem nocte & Alexander ad fauces, quibus 13
Sy-

Variantes Lectiones.

1 Bong. Voss. 1. *occuluerint* Leid. Lugd. Amst. *occulerint* Voss. 2. *occuluerit.* 2 Leid. Voss. 1. 2. *valitud.* 3 Leid. & Voss. 1. *detractare.* 4 D. *certamim* & à manu secunda *certamen.* 5 P. *quo.* 6 Bong. Voss. 1. 2. *rerumque.* 7 Leid. *agmine.* 8 Leid. & Voss. 1. *ac.*

respicit, etsi respicit omnino, quam feras ipsas, à quibus ad illos accommodatur. ACIDALIUS. *Occulerent* Acidalius, Modius *occulerint.* editi codices *occuluerunt.* videtur hic Acidalius sequendus. *occulerent*; *occulere solerent. Occulerint*; *occulere censuerint*, non male, & nescio, utrum non melius. RADERUS. *Occuluerunt*, cum Modius legat *occulerint*, Acidalius *occulerent*, Bong. *occuluerint*, adhaerendum putavi Aldo, cujus lectionem etiam Elz. novissima praefert, cum certe nulli aliarum sit posthabenda; forsan & anteferenda omnibus. FREINSH.

Valetudinis simulatione] Curtius infra in querimonia Alexandri *vix suos credere, non simulari valetudinem*, id est morbum. eodem libro. *infirmitatem valetudinis tuae video.* hinc passim scriptores, adversa *valetudo*, incommoda inhabilis, dura, & saepe sine epitheto. Cicero *valetudine affici.* Quintilian. *Valetudinis caussas saepe attulerunt.* Vellej. *ingravescit indies valetudo.* Tacitus. *Valetudine aeger. anceps valetudo.* RADERUS.

Ipsum esse passurum] Ambigue dictum explano. Darius dictabat se non amplius passurum ipsum Alexandrum detrectare certamen, saepe tacet Curtius pronomen cum participio jungendum, uti & hic *se* audiri voluit. RADERUS. Nihil familiarius Curtio, qui hac in parte Graecos, eosdem, quos in historia enarranda, sequitur, quibus haec reciproci ellipsis elegans visa. Confer ergo Curtium hac in re secum. l. IV. c. 12, 4. l. V. c. 9, 2. & 17. l. V. c. 12, 15. l. VI. c. 5, 31. & pluribus.

In illo specu] Ita vocat angustias montium, in quas more ferarum se abdidisse supra dixit. rideam, si quis interpretetur de specu Typhonis. FREINSH. quod Raderus hoc loco fecisse videtur.

Haec magnificentius] Ejusmodi suspicionem amovet ab se Scipio, Liv. XXI, 41, 1. *Non vereor, ne quis me hoc vestri adhortandi caussa magnifice loqui existimet, ipsum aliter animo affectum esse.* Solent enim quandoque duces confirmandi militis caussa, premere metus suos, & de suis viribus magnifice praedicare. Sic Aeneas apud Virgil. 1, 212.

Talia voce refert, curisque ingentibus aeger
Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Apud Livium XXVIII, 8, 1. *Philippus moerebat quidem & angebatur &c. In concilio tamen dissimulans aegritudinem, elato animo disseruit.* Idque est, verbis Senecae ad Polyb. 24, 5. *quod duces magni faciunt, rebus affectis, ut hilaritatem de industria simulent, & adversas res adumbrata laetitia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem viderint, & ipsi collabantur.* FREINSH.

Pecunia omni] Arrian. II, 2, 39. verisimilius scribit, *majorem pecuniae partem.* FREINSH.

Rebusque pretiosissimis] Bong. *rerumque pretiosissimis*, aeque bene. sic infra III, 13, 5. IDEM. adsentitur Bongarsio Codex MS. Vossianus, & sic l. V. c. 6, 7. *pretiosissima vestium induti.*

Damascum] Haec regalis quondam civitas fuit, & in omnia Syriae tenuit principatum. Quam Julianus Imperator in epist. veram Jovis urbem, & orientis totius oculum vocat. Isidorus à Damasco dispensatore nuncupatam refert, quem Abraham futurum sibi heredem dixerat, antequam Isaac illi promissus esset. Nobilissimam hanc Syriae urbem Tamerlanes Scytharum praepotens rex diripuit atque incendit. POPMA. vide infra l. III. 12, 27.

More patrio] De quo vide Brisson. lib. III. p. 312. Quo & ipso, sicuti in pluribus aliis institutis, similes fuere Germanorum, de quibus idem prodit Tacitus noster G. 7, 3. FREINSH.

Ad fauces] Cilicia ab occasu habet Pamphyliam, ab ortu Syriam, à meridie Issicum sinum, à septentrione Cappadociam, qua venit Alexander. Tres habet aditus peranguistos, primus qua ex Cappadocia Tarsum versus tenditur, qui tam arctus est, ut similitudinem portarum referat. Et de his faucibus & ingressu in Ciliciam, supra III, 4, 2. sermo est. Alter est, quo ex Cilicia per portas Amani montis in Syriam exitur, haud procul Isso: tertius ad portas Syriae est Media, post aditum est campestris, per quam Pyramus & Cydnus fluit. Ternae pylae sunt auctoribus nominatae, pylae seu portae Ciliciae à septentrione, quibus per angustias venitur in campestrem Ciliciam: alterae ad Amani montis radices, quibus in Syriam aditur, & Cilicia finitur. Tertiae portae Syriae seu Ciliciae sunt extremae ad sinum Issicum, quem attingunt juxta mare. Hic Camertis, qui Solinum commentariis illustravit, erro-

Syria aditur, & Darius ad eum locum, quem *Amanicas* [1] *Pylas* vocant, pervenit.
14 Nec dubitavere Persae, quin [2] Isso relicta, quam ceperant, Macedones fugerent.
Nam etiam saucii quidam & invalidi, qui agmen non poterant persequi, excepti
15 erant. Quos [3] omnes, instinctu purpuratorum, barbara feritate [4] saevientium,
praecisis [5] *adustisque manibus circumduci, ut copias suas noscerent; satisque omnibus*
16 *spectatis, nuntiare quae vidissent regi suo*, jussit. Motis ergo castris, superat

[1] Pi-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 1. 2. *pilas.* 2 D. Cl. Mer. P. F. B. 2. Pal. 1. Leid. Voss. 1. *Isson* Voss. 2. *Ysson* Col. *Ysso.* 3 Leid. Voss. 1. 2. *omnis.* 4 Voss. 1. *saevenientium.* 5 Mer. Er. Col. *adductisque.*

rem emenda, portas Cilicias cum Amanicis confundentem, cum & Curtius, & Xenophon, Strabo, Solinus, & alii auctores, diversas affirment. Nam Ciliciae portae, quas Alexander ingressus suam felicitatem & hostium stultitiam admiratus est, sunt quibus ex Cappadocia, ut dixi, aditur campestris Cilicia. Amanicae, quibus exitur in Syriam. Syriae seu Ciliciae sunt tertiae, quibus finitur Cilicia versus orientem, diversae ab Amanicis. RADERUS. ad III, 4, 2. Idem hoc loco addit: Emendandus ergo & Abrahamus Ortelius in descriptione expeditionis Alexandri, qui Pylas Amanicas ponit, ubi debebat Syriae & Ciliciae collocare. Vide & Eustath. ad Dionys. v. 585. Polyb. XII, 8. &c. & Ciceron. in Epist. fam. XV, 4. ibi: *Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria, quorum uterque parvis praesidiis propter angustias intercludi potest; nec est quidquam Cilicia contra Syriam munitius. Sed me Cappadocia movebat, quae patet à Syria &c.* Illas *angustias Ciceronis* vocari suspicor, quod ibi castra habuisset, apud Elmacin. Hist. Saracenicae III, 4. FREINSH. Cl. Clericus hic iterum suo more Curtium insimulat gravioris omissionis, Judicii c. 5. §. 8. quam etsi in aliis etiam agnoscat, §. 7, & ex Arriani historia ipse conficere possit, recte scripsisse nostrum; tamen illud intolerandum judicat. inique.

Nec dubitavere Persae] Caesar de bell. Civil. II, 40. *Curio ad superiorem spem addita praesentis temporis opinione, hostes fugere arbitratus, copias ex locis superioribus in campum deducit.* Sed improspero eventu. Felicius, ut omnia, Caesari cessit error, sive erroris simulatio fuit, in pugna ad Mundam, cum *cohortes hostium quinque per transversam aciem actae, quas Labienus periclitantibus castris subsidio miserat, fugae speciem praebuissent.* Florus IV, 2, 83. Adde Xenophontem extremo lib. IV. ἀναβάσ. Similia Macedonibus aliquoties evenisse credibile est, ex eo quod Philippus & hic Alexander Macedonica evolutione in proeliis uti desierunt, quod ea *similis fugae, animos addebat hostibus, & suis terrorem inferebat.* Aelian. Tactic. XXXIV, 4. Qui sane terror ex hujuscemodi caussa conceptus, & Romanis apud Liv. I, 27, 8. negocium exhibuit: & Graecos post Alexandri mortem desciscentes prodidit. Vide Diodor. XVIII, 7. FREINSH.

Isso relicta, quam ceperant, Macedones fugerent] Dubia oratio in verbis, *quam ceperant*, ceperunt Macedones, & ceperunt Persae, illi prius, hi posterius. sed eximit scrupulum sententia, & rerum ordo. *τὸ ceperunt* ad Macedonas pertinet. Nam si cepissent Issum (quamvis postea fugatis Macedonibus ceperint) Persae non dubitassent, an essent fugituri Macedones, cum deprehensos occidissent, uti fecerunt. RADERUS.

Agmen non poterant persequi] Leve est, sed sinceritatis interest, ut *potuerant* scribatur. In eadem voce saepe deinceps itidem erratum, quod indicasse hic semel suffecerit, ne ubique semper iteremus. ACIDALIUS.

Praecisis adustisque manibus] Adde infra V, 5, 6. & de crudelibus Persarum suppliciis Brisson. lib. II. pag. 259. & deinceps. *Syri fugitivi* (servili bello) *captivorum manus non ad ipsas commissuras & internodia, sed cum ipsis simul brachiis abscindebant.* Diodor. in excerpt. apud Valesium pag. 372. Quanta autem haec sit feritas, pulcherrime expressit Florus III, 4, 7. in bello Thracio: *Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus domiti. quippe in captivos igne ferroque saevitum est. Sed nihil* (attende!) *Barbaris atrocius visum est, quam quod abscissis manibus relicti, vivere superstites poenae suae jubebantur*, quo loco notam nostram vide. Floro in eadem historia addendus Marcellin. XXIX, 26. f. *Sagittariorum vero primoribus manus incidit.* FREINSH. quomodo *adustisque*, cum sequatur mox, *quorum amputaverat manus*, nulla facta mentione adustionis? sed nec alibi quid legas tale. Amputabantur manus, non adurebantur. Codices nonnulli habent non *adustis*, verum *adductis*. suspicor itaque à prima fuisse manu *adstrictisque*, id est revinctis, funibus videlicet ad tergum, sicut fere solet in hoc genere. SCHEFF.

Ut copias suas noscerent] Ita Valerius Laevinus Cos. cum intra castra sua exploratorem hostium deprehendisset, magnamque copiarum suarum fiduciam haberet, circumduci eum jussit, terrendique hostis caussa exercitus suos visendos speculatoribus eorum quoties voluissent, patere. Idem olim fecerat Xerxes Graecis exploratoribus in castris deprehensis, ut Herodotus lib. VII. c. 146. Plutarch. apoph. 6. & Polyaenus Stratag. l. VII. refert; & postea Scipio, ut Appianus lib. bell. Punicorum. RADERUS.

Pina-

[1] Pinarum amnem, [2] in tergis, ut [3] credebat, fugientium haesurus. [4] At illi,
quorum [5] amputaverat manus, ad castra Macedonum penetrant, *Darium* [6] *quam*
maximo cursu posset, sequi nuntiantes. Vix fides habebatur. itaque speculatores 17
[7] in maritimas regiones [8] praemissos *explorare* jubet, [9] *ipsene adesset*, *an praefectorum*
aliquis speciem [10] *praebuisset universi venientis exercitus.* Sed quum speculatores re- 18
verterentur, procul ingens multitudo conspecta est. ignes deinde totis campis con-
lucere coeperunt, omniaque velut [11] continenti incendio ardere visa: quum incon-
dita multitudo, maxime propter jumenta [12] laxius tenderet. Itaque *eo ipso loco* 19
metari suos castra jusserat; laetus, quod omni [13] expetiverat voto, in illis potissi-
mum angustiis decernendum [14] esse. Ceterum, [15] ut solet fieri, quum ultimi discri- 20
minis tempus [16] adventat; in sollicitudinem versa fiducia est. Illam ipsam fortu-
nam, qua adspirante res tam [17] prospere gesserat, verebatur; nec injuria, [18] ex
his quae tribuisset sibi, [19] quam mutabilis esset, reputabat. *unam superesse noctem*;
quae

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *spinarum* Mer. Bas. Col. *Pyrrhamum* Alii *Pyramum.* 2 Pal. 1. *integris.* 3 Voss. 2. *credebant.* 4 Bong. *ille.* 5 Pal. 1. *amputaverunt.* 6 Bong. Voss. 1. 2. *quanto.* 7 Bong. Pal. 1. Leid. Voss. 1. 2. omittunt *in.* 8 Lugd. Amst. *praem. Alexander explorare.* 9 Pal. 1. Leid. Voss. 1. 2. *ipse* B. 1. *utrum ipse* à diversa manu. 10 Voss. 2. *tribuisset.* 11 Pal. 1. *in cont.* 12 Voss. 2. *lassius.* 13 Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. *expetierat* Voss. 2. *voto expetiverat.* 14 D. Cl. P. F. B. 2. Leid. & Voss. 1. *fore.* 15 sic D. Ald. Pal. 1. Leid. & Voss. 1. sed Lugd. Amst. *ut solet.* 16 Mer. *venerat.* 17 F. *proprie.* 18 Sic Bong. sed Ald. Bas. *ex iis.* 19 D. Pal. 1. Leid. & Voss. 1. *quamq.* Mer. *quamque.*

Pinarum amnem] Hujus amnis nomen nullo merito suo, per summam injustitiam ex Curtio ejectum erat, substituto in locum ejus semper *Pyramo.* verum ego non passus tam insignite immerenti injuriam fieri, ubique illud ex veteribus libris restitui: & puto etiam apud Plutarchum, quo loco est τῷ Πινδάρῳ, restituendum τῷ Πινάρῳ, quemadmodum etiam Arrianus non semel appellat. MODIUS. *Pinarum*, Sic malui cum Bong. & Pal. 1. (nam ille *Spinarum* habet) quam cum aliis Pyramum. Vide infra III, 8, 28. locum ita depingit Raderus: Secundum Issum ex monte Pinarus cadebat inter Aegeas & Issum, mareque Cilicium recto cursu petebat. Darius ultra Pinarum constitit, cis Alexander, qui & mare habebat à sinistro latere, ut Darius à dextro, montem Alexander à dextris, à sinistris Darius. Pinarus medium utriusque exercitum dividebat. FREINSH.

Speciem praebuisset] Sic & quaedam Edd. Bong. quod probo, prae illo aliorum *tribuisset.* IDEM. Agnoscunt Freinshemii lectionem uterque codex Leid. & Voss.

Sed cum spec. revert.] Vidi alibi *sed quam speculatores.* Potuitne ab auctore omitti, an à librario omissa est particula *ante?* ut valeat, priusquam reverterentur: quod in hac re magis verisimile. Sed ut vulgo etiam est, capi *reverterentur* potest, cum in reditu essent, nondum reversi. ACIDALIUS. *Sed cum antequam* malim RADERUS.

Eo ipso loco castra metari jusserat] Reversus Alexander, ut Plutarchus, & Arrianus tradunt, ad Pylas, quas jam in Syriam iturus Alexander transierat (ut Curtius ex Pylis tantum occupatis ad Pinarum) sub mediam noctem rursus ad Pylas Syriae Ciliciam ingressus quievit ad lucem, inde recta in hostem contendit. Eo ipso loco, quo exploratores adesse Darium nuntiantes audierat, intra & post Pylarum angustias castra posuit ea nocte, sed Curtius aliter ut infra cognosces. RADERUS.

Ut solet] Editi, *ut solet fieri.* Dii vos perdant Glossatores! MODIUS. Codices plerique omnes habent, *ut solet fieri*; sed illud *fieri* glossema juxta cum Modio existimo. RADERUS. Pulcre Vegetius l. III. c. 12. *animis paene omnium hominum hoc evenit, ut trepident, cum ad conflictum venerint.* FREINSH.

Adventat] *Advenerat* alii, alii *advenerit*, servo primam scripturam. RADERUS.

Illam ipsam fortunam] Vide quae notavi ad ista Flori IV, 2, 19. *Sane & ipse ante aciem moestior non ex more Caesar, sive respectu fragilitatis humanae; sive nimiam prosperorum suspectam habens continuationem.* Quem in sensum eleganter Plinius VII, 40. *Quippe ut alia non sint, certe ne lacessat fortuna, metus est.* Quare Lipsius Polit. V, 20. probe monet, vitanda, qua possis, esse incerta belli, ubi plura in hunc sensum vide. Adde & Annibalis orationem ad Scipionem apud Livium XXX, 30. FREINSH. Propter inconstantiam ejus, & mutabilitatem, sic Caesar ante proelium Mundense fuit moestior, non ex more, *sive respectu fragilitatis humanae, sive nimiam prosperorum suspectam habens continuationem, vel eadem timens, postquam idem esse coeperat, quod Pompejus.* Florus lib. IV. c. 2, 19. CELLAR.

Quam mutabilis esset] Nescio an satis idonea sit

haec

21 *quae tanti discriminis moraretur eventum.* [1] rursus [2] occurrebat, *majora periculis prae-*
mia: & sicut dubium esset, an vinceret; ita illud utique certum esse, honeste, & cum
22 *magna laude moriturum.* Itaque *corpora milites curare* jussit, *ac deinde tertia vigilia*
instructos & armatos esse. [3] ipse in jugum editi montis [4] adscendit, multisque con-
23 lucentibus facibus patrio more sacrificium [5] diis praesidibus loci fecit. Jamque
tertium, sicut [6] praeceptum erat, signum tuba miles acceperat, [7] itineri simul
paratus [8] & proelio: *strenueque* jussi *procedere*, oriente luce [9] pervenerunt ad angu-
stias,

VARIANTES LECTIONES.

1 D. *Russus.* 2 Voss. 2. *occurrebant.* 3 P. omittit *ipse* Voss. 2. omittit *in.* 4 Leid. D. *escendit* B. 2. *escendit* est tamen mutatum in *ascendit.* 5 B. 1. 2. Leid. & Voss. 1. *dis* Pal. 1. omittit. 6 Leid. *praecepto.* 7 D. Cl. P. B. 1. 2. Leid. Voss. 1. *itinere.* 8 Bong. Leid. Voss. 1. *ac proelio.* 9 Voss. 2. *perveniunt.*

haec sententia, quomodo enim ex iis, quae sibi tribuerat fortuna, reputare poterat, esse mutabilem, qui eam semper habuerat faventissimam semperque eandem? quare praefero, quod habent libri alii, *quamque*; totumque locum ita distinguo: *verebatur, nec injuria ex his, quae tribuisset sibi; quamque mutabilis esset reputabat.* ut sit sententia, illam ipsam summam fortunae indulgentiam verebatur, vel propter hoc ipsum, quod ei tribuisset tanta, nec injuria, quia nempe, quum ad summam pervenit, maxime debet esse suspecta, ut quae diu eo loco nesciat manere; hinc ergo reputabat simul, quam non possit eam indulgentiam longius ab ea sperare. SCHEFF.

Occurrebat] Secutus sum lectionem Pithaeani codicis, & alterius ex Bongars. inducit enim hic auctor tacitum discursum mentis, quem Alexander tum sollicito corde volutaverat. FREINSH.

Honeste moriturum] Eadem mens Dario infra l. v. c. 8, 5. & Antigono apud Plutarch. in Demetrio c. 31. pertinet huc querela militum Alexandri supra l. III. c. 5, 5. FREINSH.

Corpora curare] Cibo potuque reficere Livius l. III. c. 2. de militibus ante proelium: *tum quidem corpora cibo somnoque curant.* CELLAR.

Tertia vigilia] In quatuor enim partes nox veteribus erat distributa, quas ex vigilum officio *vigilias* appellabant. Exempla sunt obvia, etiam apud nostrum crebra. vide l. IV. c. 5, 19. IV, 10, 8. &c. CELLAR. Qui plura desiderat, consulat Polybium, Lipsium, Stewechium ad Vegetium lib. III, c, 8.

Adscendit] MSS. plane *escendit*, quam vocem male docti plurimis in locis exegerunt, sed quam in integrum restituit Latinae venustatis consummatissimus vindex J. Fr. Gronovius ad Livium l. II. c. 17. & jam ante Stewech. ad Veget. l. I. de re militari.

Diis praesidibus loci] Genium loci vocabant. ex Pythagorae disciplina, qui singulis locis genium praeesse docuit. eo factum est, ut qui novam regionem ingrederentur, praesidem & genium loci adorarent. Virg. l. v. Aeneid. vs. 95.

Incertus, geniumne loci, famulumne parentis
Esse putet - - -

Et l. VII. Aeneid. vs. 136.

- - - Geniumque loci, primamque Deorum
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatur
Flumina - - -

Ovidius Fastor. I, 509.

Diique petitorum, dixit, salvete, locorum.

& concludit.

Quis, tantum fati, credat, habere locum?

(longe tamen alia hujus versus est sententia) Nicolaus Serarius ad Josue lib. c. 4. q. 11. pag. 395. disputat, num recte & religiose, non superstitiose salutarint Israëlitae terram promissam, quando ex Aegypto profecti illam salutarunt. Ubi & hunc Curtii locum, aliosque ex Virgilio aliisque laudat. RADERUS. Sic in adag. Diogeniani cent. I, 25. refertur Ἀνάγυρος τὶς ἥρως ἐπιχώριος, *Anagyrus quidam loci genius:* Alludit eo Tertullian. de pallio cap. 4. Adde Herod. VIII, 39. Silium lib. XIII. vs. 124.

Numen erat jam cerva loci, famulumque Dianae
Credebant, ac tura deum pro more dabantur.

& Taubman. ad Plauti Bacch. 2, 1. Faber Semest. I, 48. Paganis enim persuasum erat, nullum esse locum sine numine. Hinc illud Virg. Ecl. 3, 60.

- - - - - - Jovis omnia plena

ex Orpheo, cujus versus refert Euseb. praepar. Euangel. lib. III. & Arato: Μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα, καὶ λιμένες: *Plenae autem Jovis omnes sunt viae, omnia hominum fora: plenum denique mare & portus:* & Lucan. IX, 580.

Jupiter est quodcumque vides, quodcumque moveris.

& IX, 522.

Esse locis superos, testatur silva per omnem
Sola virens Lybien - - - -

Sic supra III, 1, 4. *traditum est, Nymphas amore amnis retentas, in illa rupe considere.* FREINSH.

Itineri simul paratus & proelio] Sic supra lib. III. c. 4, 13. dixerat, *moniti non iter ipsos inire sed proelium.* FREINSH.

Oriente luce] Qua illud accidisse memoria dignum Lucian. in prolapsu inter salutandum in hunc ferme sensum prodit: *Cum Alex. Magnus pugnam illam ad Issum initurus esset, quemadmodum Eumenes Sardianus* (immo *Cardianus*) *in epistola ad An-*

ſtias, quas occupare decreverant. *Darium triginta inde ſtadia* [1] *abeſſe* praemiſſi in- 24
dicabant. tunc *conſiſtere agmen* jubet; armiſque ipſe ſumptis, aciem [2] ordinabat.
Dario adventum [3] hoſtium pavidi agreſtes nuntiaverunt, vix credenti occurrere
etiam, quos ut fugientes ſequebatur. Ergo non mediocris omnium [4] animos for- 25
mido [5] inceſſerat: quippe itineri [6] quam proelio aptiores erant, raptimque arma
[7] capiebant. ſed ipſa feſtinatio diſcurrentium, ſuoſque ad arma vocantium, majo-
rem metum incuſſit. Alii in jugum montis evaſerant, ut hoſtium agmen inde 26
proſpicerent: equos plerique frenabant. diſcors exercitus, nec ad unum intentus
imperium, vario tumultu cuncta [8] turbaverat. Darius initio [9] montis jugum cum 27
par-

VARIANTES LECTIONES.

1 Baſ. *adeſſe*. 2 Bong. Leid. Voſſ. 1. Lugd. Amſt. *ordinat*. 3 B. 1. Voſſ. 2. *oſtium*. 4 D. Leid. Voſſ. 1. 2. *animo*. 5 Bong. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *inceſſerat*. 6 D. P. F. B. 2. Leid. Voſſ. 1. omittunt *quam*. 7 Leid. p. *cupiebant*. 8 B. 1. *turbaverant*. 9 Leid. Voſſ. 1. 2. *jugum montis*.

Antipatrum refert, mane in tabernaculum ejus ingreſſus Hephaeſtio, ſive tum ita oblitus ſui fuerat, ſive conſternatus, quemadmodum & ego, ſive etiam numine aliquo impellente, idem tum quod ego dixit, ὑγίαινε βασιλεῦ, *Vale rex: tempus jam eſt in aciem educi exercitum. Conturbatis autem ceteris qui tum aderant, ob inopinatam ac novam ſalutandi formam, ac ipſo Hephaeſtione propemodum prae metu emoriente, Alexander reſpondens, Accipio, inquit, omen. nam nos ſalvos atque integros è pugna reverſuros eſſe, hoc verbum mihi nunc pollicetur.* Ceterum quaenam illa lux fuit! illane de qua Aelianus Hiſtor. Var. 11, 25. Sexta nimirum Thargelionis? Illa enim, ut ſcribit ille, *Alexandrum Macedonem Philippi filium, multas barbarorum myriades fudiſſe dicunt.* Sed obſtat illorum opinio, qui putant Thargelionem menſem Latinorum Februario reſpondere: ita enim hyeme pugnata fuerit iſthaec pugna. Sed negat Curtius, & aeſtate factam indicat ſupra 111, 5, 1. *tunc aeſtas erat.* Ideoque dubitabam de altera pugna cum Dario ſentire Aelianum, praeſertim cum adjiciat, ὅτε καὶ Δαρεῖον καθεῖλεν Ἀλέξανδρος. ſed nec illo magis quadrare reperi: nam & tunc aeſtas fuit: noſter infra IV, 12, 14. *Coeli fulgor tempore aeſtivo ardenti ſimilis internitens.* Atque haec penſitantem vel iſta ratio movere potuit, ut accedam ſententiae eorum, qui Thargelionem Aprili Majoque noſtratibus componunt. Huc accedit & illud, quod eodem die Alexandrum mortuum eſſe, adjecit Aelianus: idque ipſum aeſtivo quoque tempore accidiſſe Curtius infra x, 10, 9. ſignificat. Confirmat eam opinionem & Ἐτυμολογικὸν τὸ μέγα cum dicit: Θαργηλιὼν δὲ, ὁ ἑνδέκατος μὴν ὀνομάζεται. ἐπεὶ τότε ὁ ἥλιος πυρώδης ἐστὶ, καὶ ἐν τούτῳ τῷ μηνὶ τὰ τῆς γῆς ἄνθη ἀνεξηραίνετο. ἀπὸ τοῦ θέρειν οὖν τὴν γῆν. τὸ δὲ θερμὸν, θάργηλον ὠνόμασαν. *Thargelion vocatur undecimus menſis. tunc enim ſol ardentior eſt, & hoc menſe flores terrae exareſcunt. accepit ergo nomen à calefaciendo terram. calidum autem* θάργηλον *vocatur.* Ubi tam ex eo, quod undecimum menſem dicit eſſe, facile conjectu eſt, cui reſpondeat (primus enim Graecorum in Junium noſtrum incidit) quam quod aït ſolem tum ardentiorem eſſe. Unde Lud. Dulcis in Diario *al XIIX. di Giugno: Fu vinto Dario da Aleſſ. Magno.* Ut ita pugna, quae videbatur Aeliano cum Curtii locis intercedere, ſublata, tantum ſuperſit quaerere, utrum duorum cum Dario commiſſorum proeliorum intelligat Aelianus. & quidem ex ultimis ejus verbis ſuſpicor, de poſtremo eum loqui, cum ibi Darium captum fuiſſe dicat, ſi quidem interpreti credimus. nam ille ſenſus cum hiſtoriae adverſetur, ſic exponendus non eſt, ſed potius, *ubi & evertit*, hoc eſt, dejecit, debellavit, *Darium Alexander.* Sic apud Thucydidem 1, 26, 28. Athenienſes ad Spartanos, εἰ καθελόντες ἡμᾶς ἄρξαιτε, *ſi dejectis nobis ipſi imperetis.* In Euſebianis Scaligeri pag. 249. Κῦρος τὴν Λυδῶν βασιλείαν καθεῖλεν. Sed & Arrianus indicio eſt ad ultimam Dario pugnam id referendum. nam ille 11, 2, 4. priorem commiſſam ſcribit menſe Maemacterione, quem quidam cum Suida Januarium, alii Septembrem eſſe volunt. Sed tota haec ratio ſatis confuſa & turbata eſt. quin & vereor, ut Curtii narratio ſibi conſtet. cum enim ante ita accendiſſet tempus, ut Alexandrum ſuum aeſtu cogente in frigidiſſimum flumen mitteret; jam intra unius menſis ſpatium (nec enim amplius interceſſerit) ſubito nivem effundit, & humo gelu rigente, Gangabas ſuos regiis veſtibus adverſus frigus munit, mox 111, 13, 7. Adde infra ad 111, 11, 27. FREINSH.

Raptimque arma capiebant] Similia vide in Livio XXIII, 27, 3. FREINSH.

Darius initio] Ut hic locus & ſequens caput intelligatur, delineanda regio, & ſitus campi montiſque & maris eſt, circa Iſſum & Pinarum amnem, & hoc ex antiquis & probis ſcriptoribus. Ex Herodiano l. 111. c. 12. colligi poteſt fuiſſe planitiem ad mare Cilicium inſtar ſtadii curſorii porrectam, in qua utrimque ſtetit equitatus trans Pinarum Darii; cis verſus Syriam Alexandri, locumque totum monte Tauro velut theatro clauſum. Teſtatur dicto loco Herodianus, ſuo tempore adhuc ſtetiſ-
ſe

parte copiarum occupare ſtatuit; & à fronte & à tergo circumiturus hoſtem: [1] à mari quoque, [2] quo dextrum ejus cornu tegebatur, alios objecturus, ut undique
28 urgueret. Praeter haec viginti millia praemiſſa cum ſagittariorum manu, [3] *Pinarum amnem*, qui duo agmina interfluebat, *tranſire*, *&* [4] *objicere* [5] *ſeſe Macedonum copiis*

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *armari.* 2 B. 1. *quod.* 3 Mer. Baſ. Col. *Pyrrhamum* Eraſm. & alii *Pyramum* Pal. 1. *Spinarum.* 4 Leid. & Voſſ. 1. *obicere* ubique. 5 P. B. 1. *ſe.*

ſe tropaeum, ſeu urbem Alexandriam in colle ſitam, & aeneum Alexandri ſimulacrum. Addit quaedam diſtinctius Calliſthenes, ſpatium illud, in quo decertatum eſt inter Alexandrum & Darium à mari uſque ad montem, patuiſſe quatuordecim ſtadia in latitudinem, & inter caſtra Alexandri & Darii Pinarum amnem interfluxiſſe, alta crepidine, ſpiniſque ſeptum. Haec Calliſthenes comes Alexandri, & ſpectator loci, quem de intervallo ſpatii redarguit Polybius XII, 8. non potuiſſe aciem explicari eo numero, quem ipſe poſuiſſet Calliſthenes, & hoc geometrica & tactica ratione oſtendit, ut infra referemus. Hic tantum de loco & campo ejuſquê ſpatio tractamus. Arrianus II, 2, 19. locum in quo Darius aciem inſtituebat, nonaginta paſſuum, non amplius, capacem fuiſſe ſcribit. Mons in quo acies viginti millium inſtructa erat à Dario, aliqua ex parte introrſum recedens, ſinum quemdam veluti in mari faciebat: deinde in anfractum porrectus efficiebat, ut qui ad radicem montis conſtituti erant, dextrum Alexandri cornu averſum cernerent. Ripas Pinari idem quoque praeruptas fuiſſe teſtatur, immo etiam aggere munitas, ubi facilior aſcenſus erat. Mare autem ſiniſtrum Alexandri cornu, dextrum Darii tegebat: ita ut collecta ex dictis ſumma, mons cinxerit utramque fere aciem, è cujus regione erat ſinus Iſſicus, & porrectum planumque littus, ubi maxime eques depugnabat. Pinarus amnis medius utramque aciem à montibus uſque ad mare diſtinguebat, quem primus cum ſuis ingreſſus Alexander Darium eſt aggreſſus. RADERUS.

A mari quoque] Per claſſem quam habebat in Iſſico ſinu, ut inde latus ſiniſtrum Alexandri inceſſerent, quod tametſi plerique hiſtorici tacent, tamen & Curtius hic docet, & Juſtinus XI, 10, 4. ſignate poſt victoriam ait *Parmenionem ad occupandam Perſicam claſſem miſſum.* RADERUS. Claſſem autem iſtam haud valde magnam fuiſſe, tum aliis ex notis apparet, tum maxime inde, quod Tyrum obſeſſurus Alexander *procul habuit claſſem* infra IV, 2, 15. Denique in tota illa obſidione, nulla claſſis mentio eſt, niſi Cypriae, & navium quibus Cleander ſupplementum advexit. FREINSH.

Quo dextrum ejus cornu tegebatur] Recte haec ut capias vide, neu vana te quaedam nebula turbet, quod non infitebor eveniſſe primum nobis. Acies ſic diſpoſita, ut dexterum ejus cornu mari tegeretur. hoc quomodo poſſet, initio imprudens ipſe quaerebam: aſpectuque primo labebar, ut ſcribendum fuiſſe putarem, *quod dextero ejus cornu tegebatur.* Ita montis ſive jugi cornu interpretabar: atque hoc ut diligens etiam inſcitia eſt, è deſcriptione conabar adſtruere, quae & in qua praeceſſit: *Namque perpetuo jugo montis aſperi ac praerupti Cilicia includitur: quod cum à mari adſurgat, veluti ſinu quodam flexuque incurvatum, rurſus altero cornu in diverſum latus excurrit.* Putabam è ſitus iſta ratione confieri quod volebam, & fortaſſe confit: verumenimvero fruſtra. Mens alia longe Dario, alia Curtio. Phraſis, & tegendi verbum nos decepit, quod hic ea notione, pereleganti mehercule, poſitum, qua & lib. IV. *A parte dextra erat Tigris nobilis fluvius, laevam tegebat Euphrates.* Valet id nihil amplius, quam in hoc loco, fuiſſe Euphratem à parte laeva; in illo, dexterum cornu ſtetiſſe ad mare: quod verum probant inſequentia: *Quidquid in illis anguſtiis adiri poterat, impleverant copiae: cornuaque hinc ab jugo, illinc à mari ſtabant.* Tralata locutio ab illa, qua dicimur latus alicui tegere. ACIDALIUS. *Quo dextrum cornu ejus tegebatur*, Miror ex hac conſtructione Acidalium in ſole quaeſiſſe tenebras. Darii cornu dextrum mari tegebatur, mari enim propinquum erat, & per littus porrectum, uti laevum Alexandri, tegebatur, inquit. mare enim defendebat dextrum cornu Darii, ne circuiri poſſet aut oppugnari ab Alexandro. vel *tegebatur*, erat ad mare collocatum, ſtabat juxta littus. RADERUS.

Pinarum amnem] Calliſthenes apud Polyb. XII, 8. Πύρον corrupte vocat. eruditiſſimus Interpres tamen Pinarum reddidit. Raderus ſupra ad III, 4, 7. Πύραμον reſcribit: Ego cum Caſaubono ſentio. plane enim Pinarum, non Pyramum dicere voluit eo loco Calliſthenes. certum id ex deſcriptione fluminis quam ſtatim ſubjicit: *Patet autem eo loci intervallum ad montis radices, ſtadia quatuordecim. per hoc ſpatium tranſverſo limite dictus amnis labitur: qui quidem in jugis exortus, mox per interciſa montis latera erumpit, ac deinde per patentes campos ad mare uſque defertur, praeruptis & inacceſſis collibus eum cingentibus.* At Pyramus Curtio per planitiem Ciliciae fluit, ſupra III, 4, 7. ne alia argumenta hic advocemus. Ergo & deinceps Pinarum vocat Polybius. Nomen hujus fluminis aliter quoque corruptum eſt apud Strabon. lib. XIV. Nam ibi pro Πίναρος ſcribitur Πίνδος. quo mendo deceptus eſt & Aeneas Silvius in Hiſtor. de Aſia minori cap. 94. Apud Plutarch. Alex. cap. 32. Πίνδαρος. Pinarum autem hic conſtanter exhibent tam

copiis jusserat; *si id praestare non possent*, [1] *retrocedere in montes*, & [2] *occulte* [3] *cir-
cumire ultimos hostium*. Ceterum, destinata salubriter [4] omni ratione potentior for- 29
tuna discussit: quippe alii prae metu imperium exsequi [5] non audebant; alii frustra
[6] exsequebantur: [7] quia, ubi partes labant, summa turbatur. 30

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *introducere.* 2 Leid. Voss. 1. *occultae.* 3 Mer. P. Frob. Bas. Col. Amst. *circuire* semper. 4 Mer. *cum rat.* 5 P. *non alii audebant frustra.* 6 Leid. *exaequabantur.* 7 Pal. 1. omittit sententiam.

tam meliora Curtii exemplaria, quam Arrianus, & alii. Vide Indicem, *Pinarus.* FREINSH.

Transire & objicere se] Quo securius cis amnem Darius aciem ordinare posset. transierunt etiam, post vero revocati sunt ab ipso Dario. Arrian. CELLAR.

Si id praestare non possent] Mirum ni & hic insititium est *praestare*. nam quanto venustius si absit? equidem & Curtium, si quid addere tale vellet, additurum aliud fuisse credam. sed, ut arbitror, nec hoc adderet, nec aliud; ita eum novi & amantem harum ἐλλείψεων, & otiosorum verborum fugientem. ACIDALIUS. Spuria & subjecta vox *praestare* praeter gustum, & genium Curtii videtur. RADERUS.

Ratione potentior fortuna] nihil enim consilia ejus valent, in quem fortunae saevire fatali sorte contigit. Cassius & Brutus profligaturi Antonium & Octavianum fuissent, *si par virtuti consiliisque fortuna adfuisset.* Flor. l. IV. c. 7, 2. CELLAR.

Quia ubi partes labant] Totam hanc sententiam excludit Pal. 1. Nec sane admodum necessaria videatur, nisi quod ita concepta est, ut ipsius auctoris esse non dubitem. Simile est illud P. Syri: *Fortuna unde aliquid fregit, cassum penitus est.* FREINSH.

CAPUT IX.

Utriusque exercitus membra praecipua & collatio.

Acies autem hoc modo stetit. [1] Nabarzanes equitatu dextrum cornu tuebatur; 1
additis funditorum sagittariorumque viginti fere millibus. In eodem [2] Thy- 2
modes erat Graecis peditibus mercede conductis triginta millibus praepositus.
[3] hoc erat haud [4] dubium robur exercitus, par Macedonicae [5] phalangi acies. In 3
[6] laevo cornu [7] Aristomedes Thessalus viginti [8] millia barbarorum peditum habebat.

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Leid. Voss. 1. *Nabarzanas.* 2 Leid. Voss. 1. Mer. Bas. Col. *Timodes* Voss. 2. *Thimocles* Alii *Thimondas.* 3 Bong. Leid. Voss. 1. *haec.* 4 Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. *dubie.* 5 Voss. 2. *falangi.* 6 P. *levo.* 7 Bong. Leid. Voss. 1. *Aristomedis.* 8 Voss. 2. ut semper *milia* B. 1. omittit.

Dextrum cornu] Perite & sapienter instruxisse Darium exercitum putat Raderus, at vide quantum ab eo differat Cl. Freinshemius haec subjungens.

In eodem] Rescriberem *in medio*, sic enim alii locant, nisi putem ab ipso Curtio sic esse, quando nulli codices discrepant; quem ego certe in acierum descriptione haud accuratum fuisse cerno, atque id omnino accidisse ei crediderim, quod hujuscemodi rerum haud magnopere peritus esset. quo ipso argumento motus credere numquam potui, Curtium hunc eumdem esse, quem Africa proconsulem vidit. Eo enim honore, sat severis adhuc moribus, non putem mactatum fuisse hominem rerum bellicarum adeo rudem. Nisi forte dicamus, transcripsisse eum ita ex aliquo Graeculo, qui hoc modo tradiderit, quod nec abludat à ratione, cum hoc nomine Callisthenem etiam sciamus imperitiae arcessi à Polybio. Ceterum Persas fuisse solitos in dextro cornu optimam exercitus sui partem collocare, etiam ex Frontino II, 3, 3. videatur probari posse. FREINSH.

Hoc erat] Lege *haec erant.* HEINSIUS.

Haud dubie] vulgo *haud dubium.* male, haud dubie. MODIUS.

Par Macedonicae, &c.] Quod accipiendum de virtute militum Graecorum; quum dicit, robur fuisse totius exercitus. FREINSH.

Aristomedes] Erat hic Pheraeus patria, ut auctor est Arrianus, transfuga ab Alexandro ad Darium, ut Amyntas, & Thymodes, aliique complures. RADERUS.

In subsidiis pugnacissimas] Festus vel Paulus Diaconus: *Subsidium, quod postpositum est, ad subveniendum laborantibus.* Recte autem pugnacissimi ibi locabantur. Veget. l. III. c. 17. *lectissimos de peditibus & equitibus habeat dux post aciem praeparatos, ut,*

4 bat. In subsidiis pugnacissimas locaverat gentes. Ipsum regem in eodem cornu dimicaturum tria millia delectorum equitum, adsueta corporis [1] custodiae; & pe-
5 destris acies quadraginta millia [2] sequebantur. Hyrcani deinde, Medique equites: his proximi ceterarum [3] gentium, dextra laevaque [4] dispositi. Hoc agmen, sicut dictum est, instructum, [5] sex millia jaculatorum funditorumque [6] antecede-
6 bant. Quidquid in illis angustiis adiri poterat, [7] impleverant copiae; cornuaque hinc [8] à jugo, illinc [9] à mari stabant; uxorem matremque regis, & [10] alium fe-
7 minarum gregem in medium agmen acceperant. Alexander phalangem, [11] qua ni-

Variantes Lectiones.

1 Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. *custodia.* 3 Ald. Bas. *sequebatur.* 3 Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. Col. *gentium ultra eos* Alii *gentium equites.* 4 Leid. *dispositis.* 5 F. *sex millibus* B. 1. 2. Leid. *VI.* Voss. 1. *III.* 6 B. 1. Leid. *antecedebat.* 7 Voss. 2. Ald. Frob. Bas. *impleverunt.* 8 Bong. Leid. *ab jugo.* 9 P. *armari.* 10 P. *aliarum.* 11 Leid. Voss. 1. 2. *quo nil.*

ut, sicubi hostis vehementius insistit, ne rumpatur acies, provolent subito, & suppleant loca. CELLAR.

Ipsum regem] Hunc locum Brisson. lib. 1. p. 131. ita citat: *Ipsum Regem dimicaturum*; omissis verbis intermediis *in eodem cornu*, quod forte fecerit, quia proposito, cui advocabatur locus, non serviebant: forte etiam vitium iis inesse credidit. certe enim cum in neutro cornuum, sed in media acie pugnare consueverint Persae reges, Darius hic, antiqui moris observantissimus, ut supra III, 8, 9. vidimus, non alibi collocandus erat. Dici tamen possit, non semper mediam aciem expresse nominari; sed totam in duas partes, seu cornua quandoque dividi. Tamen ob exercitus hujus magnitudinem, & moris inculcandi caussa, distinctius haec erant proponenda. Atque ita fecit Arrian. II, 2, 23. qui & morem eum, & enarratorem ejus inculcat: *Darius medium aciei tenebat, Persarum regum in exercitus ordinatione veteri more observato, cujus quidem rei rationem Xenophon Grylli filius conscripsit.* Locus Xenoph. est in lib. 1. *ἀναβάσ.* Sic in posteriore proelio idem Arrian. III, 2, 21. κατὰ τὸ μέσον ἦν, ἵνα ἦν βασιλεὺς Δαρεῖος. Ubi iterum Curtius Darium in laevo cornu statuit, infra IV, 15, 1. Tangit eum morem & Lucianus navigio. *Proin tu quidem equitatui praesis, Lycinus autem dextrum cornu teneat. Porro hic Timolaus ad laevum collocabitur. Ego vero mediam aciem regam, ut solent Persarum reges.* Eam itaque consuetudinem non attendisse Curtium, aut alios auctores secutum esse credam. quamquam, ut eum conformarem reliquis, aliquando tentarim legere; *in eodem curru*, nempe quo supra vectum scripserat: in ea pugna *quippe Darius curru sublimis eminebat*, ut dicet noster infra III, 11, 12. sed tamen in posteriori pugna iterum laevum cornu tenuisse Darium Curtius IV, 14, 8. scribit: hic quoque contradicente Arriano III, 2, 21. qui ex ipsa aciei descriptione post pugnam reperta, tradit in medio stetisse. FREINSH.

Adsueta corporis custodia] Adhuc vulgo *a. c. custodiae.* nihil ad nostra. MODIUS. *Custodia* legit Modius, adsentiuntur & MSS. Cod. nostri, & nervosior videtur appositio, sed tamen & hoc est Curtianum. l. V. c. 12, 9. *custodiae ejus adsueti.* aut si ablativus placet, habes exemplum l. VI. c. 3, 8. *adsuetas imperio & nomine gentes.*

Ultra eos dextra] Suspectus erat antea locus hic, suspectus dico, imo manifestissimus vitii: sic enim legebatur. *His proximi ceterarum gentium equites dextra* &c. non poteram tamen satis divinare, quomodo restituendus esset, sed correxerunt hoc membranae, à quibus scriptura haec est, quam legis. MODIUS. Turbant Codices, atque ita corruptum locum indicant. Modius medicinam attulisse videtur, non ita tamen ut Freinshemio probasse videatur. Forsan interpunctione juvandus. *Hyrcani deinde Medique his proximi: ceterarum gentium equites ultra eos dextra laevaque dispositi.*

Matrem in medium agmen] Non parcit iterum Curtio in hoc loco Cl. Clericus, etsi fatetur id vitii multis etiam accuratissimis esse commune scriptoribus, verum legibus doctissimi logici non respondent. nempe, cum post proelium dicantur mater & uxor Darii in castris fuisse, debuerat Curtius indicasse illas in medium agmen spectatum admissas, postea ad castra remissas esse. Judicii de Curt. c. 5. §. 12.

Alexander Phalangem] Ex Appiani libro de bellis Syriacis optime cognosci potest phalangis Macedonicae in campo stantis ordo & facies. sic enim ille de Antiochi phalange contra Cn. Domitium: *Robur erat phalanx XVI. M. Macedonum ornata ex instituto regum priscorum Alexandri Philippique. Haec media acies fuit in decem partes divisa, earum singulae in fronte quinquagenos armatos habebant; à fronte introrsus, in duos & triginta ordines patebant acies (in singularum partium lateribus duo & viginti) phalanx muri speciem prae se ferebat, elephantis inter partes eminentibus, tanquam turribus.* Illos viginti duos omisit interpres Gilenius. RADERUS. Video cur Gilenius omiserit istos viginti duos, quia nimirum ratio non congruebat. Nec sane video, cum altitudinem latitudinemque phalangis descripsisset Ap-

nihil apud [1] Macedonas validius erat, in fronte conſtituit. dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur: huic proximi ſtabant [2] Coenos, & [3] Perdiccas, & [4] Meleager, & Ptolemaeus, & Amyntas, ſui quiſque agminis duces. in lae- 8
vo, quod [5] ad mare pertinebat, Craterus & Parmenio erant; ſed Craterus Parmenioni parere juſſus. Equites ab utroque cornu locati: dextrum Macedones Theſſalis [6] adjunctis; laevum [7] Peloponnenſes [8] tuebantur. Ante hanc aciem [9] po- 9
ſuerat funditorum manum, ſagittariis admixtis. [10] Thraces quoque & Cretenſes ante agmen ibant, & ipſi leviter armati. [11] At iis, qui [12] praemiſſi [13] à Dario ju- 10
gum montis inſederant, [14] Agrianos oppoſuit ex Graecia nuper advectos. Parmenioni autem praeceperat, *ut quantum* [15] *poſſet, agmen ad mare extenderet; quo longius* [16] *abeſſet montibus, quos occupaverant barbari.* At illi neque obſtare [17] venienti- 11
bus, nec circumire praetergreſſos auſi; funditorum maxime adſpectu [18] profugerant territi: eaque res [19] tutum Alexandro agminis latus, quod ne ſuperne inceſſere-

Variantes Lectiones.

1 Mer. *Macedones.* 2 D. Voſſ. 1. *Cenos* Mer. *Conos* Baſ. Col. *Conon.* 3 Mer. Baſ. Col. Voſſ. 2. *Perdicas* ſemper. 4 Leid. & Voſſ. 1. *Moeleager.* 5 Leid. omittit *ad.* 6 Bong. Mer. Pal. 1. Leid. Voſſ. 1. *adjuncti* Voſſ. 2. *& Theſſali adjuncti.* 7 D. Leid. Voſſ. 1. *Peloponenſi.* 8 Leid. *tuebatur.* 9 Mer. *poſuerant.* 10 P. *Traches* Voſſ. 2. *Traces.* 11 Bong. Leid. Voſſ. 1. 2. Mer. Frob. Baſ. Lugd. Col. Amſt. *his.* 12 Pal. 1. *primi.* 13 Bong. Leid. Voſſ. 1. 2. *ab Dar.* 14 Pal. 1. *Agnianos.* 15 Leid. omittit *poſſet.* 16 Bong. Voſſ. 1. 2. *abeſſet acies montibus.* 17 D. Cl. P. B. 1. 2. Leid. Voſſ. 1. *venientes* F. Pal. 1. *venienti.* 18 Leid. Voſſ. 1. 2. *territi profugerant* D. Cl. F. B. 1. 2. *territi profuerant* P. *territi profugerent.* 19 Leid. *Alex. tutum* Voſſ. 1. *Alex. totum.*

Appianus, cur addiderit de lateribus? ſi tamen addidit, videatur potius ſcripſiſſe ἐς δὲ τὰ πλάγια ἑκάστου μέρους, λβ. pro κβ. Monendum hic, non recte explicari hoc loco illum Livii IX, 19, 8. *illa phalanx immobilis & unius generis*, quaſi diceret conſtitiſſe ex aequalis ferme aetatis, roboris & ſtaturae militibus, quamquam enim id ab uno aut altero Rege poſtea animi cauſſa, & per luxuriam ita obſervatum ſit: tamen neque Alexandri phalanx ad eam formam fuit; neque Livius eo loco id voluit: quod quidem ſtatim ſequentia verba abunde declarant: *Romana acies diſtinctior, ex pluribus partibus conſtans: facilis partienti quacumque opus eſſet, facilis jungenti.* FREINSH.

Dexterum cornu] Si Arriano credimus (cui ſane in hac parte lubentius fidem meam addicam) totus hic locus ita conſtituendus eſſe videtur: *Dexterum cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur: huic proximi ſtabant Coenos, & Perdiccas. at Meleager, & Ptolemaeus, & Amyntas, ſui quiſque agminis duces, in laevo, quod ad mare pertinebat: Craterus & Parmenio praeerant, ſed Craterus Parmenioni parere juſſus.* Hoc ut appareat, utque Arrianus etiam medicinam accipiat, adſcribenda ſunt illius verba II, 2, 16. *In dextro cornu montem verſus peditum agmen locat, & ſcutatos, quibus praeerat Nicanor, Parmenionis filius. Proximum his Coeni, mox Perdiccae agmen: atque hi quidem ad mediam armigerorum aciem, ei qui dextro lateri praefuturus erat, adſtabant. A ſiniſtro vero, primae erant Amyntae copiae, inde Ptolemaei: proximae huic Meleagri. Et quidem ad laevam Craterus peditibus praefectus erat: totum autem ſiniſtrum cornu Parmenio ducebat.* Ibi quod dicitur, *ei qui dextro lateri praefuturus erat*, valde ineptum eſt (quin enim, ut ceterorum, ita hujus potius nomen ederet) ſed natum ex vitiata ſcriptura, quam ſic reſtituo: οὗτοι μὲν ἔς τε ἐπὶ τὸ μέσον τῶν ὁπλιτῶν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἀρξομένῳ τεταγμένοι ἦσαν. Scribendum: αὐτῷ τοῦ δεξιοῦ ἀρξομένῳ, *Hos quidem ad medios uſque gravis armaturae ordines, ipſe* (Alexander) *dextro cornui praefuturus ſtatuerat.* eadem figura dicendi, αὐτῷ τεταγμένοι ἦσαν, qua verſu proxime praecedente: οἱ δὲ ἱππεῖς αὐτῷ τέως μὲν κατόπιν τῶν πεζῶν τεταγμένοι ἦσαν. Alexander enim in dextro cornu fuit, ut idem Arrian. mox num. 30. exſerte ſcribit quomodo etiam in proelio ad Granicum, Arrian. I, 5, 7. quam aciem operae pretium ſit cum hac contendere. FREINSH. In hac ordinatione non dicitur, quae fuerit media acies, ſed tantum referuntur utraque cornua; ex quibus tamen acies media intelligenda, nempe ubi duo cornua ſe tangebant. Simile quid in proelio ad Arbela comminiſcitur quoque Freinshemius l. IV. c. 15, 1. nec aliter facit Livius in ordinanda acie Romana ad Cannas. ut ſatis clare demonſtravit Cl. Jac. Gronovius ad Arrian. l. II. p. 72. ubi Arriano locum ſuum vindicat.

Peloponenſes] Forte *Peloponneſii.* HEINSIUS.

Agrianos] Inter Haemum & Rhodopen collocant hos Graeci. Stephanus. *Agrii ſive Agriani ſive Agrianes* gens Paeoniae inter Haemum & Rhodopen ſiti. Laudantur Ptolemaeo, Straboni, Polybio, aliis. RADERUS.

Abeſſet acies] Illud *acies* ex veteri Codice inſerui.

 MO-

12 retur timuerat, praeſtitit. Triginta & duo armatorum [1] ordines ibant; neque enim latius extendi aciem patiebantur anguſtiae. paullatim deinde [2] ſe laxare ſinus montium, & majus ſpatium aperire coeperant; ita ut non pedes ſolum pluribus [3] ordinibus incedere, ſed etiam [4] à lateribus circumfundi poſſet equitatus.

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *ordinis.* 2 Bong. Voſſ. 1. *laxare ſe & ſinus* Voſſ. 2. *laſſare ſe* Mer. *ſe laxare & ſinus.* 3 D. Ald. Pal. 1. Voſſ. 1. Col. *ordine* Leid. *ordini.* 4 Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Lugd. Amſt. omittunt *à*.

MODIUS. comprobat Bongarſ. & Voſſ. Codex.

Triginta & duo] Arrian. II, 2, 15. *Quamdiu magna erat viarum anguſtia, anguſtam etiam aciem ducebat: ubi vero laxare ſe ſinus montium coeperunt* (ſic appoſite verbis Curtianis utitur erudititiſſimus interpres, ſed ſequentia potius ita vertam) *explicuit ſubinde cornu, alium atque alium ordinem armatorum in phalangem adducens.* Porro *ordines* hoc loco intelligendi ſunt à fronte ad tergum. ſeries enim quaelibet, in quantamcumque longitudinem porrigatur, ordo dicitur: atque ita triginta duo ordines capiendi ſunt, totidem viri, qui in prima fronte aciei ſimul progrediebantur: quos deinde ceteri ſeriatim ita ſubſequebantur, ut ordines in profundum conſtarent ex quingentis militibus, ſiquidem phalangem XVI. M. computemus. Vide Lipſii Milit. Rom. IV, 8. Ceterum Glareanus hoc loco legit: *Duo & triginta*, ob rationem quam prompſimus infra III, II, 27. ad verba *triginta omnino & duo.* FREINSH. *Triginta & duo ordines ibant*, hoc eſt, ibant ordines ſinguli, & in iis ſingulis viri triginta duo. Ordo eſt ſeries conſiſtentium juxta ſe à lateribus militum, quotquot illi fuerint. Graeci στοίχους vocant. SCHEFF. Numerantur hi ordines à fronte ad tergum. de numerorum ordine Valla l. III. elegant. c. 14. tradit, minorem ita praeponendum eſſe, *duo & triginta*, quod quamquam uſitatum eſt, tamen nec triviales ſunt, qui interdum poſtpoſuerunt. Senec. Apocolocynth. poſt principium: *Annus ſexageſimus & quartus eſt, ex quo cum anima luctatus eſt.* CELLAR.

Ordinibus incedere] Non exiſtimo, cur hic *ordinibus*, quam *ordine* legere malim, pluribus mihi eſſe reddendam rationem; ſed & ſequentia talia ſunt, ut monitione non magnopere egeant. MODIUS. *Pluribus ordinibus* quomodo? cum anguſtiae non prohibeant multitudinem ordinum, ſed militum ſingulorum in ſingulis ordinibus. poſſunt enim etiam in anguſtiis tot collocari ordines, quot eſt lubitum: at in iis non poſſunt collocari tot milites, cum prout laxiores arctioreſve ſunt, plures ſinguli admittant, vel pauciores. libri alii habent *ordine*, quod puto eſſe rectum, ſed elliptice poſitum, pro *in ordine.* pedes poteſt ire pluribus in ordine, id eſt poſſunt pedites plures ire in unoquoque ordine. SCHEFF.

CAPUT X.

Alexandri oratio ad milites.

1 Jam in conſpectu, ſed extra teli [1] jactum, [2] utraque acies erat; quum 2 priores Perſae inconditum & trucem ſuſtulere clamorem. [3] Redditur & [4] à Macedonibus [5] major, exercitus impar numero, ſed jugis montium vaſtiſ-

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *jam tum.* 2 Leid. *ultraque.* 3 Voſſ. 2. *redditus.* 4 Mer. *& Mac.* 5 Bong. *major ex. jug.* Leid. & Voſſ. 1. *major exercitus numero jugis* Voſſ. 2. *clamor exercitus numero jugis* Mer. Baſ. Col. *ex. imp. n. jug.* Lugd. Amſt. *major jug.*

Clamorem] De hoc more vide prolixe diſſerentes Camerar. ſubciſiv. cap. 77. cent. 1. Lipſii Milit. IV, 11. Gruter. in Tacit. cap. 12. & Briſſon. lib. III. pag. 342. & Ammirat. Polit. XIV, 5. FREINSH.

Major exercitus numero] Ita hunc locum emendavi, partim de conjectura, partim de veſtigiis ſcripturae veteris. Vulgo: *Redditur & à Macedonibus major, exercitus impar numero, ſed jugis montium vaſtiſque ſaltibus repercuſſus*; plane inepte. MODIUS. *Major*, Diodorus XVII, 33. aliter, nec ſine ratione: quippe cuncta invertit, & Macedonas prius exclamaſſe tradit, Perſas, ob numerum, validius. FREINSH.

Exercitus impar numerò ſed jugis montium] Locus minime ſanus. Plerique libri non habent illud *ſed*, alii ne iſta quidem verba, *impar numero*, agnoſcunt. Hinc conjicio, ſcripſiſſe noſtrum: *redditur & à Macedonibus. major exercitu, ut jugis montium vaſtiſque ſaltibus repercuſſus.* Illud *major exercitu* idem

vastisque saltibus repercussus: quippe semper circumjecta nemora petraeque, [1] quantamcumque accepere vocem, multiplicato sono referunt. Alexander ante 3
prima signa ibat, identidem manu suos inhibens; ne [2] suspensi, acrius ob nimiam festinationem concitato spiritu, capesserent [3] bellum. Cumque [4] agmen obequita- 4
ret, varia oratione, ut [5] cujusque [6] animis aptum erat, [7] milites adloquebatur. Macedones, *tot bellorum in Europa victores, ad* [8] *subigendam Asiam atque ultima Orientis, non ipsius magis, quam suo ductu* [9] *profecti, inveteratae virtutis* [10] admoneban-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Cl. P. F. B. 2. Leid. & Voss. 1. *quantumcunque accipere* Mer. *quantumcunque accep.* Pal. 1. *quantacunque accep.* 2 Alii *impensius.* 3 Bong. Leid. & Voss. 1. 2. Lugd. Amst. *proelium.* 4 Bong. Leid. & Voss. 1. Lugd. Amst. *agmini.* 5 P. Voss. 1. *cujuscumque.* 6 Bas. *animo apt.* Pal. 1. *animus aptus.* 7 Voss. 2. *& milites.* 8 Voss. 2. *ad subjugandam.* 9 P. *profectu* Lugd. Amst. *profectos.* 10 Lugd. Amst. *admonebat.*

idem est ac major quam exercitus erat. Ex *exercitu ut*, factum est *exercitus*, quia primo junctim erat scriptum *exercituut*, post alterum *u* omissum, tamquam supervacaneum, & denique *t* tamquam pravum, mutatum in *s*. Verba vero *impar numero* nata sunt ex glossa, qua quis illud *major exercitu* explicare conatus est. SCHEFF.

Ne impensius ob nimiam &c.] Impressi, & scripti omnes, quos vidi, *ne suspensi acrius ob* &c. Verum hoc tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas dicere, monstrosam hanc lectionem ex nescio cujus glossatoris flosculis, ut alia pleraque in contextum irrepsisse. videlicet notasse ad oram libri, in quo *impensius* erat, i. e. *acrius*, atque hoc receptum pro Curtiano, mox ab alio, qui paulo doctior haberi voluit, mutata voce *impensius* in *suspensi* peperisse nobis illud *suspensi acrius* nullo sensu idoneo, fateor, sed ista illi non spectant. MODIUS. Oraculum habere jubemur hoc à quercubus Pelasgis, ego vix accipio. certe non magnam fidem ei habeo. non persuadet Modius, *suspensi acrius* eo modo natum ex *impensius* quo vaticinatur. Mea cortina verisimilius quid subjicit, ut retento *acrius* minore mutatione pro *suspensi* legatur *sic infensi*, nam aliae nostrae audaciores sunt hariolationes, ut transponatur idem verbum, legaturque vel: *suspensa manu suos inhibens ne acrius.* is enim habitus & gestus est inhibentium, ut subrecto brachio manum suspendant. vel remoto eo longius in sequentem comprehensionem: *cumque suspenso agmini obequitaret.* valeat hic *suspendere*, sistere morari. ni ex omnibus his unum aliquod verum, equidem ausim ipsum *suspensi* in crucem ad suspendium tollere. quod certe non frustra verear ex dubia scriptura natum eorum, quae proxime praecedunt *suos inhibens.* nec difficulter huic ibit, qui & literarum similitudinem videt, & exscriptorum seculi superioris oscitantiam in his talibus novit. ACIDALIUS. Leviter de scriptura prius dicendum est, quae variat in illis *ne impensius.* alii enim Codd. *ne suspensi acrius.* quo loco multa Acidalius, non ad gustum meum, credo, nec aliorum. ego illam posteriorem lectionem pro genuina habeo, & explico in Indice. Sensus autem est, non placuisse Alexandro, properare militem, dum adhuc extra teli jactum erat, ne, antequam comminus fieret, spiritus eum deficeret. non quod eum, cum in manibus esset pugna, acri impetu cursuque in hostem irruere nollet, quomodo haec verba à non nemine accipi video. Duo itaque sunt, quae hic notanda. prius dum aliquantum abest hostis, tardius incedendum esse, ne vires militis ante proelium itineris labor hauriat: alterum, cum prope hostem ventum est, incitatissimo cursu manum conferendam. Utrumque observavit in hoc proelio Alexander; quae res ad victoriam multum contulit. FREINSH. Ne propter velociorem cursum vehementius concitato anhelitu ad proelium languidiores accederent. in vitiis enim Tactici numerant, si vires militis accursu vel itinere ante proelium hauriantur. Veget. l. III. c. II. *observetur, ne longo spatio fatigatum militem ad proelium cogat.* CELLARIUS. Codicum fides & consensus locum sibi vindicant, elegantem sane. sic Quinctil. l. I. Institut. orat. c. 8. *suspendere spiritum* dixit. certe Modius interpunctatione deceptus videtur sensum ideo non esse adsecutus; conjunxitque *suspensi acrius*, cum interponenda sit distinctio *suspensi, acrius* &c.

Cumque agmini] Impressi *cumque agmen.* non placet nec multo melius est, quod in scriptis aliquibus post erat, *ratione* pro *oratione.* MODIUS.

Varia oratione] Pro cujuslibet gentis ingenio & cupiditate. Macedonas gloriae stimulo percellens, Thracas, & Illyrios praedarum spe instigans, & sic alios aliter hortabatur. CELLAR.

Animis aptum erat] Sic in editis, sic in manu exaratis omnibus legebatur. mihi tamen bonum factum videretur, si legeremus: *ut cujusque animus erat*, omisso τὸ *aptum.* MODIUS.

Non ipsius magis quam suo ductu] Ambiguam orationem declinavit in vocibus *ipsius* & *suo*, ita ut *ipsius* referatur ad Alexandrum, *suo* ad ipsos milites, hoc intellectu: Macedones tam prompte ad expeditionem Asiaticam & Persicam profectos, ut suamet ipsorum potius voluntate profecti sint, quam Alexandri impulsu. quo ipso declarat studium Macedonum bellandi, & jam usitatam no-

 tam-

5 bantur. *Illos terrarum orbis liberatores, emensosque olim Herculis & Liberi patris terminos, non Persis modo, sed etiam omnibus gentibus imposituros jugum:* [1] *Macedonum Bactra & Indos fore. minima esse, quae nunc intuerentur; sed omnia* [2] *victoria para-*
6 *ri.* [3] *Non praeruptis petris* [4] *Illyriorum & Thraciae saxis sterilem laborem fore; spolia totius Orientis obferri.* [5] *Vix gladio futurum opus; totam aciem suo pavore fluctuantem umbonibus posse propelli. Victor ad haec Atheniensium* [6] *Philippus pater* invoca-
7 batur: *domitaeque nuper* [7] *Boeotiae; &* [8] *urbis in ea nobilissimae ad solum dirutae,* species [9] repraesentabatur animis. *jam Granicum* [10] *amnem; jam tot urbes, aut expugna-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Leid. Voss. 1. 2. *Mac. provincias Bactra* Mer. *Mac. copias Bactra.* 2 D. P. Leid. *victori aperiri* F. *victoria aperiri* eraso *a* posteriori B. 1. Voss. 1. *victoria aperiri.* 3 Bong. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. *non in praeruptis.* 4 Al. edd. *Illyricorum.* 5 Hinc incipit vetustissimus codex Cl. N. Heinsii procul dubio Florentinus, nam ita signavit Fl. 6 Voss. 2. *Filippus.* 7 Bong. Voss. 2. *Boetiae.* 8 D. *urbes* & correctum *urbis* B. 2. Fl. & Leid. *urbes.* 9 Bong. *retraesentabantur.* 10 D. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *agmen.*

tamque virtutem, qua re sibi conciliavit benevolentiam exercitus, adjungit acta & agenda ab eisdem. RADERUS.

Orbis liberatores] Videri voluit Alexander hanc sibi caussam gerundi belli constituisse, ut orbem terrarum à Persarum jugo, & tyrannide liberaret. Ideoque se Herculi comparabat, quasi vero non ipse durius jugum, quam abstulerat, imposuisset gentibus, à Seneca ob id graviter notatus l. 1. de benef. c. 13. *Hercules,* inquit, *nihil sibi vicit: orbem terrarum transivit non concupiscendo, sed vindicando. At hic* (Alexander) *à pueritia latro gentiumque vastator.* CELLAR.

Macedonum Bactra] v. c. *Macedonum provincias Bactra*, sed melius abest illud *provincias.* MODIUS. Caput Bactrianae, opulentissimae prope Indiae fines regionis, utpote adhuc intactae bello. infra l. v. c. 9, 5. CELLAR.

Umbonibus posse propelli] Valerius de Scaeva Caesaris: *ad ultimum districto gladio audacissimum quemque modo umbonis impulsu, modo mucronis ictu depellens hinc Romanis, illinc Britannicis oculis, incredibili nisi cerneres spectaculo fuisti.* Martialis eodem usus est loquendi genere:

In turbam incideris, cunctos umbone repellet.

Sueton. de Atilio Caesaris milite: *Transilivit in navem umbone obvios agens.* Umbo hic pro clypei media rotunditate accipitur, nonnumquam pro cubiti ansati condylo, ut Martialis usurpavit. Quinctilian. vitiosam ait sententiam esse, quae nimia est, ut de viro forti *bella umbone propellit.* parum tamen abest, inquit Turnebus, adversar. XIII. cap. 15. quin eodem genere sit usus Curtius: sed hoc interest, quod nec uno dicit, nec bella propelli scribit, sed *aciem.* bellum enim umbone propelli affectate dictum est, & superlate, praesertim ab uno. Proinde quod in Fabiano exemplo vituperationem meretur, laudem meretur in Curtio. RADERUS. Dubitet quis merito, an ipse Fabius hoc loquendi genus damnasset adsignatum Alexandro M. cujus immenso animo & ardori accommodatissimum videtur.

Pater invocabatur] Sic Germanicus legitur *precatus Drusum patrem, ut se eadem ausum, libens placatusque exemplo ac memoria consiliorum atque operum juvaret.* Tacit. II, 8, 1. Quamquam hic loci vocabulum *invocandi* non aliter ceperim, quam pro advocare. advocabat eum exemplo, res ejus gestas memorando, usitatissimo ejusmodi hortationum loco, à majorum praeclare factis, maxime si qua recentia sunt, animos militum exstimulandi. FREINSH.

Domitaeque nuper Boeotiae] Athenienses simul & Boeotos uno proelio, in quo Alexander noster alterum cornu duxit. Hujus pugnae sexcentos testes laudat A. Schottus noster, ad annum Demosthenis quartum & quadragesimum, ad Chaeronaeam haec pugna pugnata est. RADERUS.

Urbis] Thebarum. Vide supplementum: ubi & de Granico, aliisque ad explicationem hujus capitis facientibus. FREINSH. suppl. l. 1. num. 13. CELLAR.

Admonebat] Glossema. Totus locus sic omnino fuit à Curtio conceptus: *Quum a. Graecos; ab iis g. i. G. bella: Darii prius, d. X. insolentiam, aqu. i. t. p. u. n. f. h. n. f. c. relinquerent: deum tem. r. e. ignibus deleta: urbes e. expugnatas: f. h. d. i. violata referebat.* nam ab hoc ultimo verbo superiora membra omnia sustinentur. FREINSH.

Darii prius, deinde] Ita Coloniensis, & MS. meus. Impressi: *Darii prius, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsam terramque populantium &c.* Sigebergensis: *Darii prius, deinde Xerxis insolentiae, aquam ipsam terramque poscentium &c.* omnium optime. & servitum me abducito, ni ita legendum, nive adeo ita scripsit Curtius. tributi nomine exigebant Persae aquam & terram: hoc est redimere cogebant subditos aquae & terrae usum certo tributo; magis ad imperii magnitudinem ostentandam, quam ut opes augerent. Plutarch. in vita Alexandri. Δίνων δέ φησιν καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἴστρου μετὰ τῶν ἄλλων μεταπεμπομένους εἰς τὴν γάζαν ἀποτίθεσθαι τοὺς βασιλεῖς, οἷον ἐκβεβαιουμένους τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸ κυριεύειν ἁπάντων. & apertius ne-

scio

gnatas, aut in fidem acceptas; [1] *omniaque, quae post tergum erant, strata, & pedibus ipsorum subjecta* memorabat. Quum adierat Graecos; admonebat, *ab* [2] *iis gentibus inlata Graeciae bella Darii prius, deinde* [3] *Xerxis* [4] *insolentia, aquam* [5] *ipsam terram-* 8

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Pal. 1. *omnia quoque quae* Cl. P. F. B. 2. Col. *omnia quaeque quae* Fl. Leid. Voss. 1. *omnia quaeque p.* Voss. 2. *omniaque quaecunque p.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. *his* Voss. 2. *illis.* 3 Ald. Voss. 2. *Xersis.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. & edd. *insolentiae* Voss. 2. *insolentie* Lugd. Amst. *insolentiam.* 6 D. Cl. P. F. B. 2. *isos* Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *ipsos.*

scio quis, qui vitam Alexandri nomine Julii Valerii ex Graeco Aesopi, si credere dignum est, contextu Latinam fecit: *Videt*, Alexander scilicet, *sibi assistentes habitu barbaros viros: percontansque cognoscit esse Darii satrapas, caussamque adventus esse, quod ex more regio petitum pecunias à Philippo venissent; pretium sc. aquae & terrae: his enim nominibus subjectos obsequi sibi Persae jubebant. Miratus igitur Alexander & petendi morem & titulum: Haeccine, inquit, elementa Persae mortalibus venditant, quae cunctis Deus in commune largitus est?* ad nos etiam nescio quis similis mos duravit. feuda enim quae vocamus, aut equo certi coloris, aut calcaribus aut simili re, quasi tributi annui nomine redimimus. MODIUS. Male vulgo *insolentia*, vel *insolentiam.* Ad *insolentiae*, verbum repetendum, quod praecessit, *admonebat.* De cetero *populantium* Modius etiam damnat, & è Sigebergensi codice *poscentium* reponit: quod ut persuadeat nobis, magno conatu agit, nec interpretationis solum suada blanditur, etiam vi auctoritatum pugnat. Pugnet, & depugnet, non ille tamen codex vincet, quantumvis ei omen à Victoriae monte. Videamus, & collato pede certemus. Interpretatur homo doctissimus ex more Persarum, qui tributi nomine aquam & terram exegerint, hoc est, redimere coëgerint subditos usum aquae & terrae certo aliquo tributo: idque non ut opes augerent adeo, quam imperii magnitudinem ostentarent. Blanditur hoc, & de Persis quis non facile credat? Unde habet tamen, si fas interrogare? Mihi enim sane dubium, & testem velim ab antiquitate. Ain' vero testem? Duos ecce tibi locupletes, alterum certe minime rejiculum, si alterum detrectes. Plutarchus est (sanctus ille quidem mihi testis:) & Julius quidam Valerius. quis iste? Vitam Alexandri Latinam fecisse dicitur ex Aesopi Graeco. Dicitur, ais: & ex Aesopi Graeco. Neutrum horum novi, nec injuria fidei diffido. Admittamus tamen ad testimonii dictionem, & audiamus: sed Plutarchum priorem. Apponantur enim & hîc sane ipsa eorum verba, quo judicare lector melius ac statim possit. In vita Alexandri: Δίνων δέ φησιν καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἴστρου μετὰ τῶν ἄλλων μεταπεμπομένους εἰς τὴν γάζαν ἀποτίθεσθαι τοὺς βασιλεῖς, οἷον ἐκβεβαιουμένους τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸ κυριεύειν ἁπάντων. Plutarchum accipimus, etsi neque hic Plutarchus, sed Dino, à quo acceptum ille saltem refert. Verum non cavillabimur. dicat, & affirmet Plutarchus ipse: an Modium quidquam tamen juvat? Postea videbimus: prius Aesopi nescio an fabellae attendamus. Exponit hanc ita Julius ille nescio qui Valerius; *Videt (Alexander) sibi assistentes habitu barbaro viros, percontatusque cognoscit esse Darii satrapas, caussamque adventus esse, quod ex more regio petitum pecunias à Philippo venissent, pretium scilicet aquae & terrae: his enim nominibus subjectos obsequi sibi Persae jubebant. Miratus igitur Alexander & petendi morem & titulum: Haeccine, inquit, elementa Persae mortalibus venditant, quae cunctis Deus in commune largitus est?* Egregie: & quis adhuc auctore tanto vicisse non assentiatur? Ille tamen haud contentus, etiam corollarium addit, aevi nostri consuetudinem in Feudis, quae similis inde adeo ad nos durarit. Suave illud: in quo risum tamen ego teneo, pertinere ad id quo de agimus, serio ac severe nego. Ἀπροσδιόνυσον est; quod si neque sit, probat tamen omnino nihil. Atqui de Aesopi jam testimonio quid dicam? Nihil, nisi auctoritatem ejus apud me tantumdem ac Valerii valere. Valeant uterque, & unde venerunt, eant, quaerant etiam, quibus persuadeant: apud me fidem non inveniunt. Nec puto quisquam cordatus erit, alicujus qui ponderis habeat, quod incertae, ignotae quidem fidei, incerti ipsi ignotique dicant. Sed nec opus illorum attestatione, si Plutarchus ab eadem parte. Unus hic mihi, unus omnibus satis erit, si affirmat, quod isti volunt. At vide, quam de eo male mereantur! Ignarum rei testem citant, invitum ad dicendum pertrahunt, dicenti alienam mox sententiam affingunt. En injuriam! Id eum ajunt dicere, quod nullus dicit. Aquam & terram tributi nomine Persas exegisse volunt: idem iidem de certo pretio pro aquae & terrae usu interpretantur. Cedo, quid horum Plutarchus? De aqua meminit, neque universim omni, sed Istri & Nili: ubi vero de ulla adeo terra? Sed de terra gratiam faciamus: age quid de aqua narrat? Ipsam, an pro ea tributum flagitatum? Non hoc profecto, si loquentem modo Graece satis intelligo. Videor intelligere, sine interprete etiam: & tamen interpretes consului. Hi nihil inde mecum de ullo eliciunt tributo. Et quid te teneam? hoc disertim longe ab illo aliud scriptum; solitos Persarum reges haustam & allatam ex ipso Nilo & Istro ipsam aquam inferre suae gazae, & reponere inter reliquum thesaurum, idque velut in imperii pignus, & magnitudini ejus extollendae. Hoc quid ad tributi exactionem? Neque vero aliud

ramque [1] *postulantium: ut neque fontium haustum, nec solitos cibos* [2] *relinquerent.* [1] Dein

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *poscentium* Pal. 1. *poscentes* plurimae edd. *populantium*. 2 B. Cl. Leid. Voss. 1. *relinqueret*.

aliud praeterea vel fidiculis extorserint ex adducto loco. Vel occasionem vide, qua inciderit auctor in thesaurariae hujus aquae mentionem. De Susis captis agebat: ibi gazam narrat inventam: in ea extra numerum multa, supra modum pretiosa: duo praecipua & velut ad miraculum, purpuram Hermionicam, quinque millium talentum, annos paene ducentos servatam, floris tamen adhuc recentis, & hanc illam aquam Istri ac Nili, turbatam ab his tantopere & ultro turbantem. Certe enim eos haec turbavit, auditione aut lectione levi aspersos alterius Persici moris, quem eumdem arbitrati cum isto confuderunt. Nam video & teneo originem erroris. Meminerant, sed jam totum paene dememinerant, quod ab aliis vere traditum constat inter eruditos. Id est hujusmodi; nec piget enim, neque huc non facit plurimum recensere. Persarum reges quibus populis bellum indicebant, aut à quibus alias volebant tradi sibi rerum omnium potestatem, ab iis per legatos terram & aquam poscebant. Id nempe συμβολικῶς: cum eo se argumento dominos vellent omnium, quae terra marique tenerentur. Et hoc igitur & illam qui quasi darent, accipere se imperium ultro significabant: qui negarent, ab iis mox vi & bello repetebant. Hoc cum veluti per nebulam obtusâ memoriae acie viderent, glaucomam oculo animi porro objecit obscurus quicumque est ille scriptor, qui & ipse fortassis haud recte satis consuetudinem Persicam intelligens, ita detorsit ac pro suo captu interpolavit. Ab eo decepti Plutarchum jam quoque ad has partes trahere sunt conati, imprudenter, ut monstravimus, ac frustra: quamquam ego quidem non tam inscientia lapsos ita eum prorsus accepisse crediderim, quam de industria sic interpretatos, ut fucum ultro facerent nobis, quos ad ignotum auctorem haesitantes illius auctoritas percellere posset & impellere ad assentiendum. Quî enim contra quem nitimur, eum in Graecis usque adeo caecutire putem, ut tam liquidum Plutarchi sensum liquido non viderit? Ac fuerit tamen per me ipsius error potius inscientis, quam scientis inducendi alios voluntas. Facilius ignorantia veniam invenit, quam malitia, quae nec jure ullo ullam adeo meretur. Longius produxisse videor hoc certamen, & satis jam pro Curtio pugnasse. Satis, ac nimium etiam satis: nec tempero mihi tamen, quin victor etiam nunc ex ipso pro ipso nitar. Etenim hactenus aliorum ab eo vim ita defendimus, ut frangeremus eorum saltem tela; ipse nunc & hos & alios, si qui porro incurrent, propriis à se longissime arcebit armis. Demus enim, quae refutavimus, vere ab auctoribus quibus volunt prodita, demus ab aliis eadem prodi: nihil ad Curtium pertinent omnino. Jam primum Curtius ita loqueretur scilicet, ut cum vellet tributum pro terra & aqua, terram & aquam posci diceret. Clarius omnino, si id vellet, aperiret. Sed neque Latinorum alius ita quisquam. nam quis omnium sub aquae & terrae sola appellatione tributum etiam harumdem acceperit? Quasi tu, qui mercem poscat, mercedem velle; aut contra qui mercedem, mercem arbitreris. Inepte: sed & hoc faciamus cum Latinitatis auctorem alium, tum Curtium potuisse: nego jam nostrum voluisse. Quod si demonstro, an hiscere porro contra quis audebit? Possum, neque quidquam est facilius. Vide mihi contextum ipsius orationis: & quae sequuntur verba cum praecedentibus apte junge. Priora nempe sic accipienda, ut posteriora patiuntur. his enim sensus illorum absolvitur, ut contra pendent à primis alias postrema. Jam si Darius & Xerxes insolentia quadam tributum pro aqua terraque poscebant, quomodo à quibus id poscebant: à quibus etiam forsan accipiebant, his quomodo, inquam, neque fontium haustum, neque solitos cibos relinquebant? Tributum qui pendunt, id certe retinent, pro quo pendunt. Alia quantumvis multa in hanc sententiam dici poterant: quae malo cogitet ipse secum lector, ne justo nos longiores simus. Et quid plura dici aut cogitari referat? jam qui communis sensus aliquantillum habet, nihil inesse sensus in ista lectione dudum sentit. Retinemus ergo nos *populantium*, in quo sententia optima & clarissima: quae tamen eadem fere, ne quid omnium dissimulem, ex illo ipso *poscentium* levi mutatione possit extricari. Quid enim si conjiciamus, in laudato Sigebergensi libro, qui *poscentium* scripsit, scribere *pascentium* voluisse, sive debuisse? Pasci & depasci quidem populari etiam est. Ita mens eadem ex utrisque: etsi fortior è nostro. nam levius certe *pasci:* & hic non satis vim exprimat insolentiamque vastam regum vastatorum. Itaque sic etiam maneat vox vulgata. De re, quid manifestius, quam ad insolentem illam respici multitudinem copiarum Persicarum? Has Xerxi quidem fuisse tantas accepimus, etsi neque Dario alteri postea minores, sed Xerxi, quem nunc maxime perstringit Alexander, multorum asseveratione tantas, ut qua incederent, omnia quae ad victum absumerent, neque illis paene terra ciborum produceret satis, neque integra flumina sufficerent in potum. Ita scilicet aquam ipsam terramque populabantur, ita neque fontium haustum, neque solitos cibos relinquebant. Et rapio ne ad Praetorem jam illum, qui servitum abduci se jubebat, ni *poscentium* legendum,

8 Dein *deûm templa ruinis & ignibus esse deleta*: *urbes eorum expugnatas*: *foedera* 9
hu-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Cl. Mer. P. F. B. 2. *daedita eis* Baf. Col. *dedita deis* Fl. Leid. Voff. 1. 2. *dedita eis* Lugd. Amft. *dedita diis.*

dum, nive adeo Curtius fic fcripfiffet? Habuero addictum abductum, fi jure experiri velim. Sed efto per me liber, dum ne correctionis, dum ne opinionis ac linguae pofthac ita liber. Infultare nos ei nolumus, quod nec me, nec in illum deceat: neque factum volumus, fi quid videbitur hic à nobis dictum fortaffe acerbius aut fcriptum. Atque plane cum Homero:

- - - - ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται
Δεινόν, ἄταρ τὸ φέροιεν ἀφαρπάξασαι ἄελλαι.

Luxuriati fane juveniliter fumus, & habenas paullifper ingenio dedimus in re, quae calorem noftrum excitaverat. Id dedecere nos hac etiam aetate non exiftimavimus, quoniam adhuc quidem, Varronis verbo, adolefcentiamur: & veniam, fi quid admifimus, cui venia opus, haud difficulter à quocunque lectore, ipfo etiam Modio, quem ut meretur amamus ac colimus, impetraturos fperamus. Quod fupereft, fuit, cum argutarer etiam aliquid ipfe in hoc loco, & pro *folitos* legendum *folidos* opinarer. Apte enim & pulchre jungi mihi tum liquentes fontium hauftus & folidi cibi videbantur. Abftineo nunc, & nemini fum mutationis auctor. ACIDALIUS. *Populantium.* Sic legit Acidalius: Modio *pofcentium* legendum videtur. ego *poftulantium* malim, quomodo qui primum Florentiae mox Lutetiae typis excufi funt Curtii codices habent. POPMA. Acidalius me cogit non folum à Briffonio diffentire, fed & à Modio defcifcere. Servo igitur *populantium*, & accipio de copiis Xerxis & Darii prioris. non placet tamen legere cum Acidalio *pafcentium*, quod minus tenue ipfe fatetur, & ad aquam non quadrat. neque laudo *folidos cibos*, fervoque *folitos*, id eft confuetos. nimis frequenter argutatur Acidalius, & ficut, cum temperat fibi, ἐνστόχως conjectat, ita cum indulget, ultra verum plerumque progreditur. RADERUS. *Aquam ipfam, terramque poftulantium.* Nobiliffimus eft quidem hic locus, & diverfis Criticorum argutiis indigne habitus. Cum enim Modius nefcio quo in codice repeiffet *pofcentium*, eam lectionem arripuit: fed de tributo pro aqua & terra folvendo interpretatus eft. quem eo nomine recte reprehendens Acidalius fervore difputationis eo prolabitur, ut veram quoque fententiam pervertat, & retento *populantium*, ridicule exponat de fluviis, quos ab exercitu Xerxis ficcatos effe prodiderunt. Nihilo tamen fecius in fententiam pertraxit Raderum. At iftam interpretationem multa deftruunt: primo quod Darii & Xerxis conjunctim meminit, cum de prioris exercitu tale nihil memoretur; deinde quod hoc adfcribit *infolentiae*, quam certe nemo agnofcat in iis, quae neceffitatis cauffa fiunt. nec enim Xerxianos quifquam, infolentiae magis ergo, quam per fitim ebibiffe flumina arbitretur. praeterea fubjicit non flumina fibi erepta, quod oportuerat ita intelligentem, fed *fontium hauftus*: unde clarum, non de illis aquis intelligi, ad quas exficcandas ingenti exercitu opus effet, fed quibus incolae quotidie in potu uterentur. Quas quidem folitofque cibos, ea poftulatione ereptos effe, non ex vero dicit, fed accendit rem interpretando, & ad invidiam faciendam exaggerat. Pizarus lib. 11. Hiftor. Perf. quem in hunc locum etiam incidiffe video, cum fe inde non explicaret, novam fententiam commentus eft, Perfas populatos effe fontes, inficiendo. Sic enim colligo ex his verbis, ubi cauffas hujus belli enumerat: *Alter, ad eos oppugnandos, Mardonium reliquit in Graecia* (haec eft Curtio IV, 1.) *ut abfens quoque popularetur urbes, atque agros ureret, ipfamque aquam inficeret, adeo ut neque fontium hauftum, nec folitos cibos relinqueret.* Fortiffimum autem argumentum eft in ipfo more atque hiftoria. Haud enim dubium eft, quin de more Perfico terram & aquam petendi fenferit Alexander atque Curtius. quapropter veriffimam effe fcripturam, quam Florentina aliaeque edd. & jam noftra, proferunt. Vide quae de ifto more Perfarum notarunt Briffon. lib. III. pag. 330. & ex eo, ut puto, Arnifaeus de Rep. II, 3, 5, 6. quibus adde Aefchinem contra Ctefiph. & ex Ariftidis Panathen. praeter locos à Briffonio citatos, eum quoque, quo tradit Xerxem iterum Salaminem ad Athenienfes mififfe, aquam & terram, ut antea, petitum. Item Himerium in orat. qua Demofthenem inducit de revocando Aefchine confultantem, apud Photium. Tum Polyb. IX, 32. ubi de Lacedaemoniis, legatum qui ea de cauffa venerat, in puteum detrudentibus, & terra infuper injecta jubentibus, Xerxi ut referret, confecutum fe, quae petere ipfum nunciaverat, aquam & terram. Haec igitur eft ifta infolentia, quae non tantum Alexandro indigna, fed Athenienfibus atque Spartanis adeo intoleranda vifa eft, ut potius jus gentium violandum, quam iftam fuperbiam perferendam putarent. Per aquae autem & terrae petitionem, abfolutam dantium deditionem fignificabant, tamquam rerum ad humanam vitam maxime neceffariarum. quod pulchre indicat Taxiles apud Plut. Alex. c. 103. *Quum neque aquam nobis ademptum, neque victum neceffarium veneris, pro quibus folis neceffe habent homines fani decertare.* Ejufdem Plutarchi errorem, quod in libello de vitando aere alieno, fubinnuit, Perfas ignem & aquam petiviffe, refutat Rualdus animadverfione 1. in Plut. ubi & hunc locum Curtii fic legendum effe

 ait,

[1] *humani divinique juris violata* referebat. [2] Illyrios vero & [3] Thracas, rapto vivere adsuetos, *aciem hostium auro purpuraque fulgentem intueri* jubebat, *praedam, non arma gestantem. Irent, & imbellibus feminis aurum viri eriperent. aspera montium*

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 1. 2. Lugd. Amst. *div. humanique.* 2 Alii *Illyricos.* 3 Voss. 2. *Trachas.*

ait, quomodo nos edimus. FREINSH. Persae bellum illaturi, per fecialem legatum *aquam & terram* hostium *postulabant*, quas qui darent, quia sine illis vita hominum nulla est, se suamque vitam & omnia victoris arbitrio permitti profitebantur. Polyb. l. IX. c. 32. dicitur πρεσβεύτης ὕδωρ καὶ γῆν αἰτούμενος, quem Lacedaemonii puteo immersum terra injecta obruebant, Xerxique lepido cavillo nunciabant, se dedisse legato ejus, quod postulaverat. CELLAR.

Dedita deis templa] Impressi, *dein deum templa*, omnino non recte. Membranae, *dedita eis templa*, hinc feci quod vides. magna adeo res? inquies. ne sit, dum vel ita tamen Curtio à me hic medicinam factam fateare. MODIUS. Modius sic quoque fecit. non usitatum tamen in consecrationibus *dedendi* verbum, & potius hic erat, *dedicata*, quod ego non tamen intruserim: lubentius ex illo ipso *dedicata*, concinnarim *Deis sita*, maxime, quia in vulgatis *dein.* sita deis templa Taciti phrasis est, quam neque noster abhorruerit. ille quidem frequenter ea usus, exemplum vide Ann. II. c. 7. *tumulum etiam nuper Varianis legionibus structum, & veterem aram Druso sitam disjecerant.* ACIDALIUS. Dicatos deos dicit lib. VIII. c. 5. forte *dedicata Deis.* HEINSIUS. Sic etiam Rutgersius lib. III. Var. Lect. c. 4.

Templa] Persas Graecorum templa subvertisse praeter Ciceronem II. in Verr. I. Socratem in Paneg. Diod. Sic. l. VI. Hieronymus in Isaiae 37. auctor est. Herodotus in Terpsichore narrat Xerxem non tam religionis impulsu templis Graeciae bellum indixisse, quam vindictae caussa. nam quod Athenienses Sardibus ignes intulissent, & templum Cybeles incendio conflagrassent, inde Persas offensos templa Graecorum cremasse. Graeci templa à Persis deleta instaurari vetuerunt, ut exstaret ad memoriam posteri temporis sempiternum hostilis eorum impietatis monumentum, ut Pausan. in Phocicis & Isocrates tradunt. At Delum, & Ephesum ab hac templorum clade immunes fuisse interpres Aristophanis in Εἰρήνη refert. quod illa Apollini, qui idem est cum sole; haec Dianae, quae luna perhibetur, sacra esset, id quod Cicero in Verr. testatur. POPMA. *Templa*, non desunt, qui Xerxem templa Graecorum incendisse ajunt, quod à Judaeis veram religionem edoctus, ex praecepto divino Deuter. 7, 5. id sibi faciundum putaret. Sed constat ex Pausania in Arcad. & Val. Max. lib. II. c. 10. ext. I. eum statuas Deorum non, ut ibi jubetur, confregisse; sed potius in Persidem deportasse. ut taceam alia, quae hanc sententiam redarguunt. Cicero de leg. II, 10. persuasum à Magis ait, Graecos criminantibus, *quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia.* Sed veram caussam aperire videtur Herodot. V, 102. & VI, 101. ultionem templorum à Graecis crematorum Sardibus. Strabo lib. XIV. omnia templa à Xerxe, quocunque adisset, incensa fuisse scribit, praeter Ephesium Dianae: quibus addunt alii & Delium. Pertinent huc Branchiadae, de quibus infra VII, 5. 28. qui in gratiam Xerxis, templum suum violaverunt. De Delphico templo notum est ex Justino II, 12, 8. & aliis quos ibi adnotat Bongarsius. De templo Beli ex Arriano III, 3, 17. & VII, 3, 31. vide omnino Brissonium lib. II. pag. 169. unde velut epitomen quamdam confecit Popma ad hunc locum, & Dempsterum ad lib. II. c. 2. Antiquitat. Rosini. FREINSH. Strabo lib. XIV. post initium auctor est, Xerxem omnia templa praeter Ephesinum incendisse. & Ascon. Ped. in Cic. de Praet. Urb. *erant*, inquit *Persae, & aedium sacrarum, & simulacrorum eversores*, causam hanc adfert, quia nulla *diu in terris templa condenda esse credebant, praesertim cum uni soli, quem venerarentur, vix mundus ipse sufficeret.* CELLAR.

Humani divinique juris] Nam Darius, qui quartus à Cyro imperavit, reversus à Scythis, Macedoniam nulla re laesus invasit, suae ditionis fecit. Justinus VII, 3, 1. Divini autem juris foedera violarunt, cum templa diripuerunt. RADERUS.

Illyrios] Sic malui cum quibusdam edd. aliae *Illyricos.* sed illud appellabantur. ergo & supra sic feci. FREINSH.

Rapto vivere adsuetos] Idem affirmat Strabo lib. VII. διὰ τὴν ἀγριότητα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ λῃστρικὸν ἔθνος, *quod eam homines saevi, & latrociniis dediti tenebant.* RADERUS. De Illyriorum rapinis, & bello inde cum Romanis exorto Florus II, 5. & late Polyb. à princ. lib. II. In Strabonis loco legam, καὶ τὸ λῃστρικὸν τοῦ ἔθνους. quomodo apud Thucyd. V, 13, 21. τῆς πολιτείας τὸ κρυπτόν. Aristoph. Scholia in Σφῆκας v. 32. προβάτα δὲ τοὺς Ἀθηναίους φησὶ, διαβάλλων τὸ προβατῶδες αὐτῶν. FREINSH.

Praedam, non arma gestantem] Livius IX, 17, 14. de hoc Alexandro: Darium *mulierum ac spadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, enervatum fortunae suae apparatibus, praedam verius quam hostem, nihil aliud quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit.* De aureis armis Samnitium Romani duces apud Livium IX, 40, 6. *illa praedam verius, quam arma esse.* & X, 39, 12. L. Papy-

tium ſuorum juga, [1] nudoſque calles, & perpetuo rigentes gelu, ditibus Perſarum campis agriſque mutarent.

Variantes Lectiones.

1 D. Cl. P. F. B. Leid. & Voff. 1. *nudaſque calles* B. 1. *nudaque colles.* Voff. 2. *nudoſque colles* & ſic alii.

pyrius: *Auream olim atque argenteam Samnitium aciem à parente ſuo occidione occiſam: ſpoliaque ea honeſtiora victori hoſti, quam ipſis arma fuiſſe.* De aureis atque argenteis armis, vide, ſi tanti ſunt, quae notavi ad Florum 1, 16, 7. FREINSH.

Imbellibus feminis] Perſis muliebriter exornatis. Supra c. 3. Silius Ital. l. XIV. vſ. 131.

Femineum credas maribus concurrere vulgum.

CELLAR.

Nudoſque calles] Rectius hoc, quam quod eſt in vulgatis, *nudoſque colles*, ſic enim ſtatim poſt, ſic ſaepius loquitur Curtius. MODIUS. Codex vetuſtiſſimus ita habet, reliqui recentiores fere omnes praeter Modianum, *nudos colles.* Acidalius etiam *calles*, & fere placet, quod videtur Curtius montes tam ſteriles dixiſſe, quam triti calles, quae nec herbam ferunt, quae tamen ſequuntur ad *colles* quadrant, perpetuo nempe gelu rigentes. RADERUS. *Nudoſque calles*, ſic malui cum aliquot libris, quam cum aliis *colles:* cum modo de montibus praeceſſerit, & hoc vocabulum aptiſſimum huc ſit, ob cauſſas, quas in Indice referemus. FREINSH. *Nudos colles*, Steriles agros in editioribus locis. *Calles* mavult Freinshemius, quod jam montium juga praeceſſerint. ſed nec ineptum vulgare *colles*, ut minores montes majoribus opponantur. CELLAR.

Ditibus Perſarum campis] Invenio alibi *mitibus*, quod recte rigori frigoris, & montium aſperitati, ſic, quomodo alterum nudis callibus, opponatur. utrumque bonum: Utrum melius? ego tam non auſim hoc tollere, quam illud pariter inſerere. ACIDALIUS. *Mitibus* ſcriptum ſe Acidalius reperiſſe affirmat, quod aſperis jugis montium non male reſpondet. ſed nec alterum reſpuendum. Livius, *in diti domo*, & *ditia ſtipendia.* Propert. l. III, el. 3, 1.

Arma Deus Caeſar dites meditatur in Indos.

Silius *dites glebas.* Terent. *Dis es Demea.* Plautus, *dites damnoſi mariti. ditibus* ergo pro divitibus etiam uſitatum. RADERUS.

Caput XI.

Pugna cruenta, in qua 100000 *peditum ac* 10000 *equitum Perſarum occumbunt: reliquis fuſis fugatiſque.*

[1] Jam ad teli jactum pervenerant; quum Perſarum equites ferociter in laevum cornu hoſtium invecti ſunt. Quippe Darius equeſtri proelio [2] decernere [3] optabat, [4] phalangem Macedonici exercitus robur eſſe conjectans. jamque etiam dex- 1

Variantes Lectiones.

1 Voff. 2. *cum Perſarum equites jam ad teli jactum pervenerant.* Voff. 1. *teli ad.* 2 Voff. 2. *decertare.* 3 D. *obtabat* ſed correctum Leid. Voff. 1. *obtabat.* 4 Voff. 2. *fal.* plerumque.

Ad teli jactum] Diodor. de hoc proelio lib. XVII. c. 33. αἱ δυνάμεις ἐντὸς βέλȣς ἐγένοντο. nec aliter Arrianus lib. II. CELLAR.

Equeſtri proelio] Qua parte virium maxime fidebat. Perſae enim, ut & ſucceſſores ipſorum Parthi rei equeſtris peritiſſimi ſemper ſunt habiti. vide Juſtin. XLI, 2, 5. & imprimis Briſſonium lib. III. p. 299. FREINSH.

Robur eſſe conjectans] Itane conjectans? imo vero ſciens. docuerat enim perſpicua & liberrima oratione Charidemus, quae propius initium hujus libri. ſuſpectum ergo nobis id verbum, etſi mutare non audemus nunc quidem; nam olim ſcio me impetus capiebat reſcribillare; *Phalangem Macedonici exercitus robur detrectans.* Atque ita erat: equeſtri proelio decertare malebat, timens ac fugiens Macedonicam hanc phalangem, quae in dextro cornu. ſed olim hoc praecipiti adhuc calore, quae nunc paullatim creſcente minuit aetate. ACIDALIUS. *Detrectans* reſcribit Acidalius. non detrectavit, imo circuire conabatur Darius Alexandrum, ſed maluit ab equeſtri proelio pugnam inchoare, conjectabat autem, non quod neſciebat robur phalangis Macedonicae, ſed quod phalangem in dextro cornu cum Alexandro eſſe, ut erat, conjectaret, equitatus enim praemiſſus proſpectum impediebat. RADERUS. *Robur eſſe conjectans*, nec enim ipſe adhuc expertus erat: ſcire

2 dextrum Alexandri cornu circumibatur. Quod [1] ubi Macedo conspexit: duabus alis equitum *ad jugum montis* jussis [2] *subsistere*, ceteros [3] in medium belli discrimen
3 strenue [4] transfert. [5] Subductis deinde ex acie Thessalis equitibus, praefectum eorum [6] *occulte circumire tergum suorum* jubet, *Parmenionique conjungi*, & [7] *quod is im-*
4 *perasset*, *impigre* [8] *exsequi.* Jamque ipsi in medium Persarum undique circumfusi egregie [9] se tuebantur; sed [10] conserti, & quasi cohaerentes, tela vibrare non poterant:

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *ut.* 2 Voss. 2. *obsistere.* 3 F. subscriptum *ad medium.* 4 F. *differt.* 5 Leid. *subditis.* 6 Pal. 1. Col. omitt. *occulte.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. *quod is impetrasset* Voss. 2. *quod impetrasset* P. omittit *imper.* 8 Mer. *obsequi.* 9 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. omittunt *se.* 10 Sic Pal. 1. & Voss. 1. F. B. 1. 2. Fl. Leid. Lugd. Amst. *conferti* Voss. 2. *confercti.*

scire quidem ex aliorum relatu potuit. unde Acidalius tentabat legere, *robur detrectans.* sed ipse Acid. vidit hanc conjecturam suam non nimis fido tibicine niti. FREINSH.

Dextrum cornu circumibatur] Dextrum Alexandri cornu à latere montem habebat, quem occuparant Persae, quibus, ne circumiretur, duas equitum alas objecit. RADERUS. *Etiam dextrum Al. cornu*, Satis confuse proelia sua narrat Curtius, adeoque in hac re longe praetulerim Arrianum, quem non intelligo, quomodo nostro hic conciliet Raderus. Et si quis putat injuriam fieri Curtio, interpretetur mihi, quid sibi velit, quod dextro Alexandri cornu ab hostibus fere circumvento, duabus alis equitum ad jugum montis jussis consistere, ceteros in medium belli discrimen transfert. Jam primum Alexandri dextrum cornu montibus tegebatur, ergo ab eo latere circumiri non potuit: superest ut factum sit ab altero. sed ne id quidem potuit, nisi Parmenione, qui agmen ad mare extendere, ob hoc ipsum jussus erat, jam circumdato, nihil autem tale hic legitur. Et si largiremur; quomodo Thessali potuerunt circumire terga suorum, & Parmenioni conjungi? Atque hoc etiam ut factum demus; quis Deus ex sinistro cornu (ibi enim curavit Parmenio) repente eos deinde transtulit in dextrum, ut quod infra ingerit, à Persis urgerentur: deinde quam omnia alia turbata, magisque etiam permixta, quam in ipso proelio pugnantes fuerint. primo de utroque cornu speciatim loquutus, mox unam ubique aciem facit, in qua profligatur Darius, nempe ab Alexandro, qui in dextro suo cornu erat: Alexander autem hostem insequi non audet, altero adhuc cornu pugnante. Interim tamen quod Rex victor non audet, audet adhuc in discrimine constitutus Parmenio. fugientibus enim equitem immittit, tamquam sibi ad pugnam supervacuum. Cum interim in altero vicissim cornu non levius miraculum, Thessali equites ibi urgentur à Persis, quos omnibus diis gratias oportebat agere, si à Thessalis fugae tantum securitas esset. Interim nulla hic de Graecis, praecipua spe Darii, & propemodum unica, mentio: nisi quod tandem abruptos à ceteris haud sane fugientibus similes evasisse tradit: quasi interim spectatores tantum fuissent, nec ullum aut Macedonibus exhibuissent negotium, aut ab ipsis sustinuissent. Quanto melius, aptius, disertius haec omnia Arrianus? In his itaque talibus mihi non satisfacit Curtius: alia ejus omnia & prudentissime & politissime composita esse non infitior, cujus rei gratia declinassem utique hanc notam, si per instituti mei rationem licuisset. FREINSH.

In medium Persarum agmen undique circumfusi] In medio Persarum agmine circumfusi Macedones. *In medium* dixit, pro *in medio*, ut supra *in Ciliciam fore* c. 5. ad quem locum nos copiose. RADERUS.

Jamque ipsi &c.] Modo significavi me ex toto hoc capite paucissima intelligere: video tamen Curtium hic voluisse dicere non de Thessalis equitibus, nec enim ii missilibus pugnaverint; sed de ipso Alexandro. clarum hoc ex num. 9. hoc capite: *Macedones, ut circa Regem erant. Jamque*, dum ad Parmenionem abeunt equites, *ipse*, *Alexander*, *in medium Pers. und. circumfusus*, *egr. se tuebatur: conferti*, hoc jam ad utrosque exercitus pertinet, ut ostendunt sequentia, non ad Persicum tantum, quod volebant alii: Optem videre haec, quomodo ante Modium habuerint, quem Acidalius dicit fateri se ita, ut nunc leguntur, correxisse, quae antea mirifice turbassent. Recte tamen ille illustrando huic loco adduxit Diodorum XVII, 33. *barbari tam densa conjecerunt tela, ut propter multitudinem emissorum, atque in se mutuo incurrentium, leviores inferrentur plagae.* A quo haud multum dissimilis locus Livii XXXIV, 38, 2. *missilibus Lacedaemonii pugnabant, à quibus se & magnitudine scuti perfacile Romanus tuebatur miles, & quod alii vani, alii leves admodum ictus erant. nam propter angustias loci, confertamque turbam, non modo ad emittenda cum procursu, quo plurimum concitantur tela, spatium habebant: sed ne ut de gradu quidem libero ac stabili conarentur. itaque ex adverso missa tela nulla in corporibus, rara in scutis haerebant.* Plura vide in tertia post hanc nota. Similia Silius IV, 552. & IX, 320. FREINSH.

Sed conferti] Emendavi etiam antea, sed non putavi notatu dignum, *conserta robora*, non *conferta* le-

terant: [1] ſimul erant emiſſa, in eoſdem [2] concurrentia implicabantur, levique & [3] vano ictu pauca in hoſtem, plura in humum innoxia cadebant. ergo [4] cominus [5] pugnam coacti conſerere, gladios impigre ſtringunt. Tum vero multum ſanguinis

Variantes Lectiones.

1 Voſſ. 1. *ſimulque* Voſſ. 2. Baſ. Er. & aliae edd. *ſimul ut.* 2 Voſſ. 2. *occurrentia.* 3 Mer. *vario.* 4 Leid. & Voſſ. 1. *comminus* ſemper. 5 Frob. Baſ. Col. omittunt *pugnam.*

legendum, & hic quoque moneo, ne cum vulgatis *conferti* legas. MODIUS. Fatetur ita Modius correxiſſe, quae antea mirifice turbaſſent. Recte ille, niſi quod incautius emendationem ſuam firmari putavit Diodori verbis, neque rem prorſus eamdem, neque de iiſdem hic quidem narrat, contra eſt, ac de Darii quidem militibus ille quod noſter de Alexandri. vide. ὡς δ' αἱ δυνάμεις ἐντὸς βέλους ἐγένοντο, τοῖς μὲν περὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐπέρριψαν οἱ βάρβαροι τοσοῦτον πλῆθος βελῶν, ὥστε διὰ τὴν πυκνότητα τῶν βαλλομένων ἀλλήλοις συγκρουόντων ἀσθενεστέρας γίνεσθαι τὰς πληγάς. gemina ſunt tamen pene, ac valde juxta ſe poſita illuſtrant. ACIDALIUS. Antiquiores omnes libri habent *conſerti*, non *conferti*. utrumque non eſt improbum, *conſerti*, impliciti inter ſe: *conferti*, denſati. RADERUS. Supra c. 2, 13. *conſerta robora virorum.* CELLAR.

Tela vibrare] Forte *librare.* HEINSIUS.

Simul erant emiſſa in eodem] Ita recte correxiſſe haec mihi videor, cum antea ſic legerentur: *ſimul ut erant emiſſa, in eoſdem concurrentia implicabantur.* male, imo nulla ſententia, cum noſtra emendatio Diodori verbis confirmetur. MODIUS. *Simul erant emiſſa*, eleganter pro ſimulac. Horat. *ſimul obligaſti perfidum vatis caput*, ubi plura exempla Lambinus (ſic auctor de bello Hiſpan. Caeſ. c. 36. *ad quem ſimul nuntius allatus eſt confeſtim ſequi coepit.*) RADERUS. Varie hunc locum tentant invitis omnibus MSS. qui receptam lectionem tuentur. Ergo rem expedio, mutata ſola diſtinctione in hunc modum: *ſimul ut erant emiſſa in eoſdem, concurrentia implicabantur.* hoc vult tela illa emiſſa plura in eoſdem, adverſarios puta, ideoque fuiſſe implicata concurſu, prius quam venirent ad eos, atque ita innoxie cecidiſſe in terram. SCHEFF. Recte correxit Modius. vide Stewechium ad Veget. de re milit. c. 4. Davieſium ad Caeſarem de bello Gall. l. IV. c. 26. & utrumque Gronovium ad Liv. l. IV, 31. & l. VI. 4.

In eodem concurrentia] Libri veteres omnes, *in eoſdem concurrentia.* in eoſdem Macedonas dixeris, cum locum vibrandi tela non haberent, placet tamen cum Modio ſcribere *in eodem.* ergo mens auctoris eſt: tela ſimulatque à denſatis & conſertis erant emiſſa eodem in loco concurrebant in aëre, ita ut inter ſe collidérentur & implicarentur, nec ad hoſtes pervenirent, nec ictum amiſſa vi in aëre validum haberent. haec mens Curtio, à Macedonibus tela primum jacta, quae ubi parum laeſerunt, coacti cominus pugnam conſerere, gladios ſtrinxerunt. Arrianus & Diodorus aliter rem narrant, & tela à barbaris miſſa primum in Macedones affirmant. Animadvertit hoc ex Siculo etiam Acidalius, ubi Modium in reprehenſionem vocat. RADERUS. *In eoſdem*, Falſum hoc. non enim potuerunt in eoſdem incidere, quae mutuo occurſu intercepta, *plura in humum innoxia cadebant.* Modius & ex eo Raderus *in eodem* ſcribunt: quomodo olim etiam mihi videbatur, priuſquam eos vidiſſem, praeferebam tamen; *in idem.* ſed neque huic, neque illi lectioni quiſquam codicum adſtipulatur. FREINSH. Modii tamen lectio minima fit mutatione, & longe ad rem adcommodatior eſt.

Pugnam conſerere] Prius illud in Lugdunenſibus non erat, lubenter tamen ita loquuntur Latini, ut dicant *manus* aut *pugnam conſerere.* MODIUS.

Acies ita cohaerebant] Curtius ſupra III, 2, 13. *vir viro, armis arma conſerta ſunt.* ubi Homeri verſus adduximus hoſce: ex Ιλ. ν. vſ. 130.

Φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ,
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Quibus verſibus longe poſtponit Macrobius Virgilianam imitationem (Aeneid. x, 361. reprehenſus eo nomine à Scaligero poët. v, 3.)

- - - haeret pede pes, denſuſque viro vir.

Nec Virgilius tantum, ſed plerique Latini vel Homerum in hoc, vel Virgilium, vel utrumque aemulati ſunt. A. Furius Antias:

Preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Ennius item:

- pede pes premitur, armiſque teruntur & arma.

Ovidius Metamorph. IX, 43.

Inque gradu ſtetimus, certi non cedere, eratque
Cum pede pes junctus, totoque ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.

Et magnifice, ut omnia, Statius Theb. VIII, 398.

Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo,
Enſe minax enſis, pede pes, & cuſpide cuſpis,
Sic obnixa acies, pariter ſuſpiria firmant,
Admotaeque nitent aliena in caſſide criſtae.

Non par eſt huic Valerius Flaccus Argon. VI, 182.

Illi ubi conſertis junxere trementia telis
Agmina, virque virum galeis afflavit adactis.

Segnius ut dixi, illud praeſertim, *galeis afflavit adactis.* Nec Silius aequat, quamvis conatus:

- - - teritur junctis umbonibus umbo,
Peſque pedem premit, & nutantes caſſide criſtae
Hoſtilem tremulo pulſant conamine frontem.

& IX, 321.

- - - galea horrida flictu
Adverſae ardeſcit galeae, clypeuſque fatiſcit

nis fusum est. duae quippe acies ita cohaerebant, ut armis arma [1] pulsarent; mucrones in ora [2] dirigerent. Non timido, non ignavo cessare tum licuit: [3] conlato pede, quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio stabant, donec [4] vin-
6 cendo [5] locum sibi facerent. Tum demum ergo promovebant gradum, quum hostem prostraverant. At illos novus excipiebat [6] adversarius fatigatos: nec vulnerati, ut alias solent, acie poterant excedere, quum hostis instaret à fronte, à ter-
7 go sui urguerent. Alexander non ducis magis, quam militis [7] munera exsequebatur; [8] opimum decus caeso rege expetens. quippe Darius curru [9] sublimis eminebat;

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. omittit. 2 Mer. *dirigebant.* 3 MS. p. L. *collati.* 4 P. *incendio.* 5 Voss. 2. *sibi locum.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Mer. *adversus.* 7 Bong. Leid. Voss. 1. *munia.* 8 Voss. 2. omittit *opimum decus caeso rege expetens* Leid. *primum* Fl. *& petens.* 9 F. *sublimus.*

Impulsu clypei, atque ensis contunditur ense,
Pes pede, virque viro teritur - -

Prorsus his geminum est Tyrtaei, quod tute leges. initium est:

Ἀλλά τις ἐγγὺς &c. RADERUS.

His adde Lucanum VII, 493.

Pompeji densis acies stipata catervis,
Junxerat in seriem nexis umbonibus arma:
Vixque habitura locum dextras ac tela movendi
Constiterat, gladiosque suos compressa tenebat.

Ex Historicis locum Ennii supra relatum citat & Hirtius de bello Hispan. cap. 31. *Cum clamori esset intermixtus gemitus, gladiorumque crepitus auribus oblatus imperitorum mentes praepediebat. Hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis teruntur arma.* Marcellin. XVI, 30. *Jaculorum deinde stridentium crebritate hinc inde convolante, pulvis aequali motu assurgens, & prospectum eripiens, arma armis, corpora corporibus obtrudebat.* Et XVIII, 21. *Hic mixti cum Persis eodem ictu procurrentibus ad superiora nobiscum, adusque ortum alterius solis immobiles stetimus, ita conferti, ut caesorum cadavera multitudine fulta reperire ruendi spatium nusquam possent: utque miles ante me quidam discriminato capite, quod in aequas partes ictus gladii fiderat validissimus, in stipitis modum undique coartatus haereret.* Idem XXXI, 38. nonnulla habet his Curtii verbis & superioribus adfinia. *Collisae in modum rostratarum navium acies, trudentesque se vicissim, undarum specie motibus sunt reciprocis agitatae.* & mox: *steterunt improtecti pedites, ita concatervatis manipulis, ut fixi nec mucronem exserere, aut manus reducere quisquam posset.* Item: *neque ad receptum confertis ordinibus laxari usquam poterat locus, & evadendi copiam constipatio densior adimebat: nostri quoque ultimo cadendi contemptu occursantes receptis gladiis obtruncabant, & mutuis securium ictibus galeae perfringebantur atque loricae.* Plutarchus Pyrrho cap. 71. *Ita conferti & constricti inter se quum essent, nihil administrari per quemquam viritim poterat, sed velut unum corpus in se compactum, universus globus multa capiebat in utramque partem momenta & volumina &c. ensem qui strinxerat, aut lanceam inclinaverat, non erat recipiendi recedendive facultas, verum eis temere obvium quemque transfodiebant, incurrentesque in se mutuo occumbebant.* Livius XXIII, 27, 5. *cum corporibus applicantur, armaque armis jungunt in arctum compulsi, quum vix movendis armis satis spatii esset &c.* FREINSH.

Mucrones in ora dirigerent] Haec nullo alio aspectu posuit Curtius, nisi ad ostendendam propinquitatem pugnantium. Alias enim videri possit allusisse ad praeceptum Caesaris, *Miles faciem feri*, de quo ad Florum IV, 2, 50. & Germanici apud Tacit. II, 14, 4. *ora mucronibus quaererent*, quod non putem. FREINSH.

Ut alias solent] Ut aliis in bellis laesi proeliis excedunt. *Alias* hic videtur pro *alioqui* positum. valet idem, quod alio tempore. Cicero *potest mihi ipsi aliud alias videri. Plura scribam alias. Nemo potest alias beatus esse, alias miser. Alias* non usurpatur pro *alioqui. alioqui* tamen nonnumquam pro *alias.* Itaque hic locus velut singularis & observandus. si tamen est singularis: nam vere explicabitur, ut aliis in proeliis, sive aliis temporibus fieri solet. Ita nihil erit singulare. RADERUS.

Non ducis magis, quam militis] Etiam hac genuina laude commendavit Homerus suum Agamemnonem Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. RADERUS. Sallust. de Catilina c. 60. *Strenui militis & boni imperatoris simul officia exsequebatur.* CELLAR.

Opimum decus] Opima spolia sunt, quae dux duci detrahit, vide Livium l. IV. c. 20. de Druso Sueton. in Claud. c. 1. *Ex hoste super victorias opima quoque spolia captasse, summoque saepius discrimine duces Germanorum tota acie insectatus.* Ita autem his proprium *opimorum* agnomen, ut simpliciter etiam *opima* dicantur apud Plin. paneg. c. 17. Senec. Herc. fur. v. 40. Flor. II, 17, 11. CELLAR.

Curru sublimis] Vide Brisson. lib. 1. p. 83. f. quamquam Arrianus & quidem vero similius dicat, eum postea fugae tantum caussa currum conscendisse. nisi tamen concilies ex Diodoro XVII, 34. fuisse in curru, eumque quatientibus equis, alio conscenso fugisse. Alexander autem eques pugnam iniit,

bat; & suis ad se tuendum, & hostibus ad incessendum, ingens incitamentum. Ergo frater ejus [1] Oxathres, quum Alexandrum instare [2] ei cerneret, equites, 8
[3] quibus praeerat, ante ipsum currum regis objecit: armis & [4] robore corporis multum super ceteros eminens; animo vero & pietate [5] in paucissimis. illo utique proelio clarus, alios improvide instantes prostravit, alios in fugam [6] avertit. At 9
Macedones [7] ut circa regem erant, mutua adhortatione firmati, cum ipso in [8] equitum agmen [9] inrumpunt. Tum vero similis ruinae strages erat. Circa currum Darii jacebant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti, omnes in ora proni, sicut dimicantes procubuerant, adverso corpore vulneribus acceptis. In-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. *Xathres* Leid. *Exathres* Voss. 2. Mer. Frob. Bas. Lugd. Col. Amst. *Oxatres* alii *Oxyatres*. 2 Leid. Voss. 1. omittunt *ei*. 3 Voss. 2. *quibus ipse prae.* 4 P. *corp. rob. sup. cet. mult. em.* 5 Voss. 2. omittit *in pauc.* 6 D. à manu secunda P. F. *vertit.* 7 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. omittunt *ut.* 8 Bong. *equitatum.* 9 Voss. 2. *prorumpunt.*

iniit, ut merito tot fidelibus historicis credo, prae nugatore Philostrato, qui fine lib. II. de Apollonio hunc quoque scribit curru in proelio vectum, narratione non simpliciter falsa. nam & *Issos* plurali numero, & cum satrapis ibi pugnasse (non cum ipso Dario) dixit. Curru autem veteres proelium inibant heroicis temporibus. Sed & diu postea apud nonnullas gentes in usu fuerunt. De essedariis Britannorum notum est ex Caesare. Apud Persas id immutasse Cyrum, Xenophon lib. VI. *παιδείας* scribit, pro quadrigis quibus ad id tempus Asiatici omnes usi fuerant, Cyrenaici quidem adhuc tempore Xenophontis utebantur, currus falcatos instituentem. FREINSH.

Oxathres] Sequutus sum scripturam eorum librorum, quae alios etiam historicos adstipulatores habet. Nam & Diodoro XVII, 34. est Ὀξάθρης: & Plutarcho Artox. cap. I. qui idem in Alex. c. 78. quamvis Ἐξάθρην appellet, tamen in hoc nobiscum consentit, quod trisyllabum scribit. FREINSH. Frater regis Darii Curt. l. III. c. 13, 13. ex captivo postea corporis Alexandri custos. CELLAR.

Instare ei] MSS. Codices, Leid. & Voss. omittunt pronomen, nec ideo vim minuunt; quippe languorem quemdam inferre videtur. Virgil. l. I. Aen. vs. 423. *Instant ardentes Tyrii.* l. II. vs. 244. *Instamus tamen immemores.* Post paullo Curtius *alios improvide instantes prostravit.* Idem tamen retinet, ut l. III. c. 13, 2. *literas ad Alexandrum tradit ei. Nec dubitare eum*, & sic saepe.

Animo & pietate] Adfectu in fratrem. *Pietas* enim in Deum, parentes, patriam, cognatos & horum similes fertur. adde post paulo l. III. c. 12, 6. dividi etiam possunt, ut *animo* fortitudo significetur; erat enim Oxathres κατὰ τὴν ἀνδρείαν ἐπαινούμενος. Diodor. l. XVII. c. 34. CELLAR.

In paucissimis] Hic loquendi modus prope singularis Curtio. *in paucis bonus, fortis, clarus.* ut qui paucos habeat pares. RADERUS.

Illo utique proelio clarus] Hic ad finem distinctiuncula sententiam juvabis ita, ut capias isto Oxathrem proelio animo quidem & pietate fuisse imprimis clarum, nam alias obscurum quis etiam putet? nunc tamen pietas eum praecipue commendavit. Est & in quibusdam reperire non *utique* sed *utrinque*. non hoc etiam male. Utrimque hoc proelio ille clarus, nempe qua ab armis & robore corporis, qua ab animo & pietate. prior & scriptura & sententia magis ex re, magis è Curtii mente. ACIDALIUS. *Utrinque* legunt nonnulli, & referunt ad fortitudinem bellicam & pietatem, quod verum quidem, sed *utique* malim, de animo & pietate erga Darium locutum putem cum Acidalio. RADERUS.

Ut circa regem erant] Duriuscule & omissum à Bongarsio & nostris MSS. *ut.* magis Curtio congruum si legeretur (*hi circa regem erant*) sic hoc capite §. 18. *Amynta duce* (*praetor hic Alexandri fuerat*) l. III. c. 13, 13. *Oxatrisque* (*frater hic erat Darii*) l. VII. c. 2, 19. *Cleandri* (*praetor hic regius erat*) l. VII. c. 3, 4. *Amenide.* (*scriba hic Darii fuerat*)

Omnes in ora proni] Vide notam nostram ad Flori caput I. lib. IV. in fine, & lib. I. cap. 18. num. 17. sic Arrian. fin. lib. II. de Gazensibus: ἀπέθανον πάντες αὐτοῦ μαχόμενοι, ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν: *eo ipso loco quo quisque constiterat, vitam pugnans amisit.* Adde Livium VIII, 38, 14. XXVIII, 22, 16. XXX, 8, 8. Polyb. XV, 13. XV, 15. FREINSH. Sine fugae indicio: *quem quisque locum acceperat, eum amissa anima tegebat*, ut loquitur de Catilinariis, quamvis in turpi caussa Sallust. cap. ult. in meliore de Atheniensibus Justin. l. IX. c. 3, 10. CELLAR.

Adverso corpore vulneribus] Haec virtutis decora: ut infamiae, si sint averso corpore. Sallust. c. 50. *omnes adversis vulneribus conciderant*, & b. Jugurth. c. 85. *cicatrices adverso corpore.* Est autem *adversum*, quod in pectore, *aversum*, quod in tergo habetur. Gell. l. II. c. II. *cicatricem aversam nullam, adversas 45. tulisse*, quod etiam aliter efferunt. Flor. I, 18, 17. *omnium vulnera in pectore.* Tacit. Hist. III,

10 Inter hos [1] Atizyes, & [2] Rheomithres, & [3] Sabaces praetor Aegypti, magnorum exercituum praefecti noscitabantur: circa eos [4] cumulata erat peditum [5] equitumque obscurior turba. Macedonum quoque non quidem multi, sed promptissimi tamen caesi sunt: inter quos Alexandri [6] dextrum femur leviter mucrone per-
11 strictum est. Jamque qui Darium vehebant equi, confossi hastis & dolore efferati,

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. *Atyzies* Voss. 2. *Aticies* Bong. *Atycies* Ald. *Aticyes* Lugd. Amst. *Atizies*. 2 D. *Stroimites* Cl. P. F. B. 1. 2. Fl. Leid. Voss. 1. *Throimites* Voss. 2. *Thorounites* Frob. *Romithres* Lugd. Amst. *Rheomitres* vulg. *Troantes*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. *Sataces* Voss. 2. *Sachaces* Mer. Bas. Col. *Sathaces* Amst. *Saraces*. 4 Voss. 2. *erat cumul.* 5 Pal. 1. *equitum*. 6 Voss. 2. omittit *dextrum*.

III. c. 84, 5. *cecidere omnes contrariis vulneribus versi in hostem.* CELLAR.

Vulneribus acceptis] Forte *exceptis*. HEINSIUS.

Atyzies, Rheomithres, & Sataces, Praetor Aegypti] Aliter paullum hos indigitat Diod. Siculus, *Antixyem*, inquit, *Arrheomithrem, & Tasiacen.* & Arrian. *Arsacen, & Sabacen*, reliquos eosdem Curtio facit, nisi quod & *Bubacen* addat. Arsacen, Rheomithren, & Atizyem ad Granicum ait equitibus praefuisse. RADERUS. *Atizyes, & Rheomithres, & Sabaces.* Arrian. II, 2, 38. Ἀρσάκης καὶ Ῥεομίθρης καὶ Ἀτιζύης. Diod. XVII, 34. Ἀντιζύης καὶ Ῥεομίθρης, καὶ ὁ τῆς Αἰγύπτου Σατράπης Τασιάκης. supra tamen eodem libro cap. 21. scribitur Ἀτοξύης. Idem nomen videtur *Epixyes* apud Plutarch. Themist. cap. 52. Fuerunt autem hi iidem Satrapae, qui primo proelio ad Granicum contra Alexandrum contenderunt, ut adjicit Arrianus, qui etiam I, 8, 3. Atizyem Phrygiae satrapam fuisse tradit. Rheomithris nomen nescio an corruptum dicam apud Xenophontem, ubi quidam est Leomithres ἀναβάσ. lib. VIII. *Sabaces* de quo infra IV, 1, 28. nonnullis codicibus est *Sataces*, aut *Sathaces*, cujusmodi libro usus fuerit Sabellicus in hac historia memoranda, apud eum enim ita legitur. Ceterum quod in multis editionibus pro Rheomitre *Trountem* reperio, facit, ut suspicer aliud ibi nomen latere, & forte legendum esse *Orontem*, quem si alii non commemorant, nihil certe novi faciunt. Id autem nomen esse illis gentibus usitatum, Arrianus ostendit, qui secundo Darii proelio Armeniis Orontem quemdam praeficit III, 2, 8. qui & post Alexandrum ibi praefuit, ut constat ex Polyaeno IV, 8, 3. Ostendit & Strabo lib. XVI. ubi scribit, Orontem fluvium qui Antiochiam praelabitur, accepisse nomen ab eo, qui pontem in eo struxerit. Magis etiam Zonaras tom. III. paulo post pr. qui eumdem fluvium, *olim Ophiten dictum, post de nomine filii Cambysis Regis Persarum, in eo submersi, Orontem cognominatum* tradit. Quamquam Apollo Clarius apud Pausan. lib. VIII. Orontem Indum fuisse responderit. Virg. Aen. I, 117. duci Lyciorum id nominis adcommodat. Adde Diodor. XV, 10. FREINSH.

Sed promptissimi] Ita solet. Caesar de bell. Civil. III, 97. *In eo proelio non amplius CC. milites desideravit; sed centuriones fortes viros, circiter XXX. amisit. Interfectus est etiam fortissime pugnans Crastinus.* Sensit olim magno suo incommodo Annibal ad Cannas apud Liv. XXII, 52, 6. cui ea pugna occubuerunt *ad octo millia*, parvus numerus, si Romanorum cladem spectes; sed nempe, *fortissimorum virorum*, quod ipsum valde debilem reddidisse idem auctor postea notat. Sic Tacit. H. II, 25, 5. *promptissimos praetorianorum equitum interfecere.* Xenophon post pr. lib. IV. παιδείας: *Assyrii quorum & princeps, & cum hoc fere fortissimus quisque occubuerat.* Ratio est in illis Agricolae apud Tacit. Agr. 34, 3. *ceterorum Britannorum fugacissimi, ideoque tam diu superstites. Quomodo silvas saltusque penetrantibus, fortissimum quodque animal robore, pavida & inertia ipso agminis sono pelluntur: sic acerrimi Britannorum jam pridem ceciderunt: reliquus est numerus ignavorum & metuentium.* Pertinet huc proverbium, *Timidi matrem non flere.* Cornel. Nepos in Thrasyb. 2, 3. Pulchre igitur Ovidius Fast. II, 751. metum Lucretiae exponit:

Sint tantum reduces. Sed enim temerarius ille
Est meus, & stricto quolibet ense ruit.
Mens abit, & morior, quoties pugnantis imago
Me subit: & gelidum pectora frigus habet.

FREINSH.

Alexandri] Infra III, 12, 2. *quippe summa cutis in femore perstricta.* Chares apud Plutarch. in vita cap. 33. auctor est Alexandrum à Dario vulneratum esse, vulnere tamen non gravi. Sed Alexander in Epistola ad Antipatrum laesum & perstrictum telo femur in proelio scribit, auctorem tacet. Accipe ipsa Alexandri verba: Συνέβη δέ μοι (φησὶ) καὶ αὐτῷ ἐγχειριδίῳ πληγῆναι εἰς τὸν μηρὸν, ἀλλ' οὐδὲν ἄτοπον οὔτε παραχρῆμα, οὔτε ὕστερον ἐκ τῆς πληγῆς ἀπήντησεν. *Contigit, inquit, mihi pugione sauciari in femur adacto, sed unde nulla pernicies aut illico, aut postea secuta est.* Chares ait duos reges manus inter se conseruisse, sed hoc mihi ἄπιστον, quod Darius tam propinquum Alexandrum non expectarit, à quo nisi perempto non abisset Alexander. Verisimilius ergo ab incerto equite per ingruentem impetum perstrictum esse, quod non obscure docet Diodor. XVII, 34. *Accidit, inquit, & ipsum Alexandrum, cum se magna vis hostium in illum infunderet, in femore vulnerari.* RADERUS.

Ju-

ti, jugum quatere, & regem curru excutere coeperant; quum ille, veritus ne vivus veniret in hostium potestatem, desilit, & in equum, qui [1] ad hoc sequebatur, imponitur: insignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abjectis. Tum vero ceteri dissipantur metu; & [2] qua cuique [3] patebat ad fugam via, 12
erumpunt, arma [4] jacientes, quae paullo ante ad tutelam corporum sumpserant: adeo pavor etiam auxilia [5] formidat. Instabat fugientibus eques à Parmenione 13
[6] missus, & forte [7] in id cornu omnes fuga abstulerat. At in dextro Persae [8] Thessalos

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *adhuc.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. *quae.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *ad fugam patebat.* 4 D. *jacientis* Mer. *jacentes.* 5 Vulgo *formidabat.* 6 Bong. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *emissus.* 7 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *in illud.* 8 Fl. *Thessalus.*

Jugum quatere] Jam supra ostendi jugum non in curru, sed in equorum jugalium cervicibus quaerendum. Petronius:

- - - - - - *ceu ubi solet*
Nudo remissus Thessali quadrupes jugo
Cervicem, & altas quatere ad excursum jubas.

Illud enim conabantur excutere. quare coactus ipse Darius praeter morem Persarum & dignitatem regiam habenas arripere, & coërcere impetum equorum, quoad aliae quadrigae adducerentur, quibus periculum evaderet. Uti est apud Diodorum XVII, 34. RADERUS. Plutarch. Alex. cap. 62. haec accidisse scribit in posteriori proelio. FREINSH.

Equum] Arrian. II, 2, 36. *αὐτὸς δὲ ἵππον ἐπιβὰς ἔφευγε, conscenso equo fugit.* sed vox illa communis patiebatur, ut feminino genere exponeretur, *conscensa equa fugit.* *ἵππον ἀνέβη θῆλυν*, ait Aelian. Hist. animal. VI, 48. *equam conscendit, quae quod relicti memoriam pulli recordaretur, quanto maximo potuit studio & celeritate, eum ipsum praedicatur ex periculis eripuisse.* Ut hinc vel apud Curtium tentari possit; *in equam, quae ad hoc sequebatur:* praesertim cum & posteriora haec verba innuant fuisse aliquid non vulgare aut consuetum in eo jumento. Firmat & Plutarch. Alex. c. 62. *θήλειαν δὲ (ὥς φασιν) νεοτόκον ἵππον περιβὰς ἔφυγεν: equam (ut ferunt) recens enixam conscendens fugit.* Et simile quid de Antiocho legas in Josephi compendio Hebraico. FREINSH. Caussam addit Aelianus, quia hujuscemodi equa ad pullum relictum properans velocissime decurrit. CELLAR.

Insignibus quoque imperii] Dixi ad Florum I, 18, 7. quibus addi potest Tacitus H. I, 81, 3. *Magistratus projectis insignibus &c. latebras petivere.* Dio lib. XLV. de Asinio Pollione: *quo facilius in fuga lateret, paludamentum abjecerat.* Adde Caesar. de B. Civ. III, 96. Xiphilinus simile quid de Trajano narrat, sed non fugae caussa factum: *quamquam vestem regiam deposuerat, ne ex ea agnosceretur, tamen vix vulnera effugit.* Addi reliquis potest & Tigranis exemplum, qui à Lucullo superatus, cum fugeret, insignia regia filio suo lachrymans tradidit. Plutarch. Lucullo cap. 60. Quae autem insignia abjecerit Darius, tum ex ipso auctore nostro cognosci potest, tum & Brissonius lib. I. pag. 40. prolixe enarrat. FREINSH. Paludamento & armis regiis, Arrian. *κάνδυν* illud amiculum vocat, etiam scutum ac arcum cum curru reliquisse tradit. CELLAR.

Qua cuique] Alia *quae cuique.* sed illam lectionem, postea etiam in Amst. edit. repertam defendi in Indice Floriano voce *Qua.* Sic infra V, 13, 18. loco simillimo: *Barbari ducibus destituti, qua quemque aut spes ducebat, aut pavor, dissipabantur.* sic Marcellin. XVIII, 20. *Ut in rebus solet afflictis ambigentes cuinam deberet aut possit occurri, trudente pondere plebis immensae, passim qua cuique proximum videbatur, diffundimur.* Iterum XXXI, 37, *Acies inclinatae nostrorum, quod solum postremis malis habuere subsidium, incondite qua quisque poterat, vertuntur in pedes.* Quomodo forte scribitur eodem l. c. 42. *Dextra pars, alii laeva, vel quo* (forte *qua*) *metus traxerat, ferebatur quisque.* FREINSH. *Qua*, vulgo adverbium est; subaudi *via*, vel, quia haec vox recto casu sequitur, *regione*, vel his similem. CELLAR.

Jacientes] Forte *abjicientes.* HEINSIUS. Caussam non video, cur bis eadem vox repetatur, cum l. IV. c. 3, 26. *Jacientes arma* repetuntur, sic l. IV. c. 13, 13. & simpliciter respondet notissimo illi infamiae probro inter Graecos, quo *ῥίπτειν τὴν ἀσπίδα* dicebantur.

Ad tutelam corporum] Sallust. Cat. cap. 58. *in fuga salutem sperare, quum arma, queis corpus tegitur, ab hostibus averteris, ea vero dementia est.* Et in Jugurth. cap. 107. *Neminem decet qui manus armavit, ab inermis pedibus auxilium petere: in maximo metu nudum & coecum corpus ad hostes vertere.* quae loca P. Victor. V. L. lib. XI. c. 2. recte putat sumpta ex Xenoph. 3. *παιδείας.* ubi Assyrius rex ad suos; *stultum est, eos qui superiores esse velint, coecas corporis partes, & armis ac manibus destitutas, per fugam hostibus obvertere.* FREINSH.

Pavor auxilia formidat] Non *formidabat*, ut vulgo legunt, quia gnome est, ad omnium temporum homines pertinens. T. FABER lib. I. epist. 51. Doctissimi Tanaquilli lectionem confirmant Codd. MSS. Fl. Leid. Voss. videturque Curtio adcommodatior.

14 salos equites vehementer urguebant. jamque una ala ipso impetu proculcata erat: quum Thessali strenue circumactis equis [1] dilapsi, rursus in proelium redeunt; [2] sparsosque & incompositos victoriae fiducia barbaros ingenti caede prosternunt.
15 Equi pariter equitesque Persarum serie [3] laminarum graves, agmen, quod celeritate

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. Voss. 2. *delapsi.* 2 Vulgo *sparsosque incomp.* 3 D. Voss. 1. *Lamnarum ob id genus graves* Cl. Mer. F. B. 1. 2. Voss. 2. *Laminarum ob id genus graves* Ald. Frob. Bas. Col. *laminarum ob id genus grave* Fl. Leid. *seriae lamnarum ob id genus graves.*

In illud cornu] In laevo cornu omnes fugerant. At Darius, quamvis utroque adversus Alexandrum proelio, praecipuum robur in laevo cornu constituebat, & equestri proelio decertare optabat; tamen alias in dextro cornu Persas robustissimas copias collocatas habuisse J. Frontinus tradit l. II. Stratag. c. 3. POPMA.

Rursus redeunt] Familiaris optimis etiam scriptoribus pleonasmus. Sic noster lib. VI. cap. 11, 19. *rursus revocante tortores.* l. VII. c. 6, 2. *rursus in montes recesserunt.* Petron. Sat. c. 10. *rursus revocatus.* Justin. l. V. c. 12. *rursus recepti.* Idem l. XLII. c. 2, 12. *rursum recepit.* Virg. Georg. l. II. vs. 88.

Aut rursum enodes trunci resecantur.

l. IV. Aen. vs. 531.

- - - - - - *rursusque resurgens*
Saevit amor.

l. VI. vs. 459.

Rursus & in veterem fato revoluta figuram.

Incompositos victoriae fiducia] Iisdem prope verbis, in re simili usus Livius XXI, 52, 10. *Ii sparsos & incompositos oneratosque, praeda plerosque, cum inopinantes invasissent, ingentem terrorem caedemque ac fugam usque ad castra stationesque hostium fecere.* Ea res multis eripuit victoriam. Sic apud Polyb. 1, 74. Hanno cladem accepit à mercenariis rebellibus. quos mox cap. 79. eadem peccantes Amilcar perculit, converso agmine fugae speciem praebens: cum *Afri & mercenarii fugere Carthaginienses ex pavore rati, solutis ordinibus eos invadunt &c. Afri qui temere ac sparsim certamen erant orsi, inopinata illorum virtute perculsi in fugam subito inclinantur.* Simile Labieni strategema apud Dionem lib. XL. Pertinent huc omnia exempla eorum, qui ob rem bene gestam negligentiores facti, plenae victoriae defuerunt, ut Hispani apud Livium XXIII, 27, 2. Item eorum, qui fugae simulatione id egerunt, ut hostem temere insequentem distraherent, quod Parthis usitatissimum fuit. FREINSH.

Equi pariter] Vulgati, *equi pariter equitesque Persarum serie laminarum ob id genus grave, agmen, quod celeritate maxime constat, aegre moliebantur.* contaminatissime. nec tamen multo melius membranae, in quibus est, *equi pariter equitesque Persarum serie laminarum ob id genus graves agmen &c.* verum unde conjici potuit, scribendum, uti emendavi, nisi forte, quod & mihi in mentem, ita potius legendum sit: *equi pariter equitesque Pers. serie laminarum graves agmen aegre moliebantur: quippe in circumagendis equis suis Thessali, quod genus celeritate maxime constat, multos occupaverant.* & ita me Musae ament, ut haec aut vera conjectura est, aut verae proxima. MODIUS. De Persica hac gravi armatura lib. etiam IV. *Equitibus equisque tegumenta erant ex ferreis laminis serie inter se connexis.* Quod hoc loco legimus, è Modii censura sic legimus: qui tamen idem malit aliter, in hunc modum transpositis aliquot verbis. *Equi pariter equitesque Persarum serie laminarum graves agmen aegre moliebantur: quippe in circumagendis equis suis Thessali, quod genus celeritate maxime constat, multos occupaverant.* Aut veram, aut verae proximam ait hanc scripturam. Mihi non sic videtur. Etiam nunc turbatus orationis ordo. Quomodo enim se consequitur? An ideo Persae βαρέως ὡπλισμένοι agmen aegre moliebantur, quia leves Thessali multos occupaverant? Omnino contra: multos occupaverant Thessali, quia agmen aegre moliebantur Persae. Facile existeret hic sensus, si ubi *quippe* est, *quapropter* legeretur. Aut trajicienda erunt multo plura, ut membra orationis ipsa ac tota invicem mutent locum. Hoc tamen ego mihi non permiserim: nec *quippe* illud adeo mutarim. Scio ab hac particula omnem turbam, quae consilescet auctore me, si veterem reduxero lectionem. reduxero, sed in suum etiam scilicet ordinem. Ea sic habet: *serie laminarum ob id genus grave, agmen, quod &c.* mire voces hic disjectae, quarum aliquae à Modio & ejectae. Nos eas restituemus, atque ita locum misere fluctuantem constituemus: *e. p. e. q. P. s. l. graves agmen aegre moliebantur: ob id in circumagendis quoque equis suis Thessali, quippe quod genus celeritate maxime* (vel *maxima*) *constat multos occupaverant.* Tam opinor licuit mihi trajectionibus uti, ut componerem, quam aliis, ut turbarent. ACIDALIUS. Vetustissimus codex, *ob id genus graves: agmen &c.* Aldus variavit: *ob id genus grave.* Alius liber, *laminarum graves agmen.* Modius contaminatam habet vulgarem scripturam. & illius non probatur Acidalio. quid decernam quaeris? Modium & Acidalium τοῦ σκοποῦ ἀποτετυχηκότας. Alterum, quod voces germanas Curtii contra codicum fidem proscripserit, has enim *ob id* sustulit. Alterum quod spurias & Curtio alienas in versum admiserit. Itaque Curtii verba ita locarem. *Equi pariter equitesque Persarum, serie laminarum graves, agmen aegre moliebantur, ob id quip-*

pe

tate maxime constat, aegre [1] moliebantur. quippe in [2] circumagendis equis suis Thessali [3] multos occupaverant. Hac tam prospera pugna nuntiata, Alexander 16
non ante [4] ausus persequi barbaros, utrimque jam victor instare fugientibus coepit. Haud amplius regem quam mille equites sequebantur, quum ingens multi- 17
tudo hostium caderet. sed quis aut in victoria, aut in fuga copias numerat? Agebant-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *moliebatur.* 2 Voss. 2. *circumagentes.* 3 D. *multi occup.* Cl. P. B. 1. 2. Fl. Leid. Voss. 1. *inulti occup.* F. *occ. inulti.* 4 Pal. 1. *auso.*

pe in circumagendis equis suis Thessali, quod genus celeritate maxime constat. glossema illud esse Cl. M. Velserus existimavit, qui haec verba non ex mente Curtii putavit, *quod genus celeritate maxime constat.* Certe lectoris interpretamentum esse vel ex eo conjicias, quod librarii non suo loco inseruerint. RADERUS. *Equi pariter equitesque Persarum &c.* Varie vexata lectio, sed haec maxime extra vitium visa. taedet referre tot doctorum hominum conjectamenta, quibus temere quidquid displicet incursantes pridem hanc infamiae notam insusserunt utilissimae pulcherrimaeque arti, ut vulgo putent nulli eam usui esse, quam conturbandis auctorum scriptis, per lusum & jocum quaecumque in buccam venerint secure effutientium. Certe eruditissimi Rutgersii conjecturam non damnem, qui sic legit. l. III. Var. Lect. c. 4. *Equi p. e. P. s. l. graves, id genus agmen, quod celer. max. constat, aegre moliebantur.* Certum enim, equitatus potissimam vim in celeritate consistere. Manet tamen adhuc vocula sequens *quippe*, quae Acidalio non sine caussa plurimum hic turbare videtur. Et sane si quid liceat mutare, faciam; *ideoque* vel, *eoque in c. e. s. T. m. occupaverunt.* Porro inserunt hic omnes veteres, voculas, *ob id genus*, quas non intelligo. Iidem mox pro *multos* legunt *inulti*, quod haud sane displiceat, si cetera possim constituere. Rem quod attinet, de armatura hac Persica plenissime tradiderunt Brissonius, lib. III. p. 289. & 303. & post eum Lipsius de Mil. Rom. III, 6. ex quibus unum atque alterum scriptorem, qui huic illustrando maxime facient, excerpam. Sic igitur Claudianus in Rufin. II, 357.

- - - - - - conjuncta per artem
Flexilis inductis animatur lamina membris.
Horribilis visu, credas simulacra moveri
Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.
Par vestitus equis - - - -

Marcellin. XVI, 16. *Praxitelis manu polita crederes simulacra, non viros quos laminarum circuli tenues, apti corporibus, flexibiles ambiebant, per omnia membra diducti, ut quocumque artus necessitas commovisset, vestitus congrueret, junctura cohaerenter aptata.* Scriptor Graecus apud Suidam voce Θώραξ: *Lorica Parthi equitis est talis. Prior ejus pars pectus, & femora, & manus extremas, & crura tegit: posterior tergum, & cervicem, & caput totum. Fibulae vero sunt ad latera, quibus utramque partem jungunt, atque ita totum equitem ferreum faciunt videri. Prohibet vero nihil, aut impedit ferrum membrorum extensiones sive contractiones, adeo curiose factum sectumque est ad naturam membrorum. Armant autem & equum similiter ferro, totum quidem & usque ad ungulas. hoc ideo, quia nihil illis arma prosint propria, si equus interficiatur.* Manere hanc armaturam Persis in nostra tempora monstro ad Surii Comment. rer. in orbe gest. pag. 14. Adde Sansovin. de Regnis pag. 47. b. FREINSH. Lege *Serie laminarum graves, ob id genus agmen, quod &c.* HEINSIUS. Doctissimi Rutgersii locum adscribere visum est. sic enim ille: lego, *Serie laminarum graves id genus agminis, quod celeritate maxime constat, aegre moliebantur. Quippe in circumagendis equis suis Thessali multo occupaverant. Genus agminis, quod celeritate constat*, est id, quod Graeci μεταβολὴν vocant, aut certe simile. Est autem usus voce *occupo*, eodem modo, quo Varro apud Nonium, *quod si Actaeon occupasset, & ipse prius suos canes comedisset, non nugax in theatro saltatoribus fieret.* hoc ergo dicit, barbaros ferreis tunicis graves equos suos aegre circumegisse, quod tam expedite faciebant Thessali, ut longe barbaros anteverterent. RUTGERS. lib. III. Var. Lect. c. 4. Quid? si legeretur; *ob id genus armorum, agmen &c.* nam has voces *ob id genus*, tot Codd. MSS. confirmatas, quocumque modo Curtio esse restituendas aequus quisque judicaverit arbiter. Sic l. VII. c. 2, 2. *horum ob id ipsum melior caussa est.* l. VII. c. 14, 28. *id genus auxilii.*

In circumagendis equis] Lege *inciti* vel *conciti circumagendis equis.* nam & sic bene alii etiam corrigunt l. IV, 12, 4. *concitis equitibus.* l. VII. c. 4, 36. *equo calcaribus concito.* l. IV. c. 16. *citato gradu recedere.* ibid. *turmas in obvias concitaverunt.* l. V. c. 2. *citatis equis advolant.* l. VII, 4. *equo calcaribus concito.* HEINSIUS.

Equis] De Persis accipe, non de Thessalis. FREINSH.

Multos] optimi codices habent *inulti*, quod probum est, pari modo supra c. 4, 4. *unde inultus subeuntem prohibere, aut opprimere hostem potuisset.* & Ovid. l. XI. Met. v. 194.

Ultus abit Tmolo. ---- HEINSIUS.

Non ante ausus] Pal. 1. *non a. auso.* bene. qua forma mox III, 12, 10. *exspectato diu.* FREINSH.

Amplius regem quam] Forte delenda vox *quam* HEINSIUS. Notissimum illud Terentii. *plus quingentos colaphos.* Sic noster l. VI. c. 1, 16. *haud amplius trecenti.* Vide Sanctii Minervam l. IV. c. 7. & Cl.

bantur ergo à tam paucis pecorum modo; & idem metus, qui cogebat fugere,
18 fugientes morabatur. At Graeci, [1] qui in Darii partibus steterant, [2] Amynta du-
ce (praetor hic Alexandri [3] fuit, nunc transfuga) [4] abrupti à ceteris, haud sane
19 fugientibus similes evaserant. Barbari longe diversam fugam [5] intenderunt: alii,
qua rectum iter in Persidem ducebat; quidam [6] circumitu rupes, saltusque mon-
20 tium occultos petivere; pauci castra Darii. Sed [7] jam illa quoque [8] hostis victor
intraverat, omni quidem opulentia ditia. Ingens auri argentique pondus, non
belli, sed [9] luxuriae apparatum, diripuerant milites. quumque plus raperent, pas-
sim strata erant itinera vilioribus sarcinis, quas in comparatione meliorum avaritia
21 contempserat. Jamque ad feminas perventum erat: quibus, quo cariora ornamen-
ta sunt, violentius detrahebantur: [10] nec corporibus quidem vis ac libido parce-
bat.

VARIANTES LECTIONES.

1 D. *quid.* 2 Ald. *Amyntha* Voss. 2. *Aminta* passim. 3 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *fuerat*, *tunc* Lugd. Amst. *fuit*, *tunc.* 4 Pal. 1. *abrupti ceteris* Voss. 2. *arruptis cèteris.* 5 Voss. 2. *montium intenderunt* P. *intulerunt.* 6 Vulgo *circuitus*, *rupes* Mer. Ald. Frob. Bas. Voss. 2. *circuitus rupis* Pal. 1. *circumitum rupis* Fl. & Leid. *circumitu rupis* Voss. 1. *circumitum rupes.* 7 D. Pal. 1. omitt. *jam.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. omittunt *hostis.* 9 D. Leid. & Voss. 1. *luxoriae.* 10 D. M. S. p. L. *ne.*

Cl. Perizonium ad eumdem l. IV. c. 2.

Cum ingens multitudo hostium caderet] Ne vero *caderet*; alienum id à vera mente. *cederet* scripsit auctor. ACIDALIUS. *Caderet*, recte sic, nam scilicet fugientes caedebantur. Acidalius tamen voluit, *cederet.* FREINSH.

Pecorum modo] Pecora cum pelluntur *agi* dicimus. Sallust. Jugurth. c. 90. *pecus omne equitibus auxiliariis agendum attribuit.* Horat. lib. 1. Od. 2.

Omne cum Proteus pecus egit altos
Visere montes. CELLAR.

Metus &c. morabatur] Pulchre mehercules, & ex intima natura. Sic enim fit occulto, nec quo, satis scio, modo. In trepidatione metu impellimur ad fugam, quam nitentes tamen eodem retinemur. Eleganter hoc idem fere Latinus Pacatus, Theodosii Panegyrico, scriptor, ut illa aetate, minime spernendus, & quem ego sane amo aestimoque, nec si optio detur, unam ejus orationem illam, nisi sunt ejusdem inter panegyricas etiam plures, quod alibi quaerendi erit locus, haud equidem multis aliorum, una etiam atque altera poene dicam Ciceronis mutem. Is ita cap. 38. *Ut clausae cassibus ferae quaesito diu exitu desperatoque consistunt, & prae timore non fugiunt: ita ille ipso quo agitabatur metu alligatus, in oppidum semet Aquilejense praecipitat.* ACIDALIUS. Similiter Ovid. Metamorph. III, vs. 46.

- - - *Sive illi tela parabant,*
Sive fugam; sive ipse timor prohibebat utrumque.

Marcellin. XVII, 23. *Stratisque plurimis, quorum gressus vinxerat timor.* Agricola Taciti 34, 4. *Non restiterunt, sed deprehensi sunt novissimi: ideo extremo metu corpora defixere in his vestigiis.* Arrian. 1, 5, 23. *quorum agmen eodem loci, ubi consistere jussum erat, stupore potius inopinati eventus, quam certa aliqua ratione se continebat.* FREINSH.

Haud sane fugientibus similes] Quia servatis ordinibus sensim cedentes Tripolim Phoeniciae tandem evasere, unde navibus conscensis in Cyprum, & Aegyptum aufugerunt. Arrian. l. II. & noster l. IV. c. 1, 27. CELLAR.

Hostis victor] A membranis aberat illud *hostis*, & recte aberat, quid enim eo opus est? MODIUS.

Intraverat] Forte *invaserat.* HEINSIUS.

Luxuriae apparatum] Plutarch. Alex. c. 34. hunc exprimit. *ut autem holcia vidit & crossos, ampullas, alabastros, ex auro fabrefacta omnia &c.* Inter haec vasa, reor, fuit scrinium illud Graecis & Latinis celebratum, in quo Homeri carmina reposuit, ut in hunc modum de eo tradit Strabo l. XIII. *Etenim fertur quaedam emendatio poëseos Homericae, quae è Narthecio Alexandri appellatur, posterior Callisthenis & Anaxandri correctionibus: cum singula Alexander perlegisset, ac quaedam adnotasset, codicemque postea in Narthecium deposuisset, quod scrinium in gaza Persica repererat pretiose admodum comparatum.* de eodem Plinius l. VII. c. 29. his verbis: *itaque Alexander Magnus inter spolia Darii Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisque ac margaritis pretiosum, varios ejus usus amicis demonstrantibus (quando taedebat unguenti bellatorem & militia sordidum) imo Hercule, inquit, librorum Homeri custodiae detur, ut pretiosissimum humani animi opus, quam maxime diviti opere servaretur.* Addit his Petrus Victorius Alexandrum ab Homeri amore dictum φιλόμηρον. sed quid miramur Alexandrum Graecum fuisse φιλόμηρον, cum Persae & Indi in Patriam versa linguam Homeri carmina cantarint? De castrorum luxuria multa Brissonius. Caesar de bello Civili l. III. c. 96. Pompejana castra fere, ut hic Curtius Dariana describit. RADERUS.

Plus] Forte *locupletiora.* HEINSIUS.

In comparatione] Lege *in comparationem.* HEINSIUS.

Omnia

bat. Omnia [1] planctu tumultuque, prout cuique fortuna erat, caſtra repleve- 22
rant, nec ulla facies mali deerat, quum per omnes ordines aetateſque, victoris
crudelitas ac licentia vagaretur. Tunc vero [2] impotentis fortunae ſpecies conſpi- 23
ci potuit: quum [3] ii, qui tum Dario tabernaculum exornaverant, omni luxu &
opulentia inſtructum; eadem illa Alexandro, quaſi [4] veteri domino reſervabant.
namque id ſolum intactum omiſerant milites, ita tradito more, ut [5] victorem victi
regis [6] tabernaculo exciperent. Sed omnium oculos animoſque in ſemet [7] conver- 24
terant captivae, mater, conjunxque Darii: [8] illa non majeſtate [9] ſolum, ſed etiam
aetate venerabilis; haec formae pulchritudine, [10] nec illa quidem [11] ſorte [12] corrupta.

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *Plantu.* 2 Mer. Ald. Frob. Baſ. Col. *impotens.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. *hii qui cum* D. P. Voſſ. 2. *hi qui cum* Cl. Mer. B. 1. 2. *ii qui cum.* 4 Ald. Pal. 1. Voſſ. 2. *venturo.* 5 Pal. 1. *victore* Voſſ. 2. *victorie.* 6 Voſſ. 2. *tabernacula.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. *averterant* Voſſ. 2. Pal. 1. *adverterant* D. Cl. F. B. 1. 2. P. *advertant.* 8 Leid. *illi.* 9 MS. p. L. omittit *ſolum.* 10 Voſſ. 1. *ne.* 11 Leid. *ſortae.* 12 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *corruptae.*

Omnia planctu tumultuque] Non alia captis caſtris facies eſt, quam expugnatarum urbium, de his Tacitus. Ann. l. 1. c. 41. *velut in urbe victa facies, gemituſque ac planctus.* CELLAR.

Caſtra repleverant] Deleam τὸ *caſtra*: verbum *repleverant* reſpondet praecedenti *omnia.* id qui non videbant, arbitrati deeſſe vocem aliquam ita ſuppleverunt. FREINSH.

Cum Dario] Editiones *tum Dario*, quod licet non probem maxime, ideo tamen notandum duxi, quia aliam ſententiam efficit. MODIUS. Modianae caſtigationis haec quoque ſunt, in vulgatis quaedam mutant; primo *impotens fortunae*, alibi, quod non prorſus improbandum. Mox neſcio quod ἀνακόλουθον in ſtructura, *cum ii, qui cum Dario*, & habent poſteriori loco alii libri *tum*: quod aut ejecerim, aut retulerim in aliam ſedem. ACIDALIUS.

Tabernaculum] Vide Briſſon. lib. III. p. 321. Porro in ſcriptura hujus loci, tamquam in ſcyrpo nodum quaerit Acidalius, nihil tamen reperit, quod ſolvi mereatur. FREINSH.

Eadem illa] Quae? nihil enim praecedit, quo poſſit referri. ſed nimirum auctor magis rem attendit, quam verba. nam eadem illa debent intelligi, quibus tabernaculum exornaverant. SCHEFF.

Veteri domino] *Venturo* Antverpienſis editio, non *veteri.* poteſt etiam illud aſpectu aliquo probari. nos totum locum ab interpunctis quoque male affectum, nec orationis ſatis purae, ſic emaculamus: *cum ii, qui Dario tabernaculum exornaverant omni luxu & opulentia, inſtructum eadem illa tum Alexandro quaſi veteri domino reſervabant.* Ni ſic complanes, aſpera nimis *eadem illa*, quae nec habent alias, cui apte haerere poſſint, Tu eamdem opulentiam acceperis. ACIDALIUS. *Venturo domino* & Aldina, & Florentina ſcriptura ponit, ſed vetuſtiores Codices retinent *veteri domino*, quod magis arridebit, ſi Curtii verba attenderis, nec enim gratis addit, *quaſi veteri domino.* Miniſtri Darii perinde ſervabant tabernaculum Darii omnibus rebus inſtructum Alexandro novo domino, ac ſi illud veteri cuſtodirent. Non damnanda tamen altera lectio, quadrat enim & *venturo*, etſi melius *veteri.* RADERUS.

Intactum omiſerant] Quaſi proprie ad Regem pertinens, cui hoc eximium merito ſervatur. Non omittenda ſunt quae hic addit Diodor. XVII, 36. *Tum regis miniſtri, occupato Darii tabernaculo, balneas & menſas, quibus ille uſus fuerat, apparabant, accenſiſque taedis bene multis regem exſpectabant, ut ab inſectatione reverſus, omnem Darii apparatum occuparet, Aſiaeque totius imperium felici hoc augurio capeſſeret.* Sic Diodorus, qui tamen parum caute, ſuperiori & hoc capite ſcripſerat, tabernaculum Regis à Macedonibus direptum fuiſſe. FREINSH.

Averterant] Quidam *converterant.* MODIUS. Lege *adverterant.* HEINSIUS.

Conjunxque] Eadem & ſoror, quod hic notavit Arrianus II, 2, 39. καὶ ἡ γυνὴ, αὐτὴ δὲ καὶ ἡ ἀδελφὴ Δαρείου. quamquam illa particula ἡ induxerit in errorem interpretes, ut una ex muliere duas facerent: *mater Darii & uxor, ſoror etiam ac filius &c.* Sororem enim ſuam, pulcherrimam mulierum, inceſto quidem, ſed inde à Cambyſe patrio Perſis more, uxorem duxerat. quod etiam liquet ex Plutarchi Alex. cap. 52. Vertendum igitur fuit cum Oroſio III, 16. *Inter captivos caſtrorum mater, & uxor eademque ſoror, & filiae duae Darii fuere.* Ea res exemplo fuit Graecis Aegypti regibus, aliiſque, ut & ipſi ſorores ducerent, qua de re dicendi locus erit ad Taciti II, 3, 5. FREINSH.

Illa quidem ſorte] Haec ſic emendaram, *haec formae pulcritudine, nec illa quidem ſorte corruptae &c.* verum operae, credo, ne nimium mihi tribuendo vulgatos offenderent, in quibus legebatur; *haec formae pulcritudine nec illa quidem ſorte corrupta*, quaedam immutarunt, quae hinc poterunt reſtitui. MODIUS. Diſtinctiunculas coapta: *conjunx-*

pta. [1] Acceperat in ſinum filium nondum ſextum [2] aetatis annum egreſſum, in
25 ſpem tantae fortunae, quantam paullo ante pater [3] ejus amiſerat, genitum. At in gremio [4] anus aviae jacebant adultae [5] virgines duae, non ſuo tantum, ſed [6] etiam illius moerore confectae. ingens circa eam nobilium feminarum turba conſtiterat, laceratis crinibus, [7] abſciſſaque veſte, priſtini decoris immemores, *reginas, domi-*
26 *naſque*, [8] veris quondam, tunc alienis nominibus [9] invocantes. Illae ſuae calamitatis oblitae, [10] *utro cornu Darius ſtetiſſet; quae fortuna diſcriminis fuiſſet?* requirebant. negabant *ſe captas, ſi viveret rex.* ſed illum equos ſubinde mutantem longius
27 fuga abſtulerat. In acie autem caeſa ſunt Perſarum peditum centum [11] millia, decem

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Pal. 1. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *receperat.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *annum aetatis.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 2. *Pater ejus paulo ante* Frob. omittit *ejus.* 4 Pal. 1. *avus.* 5 Bong. Voſſ. 2. *duae virgines.* 6 Vulgo omitt. *etiam* Voſſ. 2. *ſed &.* 7 D. Fl. Leid. Voſſ. 1. *abſciſaque.* 8 D. B. 1. Fl. Leid. Voſſ. 1. *veteris* Mer. Pal. 1. *veteres.* 9 Vulgo *vocantes.* 10 Voſſ. 2. D. Mer. Pal. 1. *in utro* Voſſ. 1. *utroque* Leid. *an utroque in.* 11 B. 2. Fl. Leid. Voſſ. 1. omittunt *millia.*

que Darii: illa non majeſtate ſolum, ſed etiam aetate venerabilis, haec formae pulcritudine nec illae quidem ſorte corruptae, acceperat in ſinum. ACIDALIUS. *Nec illa quidem ſorte corrupta.* Sorte captivitatis ac moeroris nihil aut parum de pulcritudine ejus immutatum. CELLAR.

Circa eam] Putem legendum *circa eas.* & neceſſe eſt ob ſequentia; *Reginas dominaſque.* FREINSH.

Laceratis crinibus] Abunde exemplorum habebis in iis, quibus hunc morem illuſtrat Briſſon. de regn. Perſ. lib. II. p. 256. FREINSH.

Abſciſſa veſte] Ritus gentium Orientis in magno dolore & luctu, ex ſacris etiam litteris notiſſimus. Xenophon de Armeni Tigranis filio l. III. Paed. p. 38. *ὡς ἤκουσε ταῦτα, περιεσπάσατο τὴν τιάραν, καὶ τοὺς πέπλους κατερρήξατο, haec audiens tiaram diſcerpſit, peplumque diſcidit.* & extr. lib. de Aſſyriis mulieribus *αἱ δὲ καταρρηγνύμεναι τοὺς πέπλους καὶ δρυπτόμεναι, lacerantes peplos, ſeque laniantes.* idem princ. l. V. de captiva nobili femina: *κατερρήξατο τὸν ἄνωθεν πέπλον, καὶ ἀνωδύρετο, laceravit à ſummo uſque peplum, & ejulabatur.* CELLAR.

Tunc alienis] Hoc vult, fuiſſe illa nomina tunc non ipſarum propria, & vera; ſi enim his fuiſſent compellandae, captivas & ſervas debuiſſe dici. Reginarum ergo nomen pertinebat non ad ipſas, ſed ad alias, eas ſc. quae in dignitate ac potentia regia re ipſa eſſent conſtitutae. SCHEFF.

Invocantes] Alii *vocantes*, quod non ſpernam. Livius l. I. c. 26. *ſponſum mortuum appellat.* FREINSH.

Caeſa ſunt] Diodorus XVII, 36. numerat peditum 120000. equitum 10000. Arrianus II, 2, 38. peditum 90000. equitum 10000. univerſe 100000. non amplius. Juſtinus XI, 9, 10. rurſum aliter: *Caeſa ſunt peditum unum & ſexaginta millia, equitum decem millia: capta quadraginta millia.* Oroſius III, 16. iterum ab omnibus aliis abit: *Ibi tunc*, inquit, *peditum octoginta millia, equitum decem millia caeſa ſunt: capta autem quadraginta millia.* Plutarchus Alex. cap. 33. generatim *ὑπὲρ ἕνδεκα μυριάδας* ponit caeſas, hoc eſt ſuper centum & decem millia, ſine equitum peditumve diſcrimine; tanta eſt varietas ſcriptorum in unico caeſorum numero. Scripſit Antipater epigramma ſuper hac caede Perſarum ad Iſſum. Anthologiam III, 5, 18. adi. Hancne pugnam Philoxenus Eretrius pictor coloribus redintegravit; an illam Alex. cum Dario ad Arbela ſeu Gaugamela, Plinius XXXV, 10, 53. non exprimit. RADERUS. Et eadem Acidalius. Obiter adnoto, Juſtini locum ſupra citatum corruptum videri; nec enim placet illud *unum & ſexaginta*: quando unum illud nemo temere Graecus ſcriptor, ex quibus haec haurienda fuit hiſtoria, adjecerit. illi enim per myriadas computaverunt hanc cladem; quod cauſſae eſt, cur idem faciant omnes, etiam Latini, qui numerum hoc proelio caeſorum captorumve referunt. Igitur potius crediderim in Juſtino ſcribendum *centum & ſexaginta.* Certe nec Sabellico priorem ſcripturam placuiſſe apparet ex eo, quod verba *unum &* omittens Ennead. IV, 4. ita ſcribit: *Trogus peditum ſexaginta millia cecidiſſe ait.* De numero occiſorum, quem Hiſtoria Miſcella prodit, proxime dicemus. Haec igitur eſt illa nobilis ad Iſſum victoria, de cujus tempore diſquiritur l. III. c. 8, 27. FREINSH.

Decem equitum] Malam rem ſciolis, quorum opera factum eſt, ut editiones omnes habeant, *decem vero milia interfecta equitum.* MODIUS. *Peditum centum millia, decem vero millia interfecta equitum. Incredibilem* ait V. Cl. Judicii de Curt. c. 3. §. 3. *numerum, & fatetur tamen ab aliis non minorem numerum caeſorum Perſarum ab aliis Hiſtoricis proditum.* Quid ergo faceret Curtius, ſi ita reperit ſuos apud auctores? forſan neque ipſe credidit, ſed tranſcripſit; quia ſubducere nolebat, quae reperit, & refutare non poterat. Debuiſſet, ait Vir doctiſſimus, *ſignificare*, ſe non credere iſti numero. Ille vero ſatis habuit, ſemel aut bis in univerſum mo-

cem vero [1] millia interfecta equitum. [2] At ex parte Alexandri [3] quatuor [4] & quingenti saucii fuere; triginta omnino & duo [5] ex peditibus desiderati sunt: equitum cen-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *in acie autem c. Persarum peditum decem equitum.* 2 Pal. 1. Voss. 2. *at à.* 3 Leid. *ad quatuor & quingenta.* 4 Pal. 1. *ad quing.* 5 Voss. 2. Bong. *ex pedit.* XXX *omnino & duo* Pal. 1. *ex equit. trig. omnino & duo* Voss. 1. *peditum.*

monere lectores suos, se non omnia, quae transcribat, credere, ratus haud dubie, hoc ubique repetere auxiae fore, & putidae diligentiae, quae multum haberet ostentationis. Deinde an adeo incredibile est, ex tanto exercitu collectorum undique hominum tantum fuisse numerum caesum, ut uno incredibilitatis argumento rejici omnino debeat? At vero magnus fere semper fuit caesorum olim numerus, & ratio est in promtu. Etenim veteres in proeliis congrediebantur cominus, & manus revera conferebant. Hinc, quando victi jam in fugam erant versi, maximus eorum caedebatur numerus à victoribus, qui vestigiis illorum haerebant: imprimis vero si tanta esset turba fugientium h. e. aliquot centenorum millium. Hi enim simulac ad angustias viarum accedebant, partim elidebantur à suis, seu à suorum multitudine, partim conculcabantur ab equis, partim caedebantur ab hostibus, revera tamquam pecudes; quippe qui inermes jam erant abjectis in fuga armis, ut essent ad fugiendum expeditiores. Ex victoribus autem nulli fere post proelium interibant. Romanorum quoque ad Cannas quinquaginta millia sunt caesa. si altero major fuit numerus Persarum, qui periere, fuit etiam plus altero tanto major illorum exercitus; atque ideo rei naturae congruens erat, ut longe etiam plus altero tanto caderet. Quid dicet V. Cl. de tot proeliis in Sacra Scriptura memoratis? consideremus vel unum illud inter Abiam & Jeroboamum, quod octoginta Israëlitarum millia in aciem duxit, sed recepit tantum trecenta, reliquis h. e. ipsis quingentis millibus Israëlitarum ab Abia uno proelio caesis, ut traditur in Graeco aeque ac in Hebraico textu 2 Paral. XIII. 17. licet, quod insuper hic notandum est, Abias ne tantum quidem numerum militum, quantus fuit caesorum Israëlitarum suo in exercitu habuerit. Nulla ergo erat causa accusandi isto nomine Curtium. Et hoc ipsum sit speciminis loco, unde de similibus exemplis feratur judicium. PERIZONIUS. Curtius Vind.

At ex parte Alex.] Historia Miscella II, 15. *Scriptorum omnium veterum mos est, ex ea parte quae vicerit, occisorum non commendare numerum, ne victoriae gloriam maculent damna victoris: nisi forte cum adeo pauci cadunt, ut admirationem terroremque virtutis augeat paucitas perditorum. sicut in prima congressione Persici belli apud Alexandrum Magnum fuit, cum inter quadringenta ferme millia hostium interfecta, centum viginti equites, & novem tantummodo pedites in ejus exercitu defuisse referuntur.* Atque ita Orosius IV, 1. unde haec exscripta sunt. Sed videlicet manifestus est error in praegrandi illo numero *quadringenta millia*, quot certe nullo uno proelio, quae Alexander pugnavit, interierunt: nedum *in prima congressione Persici belli*, nimirum ad Granicum, hanc enim pugnam intelligere nos ea verba cogunt. At illic si Diodorum XVII, 19. sequimur, 10000. Persarum peditum ceciderunt; si Plutarchum Alex. c. 26. viginti millia, equitum 2500. Arrianus I, 5, 23. etiam mille equites numerat. nisi forte ibi ex mendi occasione tantillus numerus haesit: plures enim multo cecidisse consentaneum est. Sed ut valde augeamus numerum, apparet eo non posse ascendere, ut Orosio ratio constet. plures enim ille interfectos scribit, quam alii in acie fuisse: qui enim plurimos scripserunt, 120000. tradiderunt, praeter Justinum & ex eo Oros. III, 16. qui numerum immodice auxisse (nam 600000. Persis tribuit) vel inde convincitur, quod ipsi postea regi, in proelio ad Issum minus virium tribuit. quod quidem barbaris ingeniis non convenit, eique Dario, qui potissimam & spem & ostentationis partem in hominum multitudine reponebat: Ergo pro quadringentis millibus utique reponenda erunt *quadraginta*. Sic tamen satis esset memorabilis victoria, è diverso triginta tantum peditibus, equitum supra octoginta quinque caesis, ut quidem Arrianus I, 5, 25. scribit: qui eadem opera duplici errore interpretum liberandus: quos & Lipsium ad Vellej. I, 11, 3. advertisse postea reperi, cum ibi in historiam hanc inquireremus. FREINSH. Lege ex v. c. *At à parte Alexandri quatuor:* (sc. millia caesa sunt) *quingenti saucii fuere ex peditibus.* XXX *omnino & duo desiderati sunt equitum. centum quinquaginta interfecti.* HEINSIUS.

Triginta omnino & duo] Scripsit forte Curtius *trecenti omnino & duo*, quemadmodum etiam Glareano placuisse video. forte inquam ita scripsit, sed nihil affirmo, ideoque nec muto. MODIUS. *Triginta omnino & duo*, Assentior Modio & Glareano *trecenti* legendum pro *triginta*. Nimis enim ille angustus numerus: neque movere debet ἐπιφώνημα, quod subjunctum, *Tantulo impendio ingens victoria stetit.* Nam etiam sic impendium satis leve. ACIDALIUS. Post quos ita Loccenius: Velim hic simpliciter legi *trecenti*, sublato *& duo.* sic enim respondebit numerus illi Diodori XVII, 36. *Ex Macedonum peditibus*, inquit, *trecenti*, *& 150 equites defuere.* In Justino XI, 9, 10. item emendarim pro peditum 130. *peditum* 300. Hactenus

centum quinquaginta [1] interfecti. tantulo impendio ingens victoria stetit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *interfecti sunt.*

nus LOCCEN. Hos sequitur Raderus, cum alii quoque auctores ampliorem occisorum prodant numerum. Negat insuper Glareanus ex Valla *triginta & duo* Latine dici, sed praeponendum esse numerum minorem, adeoque errorem eum ex notis numerorum natum. quae res suspicionem facit, alio forsitan exemplari usum Sabellicum propius ad veram lectionem accessisse. sic enim ille in narratione hujus proelii Ennead. IV, 4. *Macedonum, quorum fides sit apud autores ipsos, equites centum quinquaginta, pedites duodetriginta desiderati.* Nec sane necesse semper est ampliorem peditum numerum cadere, cum interim, ut hic, ubi *equestri proelio Darius optabat decernere* in pr. hujus cap. equites soli, aut praecipue saltem depugnent. quod itidem in pugna ad Granicum evenit, ubi simili ratione plus equitum quam peditum occubuit. Idem Glareanus, hac quam dixi ratione ductus etiam supra III, 9, 12. invertenda putavit verba, *Triginta & duo*, ut legeretur; *Duo & triginta.* FREINSH. Angustior caesorum numerus, quam pro tam vehementi validissimorum exercituum conflictu. Diodor. l. XVII. c. 36. *πεζοὶ εἰς τριακοσίους*; pedites trecenti, unde tam Justini lib. XI. c. 9. CXXX, quam Curtii XXXII. emandandum esse doctiores censuerunt. CELLAR.

CAPUT XII.

Matris & uxoris Darii, nec non aliarum captivarum, luctum levat Alexander.

1 Rex [1] diu Darium persequendo [2] fatigatus, [3] posteaquam & nox [4] adpetebat, &
[5] eum adsequendi spes non erat; in castra [6] paullo ante à suis capta pervenit.
2 [7] *Invitari deinde amicos*, quibus maxime adsueverat, jussit: quippe summa dum-
3 taxat cutis in [8] femore perstricta non prohibebat interesse convivio: [9] quum repente è proximo tabernaculo lugubris clamor, barbaro ululatu planctuque permistus, epulantes conterruit. Cohors quoque, quae excubabat ad tabernaculum regis,

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. *qui diu* Pal. 1. *aliquamdiu* Voss. 2. *rexque diu.* 2 Vulgo *fatigatus erat.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *postquam.* 4 Mer. Ald. *apparebat.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. omisso *eum*, *consequendi* habent, & ita Lugd. Amst. B. Mer. *insequendi.* 6 Voss. 2. *à suis capta paullo ante.* 7 P. *invitare.* 8 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *femine* Ald. *foemore.* 9 B. 1. Voss. 2. *tum.*

Rex diu Darium] Antea male omnia ita edebantur, *Rex, qui diu Darium persequendo fatigatus erat, posteaquam & nox appetebat, & eum assequendi spes non erat.* tramae putidae. MODIUS. *Diu. Ducenta stadia progressus flexit iter media nocte in castra versus.* Diodor. XVII, 37. ducenta stadia continent sex milliaria nostratia cum quadrante, ex quo intelligis, quantopere urserit Darium Alexander, & cur tam sero ad suos reditarit. in capto enim Dario belli finem sperabat. At ex Curtio posset doceri, non eousque esse progressum Alexandrum, cum appetente nocte à persequendo Dario destitisse affirmet, nisi tam procul illum insecutus sit, ut sub confinium noctis correxerit iter, & summa demum nocte in castra pervenerit. RADERUS. Ceterum haec & alia similia, in quibus aut consentiunt Plutarch. Diodor. Arrian. Justin. cum Curtio, aut leviter dissentiunt, ex eorum collatione quilibet harum rerum studiosus facile deprehendet; quapropter in posterum ejusmodi notis haud temere, certe non operose, libri molem aggravabimus. Ceterum cum Bong. desit *erat*, quod in plerisque editionibus comparet post verbum *fatigatus*, facile recepi lectionem Raderi: *Rex diu Dar. pers. fatigatus, posteaquam &c.* FREINSH. Forte quidem diu. HEINSIUS.

In femore] MSS. fere omnes *femine*, & idem iidem Codd. l. VI. c. 1. *hasta femina perfossa.* l. VIII. c. 10. *Jovis femine Liberum patrem esse celatum.* Plin. l. VI. H. N. c. 21. *Liberum Jovis femine editum.* HEINSIUS.

Non prohibebat] Videtur defuisse negativa Codici, quo Sabellicus usus est; ille enim Ennead. IV, 4. *Alex. sub noctem à multa hostium insectatione fessus, in castra se recepit, jussitque principes ad convivium vocari, ipse jactatione vulneris interesse non potuit.* Nostram tamen lectionem veriorem esse, patet etiam ex Arriano II, 3, 1. *Postero die Alexander, quamvis aeger adhuc è vulnere quod in femore exceperat, saucios tamen obivit &c.* quod si potuit, potuit & interesse convivio. FREINSH.

Capti-

gis, verita ne majoris motus principium esset, armare se coeperat. Caussa [1] pa- 4
voris subiti fuit, [2] quod mater uxorque Darii cum captivis [3] mulieribus no-
bilibus, regem, quem interfectum esse credebant, ingenti gemitu [4] ejulatuque
deflebant. Unus namque [5] è captivis spadonibus, qui forte ante ipsarum taber- 5
naculum [6] steterat, amiculum, quod Darius, sicut paullo ante dictum est, ne
cultu proderetur, abjecerat; in manibus ejus qui repertum ferebat, agnovit:
[7] ratusque interfecto detractum esse, falsum [8] nuntium mortis ejus [9] attulerat.
Hoc mulierum errore comperto, Alexander fortunae Darii, & pietati earum [10] in- 6
lacrimasse fertur. Ac [11] primo [12] Mithrenem, qui [13] Sardeis [14] prodiderat, peri-
tum [15] Persicae linguae, *ire ad consolandas eas* jusserat. veritus deinde ne proditor 7
captivarum iram doloremque [16] gravaret; Leonnatum ex purpuratis suis misit,
jussum indicare, *falso lamentari eas* [17] *Darium vivum*. Ille cum paucis armigeris
[1] in

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *timoris.* 2 Voss. 2. omittit *quod.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. omittunt *mulieribus.* 4 D. P. B. 1. Fl. Leid. Voss. 1. *hejulatuque.* 5 Cl. P. F. B. 1. 2. *ex capt.* Lugd. Amst. *de.* 6 Pal. 1. *staret.* 7 Voss. 2. *ratus.* 8 Voss. 2. *intuitum.* 9 Voss. 2. *detulerat nuntium.* 10 D. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *lacrimasse* Mer. Ald. Bas. Amst. *lachrymasse* B. 1. *inlacrymasse.* 11 Mer. *prius.* 12 Pal. 1. *Nithrenem* Voss. 2. *Nithremem.* 13 Mer. *Sardes* Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. *Sardis.* 14 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *tradiderat.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *ling. Pers.* 16 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. Amst. *renovaret* Pal. 1. *augeret.* 17 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. Amst. omittunt *Darium.*

Captivis nobilibus] Vulgo *cum captivis mulieribus nobilibus*, sed ego vocem *mulieribus*, volentibus jubentibus membranis, aeterne exulare hinc jubeo. MODIUS.

Amiculum] Similis Thysbes error eam & Pyramum vita privavit, apud Ovid. Metamorph. IV. fab. 4. Verior conjectura Horatiae fuit, paludamentum, quod ipsa sponso neverat, in manibus fratris cernentis; vide Livium 1, 26, 2. Cion Mamertinus *agnito filii sui equo, juvenem è medio sublatum conjectabat.* Diodor. XXII, 15. FREINSH.

Qui repertum ferebat] Qui gestabat à se forte repertum; hunc enim sensum hic τὸ *ferebat* habere puto. SCHEFF. *Ferre, agere* hostium propria sunt, pro auferre vel ferendo ostentare. Virg. l. 11. Aen. vs. 374. *alii rapiunt incensa feruntque Pergama.*

Illacrimasse] Alii *lacrimasse* pessime. MODIUS. *Illacrimasse*, Idem Plutarchus cap. 35. Diod. XVII, 37. Arrianus II, 3, 3. Nec Alexandri aemulus Caesar hoc lacrimarum officium in fortuna Pompeji M. praetermisit. *Ut enim*, inquit Valer. Max. V, 1, 10. *id* (Pompeji caput) *aspexit, oblitus hostis, soceri vultum induit, ac Pompejo tum proprias, tum etiam filiae suae lacrimas reddidit: caput autem pretiosissimis odoribus cremandum curavit.* Vere M. Tullius pro Lege Manil. c. 9. *Hoc jam fere sic fieri solere accepimus, ut regum afflictae fortunae facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximeque eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno, quod regale iis nomen magnum & sanctum esse videatur.* RADERUS. A simili humanitate commendat Antigonum Plutarchus in Pyrrho cap. 73. *qui ut caput* (Pyrrhi hostis) *aspexit & agnovit &c. chlamyde oculis admota illacrimavit.* Scipionem Polyb. X, 18. *qui Indibilis filias &c. oculis suis subjectas intuens, lacrimas tenere non potuit.* FREINSH.

Mithrenem] Consule indicem si desideras, eo enim locorum & personarum descriptionem, ut cuivis in promtu statim sint, retulimus. FREINSH.

Sardeis tradiderat] Volui hic Mithrenen mihi demereri, mitigando rem vocabuli lenitate. alioqui enim in editis erat, *prodiderat.* itane vero? dices. plane ita, ut tamen nihil auderem contra membranas Sigebergenses, nam Colonienses, etsi cetera bonas, quae habebant, *Sardis praeerat*, hoc loci non ausculto. MODIUS. Recte Modius consentientibus codicibus manu exaratis, nam respectu Alexandri aptius est verbum mitius *tradere*; captivis enim mox gravior & convenientior adcommodatur expressio, *ne proditor.*

Ne proditor] Nec mirum hoc metuisse Alexandrum, quando *proditores etiam iis, quos anteponunt, invisi sunt.* ut Tacit. ait lib. I. Ann. c. 58. FREINSH.

Renovaret] Editiones *gravaret*, magis illud ad rem est. MODIUS.

Ex purpuratis] Ut supra cap. 6. dixit *Parmenionem principem purpuratorum*, etsi hoc rarius de Macedonibus, frequentissimum de Persis sit.

Vivum] Adhuc editiones *Darium vivum*, sed melius abest Darii nomen totiens jam iteratum. MODIUS.

Armigeris] Armatis, sic enim illa vox Latine etiam usurpatur. Proprie tamen armiger est is, qui fert in proelio tela domini sui, deinde *armiger* est miles gravis armaturae apud Sueton. Graecis ὁπλίτης. Hoc loco utrumque intellectum videtur vox admittere, nam armatos exponit ipse Curtius, *at ii, qui in vestibulo erant, ut armatos*

S *con-*

[1] in tabernaculum, in quo captivae erant, pervenit, *missumque* [2] *à rege se* [3] nun-
8 tiari jubet. At [4] ii, qui in vestibulo erant, ut armatos conspexere, rati actum esse de dominis, in tabernaculum currunt, vociferantes, *adesse supremam horam*,
9 [5] *missosque qui occiderent captas.* Itaque, ut quae nec prohibere [6] possent, nec admittere [7] auderent; nullo responso dato, [8] tacitae opperiebantur victoris arbitrium.
10 Leonnatus exspectato diu qui se [9] intromitteret, [10] posteaquam nemo [11] procedere audebat; relictis in vestibulo satellitibus, intrat in tabernaculum. [12] Ea ipsa
11 res turbaverat feminas, quod inrupisse non admissus videbatur. Itaque mater & conjunx provolutae ad pedes, orare coeperunt; *ut*, *priusquam interficerentur*, *Darii*

VARIANTES LECTIONES.

1 B. 1. omittit *in.* 2 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. Amst. *se à rege.* 3 Bas. Er. alii *nunciare.* 4 Mer. Fl. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Bas. Lugd. Col. Amst. *hi.* 5 Voss. 1. *misos.* 6 Mer. Ald. Frob. Bas. Col. omittunt *possent.* 7 Voss. 1. *auderet.* 8 Fl. *tacito* Leid. Voss. 1. 2. & vulgo *tacite.* 9 D. Cl. P. F. B. 2. Fl. Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. *introduceret.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *postquam.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. Er. *producere* Voss. 2. *introducere* Col. *prodire.* 12 Pal. 1. *& ipsa.*

conspexere. pro armigeris etiam, seu stipatoribus & satellitibus idem accipit, cum mox subjicit: *relictis in vestibulo satellitibus.* & hoc est quod Vulcanius τοὺς ὁπλίτας saepius vertat apud Arrianum *armigeros.* agmen *armigerorum*, *armatorum.* uti nonnulli illud Propertianum explanant l. III. el. 3. vs. 8.

Et solitum armigeri ducite munus equi.

armigerum appellavit equum phaleris & armis indutum, sive armatum. Etsi τὸ *armigeri* possit & ad strenuos milites referri, imo ad veros armigeros, qui donatos dominis suis equos ducebant, ut sit quintus casus *ô armigeri.* Passeratium consule. RADERUS.

Adesse supremam horam] Expressit Virgilium l. II. Aen. vs. 324.

Venit summa dies, & ineluctabile tempus.

Prohibere possent] Vulgo, *ut quae nec prohibere, nec admittere auderent.* male, omnino enim illud *possent* opus est ad sententiam. MODIUS.

Procedere] Excusi *prodire*, scripti *producere*, quae res ipsa etsi tenuis quorumdam temeritatem arguit, in quibus sollertiam, cum nusquam haereant, laudo. verum exemplum non placet. MODIUS. Bongars. Lugd. Amst. *procedere*, quod non displicet; sed & Sebisius ita legendum putabat. FREINSH. *Nemo producere audebat* prius edidit Freinshemius, sed quid est producere hoc loco? num *intromittere?* atqui *producere* is dicitur, qui ducit quid foras è loco aliquo, in quo ante fuit situm. At Leonnatus contra intro, & in tabernaculum erat ducendus. libri alii habent hic *procedere*, quam lectionem credo esse veram, vel ex eo, quoniam in libris aliis est *prodire*, sine dubio ex interpretatione alicujus glossatoris. SCHEFF. An non credis, Lector, hunc locum à nemine quondam animadversum fuisse, quum eum tanta ostentatione correctum legis apud Cl. Clericum in Judicio de Curtio c. 12. §. 2. & an hic locus, quem Modius jam recte ediderat, tanti erat, cur vapulet adeo Freinshemius, cujus diligentia laudatur, ut judicium ingenium que damnetur, & proscribatur §. 1. vide locum & judica. Cl. Clericum tamen, omissis aliis, ut restitutorem hujus loci laudat sic in Parerg. Crit. p. 173. Cl. Heumannus. sine dubio recte Clericus. Immo sic perspicue exstabat in Benedicti Theocreni codice MSto Curtii, cujus notitiam dedi in schediasmate de Anonymis p. 128. sed quoniam Clericus illustrationis ergo locum affert ex Rufino, non magnae auctoritatis scriptore, alium adjungam ex ipso Curtio, nam is l. v. c. 10. *Ex carcere procedere erubuimus.* Virg. Ecl. IX. vs. 47.

Ecce Dionaei processit Caesaris astrum.

plura ex ipso Cicerone exempla vel Nizolius abunde subministrabit, ut Rufini copiis auxiliaribus carere queat. HEUMANN.

Ea ipsa res turbaverat feminas, quod inrupisse non admissus videbatur.] E vulgatis quidam, *ea res ipsa.* cur mutarunt? Suavius ita ad aures meas accidit: ac nempe sic quoque lib. IV. *Ea res ipsa militi ad persequendum hostem animum intendit.* Leve hoc, sed neque Curtio, neque me indignum. Aliud monebo non majoris etiam momenti: quanticumque est, tu vero tolle comma post *inrupisse.* Veri sensus nonnihil interest, qui alius sit atque alius à levissimo interpuncto. Hic, ut nos volumus, ille oritur: Erant turbatae feminae, quod irrupisse videretur, quia non esset admissus. Alius longe sit retento commate: Pavor illis, quia non admissus, sed irrupisse videbatur. Hic alienus, ille germanus. ACIDALIUS. Nihil est, quod argutetur hic Acidalius, suaviusne ad aures accidat, *ea ipsa res*, an, *ea res ipsa.* hoc in scholis verum est, illud negligunt saepe studio, qui studiosissimi sunt elegantioris sermonis. Curtius infra mutavit, quia perinde illi fuit. omnia exemplaria meliora sic habent *ea ipsa res.* RADERUS. Diodor. l. XVII. c. 37. simpliciter refert Leonnatum Alexandri mentem reginis aperuisse. Justin. l. XI. c. 9, 13. proxime cum Curtio consentit. FREINSH.

Pa-

rii corpus ipsis patrio more sepelire permitteret: functas supremo in regem officio [1] *se im-*
pigre morituras. Leonnatus, *& vivere Darium, & ipsas non incolumes modo, sed* 12
etiam adparatu pristinae fortunae reginas [2] *fore.* [3] Tum mater [4] Darii adlevari se
passa est. Alexander [5] postera die [6] cum cura sepultis militibus, quorum corpora 13
invenerat; *Persarum* [7] *quoque nobilissimis eumdem honorem haberi* jubet, *matrique*
Darii [8] *permitti, quos vellet, patrio more* [9] *sepeliret.* Illa paucos arta propinquita- 14
te conjunctos, *pro habitu praesentis fortunae humari* jussit; *adparatum funerum, quo*
Persae suprema officia [10] *celebrarent, invidiosum fore* [11] existimans, *quum victores*
haud pretiose cremarentur. [12] Jamque [13] justis defunctorum [14] corporibus [15] solutis, 15
prae-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. D. *ingressae se* inter lineas *non aegre* Leid. *impigre sese* Voss. 1. *sese ingre* Voss. 2. omittit *impigre* Cl. P. F. B. 1. 2. *ingresse se* Col. omittit *se.* 2 F. subscriptum *esse.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. *tum demum.* 4 Pal. 1. omittit *Darii.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. Amst. *postero.* 6 Vulgo *cum curam sepeliendis militibus impenderet. quorum.* 7 Voss. 2. omittit *quoque.* 8 D. Pal. 1. Fl. Voss. 1. 2. Bas. Er. *permittit.* 9 Pal. 1. *sepelire.* 10 P. omittit *celebr.* 11 Voss. 2. *extimans.* 12. D. erasum *que* Mer. *itaque* Pal. 1. *jam.* 13 B. 1. *bustis.* 14 Pal. 1. *corporis.* 15 Mer. *sol. exequiis.*

Patrio more sepelire] De sepultura, conditoriisque Regum Persicorum, & sollemnitatibus ea caussa observari solitis, vide Brissonium fine lib. I. FREINSH.

Permitteret] Forte *permitteretur.* HEINSIUS.

Supremo officio] Exsequiis, sepultura. Petronius, *ultimoque mandaverunt officio.* quod Justinus dixit *exsequiarum officium* lib. XXIII. c. 2, 8. CELLAR.

Impigre se] Lege *non aegre se.* HEINSIUS.

Reginas] Forte *praesignes.* HEINSIUS.

Cum cura] Sic malui. vide indicem in voce *cum.* FREINSH.

Persarum quoque] Idem priori quoque pugna fecerat. Arrian. I, 5, 29. *Persarum etiam duces sepeliit: ad haec mercenarios Graecos, qui hostibus merentes, caesi fuerant.* Plura exempla eorum, qui hostibus suis sepulturam concesserunt, referemus ad illa Taciti I, 22, 3. *Ne hostes quidem sepulturae invident.* Vide interim P. Fabri Semestr. III, 13. & Kirchman. in addit. ad tractatum de funer. Rom. c. 5. FREINSH.

Permitti] Rursum excusi *permittit*, manum non verterim. MODIUS.

Pro habitu] Ut ille exul suo libro (Ovidius Trist. I, 1.)

Infelix habitum temporis hujus habe.

RADERUS. Cui similes sunt etiam ceterorum librorum praefationes, ut quarti:

Excusata suo tempore lector habe.

Exul eram. - - - -

& quinti

Hic quoque talis erit, qualis fortuna poëtae.

Ceterum haud frustra id inculcat Curtius, sed ad laudem prudentiae simul, modestiaeque illius Reginae; quae mox quoque III, 12, 25. dicet: *Et praeteritae fortunae fastigium capio, & praesentis jugum pati possum.* Similis moderatio gravissimae itidem matronae apud Liv. XXVI, 49, 9. *quid enim huic fortunae non satis est?* FREINSH.

Quo Persae] De Persarum apparatu in funeribus vide Brissonium lib. II. in fine. hoc enim malim quam Raderum, quando

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.

De loco Justin. XIX, 1, 10. *Legati à Dario Persarum rege Carthaginem venerunt, adferentes edictum, quo Poeni humanas hostias immolare, & canina vesci prohibebantur; mortuorumque corpora cremare potius, quam terra obruere à rege jubebantur.* de hoc, inquam, loco, quod Raderus ait trajectiuncula sanari locum posse, *mortuorumque corpora terra obruere, quam cremare*; id jam olim Kirchmanno de funer. Rom. I, 2. placuit. Tu autem vide an verosimilius eadem sententia restitui possit, detracto glossemate inepto (id enim esse puto tria postrema verba *à rege jubebantur*, adjecta ab imperito quodam, qui putabat aliquid deesse plenae orationi; qualia certe quam multa in his scriptoribus perpetrata fuisse omnes sentiunt) ut legatur: *hostias immolare, & canina vesci prohibebantur, mortuorumque corpora cremare potius quam terra obruere.* FREINSH.

Haud pretiose cremarentur] Alexander ad Granicum 25 equitibus primo conflictu occumbentibus statuas ex aere posuit in templo Jovis à Lysippo factas, reliquos equites 60, pedites 30 cum armis condi praecepit, parentibus eorum ac liberis vectigalium immunitatem concessit, omniaque quae corpore praestantur officia, remisit. Non videtur locus aut tempus concessisse, ut idem omnibus fieret ad Issum. RADERUS. Arrianus tamen μεγαλοπρεπῶς sepulta affirmat. Et Diodorus magnificentissimis hostiis Diis ait litatum. FREINSH.

Cremarentur] Nam etiam Graecis in usu fuerat combustio. Kirchmannum adi I, I. FREINSH.

Justis &c. solutis] Bong. I. pro *justis* habet *bustis.* Merulae editio voci *solutis* alteram adglutinat *exsequiis*, cum jam tum, ut vereor, aliena vox *solutis*, in textum irrepserit, tamquam umbra vitiosae *justis.* Nisi fallor, Curtius scripsit: *Jamque*

S 2 *justis*

praemittit ad captivas, qui nuntiarent *ipsum venire:* inhibitaque comitantium tur-
16 ba, tabernaculum cum [1] Hephaestione [2] intrat. [3] Is longe omnium amicorum carissimus erat regi, cum ipso pariter [4] educatus; secretorum omnium arbiter: libertatis quoque in admonendo [5] eo non alius jus habebat; quod [6] tamen ita usurpabat, ut magis à rege permissum, quam vindicatum ab eo videretur: & sicut
17 aetate par erat regi; ita corporis [7] habitu praestabat. Ergo reginae illum [8] regem esse ratae, suo more veneratae sunt. inde ex [9] spadonibus captivis, quis Alexander esset monstrantibus, [10] Sysigambis advoluta est pedibus ejus, *ignorationem numquam antea visi regis* excusans. quam manu adlevans rex, *non errasti*, inquit, *mater*;

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. semper *Ephest.* Ald. Lugd. Amst. *Hephest.* 2 B. *intrans.* 3 Voss. 1. *hiis.* 4 D. Cl. P. F. B. 2. Fl. Voss. 1. 2. *edoctus* B. 1. Leid. *eductus.* 5 Voss. 2. *&.* 6 Voss. 2. *ita tamen.* 7 Fl. Leid. *praestabat habitu.* 8 D. Cl. P. F. B. 2. *esse regem.* 9 Voss. 2. Bong. Lugd. Amst. *capt. spad.* 10 Fl. *Sisiambis* Leid. Voss. 1. 2. *Sisigambis.*

ustis defunctorum corporibus, praemittit &c. Si tamen quis nimium pro vulgari lectione nitatur, non magnopere repugnem, praesertim cum ita loqui videam Curtium infra IV, 12, 2. FREINSH.

Ipsum venire] Ita frequenter Curtius pro *se* lib. X. c. 2, 10. *Illi tentari ipsos rati, se* dixissent alii more Graecorum αὐτὸν pro ἑαυτὸν, αὐτὸν, quod saepe inter legendum apud optimos auctores reperies. Cicero l. II. de Nat. Deor. *Canum fida custodia quid aliud significat, quam se natos esse ad hominum tutelam*, pro *eos* vel *illos.* vide post Priscianum L. Vallam in libello de reciprocatione. RADERUS.

Secretorum arbiter] A Tacito mutuatum, apud quem l. XVI. Ann. c. 18. Petronius dicitur Neroni *elegantiae arbiter*, cognominis vel lusu vel occasione.

Quoque in admonendo] Forte *quoque aeque.* HEINSIUS.

Non alius jus] Elegantiae gratia omisit comparationem, pro non alius magis jus habebat, Nepos Dat. c. 8. *statuit congredi quam cum tantis copiis refugere.* de qua constructione plura exhibebit exempla consummatissimus J. Perizonius ad Sanctii Minervam. l. IV. c. 7.

Magis permissum, quam vindicatum] Quia concessam libertatem monendi prudenter obsequio temperavit. CELLAR.

Quam vindicatum ab eo] Hephaestione puta, potestate illa regis admonendi, ait, si quid forte fecisset perperam, utebatur Hephaestion ea prudentia, & moderatione, ut constaret, eum id facere ideo tantum, quoniam rex vellet, & ab eo requireret, non quod ipse cuperet, aut tamquam jure aliquo ad se pertinentem exercere gauderet. SCHEFF.

Corporis habitu praestabat] Constat ex hoc & aliis Curtii locis, Alexandrum mediocris tantum staturae fuisse. l. V. c. 2. *consedit deinde in regia sella multo excelsiore, quam pro habitu corporis.* l. VI. c. 5. *Interrito vultu regem Thalestris intuebatur, habitum ejus haud quaquam parem famae rerum oculis perlustrans. Quippe hominibus barbaris in corporum majestate veneratio est, magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est.* lib. VII. c. 8. *Si dii habitum corporis aviditati animi parem esse voluissent, mundus te non caperet.* Ibid. *In vultu regis defixerant oculos, credo quia magnitudine corporis animum aestimantibus modicus haudquaquam famae par videbatur.* LOCCENIUS. *Corporis habitu praestab.* Idem alii tradunt, ut Arrianus II, 3, 5. & certe infra VI, 5, 29. *habitus ejus haudquaquam rerum famae par* traditur. ut mirer quid in mentem fuerit Solino cap. 14. scribenti, fuisse *forma supra hominem augustiore.* nisi forte conciliemus, non defuisse Alexandro formae dignitatem: Hephaestionem tamen aliquanto praestitisse. Sed & reliquis Alexandri amicis idem Justinus XIII, 1, 11. tribuit. *Ejus virtutis erant ac venerationis, ut singulos reges putares* (diceres huc allusum) *quippe ea formae pulchritudo, & proceritas corporis, & virium ac sapientiae magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos esse judicaret.* Vide plura infra VI, 5, 29. FREINSH. Valerius Max. in hac ipsa historia l. IV. c. 7, 2. *Statura & forma praestabat.* Diodor. l. XVII. c. 37. ἐχόντων ἀμφοτέρων ἐσθῆτας ὁμοίας, τῷ μεγέθει δὲ καὶ κάλλει προέχοντος τοῦ Ἡφαιστίωνος. Sic inter ea, quae principem ostentant, Plinius Paneg. c. 4. refert etiam *proceritatem corporis.* CELLAR.

Veneratae] Dio Chrysostomus Orat. 64. de Fortuna, non inficete: Δαρείου δὲ ἡ μήτηρ καὶ Ἀλέξανδρον προσεκύνησε, καὶ τὸ ἀτιμότερον, Ἡφαιστίωνα: *Darii mater Alexandrum adoravit, &, quod foedius, Hephaestionem.* LOCCENIUS. More Persarum, quem προσκυνεῖν vocant, id est humi prosterni & adorare (ut ait Nepos in Conone c. 3.) Valerius l. I. *mater Darii Hephaestionem more Persarum adulata.* Diodorus. προσεκύνησε. CELLAR.

Ex spadonibus] Cum enim *Reginas adparatu pristinae fortunae fore* spopondisset, reliquit iis spadones, qui inservirent. quorum & supra mentio, & infr. IV, 10. *E spadonibus qui circa reginam erant.* ubi vide. Quae verbo adscribo ad firmandam emendatio-



BACCHI ET ARIADNE CHORVS.

LIBERI PATRIS TRIVMPHVS.

ter; *nam & hic Alexander est.* Equidem, [1] si hac continentia animi ad ultimum 18 vitae perseverare potuisset; feliciorem fuisse crederem, quam visus est esse, quum Liberi patris [2] imitaretur triumphum, [3] ab Hellesponto usque ad Oceanum omnes gentes [4] victoria emensus. [5] Vicisset profecto superbiam atque iram, [6] mala invi- 19
cta: abstinuisset inter epulas caedibus amicorum: egregiosque bello viros, & tot gentium secum domitores, indicta caussa [7] veritus esset occidere. Sed nondum 20
fortuna se animo ejus [8] infuderat. [9] itaque orientem eam moderate & prudenter tu-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *E. h. c. animi si ad u.* & sic Ald. Lugd. Amst. 2 P. *imitarentur.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. *usque ab Hellesp. ad Oc.* 4 D. *Victori emensus* sed correctum à manu secunda Voss. 1. *victoriae.* 5 Fl. Leid. Voss. 2. *si vicisset* Voss. 1. *sibicisset.* 6 MS. p. L. *macula.* 7 Pal. 1. Voss. 2. *non veritus.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Frob. Bas. Lugd. Col. Amst. *superfuderat.* 9 Bong. Voss. 2. Lugd. Col. *itaque orientem tam* Bas. *itaque Orientem tam* Mer. *ita orientem tam.*

tionem Arriani, II, 3. *καί τις τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τὸν Ἀλέξανδρον δείξας. Quidam eorum, qui circa eum erant, Alexandrum monstrans.* legendum est enim, *τῶν ἀμφ' αὐτὴν*, ut referatur ea vocula ad praecedentia *τὴν μητέρα τοῦ Δαρείου.* quod tamen ex solo Arriano facile quis conjiciat, considerato expresse eum dicere, cum solo Hephaestione intrasse regem, ne quis credat, praeisse regem (ut moris est, puto in Italia) nonnullos ex familiaribus, inter quos erat Hephaestion. FREINSH.

Nam & hic Alexander est] Idem referunt Diodor. Valer. Max. l. I. & Arrianus lib. II. qui vero ex fama potius, quam certo auctore, id se hausisse confitetur. CELLAR.

Liberi patris triumphum] Vide infra l. IX. c. 10, 14. IDEM.

Vicisset profecto] Abolui particulam *si* ab indocto quopiam inculcatam fulciendo, ut putabat, sensui, quae postea Acidalium & Raderum frustra torsit. Notavi dudum ad Florum II, 14, 4. & alibi, infesta fuisse scriptoribus haec ab ineptorum lectorum contagione inolita carcinomata: iisque locis nonnulla ejusmodi ex variis auctoribus eradicavi, quibus nunc adjicio sequentia. nec enim in hujus generis scriptiunculis id inusitatum est, & ad confirmandam emendationem Curtii ultro momentum habet. In Liv. XXIII, 14, 2. *ad ultimum prope desperatae Reip. auxilium, quum honesta utilibus cedunt, descendit equo.* expungo postremam vocem, quia de equo ascenso praecesserat, ineptissime, summoque optimae locutionis incommodo adglutinatam. Haec ipsa particula *si*, gemino plane vitio inserta est Sallustio Jug. XIV, 20. *Utinam emori fortunis meis honestus exitus esset: ne vivere contemptus viderer, si defessus malis injuriae concessissem*, tolle illud *si*, & habebis quod Sallustius scripsit. Non omitto locum Plinii XIV, 5. in quo similis verborum constructio plenissimam emendationi meae fidem, si adhuc opus sit, faciet. *quod Androcydes* (forte leg. *Andocides*, quod nomen uni ex decem Athen. oratoribus) *sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scripsit, intemperantiam ejus cohibens: Vinum potaturus, rex, memento te bibere sanguinem terrae: sicut cicuta homini venenum est, sic cicutae vinum. Quibus praeceptis* (haec adverte) *si ille obtemperavisset, profecto amicos in temulentia non interemisset.* Certe illud *profecto* omnino respuit particulam *si.* Addamne in editione Aldina hoc *si* tamquam fatale corrumpendo huic loco tertium etiam intrusum esse, supra; *si hac continentia animi, si ad ultimum vitae &c.* Eamdem particulam expungemus itidem infra VI, 3, 9. FREINSH. In veteribus libris omnibus est *si vicisset*, ac mox post *si abstinuisset.* Freinshemius utroque loco delet *si*, ut otiosum. forte noster scripserat, *sic vicisset, sic abstinuisset.* nam eamdem vocem librarium imperitum de sua tantum sententia bis repetere ausum fuisse vix existimo. SCHEFF.

Superfuderat] Alii *infuderat*, minus bene. MODIUS. *Infuderat.* Ita Freinshemius, ego mallem, quod plerique habent libri alii, *superfuderat*, nam quod infunditur, id ab eo, cui infunditur, capitur atque continetur. At vero sequitur de Alexandri animo, *magnitudinem* fortunae *non cepit.* non ergo *infudit*, sed *superfudit* se fortuna animo, id est superavit eum, ac quasi demersit. SCHEFF. Forte, *impari offuderat*; vel *nubem offuderat* deleto *τῷ se.* HEINSIUS.

Prudenter] Imprudenter faciam, si sollicitem hoc *prudenter.* At vide ne *pudenter* tamen fuerit, quod pudenter moneo. Modestiae pudor & verecundia pulchre quidem haeserit: pulcherrime tamen etiam prudentia moderationi. ACIDALIUS. Acidalius malit *pudenter*, haud dubie, si ita fuisset, alterum repositurus. FREINSH. In his tamen iterum sibi plaudit Cl. Clericus, & hanc ut suam correctionem sibi gratulatur legens *pudenter*, ac si primus observasset. Jud. c. X, §. 3. Emendationem Clerici probare minime possum. Primum enim *prudenter* habet significationem huic loco aptissimam. Maximae enim prudentiae est, secundam fortunam aequo ferre animo. Unde Abdolonimus ab rege rogatus, *qua patientia tulerit inopiam, Utinam*, inquit, *eodem animo regnum pati possim!* Curt. IV, 1, 15. Sic Sallust. scite in Catil. c. 11. *secundae res sapientium fatigant animos.* Nec minus docte Ca-

 to

21 tulit; ad ultimum magnitudinem ejus [1] non cepit. [2] Tum quidem ita ſe geſſit, ut omnes ante eum reges & continentia & clementia vincerentur. [3] Virgines enim regias excellentis formae tam ſanćte habuit, quam [4] ſi eodem quo ipſe parente
22 [5] genitae forent: Conjugem ejuſdem, quam nulla aetatis ſuae [6] pulchritudine corporis [7] vicit, adeo ipſe non violavit, ut ſummam adhibuerit curam, ne quis capti-
23 vo corpori inluderet: *Omnem cultum reddi feminis* juſſit; nec quidquam ex priſti-
24 nae fortunae magnificentia captivis, praeter [8] fiduciam, defuit. Itaque [9] Syſigam-

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. I. omittit *non.* 2 Fl. Leid. Voſſ. I. D. Cl. P. F. B. 2. *tunc.* 3 Fl. Leid. Voſſ. I. Bong. Mer. *Virgines reginas* Voſſ. 2. Baſ. Er. aliaeq. edd. *virgines & reginas.* 4 Voſſ. 2. omittit *ſi* Mer. *eodem tempore quo.* 5 Pal. I. *natae genitaeque.* 6 Voſſ. I. *pulchritudinae.* 7 Voſſ. 2. *vincit.* 8 MS. p. L. *fududuciam.* 9 Fl. *Siſijambis* Leid. Voſſ. I. 2. *Siſigambis* ſemper.

to in oratione pro Rhodienſibus citante Gellio l. VII. N. A. c. 3. *Secundae res laetitia tranſverſum trudere ſolent à recte conſulendo atque intelligendo.* Pari modo Nepos Con. c. 5, I. *Accidit huic quod ceteris mortalibus, ut inconſideratior in ſecunda, quam in adverſa eſſet fortuna.* Addo Plutarchi dictum ὀλίγοι εἰσὶν, οἷς μετὰ τὸ εὐτυχεῖν παραγίνεται τὸ φρονεῖν. Immo mentem ipſe ſuam exponit Curtius locis aliis. Ita enim de eodem Alexandro l. VIII, 4, 24. *Rex minus jam cupiditatibus ſuis imperabat inter obſequia fortunae, contra quam non ſatis cauta mortalitas eſt. Scilicet* (ita idem l. X, I, 40.) *res ſecundae valent commutare naturam, & raro quiſquam erga bona ſua ſatis cautus eſt.* Ac l. X. c. 2, 22. Rex ipſe ad milites, *ſecundis*, inquit, *rebus, quae circumfluunt vos, inſanire coepiſtis - - - Facilius vobis eſt adverſam, quam ſecundam regere fortunam.* Ex quibus apparet, Curtium, cum alibi *prudentiam* in fortuna ſecunda neceſſariam duxerit, & illo loco, quem immutat Clericus demta una litera, merito credi ſcripſiſſe *prudenter.* Deinde nec in *pudenter* tanta elegantia tantumque ponderis ineſt, quantum in *prudenter.* Ad ſummam temerarii correctoris, non circumſpecti critici eſt, emendationem ſuſcipere, ubi nec MSS. variat lectio, nec neceſſitas ulla, vel ſcriptoris conſuetudo & indoles id requirit. HEUMANN.

Magnitudinem non cepit] Obrutus & oppreſſus à nimia felicitate, nam quae hic l. XVII. c. 38. Diodorus recte cenſet: τοὺς πλείστους ὁρᾶν ἐστι τὴν εὐτυχίαν, ὥσπερ τι βάρυ φορτίον φέρειν ἀδυνατοῦντας. CELLAR.

Ita ſe geſſit] Pleniſſimum teſtimonium ei reddidit, nec minus reliqui hiſtoriae hujus ſcriptores, & praeter hos Marcellin. XXIV, 16. Stobaeus ſerm. 5. qui eſt de Temperantia. Athenaeus, XIII, 8. Agell. VI, 8. FREINSH.

Ante eum] Nec tamen ſua laude privandus Cyrus, qui Pantheam pulcherrimam mulierem, marito ſervavit. vide ſuaviſſimum Xenoph. παιδ. lib. V. FREINSH.

Vinceret] Editiones Lugdun. *vincerentur.* Sigebergenſis ſcriptus liber, *convinceretur.* ego Colonienſem ſequor. MODIUS. *Vinceret* mavult Modius, ego vulgatum *vincerentur.* Multum adeo refert? inquies. non multum ſane. ſed neque nihil. *vinceret* ſi Curtius ſcripſiſſet, addidiſſet non eum, ſed *ſe*, vel *ipſum*, quod pro eodem *ſe* infinitis locis apud hunc, item ut Manilium. ACIDALIUS.

Virgines enim regias] Vulgo *virgines & reginas.* Primus Rutgerſius emendandum vidit *regias*, eoque conjunctione expulſa ſcripſit; *virgines regias*, lib. III. V. L. c. 4. optime. vulgatum tamen à Modio Loccenius tenuit & explicat *reginas* Darii matrem & conjugem. Omnino Rutgerſii correctio proba eſt. tantum hoc adjeci, ut *&* in *enim* mutarem. Ita forte ſcriptum fuit; *virgines e. regias*, ex quo imperitus aliquis *&* fecit, inde alius, ut cohaereret oratio, alterum etiam vocabulum *regias*, inſerto *n* corrupit. Ceterum ſenſus praecedentium ita legi poſtulat. exponitur enim quomodo omnes Reges continentia vicerit Alexander. Itaque nullae hic matris Darii partes ſunt, ut ejus cauſſa vox *reginas* ſervari debeat: ſi enim id voluiſſet auctor, non ſeparatim conjugem Darii nominaſſet, poſtquam expoſuit de filiabus. deinde *excellentis formae*, quod ad matrem Darii vix referas, quam *anum* ſupra vocavit; & *quam ſi eodem parente genitae forent*, omnia pro hac ſententia faciunt. Quibus rationibus addo & Bongarſii auctoritatem, qui in ſuo codice ſic notaverat, ut excerpta Schoppiana fidem faciunt; malim *Virgines Regias*, aut *Regis Filias*, aut *Darii Filias.* forte propter illius *Darii*, quod ſtatim ſequitur; *Conjugem ejuſdem*, quod *ejuſdem* certe deſiderat quo referatur. Sed accidit ſaepiſſime, nec deſunt exempla, ut ſcriptorum mentem praecurrat manus, & dum ſe quod in animo habuerant, poſuiſſe credunt, ſubjiciant reliqua, quae ab iis, quae mente conceperant potius, quam quae chartae illeverunt, pendent. FREINSH. Lege *virgines regias.* ut Ovid. l. XIII. Met. vſ. 483.

Teque gemunt virgo, teque ô modo regia conjux
Regia dicta parens. HEINSIUS.

Inluderet] *Ludere* Latinis eſt etiam in obſcoenis, *illudere* hic eſt vim adferre, aut per contumeliam violare, quod à reginis defendit Alexander, qui non ſolum ipſe intactas ſervavit, ſed nec ab aliis

gambis, *rex*, inquit, [1] *mereris*, [2] *ut ea precemur tibi*, *quae Dario nostro* [3] *quondam*
precatae sumus. &, *ut video*, *dignus es*, [4] *qui tantum regem non felicitate solum*, *sed*
etiam aequitate superaveris. Tu quidem matrem *me*, *&* reginam *vocas*: *sed ego me* 25
tuam famulam esse confiteor. & praeteritae fortunae fastigium [5] *capio*, *& praesentis*
jugum pati possum: *tua interest*, *quantum in nos licuerit*, *si id potius clementia*, *quam*
saevitia vis esse testatum. Rex *bonum animum habere* eas jussit. Darii [6] deinde 26
filium collo suo admovit. atque nihil ille conspectu tunc primum à se visi conterritus, cervicem ejus manibus amplectitur: motus ergo rex constantia pueri, Hephaestionem intuens, *quam vellem*, inquit, *Darius aliquid ex hac indole hausisset!*
Tum tabernaculo egressus, tribus aris in ripa [7] Pinari amnis, Jovi atque Herculi 27
Mi-

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *mihi eris.* 2 D. *ut eam* sed deleto *m.* 3 Voss. 2. omittit *quondam.* 4 Voss. 2. *qui tamen tantum regem* vulg. *qui tantum fastigium* Mer. *fastidium* Col. *quo tantum fastig.* 5 Pal. 1. *cupio.* 6 Bong. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. 2. omittunt *deinde.* 7 Mer. Bas. Lugd. Amst. *Pyrami* Er. *Pyrrhami.*

aliis tangi laedique permisit. RADERUS.

Praeter fiduciam] Illius magnificentiae puta. hoc vult, usurpasse quidem fortunae pristinae magnificentiam, sed cum perpetuo timore quodam, ne forte mutaretur Alexander, & jure victoriae statueret gravius aliquid in eas, ut captivas. Itaque eam fiduciam constantis, & permansurae hujus magnificentiae non habeant, sicut habuerunt olim, cum adhuc liberae & reginae versarentur in Perside. SCHEFF. MS. p. L. *fududuciam*, forte, *praeter sui fiduciam.* HEINSIUS.

Quae Dario precatae sumus] Felicitatem, & victoriam cum triumpho. RADERUS. Scilicet ut aeternum imperes. Hoc enim, qui veniebant in colloquium Regis apud Persas, sollemniter precari solebant. Dixi pluribus jam olim ad Aelianum. SCHEFF.

Aequitate] Darius Macedonas crudeliter vel mactavit, vel mutilavit, supra l. III. c. 8, 15. & hoc ante proelium Alexander totum ipsius gynaeceum sacrosanctum servavit. Darius percussorem mille talentis in Alexandrum immittere conabatur, cum aeger Tarsi decumberet, supra l. III. c. 5, 15. hoc numquam fecit Alexander, qui aperta semper virtute & Marte grassabatur ad gloriam. Praeterea, ut ex epistola Alexandri ad Darium infra l. IV. c. 1, 12. disces, parens Alexandri Persarum impulsu, ut ipsi gloriabantur, interfectus est. Graeci sollicitati, ut Alexandro bellum inferrent, socios ab Alexandro alienarent. Aequior ergo Alexander Dario. Intulit Dario bellum Alexander, sed majores etiam suos, & universam Graeciam à priore Dario & Xerxe populatam ultum ivit. repelli ergo à se bellum, non inferri dixit. RADERUS.

Darii filium] Ochum sexennem, ut auctores tradunt; solus Galterus septennem facit:

Septennem puerum in natum sibi mitis adoptat.

Diodor. XVII, 38. signate sexennem affirmat. supra etiam noster, III, 11. *filium nondum sextum aetatis annum egressum.* RADERUS.

Ex hac indole hausisset] Utinam Darius tam fortis ac interritus esset, quam hic puer! Diodor. l. XVII. c. 38. tradit Alexandrum Hephaestioni dixisse: ὁ παῖς ὢν ἓξ ἐτῶν καὶ τὴν ἀρετὴν ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν προφαίνων, πολλῷ βελτίων ἐστὶ τοῦ πατρός. CELLAR.

Tribus Aris] Errare videntur, qui negant Macedonas tropaea posuisse. dubito quidem eos Pausaniae auctoritate niti, qui libro IX. exserte id scribit, etiam addito hunc Alexandrum *neque de Dario*, *neque de Indicis victoriis tropaeum ullum erigendum curasse.* sed quid si & hunc erroris arguam? id certe malim, quam Arrianum 1, 5, 30. quam Plutarchum in vita cap. 26. qui etiam ipsam inscriptionem, & quidem totidem uterque verbis referunt, in parva tantum circumstantia variantes. Idque sequutos fuisse alios ex Macedonibus reges exemplo est Antiochus, qui tropaeum erexit, ubi Indatem Parthorum ducem profligaverat, ut apud Joseph. XIII, 16. auctor est Nicolaus Damascenus. Quin & ex Himerio non leve argumentum capio, ipsum etiam Alexandrum erexisse tropaea. sic enim ille in excerptis apud Photium Cod. CCXLIII. *Cur ergo non tollo tropaea?* (Alexandri nimirum, & Demosthenes ibi loqui fingitur) *cur columnas non everto? cur inscriptiones non expungo?* Et certe hae ipsae arae quid aliud sunt, quam superbissima tropaea? ut ita ratio quoque Pausaniae subvertatur, ob quam Macedonibus erecta tropea neget, ne videlicet perpetua hac victoriae exprobratione, hostibus locum secum in gratiam redeundi praecluderent: certe enim arae illae diutius perstiterunt, quam ulla alterius generis tropaea. Nam & Ciceronis aetate fuerunt post annos fere trecentos. ipse meminit epist. fam. XV, 4. *castra in radicibus Amani habuimus, apud Aras Alexandri.* Quid autem, quod urbes adeo condidit in victoriarum suarum monumenta? non ea sunt quibusvis tropaeis durabiliora & superbiora documenta? vide infra ad IX, 3, 23. Nam & hac victoria potitus, de nomine suo condidit urbem, cujus meminit Plin. V, 27. & Stephanus in Ἀλεξάνδρεια. quam Herodian. III,

12,

Minervaeque ſacratis, Syriam petit; Damaſcum, ubi [1] regis gaza [2] erat, Parmenione praemiſſo.

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. *gaza regis.* 2 P. omittit *erat.*

12. adhuc ſuo aevo teſtatur extitiſſe. Item Alexandria Mygdoniae ſimilem originis occaſionem habuiſſe videtur, condita in Arbelitide, *ubi Darium Alexander debellavit*, ut colligo ex Plinio VI, 13. FREINSH. *Tribus aris*, tamquam tropaeis, & victoriae monumentis. Cic. Fam. l. XV. ep. 4. *Caſtra in radicibus Amani habuimus, juxta aras Alexandri.* Nec aras modo poſt hanc victoriam, ſed urbem etiam *Alexandriam* eodem prope loco condidit, cujus Plinius meminit l. V. Hiſt. Nat. c. 27. & Herodian. l. III. c. 4. & Stephanus Byzantius, qui Ἀλεξάνδρειαν τῆς Κιλικίας vocat. CELLAR.

Minervaeque] Vide ſupra III, 7, 3. & Indicem qui haec talia plenius. FREINSH.

Damaſcum] Juſtinus narrat Parmenionem à pugna mox ad claſſem Darii occupandam miſſum, quod eadem reor opera fiebat. Haec Regalis quondam civitas fuit, & in omnia Syriae tenuit principatum. quam Julianus Imp. in epiſt. veram Jovis urbem, & Orientis totius oculum vocat. Iſidorus à Damaſco diſpenſatore nuncupatam refert, quem Abraham futurum ſibi heredem dixerat, antequam Iſaac illi promiſſus eſſet. Nobiliſſimam hanc Syriae urbem Tamerlanes Scytharum praepotens rex diripuit atque incendit. POPMA.

Gazas] Vox Gaza, quamvis Perſica, tranſiit tamen ad Graecos & Latinos, ut optimi quique ſcriptores eam non formidarint. inter quos Princeps Virgilius. Habebant reges Perſarum in ſingulis provinciis ſuos theſauros, quos Gazas appellabant. Sic enim Suidas interpretatur Gazam. Servius, cenſus & divitias. Heſychius Βασίλεια, regias & vectigalia. Mela, aerarium. Probus, & Curtius ſaepius pecuniam regiam. Multa ſuper his Briſſonius. RADERUS.

CAPUT XIII.

Darii gazam immenſam, cum ingenti nobilium numero, Parmenioni proditorie Damaſci praefectus tradit.

1 Atque [1] is, quum [2] praeceſſiſſe Darii ſatrapam comperiſſet: veritus ne pauci-
2 tas ſuorum ſperneretur, [3] arceſſere majorem manum ſtatuit. Sed forte in exploratores ab eo [4] praemiſſos incidit [5] natione Mardus, qui ad [6] Parmenionem perductus, literas ad Alexandrum à praefecto Damaſci miſſas [7] tradit ei; *nec dubita-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Mer. Pal. 1. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *is.* 2 D. Cl. B. 1. 2. Fl. Leid. Voſſ. 1. *Praeceſſiſſet & Darei ſatrapa* P. F. *praeceſſiſſet & Darei ſatrapam.* 3 Bong. MS. p. L. *accerſire* Pal. 1. *arceſſire* vulgo *accerſere.* 4 Voſſ. 1. *promiſſos.* 5 Vulgo *nomine.* 6 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *Parmeniona.* 7 Pal. 1. *tradidit.*

Satrapam] Nomen Perſicum eſt, uſurpatur tamen Latinis. Terent. Heaut. act. 3. ſc. 1. Plinio l. V. N. H. c. 5. Cicero, Curtius, alii, nunc praetores, nunc praefectos interpretantur, aut etiam purpuratos. Juſtinian. Novell. 31. c. 2. *Id magiſtratus nomen neque Romanum, neque majorum noſtrorum, ſed ex altero imperio* (Perſico) *traductum fuit, unde ſatrapia.* RADERUS.

Natione Mardus] Non male, imo aptiſſime ita mihi videor emendaſſe, cum vulgo eſſet *nomine Mardus.* MODIUS. *Natione Mardus*, Mardus gentile nomen eſt, non proprium. οἱ Μάρδοι, inquit Stephanus, ἔθνος Ὑρκανῶν ex Apollodori ſecundo de Terra, praedones & ſagittarii ſunt. Strabo quoque lib. XI. ex Nearcho Mardos unam ex quatuor gentibus praedando vivere conſuetis eſſe finitimos Perſis. Sed hos infra noſter Curtius V, 6, 17. & VI, 5, 11. & Arrian. III, 5, 8. copioſe deſcribunt. Gentem hanc ante Alexandrum nemo adortus vicerat. Nonnulli codices habent *nomine Mardus*, non *natione.* Sed antiquiſſimus liber, *natione* melius, quam ſcripturam etiam Modius ſequitur. RADERUS. Cui cum adſtipularentur Bong. & Merula, facile adſenſus ſum: duplici inſuper ratione ductus. nam & indignum Curtio videbatur, omiſſo ſatrapae nomine, nuncii nomen expromere; & reminiſcebar alibi quoque ſimilia peccari. ſicut infra X, 4, 17. eſt *Theſſalus Medicus*, quaſi nomine Theſſalus, profeſſione medicus fuiſſet, cum ſcribendum ſit *Theſſalus Medius*, id eſt quidam oriundus ex Theſſalia, nomine Medius, ut ſuo loco docebimus. FREINSH.

Nec dubitare eum] Id eſt praefectum, qui ſecum conſtituerit, theſauros Alexandro tradere. Tellie-

rio

bitare eum, *quin omnem regiam* [1] *ſupellectilem cum pecunia traderet*, [2] adjecit. Parmenio [3] *adſervari eo* juſſo; literas aperit: in quîs erat ſcriptum; *ut* [4] *mature Alexander aliquem ex ducibus ſuis mitteret*, *cum manu* [5] *exigua.* Itaque re cognita, [6] Mardum datis comitibus ad proditorem [7] remittit. Ille è manibus cuſtodientium [8] lapſus, Damaſcum [9] ante lucem intrat. Turbaverat ea res Parmenionis animum, 3
4 inſidias timentis; & ignotum iter ſine duce non audebat ingredi: [10] felicitati tamen regis ſui confiſus, *agreſtes*, *qui duces itineris eſſent*, *excipi* juſſit. quibus celeriter repertis, quarto die ad urbem pervenit: jam metuente praefecto, ne [11] ſibi fides habita non eſſet. Igitur quaſi parum munimentis [12] oppidi fidens; ante ſolis or- 5
tum *pecuniam regiam*, [13] quam *gazam* Perſae vocant, *cum pretioſiſſimis rerum* [14] *efferri* jubet: fugam ſimulans; re vera, ut praedam hoſti obferret. Multa millia 6
virorum feminarumque excedentem oppido ſequebantur; omnibus [15] miſerabilis turba, praeter [16] eum, cujus fidei commiſſa [17] fuerat. quippe quo major [18] proditoris merces foret, [19] objicere hoſti parabat gratiorem omni pecunia praedam, nobiles viros, praetorum Darii conjuges, liberoſque; praeter hos [20] urbium Graecarum legatos: quos Darius velut in arce tutiſſima, in proditoris reliquerat manibus. [21] *Gangabas* Perſae vocant humeris [22] onera portantes: [23] hi [24] quum 7
frigus tolerare non poſſent (quippe & procella ſubito nivem effuderat; & humus [25] rigebat gelu) [26] tum adſtrictas veſtes, quas cum pecunia portabant auro & purpu-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *ſuppelletilem.* 2 Voſſ. 1. *abjecit.* 3 Mer. *adverſari.* 4 Voſſ. 1. *maturae.* 5 Bong. Fl. Leid. *exigua cumque rex tenens ipſum reliquiſſet Mardum* Voſſ. 1. 2. *exig. cumque rex tenens ipſum reliquiſſet itaque Mardum.* 6 M. S. p. L. *Mardi* Fl. *Mardiam.* 7 Leid. *remittitur.* 8 Voſſ. 2. *elapſus.* 9 Voſſ. 2. *intrat ante lucem.* 10 Baſ. *foelicitate.* 11 MS. p. L. omittit *ſibi.* 12 Fl. MS. p. L. Voſſ. 1. D. *oppidis* ſed notato *s* Voſſ. 2. *oppidorum.* 13 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. omittunt *quam.* 14 Voſſ. 2. *offerri.* 15 Pal. 1. *mirabilis.* 16 Fl. *eiam.* 17 Leid. Voſſ. 1. 2. *erat.* 18 Fl. Leid. *proditionis* Voſſ. 1. *prodicionis.* 19 Leid. Voſſ. 1. *obicere* ut ſemper. 20 Bong. Voſſ. 1. 2. Lugd. Amſt. *Graec. urb.* 21 Voſſ. 1. Mer. Ald. *Cangabas.* 22 Voſſ. 1. *honera.* 23 Voſſ. 1. *hii* Ald. *ii.* 24 Pal. 1. Voſſ. 2. *cum tollere non poſſent* Cl. P. F. B. 1. 2. Fl. Leid. Voſſ. 1. *cum tolerare non poſſent* omiſſo *frigus.* 25 D. *regebat* ſed correctum *rig.* 26 Voſſ. 2. *tunc.*

rio *eum* pro *ſe* poſitum videtur, ut ad nuntium referatur. CELLAR.

Cum pecunia traderet] Omnes omnino editi *ſup. cum pecunia traderet*, *adjecit.* quod tamen *adjecit* abjiciendum mihi plane viſum fuit. MODIUS. Veteres libri omnes vocem *adjecit* addunt, quam Modius abjecit, quod mihi quidem etiam blanditur, & ex genio Curtii videtur, in quo nihil redundat, & ſaepe verba premuntur, quae audiantur. Itaque illud *adjecit* videtur ex ora & gloſſemate in codices irrepſiſſe. RADERUS.

Adjecit] Non auſus ſum tollere hanc gloſſam, (pro ea enim dudum habui, & jam Modium Raderumque habuiſſe diſco) quia omnibus libris haerere dicitur. FREINSH.

Adſervari eo juſſo] *Jubendi* verbum forte deſideraret *eum*, ſed ſic Latini, Juſtin. l. xv. c. 4. *interfici à rege juſſus*, noſter ſaepe, l. VII, 9, 22. *Phalange ſequi juſſa*, ut accuſativus non plane ab infinito verbo regatur, quod voluit Cl. G. J. Voſſ. de conſtr. cap. 36.

Manu exigua] Ride iſtorum nebulonum ineptias, ride, quantum potes. cum enim haec non intelligerent, adjecerunt de ſuo, *cumque rex tenens ipſum reliquiſſet.* & mox iterum *itaque re cognita Mardum.* Itane beluae, ſiccine agitis! MODIUS.

Ante lucem] Ut hoc minus proditio à Damaſcenis obſervetur. CELLAR.

Ignotum iter] Hic enim fere non impunita abit temeritas. Vide Lipſii Polit. v, 16, 30. FREINSH.

Proditionis] Non multum intereſt, ſed tamen hoc malo, quam vulgatum *proditoris.* MODIUS.

Quo major proditoris merces foret. Reputabat enim quod Abelox apud Liv. XXII, 22, 8. qui *transfugam ſine magnae rei proditione venientem ad hoſtes*, *nihil aliud quam unum vile atque infame corpus eſſe ratus*, *id agebat*, *ut quam maximum emolumentum novis ſociis eſſet.* & apud Caeſarem de bell. Civ. III, 60. Roſcillus & Aegus, qui Caeſare deſerto, *conati ſunt praefectum equitum C. Voluſenum interficere*, *ut cum munere aliquo perfugiſſe ad Pompeium viderentur.* atque id appellat Livius XXII, 2, 8. *cum mercede magna fallere.* Sic apud Appian. lib. 1. de bell. Civil. Albinovanus ad Syllam tranſiturus, nobiles quoſdam interficit. FREINSH.

Nivem effuderat] Proelium enim ad Iſſon commiſ-

pura insignes, induunt: nullo prohibere auso; quum fortuna regis etiam [1] humil-
8 limis in ipsum licentiam faceret. Praebuere ergo Parmenioni non spernendi agmi-
nis speciem: qui intentiore cura suos, quasi ad justum proelium, paucis adhorta-
9 tus, *equis calcaria* [2] *subdere* jubet, *& acri impetu in hostem* [3] *invehi.* At illi, qui
sub [4] oneribus erant, [5] omissis per metum, capessunt fugam: [6] armati, qui eos
[7] persequebantur, eodem metu arma jactare, ac nota [8] diverticula petere coepe-
10 runt. Praefectus, [9] quasi & ipse conterritus simulans, cuncta pavore compleverat.
Jacebant totis campis opes regiae: [10] illa pecunia stipendio ingenti militum prae-
para-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *humilimis.* 2 D. Cl. P. F. B. 2. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *jubet subd.* 3 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *evehi.* 4 P. Fl. Leid. Voss. 1. *honeribus.* 5 Voss. 1. *amissis* vulg. *omissis illis.* 6 Voss. 2. & vulg. *armati quoque.* 7 Bong. *proseq.* Fl. Voss. 1. MS. p. L. & vulgo *sequebantur.* 8 Voss. 2. *diversoria.* 9 Voss. 2. *& quasi ipse.* 10 Pal. 1. *illi.*

missum fuit μηνὸς μαιμακτηριῶνος, mense, qui Novembri vel Decembri respondet. Arrian. l. II. CELLAR.

Humus rigebat gelu] Abundare *tum* videatur, quod addi non solet, nec debet quidem semper. *Adstrictae* autem *vestes* non male sane dicuntur: imbibi tamen, & altius, quam ut refundere possim, non ad vestes eam vocem referendam, sed ad humum: atque ita ex animi sententia rescribo: *& humus rigebat gelu tum adstricta: vestes, quas cum pecun.* Doctis hoc probabo: de vulgo numquam laborabo. ACIDALIUS. Hoc *tum* ablegat Acidalius, sed commode adest, nec incommode abest. Codices retinent omnes *adstrictas*, collectas accipe in sarcinas, ut humeris ferri possent, quod minime alienum à re, quae narratur, quomodo etiam vestes regias, aureasque & purpuras ferre nisi colligatas potuissent? Acidalius contra fidem librorum rescribit; *humus rigebat gelu tum adstricta: vestes quas* &c. non displicebit, si libros aliquos suffragatores habeat. mihi utraque scriptura proba apparet. RADERUS. Bene haec emendat Acidalius. FREINSH. *Adstrictae vestes* id est corpori presse adhaerentes. nullum hic quidem possunt habere locum. Legendum igitur cum Acidalio, & *humus rigebat gelu tum adstricta: vestes.* SCHEFF. Lege *gelu multum adstricta: vestes.* HEINSIUS.

Induunt] Nos emendaremus, ut & primis verbis responderet hoc *induunt*, diceremus, *induerunt.* Audi. cum frigus ferre non possent, tum induunt, possent, induerunt, sed Curtius ad praesens tempus retulit, dixitque *induunt.* nescio an imitandus in hoc, an reprehendendus. sane qui simili formula uteretur, postularetur à Prisciano reus soloeci. & miror hoc neminem sagacissimorum Criticorum subodoratum. RADERUS. *Induunt.* Non audiendus Raderus, qui emendare conatur, *induerunt.* est enim frequentissima haec probatissimis scriptoribus temporum enallage. FREINSH.

Quum fortuna regis] Darii victi & fugientis. Magnam enim fortunam è fastigio deturbatam ilico contemtio & ludibrium sequuntur. Phaedr. l. I. fab. 22.

Quicumque amisit dignitatem pristinam,
Ignavis etiam jocus est in casu gravi.

CELLAR.

Humillimis in ipsum] Forte legendum, *cum fortuna regis etiam humillimis jus, in ipsum licentior, faceret.* HEINSIUS.

Omissis] Addendum forte, *omissis iis.* ACIDALIUS. Recte Acidalius auguratur deesse vocem *iis*, vel similem. Mei codices aliquot habent *omissis illis* oneribus inquam. RADERUS. *Omissis illis.* Ita voluit Acidalius, & juvatur multum Codicum auctoritate: alii tamen haud minus recte delent *illis.* nam eo inducto, tamen habet vox *omissis*, quo referatur. ut supra III, 1, 24. *adsumptis.* Ceterum elegans Parmenionis strategema recenset in hoc opere Polyaenus lib. IV. nam *cogitans se non posse conservare tantam impedimentorum multitudinem, si calones barbari se fugae traderent, missis ad eos tribus equitum turmis, promulgavit: Quicumque non propriis manibus sua jumenta apprehenderit, trucidabitur. Hanc promulgationem veriti barbari, ipsi ad jumenta accesserunt, & impedimenta transportarunt.* paullum à Curtio dissentiens, qui illa direpta vult à militibus: nam Arrianus neutrum aperte tradens, magis tamen inclinare videtur ad sententiam Polyaeni. ex cujus verbis praecedentibus deforme mendum tollo. narrat enim nobis, Parmenionem missum fuisse *Damascum ad impedimenta peditum*, ἐπὶ τὴν ἀποσκευὴν τῶν πεζῶν, quis non videt auctorem scripsisse τῶν Περσῶν? ut non sit exponendum *peditum*, sed *Persarum.* FREINSH. *Omissis* sc. oneribus illis, quod ex praecedentibus intelligendum. nisi plane scripsit *omissis iis.* Vide supra l. II. SCHEFF.

Prosequebantur] Vulgo *persequebantur*, sed ne insanus ego, qui has minutias persequor. MODIUS. Placet Modii scriptura *prosequebantur.* RADERUS.

Praefectus quasi & ipse conterritus simulans, &c.] Sic omnes fere libri: & Viri docti delent vocem *simu-*

parata: ille cultus tot nobilium virorum; tot inlustrium [1] feminarum: aurea vasa: aurei freni: tabernacula regali magnificentia ornata: vehicula quoque à suis desti- 11
tuta, [2] ingentis opulentiae plena. facies etiam praedantibus tristis, [3] si qua res avaritiam moraretur. Quippe tot annorum [4] incredibili & fidem excedente fortuna cumulata, tunc alia stirpibus [5] lacerata, alia in coenum demersa [6] eruebantur: non sufficiebant praedantium manus praedae. Jamque etiam ad eos, qui primi 12
[7] fugerant, ventum erat: feminae pleraeque parvos trahentes liberos ibant, inter quas [8] tres fuere virgines, Ochi, qui ante Darium [9] regnaverat, filiae, olim quidem

Variantes Lectiones.

1 B. 1. omittit *feminarum.* 2 MS. L. *ingenti opulentia* alii *gentis op.* 3 Voss. 1. *si qua re avaritia moveatur* Pal. 1. *si qua res avaritia moveatur.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. D. *incredibilem* & correct. *incredibili.* 5 Vulg. *dilacerata.* 6 Pal. 1. *ruebant.* 7 Alii *fuerant.* 8 P. Fl. Leid. Voss. 1. omittunt *tres* Lugd. Amst. *fuere tres.* 9 P. F. B. 2. *regnaverant.*

simulans. Videtur legendum: *quasi & ipse conterritus simulato cuncta pavore compleverat.* Erat enim proditor, sed inter suos speciem paria timentis & ignari sumebat. Nisi malis: *Praefectus se & ipse conterritum simulans.* GRONOVIUS. l. II. observ. c. 12. Forte *conterritum.* HEINSIUS. Similis est tamen loquendi modus apud Virgil. l. II. Aen. vs. 371. *Sensit medios delapsus in hostes.*

Simulans] Faveam codicibus, si qui hanc vocem deleant: quae est ipsa expositio verborum: *quasi & ipse conterritus.* Idem judicium est de voce *ingenti*, quae *stipendio* adglutinatur; quam utique non vereor ne Curtius agnoverit. Vide simile apud Joseph. pag. 1028. p. Edit. Graeco-Lat. & Liv. XXII, 22, 18. *velut ignarus in praeparatas sua fraude insidias ducit.* FREINSH.

Aurei freni] Adi Brissonium lib. I. de regno Pers. p. 97. & lib. III. p. 323.

Gentis opulentiae] Hoc quoque interpolarant, qui huic rei nati videntur, ut optima quaeque corrumpant: mutarantque in *ingentis opulentiae.* aliquo sensu, fateor, sed tamen minus idoneo, cum alia illa lectio & germana hujus loci sit, & elegantissima, saepiusque ita loquatur Curtius. MODIUS. *Gentis opulentiae*, gentis Syrae ditissimae. Codices plerique *ingentis opulentiae*, servant, & vetus scriptura, sed Modii lectio non incommoda. RADERUS. *Ingentis opulentiae*, alii male legunt *gentis*: pejus etiam explicant; Syrae ditissimae: quasi istae opes Syrorum non Persarum fuerint. FREINSH. *Ingentis opulentiae plena*, Mod. Ed. *gentis opul.* Lego, *Vehicula quoque suis destituta agentibus.* Tantum enim terrorem Barbarorum fuisse vult, ut omnia, etiam vehicula, quibus eorum opes portabantur, reliquerint, id solum agentes, ut seipsos fuga servare possent. Dixit autem *agentes* pro aurigis: eodem modo, quo Ovidius in Phaëthontis fabula, l. II. Metam. vers. 62. *Non aget hos currus.* RUTGERSIUS. l. III. V. L. c. 4. *A suis*, id est *agentibus suis*, sive aurigis, ut Rutgersius emendavit. *agere* enim aurigarum est. noster l. V. c. 12. extr. *ignoti jumenta agebant.* Livius l. I. c. 48. *inhibuit frenos is, qui jumenta agebat.* CELLAR.

Si qua res avaritiam moraretur] Non placet haec lectio. Nempe antecesserat de tristi facie, qualem vult hic dicere, videri nullam, quantacumque sit, iis, qui sunt avari. aliud autem est non videri cui triste quidpiam, & aliud, non posse quid quem morari. lego igitur; *si qua re avaritia moveretur*, cum praesertim in Palat. quoque uno *avaritia moveatur.* SCHEFF.

Fugerant] Emendatius hoc, quam alterum *fuerant.* RADERUS.

Parvos trahentes liberos] Parvuli enim parentum passus aequare non poterant, eoque tracti potius quam ducti. Virgilius Aen. II, vs. 723.

- - - - *dextrae se parvus Iulus*
Implicuit, sequiturque patrem non passibus aequis;

& II, vs. 320.

Sacra manu, victosque Deos, parvumque nepotem
Ipse trahit. - - -

RADERUS.

Ochi] Interveniente Arse, vel Arsame filio, sed brevioris imperii regnaverat. RADERUS. Tametsi liberi ei complures attribuantur, & conjugem una cum filiabus aliquot captam hic affirmet Curtius; nominantur tamen soli, Arsames, Bisthanes, & Parysatis. Cum Diodorus hoc quoque impugnans, fratres Arsamis, qui jam juvenes essent, ad unum omnes caesos à Bagoa, dicat. Interim genitam fratribus hisce reor Filiam ἀνώνυμον, quae nupta Hystaspi propinquo, cum post victum Darium inter captivos conviviorum ludibrio adhiberetur, & pudore formaque Alexandro ad genus ipsius percontandum, occasionem praebuisset, dimittitur honorifice, & facultates suas retinere, & redire ad maritum jubetur, Curtius VI, 2, 7. Arsames successit patri, sed post quadriennium à Bagoa extinguitur. Bisthanes contulit se in fidem Alexandri, & fugam Darii ex Ecbatanis illi nunciat, Arrian. III, 4, 12. Parysatis ducitur in matrimonium ab Alex. nuptiis regio luxu Susis celebratis. Arrian. VII, 1, 18. Haec Reineccius in regno Persico. FREINSH.

dem ex faſtigio paterno rerum mutatione detractae; ſed tum ſortem earum crude-
13 lius adgravante [1] fortuna. In eodem grege uxor quoque ejuſdem Ochi fuit, [2] Oxathriſque (frater hic erat Darii) filia, & conjux [3] Artabazi principis purpu-
14 ratorum, [4] & filius, cui *Ilioneo* fuit nomen. [5] Pharnabazi quoque, cui ſummum imperium maritimae [6] orae rex dederat, uxor cum filio excepta eſt: Mentoris filiae tres: ac nobiliſſimi ducis Memnonis conjux [7] & filius. vixque [8] ulla domus
15 purpurati fuit tantae cladis [9] expers. Lacedaemonii [10] quoque & [11] Athenienſes ſocietatis fide [12] violata Perſas ſequuti; [13] Ariſtogiton, Dropides & Iphicrates, inter

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Mer. *natura.* 2 Pal. 1. Voſſ. 2. *Matriſque* D. Bong. Fl. Leid. *Oxatrixque* Ald. *Oxyarteſque* Mer. *Oxatreſque* Baſ. Elz. Lugd. Amſt. *Oxatriſque.* 3 Voſſ. 2. *Archabazi.* 4 Pal. 1. Fl. MS. p. L. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *&* Bong. omittit utrumque. 5 D. Bong. Fl. Leid. *Pharnabazei* Frob. *Farn.* 6 Leid. Voſſ. 1. D. *horae* correctum *orae.* 7 Voſſ. 2. omittit *& fil.* 8 Voſſ. 2. *illa.* 9 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *expers.* 10 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *quoque.* 11 Voſſ. 1. *Athenienſis* Ald. *Athen. erant ſoc.* 12 P. F. B. 2. Voſſ. 1. 2. *fide non violata* Leid. *fidem non violata.* 13 Ald. *Ar. Dropidas & El.* P. *Ariſtogitan & Thropides & Leucrathes.* Voſſ. 2. *Ariſt. & Tropides & Lenerates* B. 1. *Ariſtogitantae Thropides & Leicrates* B. 2. Fl. Leid. Voſſ. 1. *Ariſtogitane tropicles & lehicrates* F. *Ariſtogitane & Thropides & Leucrates* D. *Ariſtogitane Thropidis & Lecurates* Pal. 1. *Ariſtogitanes & Topacles & Lechicrates* Frob. Mer. Baſ. Col. *Levertes* Lugd. Amſt. *Iphicrates.*

Rerum mutatione] Patre, & fratre regibus à Bagoa Eunucho ſublatis. CELLAR.

Adgravante fortuna] *Natura* membranae, male ut apparet. MODIUS. Sed ſic & Dan. & Pal. & omnium optimus Florentinus, & fortaſſe non male. *Natura* enim hic ſignificat ſexum, cujus otium, & mollities tanto labori impar erat, eoque calamitatem earum graviorem faciebat, apud Ovid. Ligdus ad uxorem gravidam l. IX. Met. vſ. 675.

Quae voveam duo ſunt: minimo ut relevere labore;
Atque marem parias. oneroſior altera ſors eſt;
Et vires natura negat.

GRONOVIUS. lib. II. obſ. c. 12.

Uxor Ochi] Interpunge haec probe. ne tibi eadem exiſtimetur uxor Ochi, & Oxathris filia, & conjux Artabazi. fuere tres diverſae feminae. RADERUS.

Oxathriſque filia] Amaſtrice. RADERUS.

Conjux Artabazi] Hanc ejuſque luxum memorat Clearchus Solenſis apud Athen. lib. VI. ubi dicit ei, nec non uxori Mentoris (cujus filiae hic etiam captae) fuiſſe mulieres Climacidas appellatas: ideo *quod illis à quibus fuerant accerſitae quidvis adblandientes, & obſequentes, pro ſcalis offerebant ita ſeipſas, ut per earum tergum in currum quo vehebantur, dominae conſcenderent, ex eoque deſcenderent.* Subjicitque *his modis cum antea molliſſime vixiſſent, dura tandem vitae ſorte conſenuiſſe*, amiſſis fortunis omnibus in Macedoniam trajectas. Unde non obſcure apparet, de hac femina, deque hac ejus captivitate Clearchum intelligere. erravit ergo vir doctus ad Athenaeum, qui ea referenda putavit ad uxorem Artabazi Armeniae regis, cujus meminit Plutarchus in Craſſo. Non ita judicaſſet, ſi meminiſſet, verba quae apud Athenaeum eo loco referuntur, eſſe Clearchi Solenſis, qui ut Alexandri temporibus vixit, quippe Ariſtotelis diſcipulus, ita longe prius diem obiit, quam Artabazus ille Armenus naſceretur. FREINSH.

Excepta eſt] Colonienſes membranae *ſuſcepta*, quae lectio, ut libro VII. oſtendemus, profecto veriſſima eſt. MODIUS.

Memnonis conjux] Barſine, Artabazi filia, nunc vidua, Graecis literis, & moribus inſtituta, quampropter generoſam indolem formamque animo non minorem Alexander poſtea, Parmenione ſuaſore, uxorem duxit. Plutarch. Alex. c. 36. CELLAR. Sed Arrianus illi oppugnat; nam hic lib. VII. c. 1. Barſinen Darii, non ut ille, Artabazi filiam facit, cum ejus nuptias narrat. FREINSH.

Lacedaemonii quoque] Videtur Curtius in unum confudiſſe, quae diverſo tempore acciderunt. nam Arrianus, cui plurimum in hac hiſtoria tribuo, ad Damaſcum captos prodit Graecorum legatos, *qui ad Darium ante proelium advenerant.* ſic ille auctor II, 3, 21. *Euthyclem Lacedaemonium, Theſſaliſcum Iſmeniae filium, & Dionyſodorum Olympionicen Thebanos: Iphicratem autem Iphicratis filium, copiarum ducem* (niſi tamen legendum *ducis* στρατηγοῦ, pro στρατηγὸν) *Athenienſem.* Iterum III, 5, 10. poſt pugnam ad Arbela in Mardis reperiſſe Alexandrum *Lacedaemoniorum legatos qui ad Darium miſſi fuerant.* hi erant *Calliſtratides, Pauſippus, Monimus, Anomantus; ac Dropides Athenienſium, quos comprehenſos in cuſtodiam tradidit.* quae ſane nomina non minimam cognationem habent cum iis, quae in Curtii codicibus leguntur, quos inde emendari poſſe autumo: Callicratides, Periſippus, Omajus, Onomaſtorides, & partim, ubi adſtipulabantur variae lectiones, aut ratio firmior, emendavi. Diverſis ergo temporibus hi legati capti ſunt. quorum occaſione in Arriano II, 3, 23. corrigebam iſta de Lacedaemone: πόλεως περιφανοῦς, ἐχθρῶς, ut legatur; πόλεως περιφανῶς ἐχθρᾶς: quomodo tamen &

ter Athenienses genere famaque longe clarissimi: Lacedaemonii, [1] Pausippus & Onomastorides, cum [2] Monimo & Callicratide, [3] ii quoque [4] domi nobiles. Summa [5] pecuniae signatae [6] fuit [7] talentorum duo [8] millia & sexaginta; [9] facti argenti [1] pon- 16

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. *Pasippus* D. *Passipus* Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. *Passippus* Voss. 2. *Perpatibus* Lugd. Amst. *Perasippus* vulgo *Perisippus*. 2 Vulgo *Omaso*. Alii *Omaio*. F. *Amaio* Voss. 2. *Amuo*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *hi*. 4 B. 2. Voss. 1. omittunt *domi nob*. 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. D. Col. *pecunia signata* Pal. 1. *signat e pecu*. Mer. *pecuniae signata*. 6 Voss. 2. omittit *fuit*. 7 Bong. Voss. 1. *talentum* Fl. Leid. *talentum* 11. 8 D. Fl. Leid. *mil. & sescenta* B. 1. 2. omitt. *millia* Voss. 1. Lugd. Amst. *mil. & sexcenta*. 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Ald. Col. Mer. Frob. Bas. Lugd. Elz. *facile*.

& legisse videntur interpretes, qui reddunt: *quod ea urbs tum temporis manifestas cum Alexandro inimicitias gereret*. FREINSH.

Et Athenienses] Lege *Lacedaemonii quoque & Athenienses societatis fide violata*. in vulgatis male erat, *Lacedaemonii quoque, & Athenienses erant*. MODIUS.

Aristogiton] An ille fuit in quem Demosthenis duae extant orationes? ita videtur. RADERUS.

Iphicrates] Alii *Eleutherius*. sed plurimi codices vestigia referunt verae lectionis, quam auctoritate insuper Arriani nixus, intrepide recepi. Hujus Iphicratis (verba sunt Raderi) pater est ille clarissimus Atheniensium dux, quem certatim laudant omnes scriptores: Latini, Probus, qui & vitam hujus composuit, quae hodieque legitur, Frontinus passim in Stratagematis, Seneca Rhetor: Graeci, Diodorus Siculus, Arrianus, Aelianus, Polyaenus, Aeschines, Aristot. 1. Rhet. Plutarchus ἀποφθέγ. στρατηγῶν. Suidas, Xenophon περὶ Ἑλληνικῶν, alii. FREINSH.

Pausippus] Omnino sic rescribendum fuisse credent, qui & Arrianum sic vocare, & hoc nomen Graecum esse, & Curtianos codices eo alludere considerabunt. eisdem fere de caussis pro *Omajo* scribendum putavi Monimo, quo nomine circa eadem tempora fuit & alius Pythionis filius, in quem Panticam Cypriam formosam, sed petulantem, in uxorem ducturum, nobile Olympiadis apophthegma, oculis eum, non animo nec ratione uxorem ducere, apud Athenaeum lib. XIII. legitur. Fuit & Mithridatis uxor an pellex *Monima*, Appian. in Mithridatico. Fuit & Monimus quidam Cynicus, tempore M. Antonini, cujus meminit Imperator iste lib. II. τῶν πρὸς ἑαυτόν. Certe si illa duo verba *cum Monimo*, simul pronuncientur, aut dictentur, facile quilibet scriba exaudiat unicum modo *m*, qualia sphalmata innumeris locis bonorum auctorum, hac una occasione commissa fuisse, manifestissimis indiciis multoties deprehendi: ut ita facile pro *Monimo* scribi potuerit *Onimo*, quod nomen cum *Omajo* eosdem fere literarum ductus habet, adeoque paullo negligentius scriptum, aut alio quo casu obscurata scriptura, facile sic legi potuit. Quin & *Callicratidem* fere eliminabamus, si Graeciam tam parum saperet, quam superiora. IDEM.

Pecuniae signatae] Quoniam pecuniae signatae saepius facit mentionem Curtius, non omiserim quo notae genere Persae nummos signabant, ostendere. Persae quidem nummis aureis Darii forma percussis utebantur, qui, quod Darii imaginem insculptam haberent, *Darici* dicti sunt. nam cum Darius nominis sui memoriam insigni aliquo opere ad posteros transmittere vellet, ex auro purissimo monetam percussit. Darici autem *aurei stateres* erant. Hesychius, *Darici, stateres aurei appellati sunt (ut quidam ajunt) à Dario Persarum Rege*. Persarum etiam nummos sagittarii nota signatos fuisse, & sagittarium dici numisma Persicum, elegans illud Agesilai dictum declarat, quem cum magistratus Lacedaemoniorum ex Asia revocaret, ferunt discedentem ad amicos dixisse, *se triginta sagittariorum millibus ex Asia à rege Persarum expelli. hac enim nota erat Persicum numisma*. Tot enim delatis Athenas & Thebas, divisisque inter illos, quorum summa esset in civitatibus auctoritas, bellum in Lacedaemonios totius Graeciae concitarunt, ut Plutarchus in Agesilao cap. 25. & Artaxerxe cap. 31. refert. Herodotus in Thalia stateras quoque Persicos nummos fuisse auctor est, cum Democedi medico phialam stateribus plenam dono à Darii uxoribus datam narrat; qui iidem & Darici, ut idem Pythii Lydi opulentiam memorans VII, 27. refert. At stater quadratum nomisma erat, ut Suidas ait. Procopius lib. III. de bello Gothico tradit, posterioribus temporibus Persarum Regibus argenteum tantum, non item aureum nummum, nota sua figuratum, percutere licuisse. POPMA.

Et sexcenta: facti argenti] Editi *& sexaginta, facile argenti &c.* male. prioris emendationis ratio à membranis & magno illo Budaeo est: posterioris à scripturae veteris vestigiis, utriusque tamen religiosa anquisitio alterius loci est. MODIUS. *Talentorum duo millia & sexcenta*, Alii *sexaginta:* sed illud praeter nostros, etiam Budaeus in membranaceo legisse testatur l. IV. de Asse. quae Raderus si talenta Attica intelligantur, ad 1560000. philippicorum; si Babylonica, ut fuisse verosimile est ipsi, ad 1820000. computat. Mihi tamen Arrianus suspicionem facit, longe majorem pecuniam ibi fuisse repertam. scribit enim II, 2, 39. Darium *majorem pecuniarum partem* misisse Damascum, imo Curtius III, 8, 12. *pecuniam omnem:* qui idem toto hoc capite magnitudinem ejus mire exaggeravit:

[1] pondus [2] quingenta aequabat. Praeterea triginta millia hominum, cum ſeptem
17 millibus jumentorum, dorſo onera portantium, capta ſunt. Ceterum, [3] dii tantae fortunae proditorem [4] ſepulturae celeriter [5] debita poena [6] perſequuti ſunt. nam-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *pondo.* 2 Voſſ. 2. *quinquaginta.* 3 Bong. D. Pal. 1. Voſſ. 1. omittunt *dii.* 4 Vulgo *perfidiae* Lugd. Amſt. omittunt. 5 Fl. Leid. omittunt *debita.* 6 Pal. 1. *perſecuta eſt.*

vit: *adeo*, ſubjungit Arrianus, *ut in exercitu ultra tria millia talentorum inventa non fuerint.* Scilicet cum omnia hoc genus corruptioni ſint obnoxia, in nullam fere ſcriptorum partem plus fortunae licuit, quam in numeros; quod cum multis aliis, conqueritur Altiſſiod. Chronologiae auctor, his verbis: *Nihil aeque facile, vel antiquitas variat, vel ſcribentium manus imperita depravat.* Facile ergo intelligi poteſt majorem multo ſummam fuiſſe repertam, ut apud regem praedivitem. vide Briſſon. lib. II. p. 221. & Budaeum lib. IV. de Aſſe, & qui ad quingenta hominum millia in exercitu habens, eorum *ſtipendio* hanc *pecuniam praeparaverat*, ut loquitur Curt. ſupra III, 13, 10. niſi quis forte dicat, exteros tantum mercede militaſſe; Perſis, & qui ſub imperio eorum erant, praeter victum, nihil fuiſſe collatum. nam hoc nondum ſatis mihi compertum, in medium relinquam. FREINSH.

Facti argenti] Optima ſcriptura, quam tamen mutaverunt, in *facile argenti. factum argentum* quid ſit, dixi ad Flor. I, 18, 22. FREINSH. Vaſa argentea, ceteramque ſupellectilem ex argento poſſumus intelligere. ſed pro *facti* omnes fere libri veteres habent *facile.* quod ſi conjungitur cum ſequenti *aequabat*, ſenſum habet non inconvenientem. ut non debeat repudiari. SCHEFF. Iſidor. Orig. XVI, 17. *Tria ſunt genera argenti, & auri, & aeris: ſignatum, quod in nummis eſt: factum, quod in vaſis & ſignis: infectum, quod in maſſis eſt.* CELLAR.

Proditorem celeriter] Iterum editi, *Ceterum dii tantae fortunae proditorem ſepulturae celeriter &c.* inepte. inepte dico, imo ineptiſſime. cui enim bono erit illud *ſepulturae.* MODIUS.

Sepulturae] Religio fuit omittere vocem, quam omnes MSS. plurimique impreſſi retinere dicuntur. ut enim corrupta ſit, certe non temere huc invaſit, & ſananda potius videtur, quam recidenda. ego tamen id praeſtare non poſſum, niſi forte cui placeat, quod nec mihi omnino: *Dii tantae fortunae proditorem ulturi.* nam *ſepulturae* vocem ſi quis retinet, non intelligit, plus in ea praemii gratiaeque ineſſe, quam poenae. FREINSH. Pro *ſepulturae celeriter*, in quibus ſine dubio eſt vitium, T. Faber (l. I. epiſt. 51.) legit *ſecurum ſceleris*, nimis longe à ſcriptura veteri. Mallem ego: *ſeque ulturi, celeriter debita poena &c.* hoc eſt perſecuti poena ſunt proditorem, ulturi nempe illum proditorem & ſe. proditorem propter proditas fortunas regis ſui, ſe, propter fidem, quam datam regi per Deos ſolenni juramento fefellerat. ut τὸ *ulciſci* duplici ſenſu intelligatur, uno, quo punire, altero, quo vindicare ſignificat. quod genus non eſt infrequens bonis ſcriptoribus in aliis ejuſmodi locutionibus. Puto autem hoc vitium natum eſſe ex eo, quod in libris antiquis eſſet ſcriptum *ſeq. ulturi* per compendium. Idque poſtea conjunctum videretur otioſum, & pro *ſeq. ulturi*, ſcriberetur *ſepulturi*, atque ad poſtremum alia emendatione *ſepulturae.* SCHEFF. Ab omnibus bonae notae MSS. abeſt vox *Dii*, inſeritur autem poſt τὸ *celeriter*, *ſepulturae*, & abeſt praepoſitio, ſcribe: *ceterum tantae fortunae proditorem ſuperi ultores celeriter debita poena proſequuti ſunt.* GRONOV. l. II. obſ. c. 12. Forte, *Dii ſcelus ulturi.* HEINSIUS. Miror hunc Gronovii locum non advertiſſe doctiſſimum Cellarium, cum aliorum meminerit, & non admiſerit. Verum dubito etiam, ſi importunus ille Curtio Criticus eum ſciviſſet, an non tamen ſibi imponi ſiviſſet foetu ſuo, quem produxit alienum tempore, loco, auctore, & omni venuſtate, ſupponendo pro voce *ſepulturae. impoſturae.* ſed ſic ſolent Viri Cll. qui logices ſuae praeceptis ſunt aptiores, quam emaculandis ſcriptoribus antiquis. Vide Judic. de Curt. c. X. §. 4. *Sepulturae*, ita emendat Clericus, ut pro *ſepulturae* reponat *impoſturae.* ſed obſtat conſtructio ſermonis, & nativa Curtii ſimplicitas. Non auſim in tantis tenebris ſine ope codicis MS. quicquam definire. Animus tamen jam dudum propendit ad legendum *ultores ſceleris* pro *ſepulturae celeriter.* Ut enim omittam inſcriptiones apud Gruterum & Reineſium JOVI VINDICI, JOVI VLTORI: ipſe Darius, de quo Curtius iſthic loquitur, alibi l. V, 13, 16. *Deos ultores adeſſe teſtatur.* & l. VII, 5, 25. Beſſus parricida regis ſui, *Deos ſui ſceleris ultores adeſſe* confitetur. Ita l. V, 5, 8. *Jupiter Graeciae ultor oculos aperuiſſe* dicitur. Plinius quoque Paneg. c. 60, 3. *ultorem ſcelerum Deum* commemorat. Eumdem in modum Medea apud Senec. act. I. ſc. I. vſ. 13. exclamat: *adeſte, adeſte ſceleris ultrices deae!* Sic Dido apud Virg. Aen. IV. vſ. 610. *Deos ultores, Deaſque ultrices* invocat. Et Liv. l. II, 24. *Exſultare gaudio plebes, ultores ſuperbiae patrum adeſſe dicere deos.* Pari modo Jamblich. in vita Pythag. n. 222. de Epimenide: ἐπεκαλέσατο τοὺς τιμωροὺς θεοὺς, *Ultores Deos invocavit.* Juſtin. l. II, 9, 21. *Diis patriae ultoribus poenas exigentibus.* Hactenus ſatis multa exempla attuli ad conjecturam meam tuendam. Verum tamen cum, quae ſubſequuntur in Curtio, ſuadeant τὸ *celeriter* retineri: & in Theocreniano MSto τὸ *ſepulturae* plane non exſtet. immo nec in Lugdu-

namque [1] unus è conſciis ejus, credo, regis vicem, etiam in illa ſorte reveritus, interfecti proditoris caput ad Darium tulit, opportunum ſolatium prodito: quippe & ultus inimicum erat; & nondum in omnium [2] animis memoriam majeſtatis ſuae [3] exoleviſſe cernebat.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 1. *unuſae.* 2 Leid. *amicis.* 3 Fl. Leid. D. *exſolviſſe* correctum *exolviſſe* deleta litera *s* à manu ſecunda ad marginem *exoleviſſe* Voſſ. 1. *exſoleviſſe.*

Lugdunenſi Antonii Candidi, nec in Amſt. Janſſonii edit. obſervante Freinshemio: melior mihi conjectura ſubiit animum, quae omnium Criticorum digna videtur calculo. Sic videlicet legendum cenſeo: *Ceterum dii tantae proditorem fortunae celeriter debita poena perſecuti ſunt.* Per errorem librarii *fortunae* bis fuerat poſitum: *tantae fortunae proditorem fortunae.* hinc alius deſcriptor poſterius *fortunae* infelici vel caſu vel auſu mutavit in *ſepulturae.* HEUMANN.

Interfecti proditoris] Illud *proditoris* puto eſſe ex Gloſſa, quam adjecerat quis, ut liqueret non de rege hic ſermonem eſſe, de quo proxime praeceſſerat. ſane quum haberetur paullo ante, *tantae fortunae proditorem*, vox proditoris parum commode hic repeti videtur. SCHEFF.



Q. CUR-

*Q. CURTII RUFI, DE REBUS GESTIS ALEXANDRI REGIS MACEDONUM, LIBER IV.

CAPUT I.

Alexander literis à Dario superbe scriptis regie respondet. Abdolominum Sidoniis regem praeficit. Amyntas transfuga miro modo à Persis occiditur. Variae variis locis praefectorum Darii clades.

1 DARIUS tanti modo exercitus rex, qui [1] triumphantis magis, quam dimicantis more, curru [2] sublimis inierat proelium; [3] per loca, quae prope [4] immensis agminibus [5] compleverat, jam inania, & ingenti solitudine vasta fugiebat.
2 Pauci regem sequebantur: nam nec eodem omnes fugam intenderant; [6] & deficientibus equis, cursum eorum, quos [7] rex subinde mutabat, aequare non pote-
3 rant. [8] Unchas deinde pervenit, ubi [9] excepere eum Graecorum quatuor millia: [1] cum

VARIANTES LECTIONES.

* Pal. 1. *Quinti Curti Rufi Historiarum Alexandri Magni Macedonis Liber Primus explicit. Incipit secundus.* P. *Explicit liber tertius Q. Curtii historiarum Alex. M. Macedoniae Regis, incipit quartus.* B. 1. *Q. Curtii R. hist. l. III. explicit, incipit l. IV.* B. 2. *Curti Ruffi hist. l. III. explicit, incipit l. IV.* F. *explicit l. III. incipit IV.* Leid. *Q. Curtii Rufi Historiarum liber tertius explicit. incipit liber quintus feliciter.* Voss. 1. *Q. Curtii Ruffi Hist. lib. III. expl. incip. lib. IV. feliciter.* Voss. 2. sine titulo est. 1 Leid. & Voss. 1. *triumfantis.* 2 F. *sulbimus.* 3 Voss. 2. omittit *per.* 4 Leid. & Voss. 1. *in mensis.* 5 Bong. Voss. 1. 2. *impl.* 6 B. 1. 2. Voss. 1. omittunt *&.* 7 Pal. 1. Leid. Voss. 1. Mer. Col. omittunt *rex.* 8 Fl. Leid. Voss. 2. *Onchas* Bong. *Onchas* omisso *deinde.* 9 Voss. 2. *exceperunt.*

Darius, &c.] Noster supra: *Darius curru sublimis eminebat.* Auctori consentit Arrianus, lib. II. Diodorus Siculus, lib. XVII. τέθριππον ζυγὸν vocat. unde constat, quadrijugum currum fuisse. Ceterum, similis potentia Xerxis, justo Dei judicio eversa, Justino teste, l. II. n. 13. *Erat res spectaculo digna, & aestimatione sortis humanae, rerum varietate miranda, in exiguo latentem videre navigio, quem paullo ante vix aequor omne capiebat, carentem etiam omni servorum ministerio, cujus exercitus propter multitudinem terris graves erant.* Florus, lib. IV, 2. de Pompejo: *Superstes dignitatis suae vixit, ut cum majore dedecore per Thessalica Tempe equo fugeret, ut una navicula Lesbon applicaretur*, &c. FREINSH.

Loca, &c. *jam inania*] Δαρεῖος δὲ τὴν μὲν νύκτα ξὺν ὀλίγοις τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἔφυγε, &c. *Darius noctu paucis comitatus fugerat: postridie vero recolligens Persas exterosque, qui ex eo proelio evaserant, quatuor in universum millia habens, ad Thapsacum urbem & Euphratem contendit, ut quam citissime posset, Euphratem inter se & Alexandrum medium relinqueret.* Arrianus, lib. II. Darius vero per Amanicas Pylas egressus est, cum Syriacas Alexander teneret. RADERUS.

Unchas] Alii libri *Unchas*, alii *Onchas* nominant. est locus inter pylas Amanicas & Thapsacum, fere medius, bidui itinere abest à pylis Amanicis. *Sochos* Arrianus II, 2, 34. haud dubie appellat. Nam cum Darii expeditionem in Ciliciam describit, ab Euphrate Sochos pervenisse dicit: *Est is Assyriae locus ab angustiis, seu pylis Assyriae bidui itinere dissitus.* RADERUS. Varie vox scripta, ideoque suspecta, saltem ignota Geographis. Videtur idem locus esse, quem *Sochos* Arrianus vocat l. II. bidui itinere à portis Amani Thapsacum versus, quo Darius fugiens contendit, remotus. CELLAR.

Graecorum IV *M.*] Arrian. II, 3, 7. Graecos barbarosque hoc numero fuisse *in universum* tradit. FREINSH.

Prae-

[1] cum quibus ad Euphraten contendit; id demum credens fore ipsius, quod celeritate [2] praeripere potuisset. [3] At Alexander Parmenionem, per quem apud Da- 4.
mascum recepta erat praeda, jussum *eam* [4] *ipsam*, *&* *captivos*, *diligenti adservare custodia*, Syriae, quam [5] *Coelen* vocant, praefecit. Novum imperium [6] Syri, 5
[7] nondum belli cladibus satis domiti, aspernabantur: sed celeriter subacti [8] obedienter imperata fecerunt. [9] Aradus quoque insula deditur regi. Maritimam [10] tum 6
oram, & pleraque longius etiam à mari recedentia, rex ejus insulae Strato possidebat

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. D. Fl. Leid. Voss. 1. *jam regius tum ad Euph. contendit* Pal. 1. Voss. 2. *jam rex tum ad E. con.* Ald. *quibus ad Euphr.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *praecipere* F. *percipere.* 3 Voss. 1. P. omittunt *at.* 4 Pal. 1. omittit *ipsam.* 5 D. *Colen* correctum *Coelen* à manu diversa Voss. 1. *Caelon* Voss. 2. *Celerin.* 6 Voss. 2. *Sirii.* 7 P. *nundum* & sic deinceps. 8 D. Leid. Voss. 1. *oboedienter.* 9 Ald. *Arrhodus* Voss. 2. ut vulgo *Nardus.* 10 Bong. *tum horam* D. Leid. Voss. 1. Er. *tamen horam.*

Praecipere] Vulgo *praeripere*, sed emendandus sexcenties in hac voce Curtius. sic autem & Plutarch. cujus locus, seu scriptionem spectes, seu rem ipsam, qua de noster agit, mire huc facit: Δαρεῖον μὲν οὐχ εἷλεν, τέτταρας σταδίους ἢ πέντε προλαβόντα τῇ φυγῇ. Corrige etiam apud Solinum in epist. poster. ad Adventum. *Cum & aurium clementia, & optimarum artium studiis praestare te ceteris sentiam, idque oppido expertus de benevolentia tua nihil temere praeceperim* &c. pro quo antea legebatur etiam in Antverpiensi editione *perceperim.* MODIUS. Elegans usus verbi in hac significatione, cum pro antevenire, praeoccupare, aut antevertere ponitur. sic enim Virg. Lucret. Cicero, & optimi quique auctores locuti sunt. RADERUS. *Celeritate praeripere*, Ita editio Freinshemii, libri alii plerique etiam MSS. habent *praecipere*, pro *praeripere*, quod genuinum puto, vel propterea, quia frequentissime hoc sensu eo verbo utitur Curtius: ut ex indice apparet. SCHEFF.

Parmenionem] Non Parmenio, si Arriano II, 3, 12. fides habenda, sed Menon praefectus est Coelesyriae ab Alexandro, Cerdimas cognominatus, qui postea defecit ab Alexandro in Thracia, ut noto lib. VI. initio. LOCCENIUS. Credo Curtium propter affinitatem istorum nominum aut memoria lapsum, aut forte vitioso exemplari usum, pro ignotiori Menone scripsisse nobilissimum Parmenionem. quem errorem semel erratum, non mirum est eum tueri infra IV, 5, 9. Certe diligentiae Arriani tum alibi plurimum tribuo; tum hic ab errore remotiorem esse, persuadeor eo, quod non contentus proprium praefecti nomen exprimere, etiam cognomen addidit. FREINSH.

Recepta] Pro *capta*, & hoc usurpatum historicis primae elegantiae, alioqui recipitur, quod prius est amissum. notavit hoc etiam M. Velserus l. II. rerum Augustan. p. 22. Receptam non captam dicit (quamquam *capi* & *recipi* de re una eademque aliquando dicitur) id est in Augusti nummis *Armenia capta*, *Armenia recepta.* Possis tamen hic interpretari *receptam* pro *acceptam*, quod proditor eam tradidisset, & Parmenio nomine Alexandri accepisset. Infra de Byblon: *oppidum Byblon traditum recepit.* RADERUS.

Syriae, quam Coelen vocant] Syria pluribus distincta nominibus. Pomponius Mela I, II. *Syria*, inquit, *late littora tenet, terrasque etiam latius introrsus, aliis aliisque nuncupata nominibus. Nam & Coele dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Judaea, & Sophene.* Plinius V, 12. Syriam terrarum maximam vocat, pluribus distinctam nominibus, & undecim regiones sub ea comprehendi refert, quamvis ab aliis arctioribus limitibus constringatur. Scripsit Syriae descriptionem Gulielmus Postellus. POPMA. Hanc autem Coelesyriam Strabo lib. XVI. ita describit, ut eam oculis, quamvis absentes, & toto pene orbe divisi tangere videamur: *Duo montes sunt, qui Syriam concavam* (hoc enim est Coelesyria) *includunt, Libanus & Antilibanus.* Pergit deinde exsequi cetera, quae apud illum cognosces. *Cava* ergo dicta est, quod quasi quaedam amplissima vallis inter duos montes sita sit. Plin. V, 20. Libanus & Antilibanus olim muro erant conjuncti, ut Coelesyria esset undique clausa. RADERUS.

Aradus] Alii *Nardus*, digni hercule cum suis tam emaculatis chartis ablegari ad eos, qui nardum, thus, & odores vendunt. MODIUS. Insula & oppidum Phoeniciae Plinio l. II. c. 103. & l. VII. c. 33. cc passibus, Straboni XX stadiis à continenti distans. (Mela l. II. c. 7. *Aradus etiam in Phoenice, est parva, & quantum patet tota, oppidum frequens tamen.*) POPMA.

Tum oram] Hoc feci ex eo, quod in Sigebergensi exemplari erat *tumorem.* MODIUS.

Strato] Non est hic idem cum Stratone Sidoniorum Rege, de quo mox n. 16. Singulis enim tum suus rex erat, Arado, Byblo & Sidoni: sed Aradi regem Arrianus II, 3, 13. non Stratonem, sed Gerostratum patrem Stratonis tum absentem fecit. Strato ergo regnum pro patre prorex administrabat. Gerostratus cum Autophradate classis regiae Darianae praefecto. Habuit tamen ratam Gerostra-

7 debat: quo in fidem accepto, castra movit ad urbem [1] Marathon. Ibi illi lite-
rae à Dario redduntur: quibus ut [2] superbe scriptis vehementer offensus est.
[3] praecipue eum movit, quod Darius sibi *regis* titulum, nec eumdem Alexandri
8 [4] nomini adscripserat. Postulabat autem magis quam petebat; *ut accepta pecunia*,
[5] *quantamcumque tota Macedonia caperet*, *matrem sibi* [6] *ac conjugem liberosque restitue-*
9 *ret: de regno*, *aequo*, *si vellet*, *Marte contenderet. Si saniora consilia* [7] *tandem pati
potuisset*, *contentus patrio*, *cederet alieni imperii finibus: socius amicusque esset.* [8] *in ea*
10 [9] *se fidem &* [10] *dare paratum*, *& accipere.* Contra Alexander in hunc maxime mo-
dum rescripsit; *Rex Alexander* [11] *Dario. Celes*, *cujus nomen sumpsisti Darius*,
Grae-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *Marathen.* 2 Leid. Voss. 1. *superbae.* 3 Pal. 1. *cum praec.* 4 B. 1. *nomine.* 5 Pal. 1. *quantacunque totam Macedoniam* Mer. *quantac. tota Mac.* 6 Bong. Leid. Voss. 1. 2. *&.* 7 F. *tamen.* 8 Bas. Col. Mer. *in eo.* 9 Amst. omittit *se.* 10 P. *daturum & accipere paratum.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. *Dareus cujus* Voss. 2. *Dario cujus* Erasm. *ille* Pal. 1. Ald. Mer. Bas. Col. *Celes* Bong. D. omittunt.

stratus filii deditionem, & ipse quoque re cognita, desertis Darii partibus, se cum Alexandro conjunxit. RADERUS.

Marathon] Forte *Marathona.* HEINSIUS. Urbs ex adverso insulae Aradi in continenti sita. Plin. l. v. c. 20. *Marathos, contraque Aradus.* Arrianus l. 11. Μάραθος ἡ καταντικρὺ τῆς Ἀράδου ἐν τῇ ἠπείρῳ ᾠκισμένη. (Stephano etiam urbs Acarnaniae) CELLAR. ex Radero

Regis titulum] Arrianus tamen hujus rei non meminit, imo contra 11, 3, 15. Darium scripsisse dicit; *se regem à rege* ista petere: Alexandrum id tantum moleste tulisse, quod ei parem se facere videretur. FREINSH.

Postulabat autem magis, quam petebat] Minus enim & modestius est petere, quam postulare, quod jus quoddam prae se fert. Cicero in Verrem, *Incipiunt postulare, poscere, minari.* Postulatur tamen aliquid honeste, poscitur improbe: plus ergo est poscere, quam postulare; plus postulare, quam petere. Saepe tamen alterum pro altero sumitur. Nonius, *petere*, inquit, significat *poscere.* apud quem plura significata hujus vocis invenies. RADERUS.

Potuisset] Bongarsius adnotaverat ad oram libri sui ἴσ. *posset*, aut *potis esset*, & ipse olim *posset* legendum arbitrabar: sed persuasit mihi C. Barthius Curtium *potuisset* usurpare pro *posset*, enallage temporis aliis quoque auctoribus usitata, quorum exempla recenset Adversariorum xxv, 14. & xxxiv, 6. FREINSH.

Fidem dare] Vide infra vi, 4, 14. *fidem, quo Persae modo accipiebant, dare.* IDEM.

Ille cujus] Vulgo, *Celes cujus:* ad quae Glareanus, *qua re Darius Hystaspis filius Celes sit dictus non memini uspiam me legere*, sed nec ego, Glareane; pergis tamen, *suspicor autem, quemadmodum apud Ægyptios Ptolemaei varia habuere cognomina non nunquam etiam contumeliae plena, ut Philopater, Auletes, ita Darius Celes dictus videtur. Cum Herod. in Thal. dicat Darium hunc à Persis vocatum Institorem, Cambysen Dominum, Cyrum Patrem.* Verum ego non jam suspicor, sed scio, Glareane, neminem sanum, ant pro sano hoc crediturum. Quomodo enim, cum Herodotus illa recensuit, hoc praeteriit? verum tu fortasse Darium Plautino militi, quem nequissimus servulus ait ad equas scitum admissarium fuisse futurum, similem credidisti; atque hinc invenisse nomen. Laudo acumen, vel tua caussa, probare tamen, sive mea, sive adeo ipsius Curtii non possum. MODIUS. *Celes cujus &c.* Persuasit mihi omnino Raderus, vocem hanc non de nihilo hic comparere: quod & Glareanus antea senserat, quamquam inridente Modio. *Celes* enim, ut citati à Radero docent, *est equus unicus, & equo vehens, quem sellarium vocant.* Suidas. *Celes est equus & eques.* Hesychius. *Celes est equus una freni habena rectus, cursor, hodie sellarius dictus, & singularis: κελητιᾶν & κελητίζειν, idem est quod equitare.* Phavorinus. cujus verbi mentio apud Homerum Il. ο. versu 679. & Odyss. ε. & Eustathius ad dictum Homeri locum. *Nec dubito dicere, à verbo κέλω seu κελέω deduci nomen κέλης, quod equum injugem, seu non junctum jugo sonat.* Latini vocem neglexerunt. Plinius & *celetem*, & *celetizontas*, xxxiv, 5. xxxiv, 8, 30. & 34. dixit. Curtius quoque loco cognominis potuit usurpare. Sed doce, vocatum Darium Celetem, & vicisti. doceo, fuisse equitem præstantem, & appellatum ἱππέα, quod idem est τῷ κέλητι. Audi ex Athenaeo, Eustathio in Odyss. 6. hujus Darii Hystaspis F. Epitaphium, *Celes*, seu *eques & sagittarius optimus fui.* Lector arbiter esto. Cui forte occurret, videri potius Celetem dictum, quod equae hinnientis auspicio sit creatus rex Persarum. Hactenus. RADERUS. At, si conjecturae locus est, hunc ultimum Darium potius hoc nomine fuisse illusum ab Alexandro, crediderim, & sic scribere debere: *Rex Alex. Dario Celeti. Ille, cujus nomen sumpsisti*, &c. Ut hac ratione superbiam ei suam simul & prioris conditionis vilitatem improbraret. Darius ita scripserat: *Rex Darius Alexandro.* Hic offen-

Graecos, qui [1] oram Helleſponti tenent, coloniaſque Graecorum [2] Ionias, omni clade vaſtavit: cum magno deinde exercitu mare trajecit, inlato Macedoniae & Graeciae bello. Rurſus [3] rex Xerxes [4] gentis ejuſdem, ad [5] oppugnandos nos cum immanium 11
barbarorum copiis venit: qui navali proelio victus, Mardonium tamen reliquit in Graecia; ut abſens quoque [6] popularetur urbes, agros [7] ureret. [8] Philippum vero 12
parentem meum quis ignorat [9] ab iis interfectum eſſe, quos ingentis pecuniae ſpe ſollicitaverant veſtri? impia enim bella ſuſcipitis, & quum habeatis arma, [10] licitamini hoſtium capita. ſicut tu proxime talentis mille, tanti exercitus rex, percuſſorem in me emere voluiſti. Repello igitur bellum, non infero: [11] & diis quoque pro meliore 13
ſtantibus cauſſa; magnam partem Aſiæ in ditionem redegi meam: te ipſum acie vici.

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *horam.* 2 Ald. Lugd. Frob. Amſt. *Ionas.* 3 B. 2. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *rex* Fl. Leid. Voſſ. 2. *Xerſes* Ald. *rex Xerſes.* 4 Voſſ. 2. omittit *gentis ejuſd.* 5 Pal. 1. *oppugnandum.* 6 Fl. *copularetur.* 7 Voſſ. 1. *viveret.* 8 Fl. *Philippus.* 9 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *ab his.* 10 Sic Pal. 1. & additum *in D.* margini, ſed Col. quam Schragius vidit B. 1. 2. Fl. Leid. Voſſ. 1. *licemini.* 11 D. Fl. Leid. *Di quoque pro mel. ſtantes* Pal. 1. Voſſ. 1. 2. *Dii quoque pro meliori ſtant* F. *Dii q. p. m. ſtantes.*

offenſus, ſuo nomini regis titulum non additum, ita reſcribendo oſtendit, ſibi quidem regis convenire nomen, longa ſerie majorum regibus edito: Dario Celetis potius, quippe qui ante regnum Aſtandes, id eſt, curſor, ſive veredarius, fuiſſet, quod ipſe celetis voce Graeca exprimere maluit. Eſt & alia conjectura; exprobraſſe ei hoc nomine fugam, quod deſerto curru, quo ſublimis inierat proelium, ſolitario equo inſidens periculo ſe eripuiſſet. Nihil tamen in re obſcura, cum ab aliis auctoribus non juvemur, adfirmare poſſumus. FREINSH. lego *Dareo. is.* HEINSIUS. neque ſpernendam plane aut negligendam lectionem veterum quorumdam codicum puto, exhibentium hoc loco vocem *celes:* non tamen tam abſtruſam & remotam eruditionem, quam effingunt viri doctiſſimi, Curtio in perſona Alexandri obtrudendam cenſeo, cum ejus nullus alius meminerit ſcriptor. forſan eſt error ſcioli librarii, qui hunc Codomannum cognoſcens per literam *C.* voluerit deſignare, unde poſtea ex *C. ille*, vel *is* coaluerit *Celes.* Vel ſimpliciter forte legendum: *rex is cujus* &c. ut reſpondeat ſequentibus, ubi iterum noſter, *rurſus rex Xerxes gentis ejuſdem.* Nam quod ſuperiores agnoſcit Perſarum reges, minime vero minuit hujus, ſi non intendit contumeliam.

Cujus nomen ſumpſiſti] Juſtinus x, 3, 5. Herodot. vi. 98.

Graecos] Haec & ſequentia, copioſiſſime perſcribuntur ab Herodoto & Diodoro. Sed & Juſtinus plurima memorat. FREINSH.

Rurſus Xerxes] Iterum vulgo *rex Xerxes*, ſed deleatur illud *rex.* MODIUS.

Ad oppugnandos nos] Leg. *hos* Graecos ſc. HEINSIUS.

Immanium] Si mei ſit arbitrii, faciam; *cum immanibus barbarorum copiis.* & ſic legiſſe, vel ſaltem legi voluiſſe Pizarum, apparet ex ejus lib. 11. Perſic. ubi cauſſas hujus belli recenſet. FREINSH.

Philippum] Idem Arrian. 11, 3, 18. ſcilicet conatur Alexander transferre paternae caedis invidiam in Perſas, cum ipſe, certe mater Olympias, eo crimine ſuſpecti haberentur. Conſule ſupplement lib. 1. FREINSH. & *Cellar* l. 1. c. 9.

Licitamini] Liceo, liceor, licitor eodem ſignificatu emo, ſed plerumque augente pretio, ut cum duo eamdem mercem deſiderant, pretiis certant apud venditorem addicentem ei qui plus ſolverit. Miror à Valla dubitari de praeterito verbi *liceor*, cum Cicero diſerte dicat in Verr. *licitus ſit*, & *liciti ſunt.* hoc loco veteres codices ponunt *Licitamini*, uti & Valla legit, *aliquando*, inquit, *ſine auctione fit licitatio, ut apud Curtium de Dario, qui pollicebatur pretium pro capite Alexandri, ſi quis eum dolo occidiſſet, ita inquit, & cum habeatis arma ita licitamini hoſtium capita. Liceri* tantum eſt ſemel pretium deferre ſine reſpectu aliorum, emere volentium: *licitari* autem cum multis & ſaepius augere pretium. lego igitur cum Modio *licemini*, non *licitamini.* RADERUS. Vide ſupra l. 111, 5, 16. & Arrian, l. 1, 8, 3. plerique alii habent *licemini*, quod puto rectum, & illud *licitamini* ex gloſſa eſſe. ſenſus eſt, offertis pretium ei, qui pro ipſo addicere vobis vult caput hoſtis, & detruncatum ad vos ferre. id eſt, ingenti praemio promiſſo, facitis percuſſores ſuorum dominorum. SCHEFF. Et ſic l. v. c. 12, 2. *nec mirari hominem mercede conductum omnia habere venalia: ſine pignore, ſine lare, terrarum orbis exſulem, ancipitem hoſtem: ad nutum licentium circumferri.*

Diis pro meliore ſtantibus cauſſa] Hoc ſenſu Lucanus vii, vſ. 349.

Cauſſa jubet ſuperos melior ſperare ſecundos.

Propert. iv, 6.

Frangit & attollit vires in milite cauſſa,
Quae niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor.

Vere enim Euripides in Erechtheo:

Injuſta bellans bella ſalvus haud redit.

 RA-

[1] vici. Quem etsi nihil à me [2] impetrare oportebat; utpote qui ne belli quidem in me jura servaveris: tamen, si veneris supplex; & matrem, & conjugem, & liberos
14 *sine pretio recepturum [3] te esse promitto. & vincere & consulere victis scio. [4] Quod si te [5] nobis committere times, dabimus fidem impune venturum. De cetero quum*
15 *mihi [6] scribes, memento non solum [7] regi te; sed etiam tuo scribere.* Ad hanc perferendam [8] Thersippus missus. [9] Ipse in Phoenicen [10] deinde descendit: & oppidum [11] Byblon traditum recepit. Inde ad [12] Sidona ventum est, urbem
16 vetustate famaque conditorum inclitam. Regnabat in ea Strato, Darii opibus adjutus; sed quia deditionem magis popularium, quam sua sponte fecerat, regno

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. *devici.* 2 Voss. 2. *op. impetr.* Vulgo addunt *quod petieras.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. omitt. *te.* 4 Mer. Col. *qui si.* 5 Voss. 1. 2. Bong. *committere nobis.* 6 Pal. 1. *scribis.* 7 Leid. *regie.* 8 Bong. Leid. *Thers. est missus* B. 2. *non est missus* Voss. 1. *Thersippus Te. &c.* 9 D. Pal. 1. Voss. 1. 2. Mer. Bong. omitt. *ipse* V. c. L. *est.* 10 Bong. Leid. Voss. 1. 2. omittunt *deinde.* 11 D. Voss. 1. 2. *Byblo.* Pal. 1. *bello* Fl. Leid. Mer. Bas. Col. *Biblo* Frob. Elz. Lugd. Amst. *Biblon.* 12 Pal. 1. *Sidoniam* Voss. 2. *Sidonam* Ald. *Sydona.*

RADERUS. Fl. & Leid. *di-stantes* forte, *En di q. p. m. stantes caussa, m. p. A. i. d. redegerunt.* HEINS.

Oportebat] Post hanc vocem erat in editis, *quod petieras.* adeo verum est, quod dixi jam saepius, nihil hoc auctore magis esse interpolatum. MODIUS.

Si veneris supplex] Quod signum deditionis fuisset, ita enim postulat apud Arrian. l. 11. c. 3. Alexander, ὡς ἐμοῦ τῆς Ἀσίας ἁπάσης κυρίου ὄντος, ἧκε πρὸς ἐμέ. CELLAR.

Etiam tuo] Sc. *regi.* vocat autem Alexander se Darii regem, non modo propter tot victorias, sed & captam partem maximam regni ipsius. SCHEFF.

Ipse] Forte *exin in Phoenicen desc.* HEINSIUS.

Byblon] Arrianus l. 11. pactionibus ait traditum: Βύβλον τε λαμβάνει ὁμολογίᾳ ἐνδοθεῖσαν, absente tamen rege Enylo, qui cum Autophradate satrapa Darii versabatur. RADERUS.

Sidona] C. 4. n. 15. ab Agenore conditam tradit. maritimarum urbium quondam maxima, teste Pomp. Mel. 1, 12. quam à piscium ubertate Sidona appellarunt, nam piscem Phoenices Sidon appellant. Justin. l. VIII. POPMA. *Sidona*, hoc utique loco refellendi sunt duo praeclarissimi historici, Diodorus inquam, & Plutarchus. Nam Diodorus XVII, 47. quae hic Curtius Sidone accidisse narrat, ad Tyrum transfert: erroris non ex auctoritate tantum Curtii, quam & Justin. XI, 10, 8. suffulcit, convictus, sed aliis quoque rationibus, quarum haud postrema, quam observavit Loccenius, quod regi Tyriorum Azelmico veniam concesserit Alexander apud Arrian. 11, 4, 31. maxime tamen urget, quod ex ipsius Diodori historia satis constat, ut & ex dicto Arriani loco, Tyriis, utpote plurimis eorum occidione caesis, reliquis in servitutem redactis, non opus fuisse rege. Deinde ridicule facit, qui cum ista modo scripsisset, extemplo subjicit *Ballonymum* (sic enim quem noster *Abdolominum* vocat) repertum fuisse in horto quodam mercede aquas haurientem. multa enim hic quaeri possent: quo casu vel ipse, vel cujus hortum rigabat, aut caedem, aut servitutem evasisset, quomodo vacaret aut illi hortum suum ornare, aut huic in tanta rerum conversione non imminere meliori fortunae? Perspicue igitur erravit Diodorus. At Plutarchus, qui haec in Papho accidisse vult, in Orat. de Fort. Alex. 11, 19. multo etiam facilius redarguitur, nimium memoriae confisum haec peccavisse, tum quod neminem habet assertorem, tum quod hoc errore inductus alium itidem committit haud meliorem. ut enim novo suo Paphio regi locum faceret, nihil tale merentem Cinyrae familiam eradicat stirpitus, eamque jam tum deficere visam scribit, de qua multis post saeculis Tacitus Hist. 11, 3, 3. *tantum Cinyrades sacerdos consulitur.* haud dubie de sua aetate locutus. FREINSH.

Strato] Mirum quod Justin. l. XVIII. scribit, Alexandrum bello in has oras translato, ob memoriam Stratonis pepercisse illius nepotibus, cum ipse Strato adhuc superstes in fidem Alexandri receptus sit; nisi & hic Strato patrem vel avum sibi cognominem habuerit. LOCCEN. Alius à Stratone Aradi regulo, ille in amicitiam receptus, hic regno exutus supra n. 6. CELLAR.

Darii opibus adjutus] Habet hoc qualemcumque sensum, at quanto praestantior exibit, si legas, *Darii opibus addictus, & quia &c.* Quam enim exile hoc & putidum, memorare nobis aliquem Sidonis regem adjutum opibus Darii, quem scimus una cum ceteris imperio Persarum fuisse subditum? Sed hoc notat Curtius, eum studuisse rebus Darii, ut strueret caussam, unde demotus dejectusque regno fuerit. quam eamdem affert Diodor. XVII, 47. in reliquis omnibus nostro consentiens, nisi quod pro Sidone Tyrum substituit. sic igitur ille: *rex superior ob amicitiam cum Dario imperio exutus fuerat.* FREINSH. forte *adauctus.* HEINSIUS.

Quia

regno viſus indignus; Hephaeſtionique permiſſum, *ut*, [1] *quem eo faſtigio* [2] *è Sidoniis digniſſimum* [3] *arbitraretur*, [4] *conſtitueret regem.* Erant [5] Hephaeſtioni hoſpites 17
[6] clari inter ſuos juvenes, qui facta ipſis poteſtate regnandi, negaverunt, *quemquam patrio more in id faſtigium recipi*, *niſi regia ſtirpe ortum.* Admiratus Hephae- 18
ſtio magnitudinem animi ſpernentis, quod alii per ignes ferrumque peterent; *Vos quidem* [7] *macti* [8] *virtute*, inquit, *eſtote*, *qui* [9] *primi intellexiſtis*, *quanto majus eſſet*, [10] *regnum faſtidire quam accipere. Ceterum*, *date aliquem regiae ſtirpis*, *qui meminerit*, *à vobis acceptum habere ſe regnum.* [11] At illi quum multos imminere 19
tantae ſpei cernerent, ſingulis amicorum [12] Alexandri, ob nimiam regni cupiditatem, [13] adulantes; ſtatuunt, *neminem eſſe potiorem quam* [14] *Abdolominum quemdam*

Variantes Lectiones.

1 F. P. D. Pal. 1. omittunt *eo* ſuppletur à manu ſecunda, vulgo *quemcunque.* 2 Vulgo *Sidones* Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *Sidonis* B. 2. *Sinodis* Ald. *Sydones.* 3 Vulgo *Arbitrarentur.* 4 Voſſ. 2. *Conſtituerat.* 5 D. Fl. Leid. Voſſ. 1. *Epheſtionis* Voſſ. 2. Frob. Baſ. Col. Mer. *Epheſtioni* Lugd. Amſt. *Hepheſtioni.* 6 Mer. *Darii.* 7 Pal. 1. *macta* Bong. *macte* Voſſ. 1. *acti.* 8 P. *inq. virt.* 9 F. *primum.* 10 Pal. 1. *in regnum.* 11 Voſſ. 1. 2. Fl. Leid. *atque.* 12 Fl. Voſſ. 1. *Alexandriam* Leid. *Alexandrum.* 13 D. Pal. 1. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Mer. Bong. *adulantibus.* 14 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *Abdalonimum* Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *Abdalominum* Bong. *Abdolonimum* Vulgo *Abdolonymum.*

Quia] Simili animo Theagenes lib. IV. Æthiop. Heliodori ait. *Non ſe laudare poſſe eam voluntatem, quae metu potentioris coacta eſſe videatur.* Sic apud Appian. de bell. civ. lib. 1. Sylla Nolam *neceſſitate potius quam benevolentia ſibi obſequentem praedae expoſuit.* FREINSH.

Sidonis digniſſimum arbitraretur] Quid mirum ita recte à me hunc locum eſſe emendatum, cum & Diodorus & libri veteres ad ejus emendationem mihi praeiverint? vulgati ſane ſic habebant: *Hephaeſtionique permiſſum, ut quem eo faſtigio Sidones digniſſimum arbitrarentur* &c. peſſime. neque enim Sidonum haec fuit electio, ſed Ephaeſtionis. Porro autem, quem ſcripta Curtii & Juſtini exemplaria *Abdalonymum*, impreſſa *Abdolonimum*, eumdem Diodorus *Ballonymum* appellat, & Tyri non Sidonum regem conſtitutum ſcribit, totaque in re, ut breviter abſolvam, diſſentit à Curtio, verum haec alterius temporis ſunt, niſi quod ea ejuſdem Diodori verba huc adſcribenda video, quibus noſtram lectionem comprobari dixi. ſunt igitur haec: ὁ Ἀλέξανδρος ἔδωκεν ἐξουσίαν Ἡφαιστίονι καταστῆσαι βασιλέα τῆς Τύρου τῶν ἰδιοξένων, ὃν ἂν προαιρῆται. MODIUS. *Sidonis.* Otioſum illud *Sidonis.* Scribendum puto, *quem eo faſtigio è Sidoniis digniſſimum arbitraretur*, non enim quemcumque aut undecumque ortum, ſed civem, & ipſorum generis voluit praefici. GRONOVIUS. l. 11. Obſ. c. 8. approbantibus Tellierio & Cellario. Lege *ut quem eo faſtigio in Sidoniis digniſſimum arbitraretur.* HEINSIUS.

Per ignes ferrumque] Per quaevis pericula. CELLAR. reſpondet illi Terentiano *cibum è flamma petere.*

Macti virtute] Scripti *macte virtute*, ſed minus recte, ut à Palmerio meo, in eruditiſſimis illis ſpicilegiorum titulo ſcriptis libris, quos, ſi Muſae favent, propediem publicos faciet, docetur. MODIUS. De hoc uſu loquendi multa ad Martial. epigr. 13. lib. IV. & ad idem in Analectis. RADERUS.

Quanto majus eſſet regnum faſtidire] Sic etiam Seneca Thyeſte vſ. 470.

Immane regnum eſt poſſe ſine regno pati.

hoc eſt, poſſe aequo animo carere regno, & potentia, eſt magni regni & potentiae inſtar. Claudian. Epith. Pallad. vſ. 81.

- - - - - *magnum delata poteſtas,*
Majorem contemta probat.

CELLAR.

Qui meminerit] Hoc eſt, ut meminerit. Senſus: nominate vos regem aliquem, ut ſi hac veſtra nominatione, hoc ſuffragio veſtro pervenerit ad regnum, per hoc ipſum ſciat, ſe tantam rem veſtrae bonitati ac liberalitati, non ſuis meritis, aut cauſſis aliis debere. SCHEFFER.

Adulantes] Aut membranae hanc partem minus probae ſunt, aut aliquis latet error. Conſtanter enim in illis eſt, *adulantibus.* Conſiderent locum, quibus otium & ingenium eſt. MODIUS. Conſtanter omnes membranae Modii *adulantibus*, quod conſiderare jubet, quibus otium & ingenium eſt. Magna vero res, quae contueri ſine otio & ingenio non poſſit. Quid facilius, quam conjicere? *ſingulis amicos Alexandri o. n. r. c. adulantibus.* Mutarunt hoc primitus, qui id verbum cum accuſandi caſu non ferebant. Cicero tamen ſic etiam apud Nonium: & vetuſtiores fere ſemper, qui *adulo* dicebant, unde Tullius *adulor* paſſivo flexu, & ſignificatu. ACIDALIUS. Poteſt vetus Acidalii & vulgata ſcriptura probari. Nam *adulor* Quinctiliani aevo tertio caſui paſſim, ipſo Quinctiliano auctore jungebatur. Cicero non niſi quarto junxit

dam, *longa quidem cognatione stirpi regiae adnexum*, *sed ob inopiam suburbanum* [1] *hor-*
20 *tum exigua colentem stipe.* Caussa ei paupertatis, sicut plerisque, probitas erat: intentusque operi diurno, strepitum armorum, qui totam Asiam concusserat, non
21 exaudiebat. Subito deinde, de quibus ante dictum est, cum regiae vestis insignibus hortum intrant, quem forte steriles herbas eligens [2] Abdolominus [3] repurga-
22 bat. [4] Tunc *rege* eo salutato, alter ex his; *habitus*, inquit, [5] *hic*, *quem cernis in*

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. Voss. 2. *ortum.* 2 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *Abdalonimus.* Voss. 2. *Abdolonimus.* Vulgo *Abdolonymus.* 3 Voss. 1. superscriptum habet *sariebat.* 4 Leid. Voss. 1. 2. *tum.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. D. Pal. 1. *hic vestis quem* Mer. omittit *hic.*

xit cum personae seu pronominis, tum rei. ut *vos adulari*, & *fortunam adulari* diceret. dicendum fuisset ex membr. *singulis amicos adulantibus.* Quinctil. *adulatum militi tribunum.* Quin & Livius hoc verbum *adulor* cum dandi casu copulavit. Tacitus cum accus. Histor. l. 1. *more tradito quemcumque adulandi.* lib. XVI. Ann. de Petronio, *ne codicillis quidem Neronem aut Tigellinum adulatus est.* RADERUS. *Adulantes*, cum plurimi veterum Codicum sic habeant: *singulis amicorum Alexandri ob nimiam regni cupid. adulantibus*, non improbe conjecit Acidalius legendum esse; *singulis amicos Al. ob n. r. c. adulantibus.* cui tamen lectioni praeferam ego vulgatam. FREINSH.

Abdalonymum] Hanc historiam leges apud Plutarchum, Justinum, Diodorum, quamvis in nomine variatum sit, quando alii *Abdolominum*, alii *Abortonium*, alii *Alynominum*, alii *Ballonium*, placet *Abdalonymus.* in re quoque & loco non convenit auctoribus, Diodorus Tyri regem creatum affirmat, contra Justinum & Curtium, Plutarchus Paphi. RADERUS.

Longa quidem cognatione] Doctissimus Adversariorum scriptor putat excidisse hic particulam *haud*, & fuisse; *haud longa q. cogn.* sic apertiorem fore antithesin, & melius intellectum iri, quod Alexander dixerit, infra IV, 1, 22. *habitum famae generis non repugnare.* Adde & Tiraquell. tom. 1. pag. 27. p. 1. Mihi vulgata est verissima, & omnia hoc volunt. nam quod de fama generis dixit Alexander, eo factum est, quod quamvis per longam cognationem, regiae tamen stirpi annexum audiverat; imo hoc longe melius famam nominavit, quae proprie dicitur de iis quorum non est memoria, aut certa cognitio. Deinde non videtur hominem regiae stirpi arctius conjunctum, propinquis suis regnum obtinentibus, in foedam adeo paupertatem dilapsurum fuisse, qui, ut certe hujus mores hic describuntur, nullo crimine id meruerit. FREINSH. Barthius Advers. XXVIII, 6. *haud longa* scribi jubet, ut fortior fiat antithesis. nec tamen vulgaris scriptura inepti sensus est. CELLAR.

Stipe] Stips aliàs pecuniam à populo collatam, & in aerarium repostam significat: aliàs Diis oblatam; aliàs mendicantibus impertitam; aliàs mercedem, ut apud Plinium *mercenariae stipis ancilla est*, quae stipem vulgato corpore colligit. Aliàs pro fructu eleganter, *Villaticae pastiones*, inquit Columella, *& pecuariae non minimam colono stipem conferunt:* id est, utilitatem & fructum. Curtius videri potuit accepisse stipem vel pro diario & mercede alienos hortos colenti data; vel fructu, suum hortum suburbanum parva stipe & fructu repurgantem. Curtius enim nihil de alieno horto exprimit, Justin. & Diodor. diserte alieni faciunt horti cultorem. RADERUS.

Intentus operi] Agri hortique culturae. hanc enim *opus* singulari usu Latini dicunt. Senec. epist. 86. *exercebat opere se, terramque, ut mos fuit priscis, ipse subigebat.* Flor. l. 1. c. 11. de L. Quintio Dictatore; *lictor in ipso opere deprehendit*, id est inter arandum. CELLAR.

Strepitum armorum non exaudiebat] Hoc est, nihil eo movebatur, tamquam ad se non pertinente. ut enim omnino non audierit, impossibile est. nec enim tanta animi intentione avocabatur, quanta Archimedem intentum lineis suis negant sensisse captarum Syracusarum strepitum, apud Livium XXV, 31, 9. Hunc sensum esse verborum Senecae Epist. 17. *paupertas expedita est, secura est. cum classicum cecinit, scit non se peti*, teste Lipsio, recte vidit Gruterus, usus praeter exemplum Curtianum, hoc etiam disticho Petronii:

Cum cecinere tubae, jugulo stat divite ferrum,
Barbara contemni proelia pannus habet.

Ubi lego *contemtu*, hoc est contemtui, quomodo apud Agellium IV, 16. *C. Caesar gravis auctor linguae Latinae in libris Analogicis omnia istiusmodi* (puta Senatu, Victu, Aspectu &c.) *sine* i *litera dicenda censet.* FREINSH.

Exaudiebat] Ignorabat ista omnia, quae hactenus inter Alexandrum & Darium gesta erant. Propter paupertatem enim operi intentus, ut necessarium sibi compararet victum, otii non habebat tantum, ut praeberet aures ista commemorantibus, aut in caussas motuum publicorum sollicite inquireret. SCHEFFER.

Eligens] Forte *exigens.* Vide ad Columell. l. IV. c. 5. HEINSIUS.

Alter ex his] Vitiosiora erant haec antea, quam vitiosa nux est; nec tamen hoc à verbis adeo, ut ab

in meis manibus, cum isto squalore permutandus tibi est. Ablue corpus [1] *inluvie* [2] *aeternisque sordibus* [3] *squalidum: cape regis animum, & in eam fortunam, qua dignus*

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *inluviae.* Voss. 1. superscriptum habet *porrigine.* 2 B. 1. *è terrisque* B. 2. & Voss. 2. superscripta interpretatio *consuetis* Voss. 1. *terrenisque.* 3 Voss. 1. superscriptum *callosum.*

ab interpunctione. sic enim legebantur. *Tunc rege eo salutato: alter ex his habitus* &c. vide quantula res quantas turbas dare potis sit. Porro in Coloniensi scripto codice erat; *habitus hic inquit vestis* & quae postrema vox procul dubio glossa est τῦ *habitus.* MODIUS. Non omittenda fortasse particula fuit, quam vulgati praeferunt; *permutandus est tibi.* ACIDAL. Ceteri libri fere *tibi est,* vel *est tibi*, videtur tamen vacuum *tibi.* RADERUS.

Inluvie veternoque] Sic hunc locum emendavit numquam satis laudatus mihi Palmerius, nam libri alioqui ita habent: *aeternisque sord.* quam rem nolim audaciae meae imputari, si quid forte in ea, cum scripturam, à membranis non confirmatam, vulgatae praetuli, peccatum à me est, si quid, sed meo in Palmerium amori condonari. MODIUS. *Veternoque & sordibus*, sic Modius scripsit de Palmerii sententia; nam vulgo ubique, *illuvie aeternisque sordibus*, quo nescio quid aliud extricandum videtur. Mihi adeo Phoebus hic non favet, ut verum assequi ulla conjectura possim: & multis quidem tentavimus, è quîs unam atque alteram apponemus, ut quod mihi saepe accidit in aliis, alii vicissim nostra ad verum ducantur hallucinatione. Poterat facilius: *illuvie veternique sordibus:* aeque facile *tetrisque.* vel *ceteris.* nam illud opinor licenter nimis: *ablue corpus illuvie squalidum, detersisque sordibus cape regis animum.* ACIDALIUS. Omnia formis descripta, & antiqua exemplaria, & manu exarata habent *aeternisque.* Palmerius primus vertit stylum, & expuncto *aeternis*, rescripsit *veternoque*. multa Acidalius hic conatur ex ingenio. Palmerii judicium placet prae caeteris. sed ego retineo veterem & veram scripturam, cum *aeternus* hic valet idem quod diuturnus, Horat. l. II. od. 2. *Quid aeternis minorem Consiliis animum fatigas?* ubi Acron *infinitis & diuturnis.* & *pacem aeternam* Virg. Aen. l. IV. Notavit hunc usum verbi perelegantem Turneb. ad illud Virg. l. VIII. *Tum pater aeterno fatur devinctus amore.* pro magno & immenso. nos tamen quoque nostram crisin addamus. Quid si inquam? *Ablue corpus, illuvie, terraeque sordibus squalidum:* scripserat enim Abdalonymum deprensum fuisse in repurgandis sterilibus herbis, quod ipsis manibus factitabat, glebamque tractabat; alius *terrenis*, quod parum arridet. *Veternus*, pro torpore animi sumitur. RADERUS.

Aeternisque sordibus] Conjecturam audacissimi mortalium Palmerii, *veternoque & sordibus*, contra bonam mentem recepit in seriem Curtii Modius. MS. liber habuit *aeternisque sordibus.* Quae procul dubio vera & genuina scriptura est. Ineptissima audacia Palmerii. Quid enim homini vigilanti, industrio, labore quotidiano corpus in victum subigenti, cum veterno? *Illuvies sordesque* curae hortensi conveniunt, comparatae certe cum habitu Regio. At veternus isti homini minime omnium. *Aeternis sordibus* pro perpetuis, jugibusque dixit. Sic Manilius de curis IV, 3.

Aeternisque senes curis dum quaerimus aevum
Perdimus.

Ut *aeternas sordes* Curtius, sic *aeternas rosas* pro vitae perpetua elegantia Martialis dixit VIII, 77.

Liber amicorum dulcissima cura tuorum,
Liber in aeterna vivere digne rosa.

BARTHIUS Adversar. XXVIII, 6. In eademque opinione est LOCCENIUS, adductis his exemplis. Virgil. Aeneid. VIII, 394.

Tum pater aeterno fatur devinctus amore,

& I, 40.

- - - aeternum servans sub pectore vulnus.

Apulej. lib. II. Metamorph. *Invadit spiritum amoris aeternis pedicis alligati.* Et Turneb. Adverf. XIII. 8. illud Virg. *aeterno amore*, pro magno atque adeo immenso positum ait, adducto exemplo hoc Curtiano, quod & in observationes suas transtulit Giphanius. similemque locum annotat ex Horatio Carm. II, II, II. Raderus

- - - - - - quid aeternis minorem
Consiliis animum fatigas.

aeternis, inquit Acron, *infinitis & diuturnis.* Et Virg. Aeneid. IV, 99. *pacem aeternum* dixit *exercere.* Quibus utique libentius assentior, quam Modio & Palmerio, & si qui aliter tentant, *veternique sordibus*, aut *tetrisque*, vel *ceterisque sord.* aut *illuvie squalidum, detersisque sordibus*, aut *terraeque*, aut denique *terrenis sordibus.* (quod etiam est C. Barthii) FREINSH. Forte, *tetrisque*, vel *veternisque. Veterno compensare*, Colum. l. VIII. c. 5. *situs veternusque* idem l. IV, 25. HEINSIUS. Optimus codex Voss. I. distincte exhibet *terrenisque*, videturque haec lectio huic loco adcommodatior. Quippe hominem hortorum purgamentis insudantem *terrenis sordibus* perfusum esse, quam *aeternis*, quum abluerentur, probabilius apparebit plerisque. apud Latinos quidem *terrena* saepe opponuntur *divinis.* Justin. l. XXIV. c. 6. *quasi terrena jam spolia sorderent, templa &c.* sed & de iis, quae in terra & agro colendo fiunt. Columell. *abstinent laboribus terrenis* l. XI. sic Virgil. l. XI. vs. 850.

- - - - - terreno ex aggere bustum.

& Ovid. l. I. Met. vs. 67.

Haec super imposuit liquidum & gravitate carentem
Aethera, nec quidquam terrenae faecis habentem.

Idem ibid. vs. 407.

Quae

gnus es, [1] *istam continentiam* [2] *profer. Et quum in regali solio* [3] *resedebis, vitae necisque omnium civium dominus*, [4] *cave obliviscaris hujus* [5] *status, in quo accipis re-*
23 *gnum; immo hercule*, [6] *propter quem.* Somnio similis res [7] Abdolomino videba-
tur: interdum, *satisne sani essent, qui tam proterve sibi inluderent*, [8] percontabatur.
Sed ut cunctanti squalor ablutus est; & injecta vestis purpura auroque distin-
cta; [9] & fides à jurantibus facta; [10] serio jam rex, iisdem [11] comitantibus, in re-
24 giam pervenit. [12] Fama, ut solet, strenue [13] tota urbe discurrit: aliorum [14] stu-
dium, aliorum indignatio eminebat: [15] ditissimus quisque *humilitatem inopiamque*
25 *ejus* apud amicos Alexandri [16] criminabatur. *Admitti eum* rex *protinus* jussit; diu-
que contemplatus, *corporis*, inquit, *habitus famae generis non repugnat: sed* [17] *libet scire, inopiam qua patientia tuleris?* Tum ille, *utinam*, inquit, *eodem animo regnum pati possim.* [18] *hae manus* [19] *suffecere desiderio meo: nihil habenti nihil defuit.*

VARIANTES LECTIONES.

1 P. omittit *istam.* 2 Bong. Voss. 1. Amst. Lugd. *perfer.* 3 MS. p. L. *sedebis.* 4 Voss. 2. *cave ne.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. omittunt *status.* 6 Voss. 2. *pr. quem status.* 7 Voss. 2. *Andalonimo.* 8 Vulgo *percunctab.* 9 Pal. 1. *etiam fides.* 10 Voss. 1. 2. Bong. Mer. Lugd. *sero.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *comitibus.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *fama deinde.* 13 D. *totas urbes discrevit* Fl. Leid. Voss. 1. & vulgo *totas urbes discurrit* Voss. 2. *tantas urbes discurrit* Pal. 1. *tantas urbes discrev.* 14 Fl. *stadium.* 15 B. 1. 2. Fl. Leid. Voss. 1. *divitissimus* F. P. *diutissimus.* 16 Mer. *criminabantur.* 17 Pal. 1. *volo scire* Voss. 2. *scire volo.* 18 P. *Heae* Voss. 2. *hec.* 19 Voss. 2. *suffecit.*

Quae tamen ex illis aliquo pars humida succo
Et terrena fuit.

Sic apud Plinium juniorem l. v. epist. 6. *Pingues terrenique colles, neque enim facile usquam saxum, si quaeratur occurret.*

Imo hercule, propter quem] Aberant haec verba à membranis Coloniensibus, sed male, ut opinor. MODIUS.

Inluderent] Non dissimile est, quod Pertinaci evenisse narrat Herodian. in ejus vita c. 5. *Non desinitis senem ludere hominem*, & quae ibi sequuntur. RADERUS. Adde Plutarch. Pompej. cap. 60. de patre Stratonices. FREINSH.

Sero jam] Lugdunenses aliaeque editiones, *& fides à jurantibus facta serio; jam rex iisdem comitantibus* &c., male quidem, sed unde legendum suspicabatur quidam amicus meus, apprime doctus. *& fides à jurantibus facta: serio jam rex* &c. ut, inquit, antea per deridiculum & somnium rex sibi constitui videretur Abdalonymus; post factam jurejurando fidem, serio jam regis habitum & animum capiens, ad regiam tetenderit. bene suadet: mihi tamen, ut libere dicam, non persuadet. nam & *sero* habent veteres libri, & verisimile est sermone saepius repetito, cum hic se irrideri crederet, illi serio se loqui asseverarent, multum diei consumtum esse. Simile quid memini legere apud Suetonium. MODIUS. Sequi amicum monentem debuit Modius, qui *serio* cum hac eadem distinctione volebat, & recte interpretabatur. hoc apud ipsum vide. Serum ut factum sit, longo sermone fieri potest. Verum & ambiguum, & quid ad rem? ad rem autem quanto minus, si quid in Suetonio simile? ACIDALIUS. Antiqui codices *serio*, & vere; quicquid contra ad seram usque vesperam disputet Modius. Proinde scribe. *Et fides à jurantibus facta serio.* non vides serio rem gestam à juratis. RADERUS. *Serio rex* qui sumpserat jam fidem & auctoritatem regiam, fortunae obsecundans, ut rectissime explicat Barthius Adversar. XXVIII, 7. nam Raderus illud *serio* conjungit cum praecedenti voce *jurantibus*, haud perinde apte. FREINSH. *Serio* opponitur verbo *inluderent*, hoc est citra jocum, citra illusionem. Vere rex factus. Male quidam *sero* legerunt. CELLAR. Lege; *fides à jurantibus facta vero: jam &c.* (vel *veri.*) HEINSIUS.

Famae generis] *Quod longa cognatione stirpi regiae adnexum erat* supra num. 19. CELLAR.

Regnum pati possim] Regnum pati est regiam majestatem sustinere, Silius l. XIV. vs. 91.

Caligare alto in solio neque pondera regni
Posse pati.

Senec. Epist. 5. *infirmi animi est pati non posse divitias.* CELLAR.

Hae manus suffecere] Plutarchus in libello de vitando aere alieno: *Dices, quomodo alar? Hoccine te rogare aequum est, qui habeas manus, pedes, vocem? qui homo sis?* Seneca in fine epist. 20. *Nemo nascitur dives, quisquis exit in lucem, jussus est lacte & pane esse contentus. ab his initiis nos regna non capiunt.* Tales fuere praeter Abdolominum senex Corycius apud Virgil. IV. Georg.

- - qui rarum in dumis olus albaque circum
Lilia, verbenasque premens vescumque papaver,
Regum aequabat opes animis.

LOCCEN.

Nihil defuit] Avaro semper deest, tamque eo caret,

fuit. Magnae indolis [1] specimen ex hoc sermone Abdolomini [2] cepit. Itaque, 26
non *Stratonis* modo [3] *regiam supellectilem adtribui ei* jussit; *sed pleraque* [4] *etiam ex*
Persica praeda: regionem quoque urbi adpositam ditioni ejus adjecit. Interea 27
[5] Amyntas, quem ad Persas ab Alexandro transfugisse diximus; cum quatuor millibus Graecorum, [6] ipsum ex acie persequutis, fuga [7] Tripolin pervenit. inde in naves militibus impositis [8] Cyprum transmisit: & quum [9] in illo statu rerum id [10] quemque, quod [11] occupasset, habiturum arbitraretur, velut certo jure possessum; Aegyptum petere decrevit: [12] utrique regi [13] hostis, & semper [14] ex ancipiti mutatione temporum pendens. hortatusque milites ad spem 28
tantae rei, docet, [15] *Sabacem praetorem Aegypti cecidisse in acie: Persarum prae-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *speciem.* 2 Fl. Leid. *coepit.* Voss. 2. *rex cepit.* 3 L. p. *reginam.* 4 Voss. 2. omittit *etiam.* 5 Voss. 2. *Admintas.* 6 Bong. D. Fl. Leid. Voss. 1. *ipsius ex acie persecutos* Pal. 1. *ipsius ex acie persecutis* B. 1. *ipsius ex acie persecutus* Voss. 2. *ipsum ex acie persecutos.* 7 Sic MSS. omnes & Lugd. Amst. 8 Fl. *Scyprum.* 9 Voss. 2. omittit *in.* 10 V. c. L. *quemcumque.* 11 Voss. 2. *occupavisset.* 12 D. Bong. Fl. Leid. Voss. 2. *utique.* 13 Pal. 1. Voss. 2. *hostis erat.* 14 Mer. omittit *ex.* 15 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *Satacem.* Voss. 2. *Attacem.*

caret, quod adest, quam quod abest. Omnia possidet, qui nihil petit. Senecam vide & Publium Syrum. Legendum ultimum Ciceronis Paradoxum: *Solum sapientem esse divitem.* Apud Secam poëta in epist. 108, 12.

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit:
Quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest.

Avaro nihil satis est, qui non tam habet, quod habet, quam habetur. ὐκ ἔχει, ἀλλ' ἔχεται. RADERUS. *Pauper is est, quem Graeci* πένης *vocant,* ἀπὸ τοῦ πένεσθαι, *id est, laborare, quia cum* πόνῳ *vitam tolerat, nec vivere potest, nisi laborem capiat.* Salmas. de foenore Trapezit. pag. 635. FREINSH.

Ex hoc sermone] Est enim haud frustra dictum:

ψυχῆς χαρακτήρ ἐστιν ἀνθρώπου λόγος.
Animi character est hominis oratio.

Celebratur illud Socratis: *loquere ut te videam.* quare diligenter monet Cicero offic. 1, 37. providendum esse, *ne sermo vitium aliquod indicet inesse moribus.* Tacit. H. III, 85, 7. de Vitellio: *Vox una non degeneris animi excepta.* FREINSH.

Regionem ditioni adjecit] Ditioni est potestati & imperio, luculento inter *regionem* & *ditionem* discrimine, quae voces perperam vulgo confunduntur. CELLAR. An Curtius hoc ita intellexerit, judicabis ex lib. IV. c. 8, 13. ubi simili locutione, *magnam regionem finibus eorum adjecit.*

Cum quatuor millibus ipsum persecutis] An *prosecutis?* utraque proba lectio videri potest, nisi quod *persecutis* ambiguum videri possit. Arrianus l. II. c. 3, 8. octo millia censet. Diodor. XVII. 48. cum Curtio facit. RADERUS.

Tripolin pervenit] Phoeniciae urbem, ut Arrianus nominat, vide quae supra lib. III. c. II, 18. adnotavimus. CELLAR.

Quemque quod occupasset habiturum] Idem illud senserunt duces omnes Alexandri post mortem ejus. Nepos Eumene c. 2.

Sabacem] Recte animadvertit Glareanus nomen hoc licet unius viri (quod tamen confunditur cum alterius nomine, ut mox videbimus) non semel variare in Curtio. nam & hic & lib. III. *Sabaces* vocatur, mox vero *Mazaces*, rursus *Astaces.* Sed ut reddamus verum nomen Praetori, hic & supra III, II, 10. recte vocatur *Sabaces.* nam eadem est persona, & quod firmat nostram sententiam, utrobique dicitur in acie cecidisse. Nec aliter Arrianus II, 2, 38. ubi de pugna ad Issum: *cecidit etiam Sabaces praetor Aegypti.* Ibi vides, Arrianum etiam Σαβάκην vocare, non vero Μαζάβην, ut Glareanus vult. Verum quidem est, ab Arriano III, 1, 2. Μαζάκην (ut recte habet editio Vulcanii) adduci, sed ab hoc diversum, de quo mox. Negat autem Glareanus, Diodorum quoque mentionem facere hujus praetoris, cum tamen ille XVII. 34. *Tasiacen* licet depravato nomine vocet, ubi aeque ac Arrianus caesos primates Persarum in pugna ad Issum refert. Porro quod Glareanus Mazacen illum, de quo Curtius IV, 1, 32. eumdem esse contendit cum Sabace, non potest; cum Sabaces jam obierit, ut dictum, in bello ad Issum. Et ut nullius dubitationi sit locus, Arrianus III, 1. tradit, Mazacen, ubi certior factus de grandi clade Darii ad Issum, ex desperatione se dedidisse Alexandro. De qua deditione Curtius IV, 7, 4. agit, ubi pro *Astaces* leg. *Mazaces.* quod etiam vidit I. Gebhardus. Idem Arrianus, ubi de expeditione Alexand. in Aegyptum, praetorem Aegypti *Mazacen*, non *Astacen* appellat. hinc & eod. lib. recte emendat Gebhardus Μαζάκου pro Μαζαίου. nam Mazaeus Babyloniae praetor erat, non Aegypti. Quod denique addit Glareanus, non potuisse Darium tam cito in fuga caeso Sabaci alium substituere, hunc quoque scrupulum illi eximet Arrianus, ubi dicit III, 1, 2. Μαζάκης ἐκ Δαρείου καθεστηκώς. *Mazaces à Dario constitutus.* & Curt. IV, 7, 4. *in cujus praesidio Mazaces praetor Darii relictus.* LOCCENIUS. Scien-

praesidium & sine duce esse, & invalidum: Aegyptios semper praetoribus eorum [1] *in-*
29 *fensos, pro sociis ipsos, non pro hostibus* [2] *aestimaturos.* Omnia experiri necessitas cogebat: quippe quum [3] primas spes fortuna destituit; futura praesentibus videntur esse potiora. Igitur [4] conclamant, *duceret quo videretur.* [5] Atque ille utendum animis, dum spe [6] calerent, ratus; ad [7] Pelusii ostium penetrat: simulans
30 *à Dario se esse praemissum.* [8] Potitus ergo Pelusii [9] Memphin [10] copias [11] promovit: ad cujus famam [12] Aegyptii, [13] vana gens, & novandis quam gerendis [14] aptior rebus, ex suis [15] quisque vicis [16] urbibusque, [17] ad hoc ipsum concurrunt, [18] ad delenda praesidia Persarum. qui territi, tamen spem [19] obtinen-
31 di [20] Aegyptum non [21] amiserunt. [22] Sed eos Amyntas proelio superatos, in urbem compellit; [23] castrisque positis; victores ad populandos agros [24] eduxit: ac

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. D. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *infestos.* 2 Voss. 2. *extimaturos.* 3 B. 1. *prima spes fortunam.* 4 MSS. D. *conclant* correctum inter lineas *conclamat.* 5 Pal. 1. Voss. 2. *at ille.* 6 Mer. *carent.* 7 Leid. *Pelusum* Voss. 1. *Pelusii hostium* Voss. 2. *Pelusium in hostium. Pelusium hostium* Schragius non adnotato libro variante. 8 D. Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *potitur.* 9 Fl. Leid. Ald. *Memphim* Voss. 1. B. 2. *Memphi.* 10 B. 1. *copiis.* 11 Fl. Bong. *praemovit* Voss. 1. *permovit* B. 1. 2. superſc. *prom.* Pal. 1. *promovet.* 12 Fl. Leid. Bong. Pal. 1. *Aegypti.* 13 F. *nova.* 14 Fl. *captior.* 15 Bong. D. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. *quique.* 16 Elz. *viribusque.* 17 Fl. Leid. Lugd. *hoc ipsum* Voss. 2. *quod hoc ipsum* Amst. *ad ipsum.* 18 Bong. omittit *ad* Pal. 1. *ad dedenda.* 19 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *retinendi.* 20 Pal. 1. *Aegypti.* 21 D. *amisserunt* Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *omiserunt* Mer. *amiserat.* 22 Mer. *sed eo.* 23 Aliae editiones *huc illuc incompositis agminibus hostium secuti agebantur, victores ad p.* 24 Bong. Voss. 1. Lugd. Amst. omittunt *eduxit; ac* Voss. 2. *agros terris agebantur Mazetes.*

dum est, eamdem Persis olim fuisse providentiam, quae hodie omnibus est gentibus, ut nempe summo magistratui substituerint, qui per ejus absentiam videret, ne quid resp. detrimenti caperet. talis fuit Tages, de quo Thucyd. VIII, 3, 10. ὧν ἦρχεν Τάγης ὕπαρχος Τισσαφέρνους: *quos ducebat Tages propraetor Tissaphernis.* FREINSH.

Praesidium sine duce] Mentitur Amyntas, nam Mazaces supererat. l. IV. c. 7, 4. & alii. CELLAR.

Infensos] *Infestos* Membranae. atque eadem varietas in iisdem vocibus etiam paullo post est. MODIUS.

Primas spes fortuna] Membranae iterum *prima spes fortunae*, non recte. sed de quo tamen celandum lectorem non existimavi. MODIUS.

Ad Pelusii ostium] Pelusium oppidum cum portu ad ostium Nili maxime orientale. CELLAR. Nonnulli libri legunt *Pelusium*, quod non plane rejiciendum, quoniam ostium Pelusii omisso fluvio ambiguum quid est. licet illud ostium dicatur Pelusiacum; tamen adjective dixerunt *Pelusia munera &c.* Lucanus, & alii.

Memphin copias promovit] Antiqua Aegyptiorum regia, ad divortium Nili, supra Delta, juxta quam Pyramides fuerunt. CELLAR.

Aegyptii, vana gens] Sinesius in Encom. Calvitiae αἰγυπτιάζειν pro dolose agere usurpat. Strabo ἀνθρώπους ἀπολέμους vocat. LOCCENIUS. Plinius Paneg. c. 31. de Aegyptiis *ventosa atque insolens natio.* Vopiscus in Saturnino ex epist. Hadriani: *genus hominum seditiosissimum vanissimum.* Herodian. l. IV. c. 8. de Alexandrino populo: φύσει τὰς γνώμας κουφότατος ὤν. unde, quod Suetonius in Caes. c. 35. notavit. *veritus Caesar est Aegyptum provinciam facere, ne quando violentiorem nacta praesidem novarum rerum materia esset.* Eademque de caussa, quum Augustus provinciam fecisset non majoris, quam equestris dignitatis, praesidem imposuit, Dio Cass. l. LI. p. 455. ex Freinshemio contraxit. CELLARIUS.

Hoc ipsum concurrunt] Impressi *ad hoc ipsum* minus bene, & geminum huic locum libro superiori emendavimus, ibi; *laxataque vis morbi hoc ipsum videbatur.* MODIUS. Non concoquo ineptam illam repetitionem, *ad hoc ipsum, ad delenda.* Ex libris antiquis unus omittit *hoc*, alter *ad* posterius. hinc adducor, ut existimem scripsisse Curtium; *ad ipsum concurrunt, & delenda praesidia Persarum.* SCHEFFER.

Spem retinendi] Vera haec est lectio, quicquid dicant editiones, quae omnes habent, *spem obtinendi Aegyptum non amiserunt.* MODIUS.

Victores ad populandos] Vitiis nobilitatus locus, & quem varie libri repraesentabant. in editionibus enim ita legebatur: *victores ad populandos agros eduxit, ac velut in medio positis omnibus hostium cuncta agebantur.* Pessime. in membranis Coloniensibus ita; *victores ad populandos agros velut in medio positi: dis hostium cuncta agebantur.* propemodum. sed & quid nos audet juvare Sigebergensis? *victores ad populandos agros velut in medio positi hostium cuncta age-*

ac velut in medio [1] positis omnibus hostium cuncta agebantur. Itaque [2] Mazaces, quamquam infelici proelio suorum animos [3] territos esse cognoverat; ta- 32

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Voss. 1. D. *positis dis hostium* Bong. *positi dis in* Leid. *odis* B. 2. ante *dis* spatii vacui aliquantulum relictum Pal. 1. *poscit cunctis* Mer. *possidiis* Bas. col. *pos. his* Lugd. Amst. aliique *positis hostium cunctis agebat.* 2 D. *Mazecos* vulgo *Mazeces* Voss. 2. *Mazetes.* 3 F. *esse terr.*

agebantur. Euge, terram video, legendum enim: *victores ad populandos agros veluti in medio positis hostium cunctis agebantur.* Aut si non ita, certe ita: *victores ad populandos agros, velut in medio positi hostium cuncta agebant.* Credesne verum dicere, an nondum etiam? sed aut crede, aut doce, quod pro illo sit: Veterum & recentiorum codicum scripturae discrepantes in medio positae sunt. MODIUS. Neque ut edidit; neque ut in notis conjicit Modius, recte locus adhuc emendatus, cujus in tanta lectionum varietate magna difficultas. Hanc tamen superasse mihi videor, & ex scripturis omnibus aliquid seligens, ita tandem constitui verba & sententiam, ut sinceritati utrorumque vix amplius quidquam desit. Diversitatem lectionum hic apponere non libuit. Tu apud Modium vide, qui prolixe consignavit. in membranis autem nusquam verbum *eduxit*, quod expungimus igitur ex hoc manipulo; *velut* in omnibus est, quod aegre mutes, nisi ex *ac velut*, facias *huc illuc.* Jam pro *in medio positis* emendo *incompositis*, pro *omnibus*, *agminibus*, pro *cunctis* denique *secuti.* ita partibus refectis integrum restitui locum. *Castrisque positis, victores ad populandos agros huc illuc, incompositis agminibus, hostium securi agebantur.* Quomodo si non persanatus est, audebo dicere, vix alius sanabit. Unice probant sequentia ista: *Tamen palantes & victoriae fiducia incautos* ostentans. ACIDAL. *In medio positis*] Ilias hic variarum lectionum occurrit. Aliter editi, aliter membranae, aliter Modius, aliter Acidalius curat affectum, & prope depositum locum. Mei libri haec collocant verba: *Castrisque positis victores ad populandos agros eduxit, ac velut in medio positis Diis,* (Herwartus V. C. legit. *divitiis*) *hostium cuncta agebantur.* Alius antiquior *possitis his.* Alius *agebat.* Alii apud Modium: *positis omnibus hostium cuncta agebantur.* haud dubie mendosissime. Non multo melius Sigebergensis: *Victores ad populandos agros velut in medio positis hostium cuncta agebantur.* Modius ratus se rem acu tetigisse, rescripsit: *Victores ad populandos agros, velut in medio positis hostium, cunctis agebantur.* Sed ipse sibi parum placens, vertit calculum ediditque *Victores ad populandos agros velut in medio positi, hostium cuncta agebantur*, nihilo melius, immo deterius. Modium damnat Acidalius, qui mutat quadrata rotundis. Primum expungit, quod in veteribus libris scriptum est *eduxit*, deinde, *ac velut*, vertit in *huc illuc*, praeterea pro *in medio positis*, reponit, *incompositis*, illud *omnibus*, mutat *in agminibus.* Demum, quod nullam omnino habet affinitatem cum voce, & ductu literarum, pro, *cunctis*, scribit, *securi. Ita*, inquit, *partibus refectis, integrum restitui locum, quomodo, si non persanatus est, audebo dicere, vix alius alter sanabit.* Ain' tu? an etiam nobis tollere tentandi conatum, cum tibi permiseris omnia, conaris? Ego ita sanari locum arbitror, *castrisque positis victores ad populandos hostium agros eduxit, ac cuncta, velut in medio omnibus positis agebat.* Possis tamen permutato verborum ordine rescribere *Castrisque velut in medio positis, victores ad populandos hostium agros eduxit:* Verbum *cuncta*, vel *cunctis positis*, *agebat* vel *agebantur*, redundat; vel alia desiderantur: neque enim oratio recte connectitur. Intellectus justus est: *Amyntas compulsis in urbem victis, castrisque velut in medio* (inter urbem nempe & agrum) *positis, victores Graecos ad populandos hostium agros, & praedas agendas eduxit.* Alioqui verbum *positis*, altero statim versu incondite recurrit. Optime forsan legeris: *Castrisque positis victores ad populandos agros, velut cunctis hostium in medio positis agebantur*, an *vagabantur.* RADERUS. Hujus integram notam malui adscribere cum taedio; quam committere, ut in hac editione quisquam quidquam desideret, eorum quæ hactenus ad Curtium qualitercumque notata sunt; in quibus tamen aliquod operae pretium aut sit, aut videri queat. Ego enim occiso loco sine melioribus libris salutem minime sperandam arbitror. & quamquam esset comminisci quaedam minus flagitiosa, quam illa aliorum, malui tamen relinquere Curtio notum malum, eoque levius, quam audaci medicina provocare malignitatem morbi, & nondum persanatis antiquis vulneribus, infligere recentia: nisi quod non dissimulo videri legendum: *velut in metu positis.* ea enim caussa negligentiae, credere nihil ausuros hostes adverso proelio perculsos. Porro similem ex Justino locum adnotare non pigeat. sic enim ille XXIV, 7, 4. de Gallis: *Gallorum vulgus ex longa inopia, ubi primum vitio, ceterisque commeatibus referta rura invenit, non minus abundantia quam victoria laetum, per agros se sparserat; desertisque signis ad occupanda omnia pro victoribus vagabantur.* FREINSH. Alii aliter hunc locum tentant emendare. Freinshemius pro desperato habet. Mihi omnia videntur sana, modo deleatur *ac*, quod nec agnoscunt libri quidam veteres, fiat nova periodus à voce *velut*, & post vocem *hostium* scribatur comma. Ordo: cuncta, hostium sc. agebantur, velut posi-

tamen *palantes*, & *victoriae fiducia incautos* ostentans, [1] perpulit *ne dubitarent ex*
33 *urbe* [2] *erumpere*, & *res amissas* [3] *recuperare*. Id consilium non ratione prudentius, quam [4] eventu felicius fuit: ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt. Has poenas Amyntas utrique regi dedit; nihilo magis ei, ad quem transfugerat, fi-
34 dus, quam illi, quem deseruerat. Darii praetores, qui proelio apud [5] Isson [6] superfuerant, cum omni manu, quae fugientes sequuta erat, adsumpta [7] etiam Cap-
35 padocum & Paphlagonum juventute, Lydiam [8] recuperare tentabant. [9] Antigonus praetor Alexandri Lydiae praeerat: qui, quamquam plerosque militum ex prae-

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *pertulit* Pal. 1. *perculit*. 2 Voss. 2. *erumperent* omisso &. 3 D. P. B. 2. Fl. Voss. 1. *reciperare* B. 1. *recipere*. 4 Voss. 2. *eventus felicis*. 5 Mer. Voss. 2. *Ysson*. 6 Voss. 2. *superfugerant*. 7 Pal. 1. &. 8 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *reciperare* & sic deinceps. 9 Pal. 1. *Antigonas*.

positis illis cunctis hostium in medio, id est, sicut, vel quia cuncta illa, quae hostium erant, posita fuerunt in medio, ita, vel ideo quoque cuncta agebantur. *in medio posita* dixit Curtius pro proposita, exposita, quomodo Cicero in Verr. 1. *sese ipsum nobis & eos, qui ante se fuerant, in medio posuit, ut ceteros & se ipsum per se cognosceremus.* Quasi diceret, exposuit eos, & se ipsum potestati & arbitrio nostro de se judicandi. Item in Tuscul. *obscenas voluptates faciles, communes in medio sitas esse dicunt*, id est omnium potestati permissas, ut quisquis velit, possit eas ad se rapere. Quali sensu & hic apud Curtium verba illa posita videntur. SCHEFFER. Locus siquis alius Curtii corruptus, & desperatus. Raderus ita: *Castrisque positis victores ad populandos agros velut cunctis hostium in medio positis vagabantur.* Freinshemius: *velut in medio positis omnibus hostium cuncta agebantur.* Audacior conjectura Barthii adversar. l. XXVIII. c. 6. *velut uno proelio sopitis hostium cunctis, agebantur.* CELLAR. In loco hoc emendando multum sudarunt Raderus, Freinshemius, Barthius, diversam singuli ineuntes rationem. Nec vero ulla ex iis lectio est, quae omnino se probare lectori possit. Quid ergo? an ego ita abundo ingenio, ut quod tot tantorum medicorum manus percurare nequiverunt, restituam in integrum! haud sane ita mihi Suffenus sum, sed amore Curtii olim abreptus ad vires periclitandas triplicem excogitavi lectionem. Quarum nulla nunc mihi satisfacit. Primum enim ita legebam: *Castrisque victores ad populandos agros eduxit, velut in medio positis omnibus hostium:* i. e. omnibus, quae essent hostium. *Positis* propterea omittebam, quod vix videretur credibile, scriptorem tam accuratum duobus in versibus unum verbum (*positis*) bis posuisse. Illa vero verba, *cuncta agebantur*, delebam, quod viderentur incuria librarii huc translata ex libri hujus c. 3, 23. ubi leguntur. Deinde hunc in modum ista verba correxi: *castrisque positis v. a. p. a. eduxit: ita velut in medio positis omnibus, hostium nulla cura agebantur.* Etenim ex *ita* duae priores litterae videbantur absorptae per *eduxit* proxime antecedens. Tertio sic legendum censui: *Castrisque victores ad popu rd. agr. eduxit. Itaque velut in medio positis omnibu ho-stium securi vagabantur. Itaque* faciebam ex *ac.* Sed eamdem particulam omittendam judicabam in verbis subsequentibus, & sic pergebam: *Mazaces, quamquam infelici proelio &c. Vagus hostis* pari modo commemoratur l. VIII, 1, 1. *Hostium securi* dicere Curtius potuit, quemadmodum infra l. V, 10, 15. *securus periculi, quod instabat.* & l. IX, 9, 8. *securi casus ejus, qui supervenit ignavis.* Sic & Ovid. Trist. l. 1, 1. vs. 49. dicitur *securus famae.* Verum nunc haec universa mihi displicent, postquam animum meum suspicio subiit glossematis. Delenda itaque censeo isthaec verba prorsus: *ac velut in medio positis omnibus hostium cuncta agebantur.* Ejectis quippe hisce tota Curtii oratio placidiori decurrit flumine. Ut merito verear, ne sciolus quisquam ea intruserit, qui scripsisse sibi videbatur elegantissime. Quia plane suspicor, desumta haec verba esse ex Sallustio qui in bell. Cat. c. 42. ita differit: *Illi inconsulte ac velut per dementiam cuncta agebant.* Noli, lector, objicere, ea tamen verba in omnibus Curtii MSS. codd. exstare. nam postea indicabo aliud glossema in omnibus itidem MSS. obvium l. IX. c. 5, 4. HEUMANN. forte, *victore verso ad p. a. velut in medio pacis immemori hostium oscitanti cuncta agebantur.* HEINSIUS. His tot hariolationibus, quid refert, utrum & nostra accedat, conjicientium tantum pro *hostium* legendum *hostili vi. ac velut in medio positis omnibus hostili vi cuncta agebantur.* Ut Justin. l. XXXVIII. c. 1. *non vi hostili, sed voluntaria morte.*

Tamen palantes] Dispersos, vagabundos. Justin. l. V. c. 5, 2. interpretatur, *sine insidiarum metu sparsos milites.* Tacitus l. IV. Hist. c. 18, 7. *auxilia foeda fuga dispersa, totis campis palantur.* CELLAR.

Cappadocum Paphlagonum] Paphlagones in fidem acceperat Alexander, Arriano teste l. II. oportet ergo illos defecisse. Cappadociam autem non totam, sed quae circa Halyn est, tantummodo subegerat, eodem teste. CELLAR.

Lydiae] Arrian. 1, 8, 27. *Phrygiae.* Potest utramque obtinuisse. FREINSH.

De-

praesidiis ad regem dimiserat; tamen barbaris spretis, in aciem suos eduxit. Ea-
dem [1] illic quoque fortuna [2] partium fuit, tribus proeliis alia atque alia regio-
ne commissis, Persae funduntur. Eodem tempore classis Macedonum ex Graecia 36
accita, Aristomenen, qui ad Hellesponti oram [3] recuperandam à Dario erat mis-
sus, captis ejus aut [4] mersis navibus, [5] superat. [6] A Milesiis deinde [7] Pharna- 37
bazus praefectus Persicae classis pecunia exacta, & praesidio in urbem [8] Chium
[9] introducto, centum navibus Andrum, & inde [10] Syphnum petiit. [11] eas quo-
que insulas praesidiis occupat; pecunia multat. Magnitudo belli, quod ab opu- 38
lentissimis Europae Asiaeque regibus, in spem totius orbis occupandi gerebatur,
Graeciae quoque & Cretae arma commoverat. [12] Agis, Lacedaemoniorum rex, 39
octo millibus Graecorum, qui ex Cilicia profugi domos [13] repetierant, contra-
ctis, bellum Antipatro Macedoniae praefecto [14] moliebatur. Cretenses has aut 40
illas partes sequuti, nunc [15] Spartanorum, nunc [16] Macedonum praesidiis oc-
cupabantur. Sed leviora inter illos fuere discrimina, unum certamen, ex quo ce-
tera pendebant, intuente fortuna.

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *ilii* vulgo *illinc*. 2 Mer. *proelium*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. *reciperand.* 4 Vulgo *demersis* Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. D. Mer. Bas. Col. *eversis* Pal. 1. *atque eversis*. 5 Pal. 1. *superavit*. 6 Pal. 1. *Amiseliis*. 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. D. *Barnab.* F. *Barnazabus* Ald. Frob. Bas. Col. *Farn.* 8 D. Cl. F. P. B. 2. Leid. Voss. 1. *Hium*. 9 M. p. L. *introductis*. 10 Pal. 1. Voss. 2. *Siphium* Voss. 1. *Siphnum* Bas. Col. *Sypheum*. 11 Leid. Voss. 2. *is quoque* B. 1. 2. D. Pal. 1. Fl. Voss. 1. *his* Mer. *easque* Lugd. *hasque* Amst. *Idasque*. 12 D. Pal. 1. Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *Hagis*. 13 Voss. 2. *receperant*. 14 MS. p. L. *moliebantur*. 15 D. Bong. Fl. Voss. 1. *Parianorum* Leid. *Arrianorum* Voss. 2. omittit. 16 Pal. 1. omittit *Maced. praes.*

Demersis navibus] Colonienses, & jam de scripto & excuso loquor, *eversis*. Sigebergensis, *aversis*, omnes bona & probabili sententia, prae omnibus tamen placet quod expressi. MODIUS. Forte, *depressis*. HEINSIUS.

Chium, Andrum, Siphnum] Maris Aegei insulae, Andrus & Siphnus in Cycladibus, Chios Ioniae opposita. CELLAR.

Has quoque insulas] Colonienf. & Sigeb. scripti *his*, hinc feci *has*. Nam Lugdunenses & Coloniensis impressi habebant *is*, sed quid mihi haec talia monitio est! MODIUS. *Eas quoque*, sic olim conjeci legendum, pro *is quoque*, & cum videam favere libros, recepi. FREINSH.

Occupat] Lege *occupatos*. HEINSIUS.

Graeciae & Cretae arma commoverat] Graeciae non omnis, sed tantum Lacedaemoniae: Spartani autem cum Cretensibus, quod viderent Alexandrum, nisi confecto bello Persico, non reversurum, arma commoverant. CELLAR.

Agis Lacedaemoniorum rex] Vide Arrian. l. II, 3, 10. Diodor. l. XVII, 48. FREINSH. De regibus Lacedaemoniorum Corn. Nep. Agesilao c. 1. *nomine magis, quam imperio* reges. neque enim erant αὐτοκράτορες, sed ἡ γερουσία πᾶν εἶχε τῶν κοινῶν τὸ κράτος, *potestas omnis penes senatum erat*. Dionys. Halicarn. l. II. p. 87. CELLAR.

Praesidiis occupabatur] Praesidiarios milites habebant. IDEM.

Unum certamen] Unum proelium, quo in Oriente debellaretur. IDEM.

CAPUT II.

Tyrii, Alexandrum recipere recusantes, obsidentur.

1 Jam tota [1] Syria, jam [2] Phoenice quoque, excepta [3] Tyro, Macedonum [4] e-
rant; habebatque [5] rex castra [6] in continenti, à quo urbem angustum fretum
2 dirimit. [7] Tyrus & [8] claritate, & magnitudine ante omnes urbes Syriae [9] Phoe-
nicesque memorabilis, facilius societatem Alexandri acceptura videbatur, quam
imperium. Coronam [10] igitur auream [11] legati donum adferebant; commea-
tusque large & hospitaliter ex oppido [12] adduxerant. Ille *dona ut ab amicis acci-*
3 *pi* jussit; benigneque legatos adloquutus, *Herculi, quem praecipue Tyrii colerent,*
sacrificare velle se dixit. [13] *Macedonum reges credere, ab illo deo* [14] *ipsos genus du-*
4 *cere: se vero ut id faceret etiam oraculo monitum.* Legati respondent, *esse templum*
Herculis extra urbem, [15] *in eam sedem quam* [16] *Palaetyron ipsi* [17] *vocant: ibi regem deo*
sa-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *Siria* ut semper in similibus. 2 Fl. Leid. Voss. 1. *Phoenicae* Voss. 2. *Fenice* Col. Mer. Bas. *Phoenices.* 3 F. *Tyra* Voss. 2. *Thiro.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *erat.* 5 Voss. 2. omittit *rex.* 6 Fl. Leid. Voss. 2. *incontinentia.* 7 D. Pal. 1. F. Fl. Voss. 1. *Tyros* Voss. 2. *Thiros.* 8 P. B. 2. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *& magn. & clar.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Mer. Col. Bas. *Phoenicisque* Voss. 2. *Fenicisque.* 10 Pal. 1. Voss. 2. *autem.* 11 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *donum legati* M. Sec. L. *dona* Elz. *leg. domum.* 12 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *advexerant.* 13 Pal. 1. Voss. 2. *Macedones.* 14 B. 1. Mer. *ipso.* 15 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *ea sede* Mer. *ea sedem.* 16 Pal. 1. *Palcyron* Leid. *Palletyron* Voss. 1. *Paletyron* Voss. 2. *Paletiron.* 17 F. B. 1. 2. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *vocent.*

In continenti] In litore ad Tyrum. Continens pro terra accipitur, ut oriens pro sole; saliens pro fonte; frigida, & calda, pro aqua, & hoc genus alia, sed tamen quae mare contingit: interiora, mediterranea appellantur. RADERUS.

A quo] Leg. *à qua* sc. terra. HEINSIUS.

Angustum fretum] Quatuor stadia latum inter urbem & terram. RADERUS.

Societatem quam imperium] Ut suis legibus viveret, socia & amica regi esset; ceterum in omnibus suo arbitrio tamquam libera, nec ullius imperio obnoxia civitas ageret. Sicut paullo ante Pisidae Selgenses πρὸς Ἀλέξανδρον πρεσβευσάμενοι δέχεσθαι τὰ προστάγματα εἶπον κατὰ φιλίαν. *imperata se ut amicos* (non ut subditos) *facere velle significarunt.* Strabo lib. XII. FREINSH.

Coronam auream] Virtutis & victoriae symbolum, quod etiam aliis, quam regibus dari consuevit. Livius l. XXXI. c. 5. *Rhodiorum populus corona aurea virtutis gratia donatus.* CELLAR.

Donum adferebant] In quibusdam edd. *domum aff.* quod idem vitium observavi in his Frontini II, II, 5. *aurum, quod parentes ejus redempturi captivam domum Scipioni attulerant:* ubi nescio quis, *donum,* probe. FREINSH.

Advexerant] Aptius hoc, quam vulgatum illud *adduxerant.* MODIUS.

Herculi] Dubitatur tamen quisnam hic Hercules fuerit. nam plures numerabant (Cicero de Natura Deor. III, 16. & Arnob. lib. IV.) Petrus Faber facit Aegyptium Herculem. vide ipsum fuse Semestr. III, 4. LOCCENIUS. Vide & dies Geniales Alexand. II, 14. Plinius XI, 17. eam disputationem supervacuam esse credit, & parum religiosam. FREINSH. Multi Hercules, & in his si non duo, saltem unus Tyrius, Diod. l. XVII, 40. Βουλομένου βασιλέως τῷ Ἡρακλεῖ τῷ Τυρίῳ θῦσαι, *volente rege Herculi Tyrio sacrificare.* CELLAR.

Deo ipso] *Ab illo Deo ipsos* alii. MODIUS.

Genus ducere] Ab Hercule, non tamen Tyrio, nisi hic idem cum Argivo fuerit. Ceterum de stirpe Alexandri prolixe disputantem vide Reineccium in praefat. regni Macedonici. Cujus excerpta dedimus in comment. horum prolegomenis cap. 5. Dexippi fragmentum, editum inter Eusebiana Scaligeri, nihil habet magno promissoris hiatu dignum. Sed *ob hanc stirpem reges Macedonum, pro diademate, & corona, & purpura regia, pelle capitis leonini se ipsos coronant, & id coronam & ornatum arbitrantur: & argumento est nummus Macedonis Alexandri tali imagine insignitus.* ut scribit Constant. Porphyrog. lib. II. de Themat. FREINSH.

Templum Herculis extra urbem] Herculi extra muros sacrificabatur, quia fuit pene semper peregrinus. Vide Scalig. Poëtic. l. III. c. 25. & adde Plutarch. Quaest. Rom. 28. CELLAR.

In ea sede quam] Editio Coloniensis, *in eam sedem quam Paletron,* vide diligentiam ejusmodi typographorum. MODIUS. *In eam sedem,* ita retinui, sic enim & supra III, 5, 10. *in Ciliciam fore.* Vide Indicem, *in.* FREINSH.

Palaetyron vocant] Strabo l. XVI. μετὰ τὴν Τύρον ἡ πα-

Pag. 166.



Pag. 180.



ſacrum [1] *rite factūrum.* Non tenuit iram [2] Alexander, cujus [3] alioquin potens non erat. Itaque *vos quidem*, [4] inquit, *fiducia loci*, *quod inſulam incolitis*, *pedeſtrem hunc exercitum ſpernitis*, *ſed brevi oſtendam in continenti vos eſſe. proinde* [5] *ſciatis licet*, *aut intraturum me urbem*; *aut oppugnaturum.* Cum hoc reſponſo [6] dimiſſos monere [7] amici coeperunt, *ut regem*, *quem Syria*, *quem* [8] *Phoenice recepiſſet*, *ipſi quoque* [9] *urbem intrare paterentur.* At illi loco ſatis fiſi, obſidionem ferre [10] decreverunt. Namque urbem à continenti quatuor ſtadiorum fretum dividit, [11] Africo maxime [12] objectum, crebros ex alto fluctus in litus [13] evolvens. Nec accipiendo operi, quo Macedones continenti inſulam jungere parabant, quidquam magis, [14] quam ille ventus obſtabat. quippe vix [15] leni & tranquillo [16] mari moles agi poſſunt; Africus vero prima quaeque [17] congeſta pulſu inliſa mari ſubruit: nec ulla tam firma moles [18] eſt, quam non [19] exedant undae [20] per nexus ope-

(Margin: 5 at line 1; 6 at "dimiſ-"; 7 at "de-"; 8 at "Nec")

VARIANTES LECTIONES.

1 D. omittit *rite factūrum* ſed ſuppletur. 2 D. Pal. 1. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *Alexander.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. Ald. Baſ. *alioqui.* 4 P. omittit *inquit* Voſſ. 2. *inquit quidem.* 5 Mer. *ſciatis me licet.* 6 D. Bong. Fl. Leid. *demiſſos* Voſſ. 1. *demiſſis.* 7 D. Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *amici.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. *Phoenicae* Voſſ. 2. *Fenice* Col. Mer. Baſ. *Phoenix.* 9 Col. Baſ. Frob. omittunt *urbem.* 10 Pal. 1. Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *decreverant.* 11 Voſſ. 2. *Africus* Mer. *Aphrico* & ſic deinceps. 12 Voſſ. 2. *ejectum.* 13 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Lugd. Amſt. *evolvit.* 14 M. p. L. *quem.* 15 Pal. 1. *levi.* 16 Pal. 1. *maris.* 17 F. *comeſta.* 18 Voſſ. 2. omittit *eſt.* 19 Ald. Col. Baſ. Frob. *excidant* Mer. *excedant.* 20 Fl. Leid. Voſſ. Mer. Amſt. Lugd. *& per enixus* Bong. Col. *per enixus.*

ἡ παλαίτυρος ἐν τριάκοντα σταδίοις. poſt Tyrum eſt antiqua Tyrus, triginta ſtadiis diſtans. in Auſtrum Ptolemaida verſus. Primum enim in continenti fuerat urbs, poſt in inſulam, ut locum tutiorem, reducta. CELLAR.

Iram Alexander] MSS. illud *Alexander* non agnoſcunt, & deleri poterat ſane. MODIUS.

Alioquin] Vox Ciceronis aevo minus frequens, poſt aetatem Auguſti frequentius probatis auctoribus uſurpata, ut nos docuit Cl. Burmannus ad Quinctilian. Inſtit. l. 1. c. 1.

Fiducia loci] Thucyd. III, 14, 18. *Melios, cum eſſent inſulani, qui dicto audientes eſſe nollent, & militiae ſocietatem abnuerent, ſubigere volebant.* Flor. II, 3, 4. de Liguribus: *Tuti locis & fuga, durum atque velox genus, ex occaſione magis latrocinia, quam bella faciebat.* Vellej. II, 95, 2. de Rhetis & Vindelicis: *gentes locis tutiſſimas, aditu difficillimas perdomuerunt.* FREINSH.

In continenti vos eſſe] Et hoc egregie oſtendit, cum jacta ingenti mole operum in obſidione Tyri, ex inſula continentem fecit. unde & Ovid. Metamorph. XV, vſ. 287.

Fluctibus ambitae fuerant Antiſſa Pharoſque,
Et Phoeniſſa Tyros, quarum nunc inſula nulla eſt.

Lege quoque Pomponium Melam l. 1. c. 12. & Plinium V, 19. LOCCENIUS.

Urbem intrare] Quod alibi adimunt, alibi dant membranae; nam hic in impreſſis vox *urbem* nulla erat; paullo ante illud *amici* in ſcriptis deſiderabatur. MODIUS.

Africo maxime objectum] Africus ab occaſu hiberno erumpens ventus, *creber procellis*, ut poëta ait, hoc fretum maxime concitabat. CELLAR.

Evolvit] Editi *evolvens.* male. MODIUS.

Accipiendo] Forte *occipiendo.* leg. *auſpicando.* ſed ſic tamen infra c. 6, 8. *levi humo acceptante opus.* HEINSIUS.

Pulſu maris] Iterum editi *mari*, ſed hoc quoque tenue. MODIUS. Non video, quo ſpectet illud *pulſu*, aut unde factus ſit is pulſus. Itaque non dubito, quin pro *mari*, *maris* ſit ſcribendum, litteraque ex ſequentis vocis initio, quae male deleta eſt, repeti debeat. Et in emendationem hancce conſentit etiam Palatinus unus. SCHEFFER. Forte, *impulſu illiſi maris.* Sic c. 3, 6. *ventus mare illiſit in molem.* HEINSIUS.

Exedant undae per enixus] Gymnici editio, *excidant undae & per enixus*, haec bene, illud peſſime. Lugdunenſes; *quam non excidant undae per nexus* &c. ineptiſſime. Sigebergenſis: *quam non exedant undae, & per nixus*, ex quibus poſtremis duabus lectionibus ita ſcripſi, quemadmodum excudendum etiam curavi. MODIUS. De ceteris Modius bene. *Nexus* non erat penitus damnandum. Per hoc quis compages non intelligat, quae ſolvuntur aquis intermanantibus? ſed nec *enixus* ego contra damnem. Elegantem id quoque ſenſum parit. ACIDALIUS. *Nexus* habent editi, nec male. aquae enim, qua opera committebantur, meatus quaerebant, per quos enitebantur. *Enixus* eſt obſcurius, metaphora à parturientibus ſumta. RADERUS. Qui huic lectioni anteponunt, vel etiam componunt aliam, *per enixus operum*, potius delectantur inveniendis quibus paginas impleant, quam conſervata puritate textus. Ad minimum ad-

operum [1] manantes; & ubi acrior [2] flatus [3] exstitit, summi operis fastigio su-
9 perfusae. Praeter hanc difficultatem haud minor alia erat; muros turresque urbis praealtum mare ambiebat: non tormenta, nisi è navibus procul excussa, [4] emitti; non scalae moenibus adplicari poterant: praeceps in [5] salum murus pedestre [6] interceperat iter: naves nec habebat rex; &, si [7] admovisset, pendentes & instabiles

Variantes Lectiones.

1 Voss. 2. *manentes.* 2 Ald. *flatus* F. B. *fluctus.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. F. B. 1. 2. *existit.* 4 P. *omitti* Leid. Fl. Voss. 1. 2. Bong. *mitti.* 5 Pal. 1. *saltum.* 6 Leid. Voss. 1. *intercoep.* 7 Mer. *admonuisset.*

advertere debuerant, *enixus*, ut maxime ita legendum esset, aquae non tribui, sed operibus: *enixus operum*; quomodo si Curtium scripsisse putant, haud levem injuriam faciunt majoris elegantiae judiciique historico. *Nexus* autem *operum*, quid sint, praeter quod candidissime dictum sponte patet, ipse subinde explicat: mox IV, 2, 21. *nondum commissum opus.* & IV, 3, 6. clarissime: *crebrisque fluctibus compages operis verberatae se laxavere; saxaque interfluens* (an *interluens*) *unda medium opus rupit.* mox num. 9. *velut quodam nexu continens opus junxerant.* Paullo ante haec verba legerim: *Africus v. p. q. congesta pulsu inlisi maris obruit.* Certe *maris*, non *mari* habebat etiam Pal. 1. FREINSH.

Summi operis fastigio] Insuavis iteratio *operum*, & mox *operis.* Vide ne omittendum posterius, legendumque *summo fastigio.* ACIDALIUS. Nihil tamen temere mutandum in his talibus, nisi certior adsit ratio. Saepe enim vel incuria, vel etiam voluntate scriptorum, minima intercapedine vox iteratur. FREINSH.

Praealtum mare] Idem dicit Plinius V, 19. *Praealto*, inquit, *mari septingentis passibus divisa.* Sed quam erat altum? Curtius ὑπερβολικώτερον dixit *praealtum.* Arrianus II, 4, 3. non nisi tres ulnas, & quidem qua profundissimum est, altum affirmat, ut Vulcanius interpretatur. Verba Arriani sunt: τὰ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει, ἵνα τὸ βαθύτατον τοῦ διάπλους, τριῶν μάλιστα ὀργυιῶν τὸ βάθος. *Ubi urbem attingit, qua quidem profundissimus trajectus est, tres summum ulnas altum est.* Profecto exigua altitudo, in qua superanda, non fuisset septem mensibus Alexandro laborandum. Nec tamen Vulcanium ausim vocare in vitium, quod τὸ ὀργυιῶν male verterit: Favet illi Phavorinus, qui ὀργυιὰν ita exponit: Ὀργυιὰ τὸ ἐξηπλωμένου μέτρον τῶν χειρῶν, ἢ τὴν ἔκτασιν τῶν χειρῶν, σὺν. τῷ πλάτει στήθους. παρὰ τὸ ὀρέγειν καὶ ἐκτείνειν τὰ γυῖα, ὅ ἐστι τὰς χεῖρας. *Orgyia est mensura passarum manuum, sive distensio manuum una cum latitudine pectoris, à verbo* ὀρέγειν, *quod est extendere membra, seu manus.* Hoc, ut vides, nihil est aliud, quam ulna. Ulnam autem cubita quatuor continent, cubitum sesquipedem. *Praealtum mare*, cum non sit altius octodecim pedibus! nondum habes altum mare. Nec Hesychius à Phavorino abit, qui ὀργυιὰν ἔκτασιν ἀμφοτέρων χειρῶν, *distensionem ambarum manuum vocat.* Eustathius τρίπηχυ μέτρον, *trium cubitorum mensuram*, quae dimidio pede brevior est ulna. Idem tamen ἡ εἰς πλάτος ἔκτασις ἀμφοῖν χειροῖν, *ambarum manuum in latum extensio.* Herodotus sex pedum facit ὀργυιὰν: ita octodecim erit pedum altitudo maris. Nihil hactenus nimis. Plinius V, 4. ex Theophrasto orgyiam decempeda metitur. Ita fierent tres orgyiae, triginta pedes, tolerabili altitudine maris. *Maxima*, (cedrus, verba sunt Plinii XVI, 40.) *ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii succisa, centum triginta pedum longitudinis, crassitudinis vero ad trium hominum complexum.* Accipiamus ergo hic, mare altum fuisse triginta pedes, ut Curtius speciem veri obtineat, qui praealtum mare ait fuisse ad muros. Nam Plinius semper orgyiam interpretatur decempedam, nisi vitium in Plinio est, ut doctissimus Herwartus censet. RADERUS. Ὀργυιὰ quid sit vide apud Salmasium in Solin. 1234. E. 2.

Ambiebat] Ubi hic Acidalii, Modii, Glareani, Erasmi, aliique Criticae dictatores? dicendumne *ambiebat*, an *ambibat*? Verbum est testibus Prisciano & Grammaticis ab *Eo.* & sequitur simplex, praeter extremam inflexionem, *ambitum*, & partic. *ambitus*, ad discrimen *ambitus*, cum nomen est. *ambibat* ergo dicendum est, ut *adibat, redibat* & reliqua. Ovid. l. V. Met. vs. 361.

Ambibat Siculae cautus fundamina terrae.

& l. I. Met. vs. 37.

Jussit & ambitae circumdare litora terrae.

utrumque reor usurpatum. nec mirum si à reliquis ab *Eo* compositis desciscat. cum etiam in praesenti hoc illi sic singulare, ut *e* mutet in *i*, reliquis omnibus retinentibus, ut *redeo, adeo. Ambio* tantum, non *ambeo* dicitur, ut in imperfecto sequatur quartum, quemadmodum sequitur in praesenti. Pauca hactenus in *ibam* observavi: saepius audies *ambiebam.* utrum rectius haud scio, Prisciani tribunalia pronuncient. RADERUS.

Non tormenta &c.] Vera lectio; *non tormento, nisi è navibus procul, excussa mitti.* ubi τὸ *mitti* jam occupavit Modius, quippe scriptorum est. infra: *quum tormento asseres promovissent.* l. VII. *Tormenta saluti fuere, quibus in confertos, & temere se offerentes haud frustra excussa sunt tela.* l. VIII. *& turres admovebantur, & excussa tormentis tela emicabant.* Eodemque *excussas tormentis praegraves hastas.* Simili mendo Livium l. XXIV. liberavimus. GRONOV. l. II. observ. c. 8. *Par-*

biles missilibus arceri poterant. Inter quae [1] parva [2] dictu res Tyriorum fiduciam accendit. [3] Carthaginensium legati ad celebrandum [4] anniversarium sacrum more patrio tunc venerant: quippe Carthaginem Tyrii condiderunt, semper parentum loco culti. Hortari ergo Poeni coeperunt, *ut obsidionem forti animo paterentur; brevi Carthagine auxilia ventura.* namque ea tempestate magna ex parte Punicis classibus [5] maria obsidebantur. Igitur bello decreto, per muros turresque tormenta disponunt: arma junioribus dividunt: [6] opificesque, quorum copia urbs [7] abundabat, in officinas distribuunt. Omnia belli adparatu strepunt: ferreae quoque manus ([8] *Harpagonas* vocant) [9] quas operibus hostium [10] injicerent, [1] cor- 10 11 12

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulg. *haud parva* Pal. 1. *aut parv.* 2 M. p. L. *dicto.* 3 D. Cl. P. F. Fl. B. 2. Frob. *Carthaginiens.* Leid. Voss. 1. *Chartaginens.* 4 Voss. 1. Lugd. Amst. *sacr. ann.* 5 M. p. L. *mori.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. omittunt *que.* 7 Pal. 1. *habund.* 8 C. v. L. Voss. 1. 2. Bong. *arpag.* 9 Pal. 1. *quos.* 10 Voss. 1. Bong. *inicerent.*

Parva dictu res] Alii cum negatione; *haud parva*, quam, cum bene omnia considero, puto ab alio intrusam. quamquam enim pro illa quaedam etiam dici possint, tamen hoc me movet, quod ita solent historici adnotare, quando aliqua res non maximi momenti, caussam praebet magnis eventibus. Et sane *parva dictu res* erat, Carthaginensium legati, qui non aliam ob caussam, quam celebrando annuo sacro missi erant, ut ob eorum pollicita, tam gravem obsidionem sustinendam esse arbitrarentur Tyrii. Quid enim aut ad praesens opis in illis erat; & quod à Carthaginensibus ob consanguinitatis memoriam sperabatur, nonne à quibusvis Tyriorum legatis peti poterat? His rationibus cum accederent etiam codd. nonnulli, inter quos est & ille Danielis, haud postremae auctoritatis, expungendum omnino τὸ *haud*, ut insititium credidi. Sic apud Livium XXVII, 17, 7. *Fabium Tarentum obsidentem leve dictu momentum ad rem ingentem potiundam adjuvit.* & XXX, 34, 2. *dictu parva, sed magni eadem in re gerenda momenti res.* Idem XXVII, 11, 1. *adeo ex parvis saepe magnarum momenta rerum pendent.* & XXV, 18, 3. *restituit his animos, & illis minuit audaciam, parva una res* &c. Adde Thucydid. II, 3, 6. FREINSH.

Anniversarium sacrum] Ad Astartes sive Uraniae sacra, quae Dido Phoenissa secum Tyro Byrsam avexerit, aut ad Tyriorum similitudinem Carthagine à se condita sanciverit atque dedicarit; locum hunc eximium referendum censeo. Quamquam si de sacris Herculis (de quibus hujus capitis initio à nobis actum est) Curtii verba malit aliquis accipere, non repugnabo. FABER semestr. III, 2. cujus posteriorem sententiam amplector. FREINSH. Polyb. Excerpt. legat. c. 114. vocat ναῦν ἱεραγωγὸν, *sacra gestantem*, qua εἰς τὴν Τύρον ἐκπέμπουσι οἱ Καρχηδόνιοι τὰς πατρίους ἀπαρχὰς τοῖς θεοῖς. CELLAR.

Tyrii condiderunt] Hinc & noster infra *Tyrum* eleganter vocat, *majorem patriam Carthaginensium*, & Diodorus Tyrios ἀπογόνους τῶν Καρχηδονίων. Orosius l. III. 16. *Carthaginenses cognatos Tyriorum.* Virg. IV. Aen. *Tyriam Carthaginem.* LOCCENIUS. Omnes idem alii scriptores clamant; testes interpretes ad Virgil. l. I. Aen. vs. 16.

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,
Carthago.

his adde J. Schaligerum in appendice de emendatione temporum. RADERUS.

Parentum loco culti] Carthago Tyriorum colonia conditricem civitatem parentis loco coluit, ut Ilienses, sive Trojanos Romani apud Justin. l. XXXI. c. 8. CELLAR.

Poeni] Quasi *Phoeni*, à Phoenicibus, ut Servio placet: est & adjective sumtum apud Virgilium, Statium & alios, ut *Poenus ager, Poenus leo.* hinc bellum Poenicum, & *Punicum*, ut moenire, & munire, sicut à poena punire. RADERUS.

Maria obsidebantur] Non de nihilo esse videtur, quod scripti libri in hanc, quam dicam, lectionem consentiunt. *Namque ea tempestate magna ex parte Punicis classibus majora obsidebantur.* non de nihilo inquam, sed quod praeterea dicam, non habeo. MODIUS.

Tormenta disponunt] Machinas, quibus majora tela excutiebantur, ut balistae, ac similes. Liv. l. XXXI. c. 17. *Abydeni tormentis per muros dispositis non terra modo adeuntes aditu arcebant, sed navium quoque stationem infestam hosti faciebant.* CELLAR.

Opifices] Quorum gloria antiquitus praecelluisse Tyrum, vel constructio templi Hierosol. abunde probet. Vide Reg. III, 5. Sic & coloni eorum Carthaginenses à Romanis obsessi, cum arma tradidissent, pauculos intra dies nova fabricaverunt. Flor. II, 15, 10. & inprimis Appianus in Libycis. FREINSH.

Harpagonas] Liv. l. XXX. c. 10. *Asseres ferreo unco praefixo (harpagonas vocat miles) ex Punicis navibus injici in Romanas coepti, quos cum neque ipsos, neque catenas, quibus suspensi injiciebantur, incidere possent* &c. Usus erat in attrahendis retinendisque navibus, ut in hostiles naves transcendi posset. Caes.

Y civ.

13 [1] corvique, & alia tuendis urbibus excogitata, praeparabantur. Sed quum fornacibus ferrum, quod excudi oportebat, impositum esset, admotisque follibus ignem flatu [2] accenderent; *sanguinis rivi sub ipsis flammis exstitisse* dicuntur: id-
14 que omen in Macedonum metum [3] verterunt [4] Tyrii. Apud Macedonas quoque, quum forte panem quidam militum [5] frangeret, manantis sanguinis guttas notaverunt. territoque rege, Aristander [6] peritissimus vatum [7] respondit; *si extrinsecus cruor fluxisset*, [8] *Macedonibus id triste* [9] *futurum*: *contra*, [10] *quum ab interiore*
15 *parte* [11] *manaverit*, *urbi*, *quam obsidere* [12] *destinassent*, [13] *exitium portendere*. Alexander, quum & classem procul haberet, & longam obsidionem magno sibi ad cetera impedimento videret fore; caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, mi-

VARIANTES LECTIONES.

1 Ald. *corvi &*. 2 Voss. 2. *accenderint*. 3 M. p. L. *verterant*. 4 Voss. 2. *Thirii* Ald. *Tyri*. 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. *frangerent*. 6 Voss. 2. *peritus*. 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *respondit*. 8 Voss. 2. *manibus*. 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. *futurum ait*. 10 D. *cum ex* Lugd. Amst. omitt. *ab*. 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. *manaverat*. 12 Voss. 2. *destinasset*. 13 Bas. *exitum*.

civ. B. l. 1. c. 58. & pugna similis pedestri fieri, Liv. l. xxxvi. c. 44. & quasi in solido decerni, Flor. l. ii. c. 2, 8. Erat & alius usus, ut hostilem navem in sublime erigerent, rursumque demissam in fluctus praecipitarent, Dio Cass. l. lxxiv. sive Xiphilin. in Severo Byzantium oppugnante. *ἁρπάγας τε ἕτεροι ἔχουσαι, καὶ καθίεντο ἐξαπιναίως καὶ ἀνέσπων διὰ βραχέως*, *inerant nonnullis hisce*, machinis, *harpagones*, *quas & demittebant subito*, *& rapta celeriter sursum trahebant*. Adde Schefferum de milit. Nav. l. ii. c. 7. CELLAR.

Corvique] Corvi quid sint, Polyb. l. 1. refert; cujus verba, quia mirifice hunc Curtii locum illustrant, placet, sicut è Graeco versa sunt, hic adscribere: *Lignea*, inquit, *columna proris inerat longitudinis quatuor ulnarum, latitudinis palmarum trium; in ejus apice rotam constituerant. Huic praeterea tabulae inhaerentes scalas conficiebant, quarum latitudo erat pedes quatuor, longitudo sex ulnae, foramen autem tabulae erat oblongum, & circumambibat columnam post primas statim scalae duas ulnas. Habebat autem velut sepem ad utrumque oblongum latus, genu tenus altam. In ligni extremo ferrum erat instar mallei peracutum. Praeterea annulus funi alligatus, ita ut haec machina machinis frumentariis simillima videretur. Igitur simul ac navis hostium adventabat, laxato fune scalae demittebantur, ferrum pondere, ac vi ligni super hostium navem delapsum figebatur: si adversa prora erat, bini milites per scalas descendebant: duo primi praeferentes scuta, reliqui latera scutis protecti: si vero obliqua erat hostium navis, in eam ex tota pariter navi desiliebant.* Corvorum etiam meminit Vitruv. l. x. c. 19. POPMA. *Corvique*, diversa corvorum genera, hic instrumentum significatur, quod ad lacerandas, attrahendasque naves tormento excutiebatur, à corvini rostri similitudine *corvus* appellatum. CELLAR.

Frangerent] Editi *frangeret*, & verius fortasse, nil tamen refert, utrum uni, an pluribus id acciderit. MODIUS.

Territoque rege] Ita totum locum scribo, & qui aliter statuunt, nihil statuunt. IDEM.

Aristander] Hic Tertulliano est Aristodemus, vel Aristophon lib. de anima. LOCCENIUS. Telmessensis, Arrian. l. ii. Telmessi autem, Lyciae maritima urbe, ars divinandi & prodigiorum interpretatio inprimis colebatur. Herodot. l. 1. c. 78. Suidas in *τελμισσεῖς*. CELLAR. Quibus adde Ciceron. l. 1. de divinatione. Idem hic apud Artemidorum Ὀνειροκρ. λγ. dicitur *τὰς πλείστας καὶ ἀρίστας ὑποθήκας ὑποθέμενος*, nam & hic Telmessius dicitur Plutarcho, consultus à Philippo super somnium concepti Alexandri.

Extrinsecus] *Q. Sertorius, cum equitum scuta extrinsecus, equorumque pectora cruenta subito prodigio apparuissent; victoriam portendi interpretatus est: quoniam illae partes solerent hostili cruore respergi.* Frontin. 1, 12, 4. FREINSH.

Classem] Glareanus docet hoc loco contraria scribi à Curtio & Diodoro. ego secus autumo, fallique ajo Glareanum, quando scribit Diodorum statim initio oppugnationis affirmare, Tyrios quamquam classem lxxx. triremium haberent, tamen in urbem compulsos ab Alexandri classe, quae & operarios in aggere tutos reddiderit à Tyriorum eruptione, Curtium vero negare, initio oppugnationis Alexandro ullam fuisse in promptu classem. Sed nego ego à Diodoro tradi, statim initio oppugnationis Alexandrum habuisse classem. nihil enim ibi de classe Diodorus, sed tantum de aggere jacto, & jam absoluto meminit, ac tum demum Tyrios senes, & pueros, cum imbelli mulierum turba, Carthaginem devehere conatos, & vero partem devenisse: alteram demum partem à classe Alexandri interim comparata, deprehensam, & retro in urbem repulsam. RADERUS.

Con-

misit: quos Tyrii contra jus gentium occisos praecipitaverunt in altum. atque ille
suorum [1] tam indigna [2] nece commotus, urbem obsidere statuit. Sed ante ja- 16
cienda moles erat, quae [3] urbem continenti committeret. Ingens ergo animos
militum [4] desperatio incessit, [5] cernentium *profundum mare, quod vix divina ope
posset impleri: quae saxa tam vasta, quas tam proceras arbores posse reperiri?* [6] *ex-
hauriendas esse regiones, ut illud spatium* [7] *aggeraretur.* [8] *& exaestuare semper fre-
tum, quoque artius volutetur inter insulam & continentem, hoc acrius* [9] *furere.* At 17
ille haudquaquam rudis [10] tractandi militares animos, *speciem sibi Herculis* [11] *in
somno oblatam esse* pronuntiat, *dextram porrigentis: illo duce, illo aperiente in urbem*
[12] *intrare se visum.* Inter haec, *caduceatores interfectos, gentium* [13] *jura violata,* re-
ferebat: *unam esse urbem, quae cursum victoris morari ausa esset.* Ducibus deinde 18
negotium datur, *ut suos quisque castiget:* satisque omnibus [14] stimulatis, opus or-
sus est. Magna vis saxorum ad manum erat, Tyro vetere [15] praebente: mate-
ries

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. omittit *tam* Fl. Leid. Ald. Col. Bas. Mer. *jam ind.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. *morte.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *cont. urb.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. *disp.* B. 1. *disper. incenssit* superscripto *e.* P. *incendit desp.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. *cernentibus.* 6 P. *& haur.* Leid. *exauriend.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *exagg.* 8 Voss. 2. P. Mer. *& aestuare* B. 2. F. Fl. Leid. Voss. 1. *exaest.* B. 1. *aestuare.* 9 Voss. 2. *fluere.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. P. 1. *pertract.* 11 D. P. *in somnio.* 12 D. omittit *intrare &c.* usque ad verba *quae cursum*, supplentur tamen ad marginem ab eadem manu. 13 Amst. Lugd. & alii *jure violato* Voss. 2. *violatum jus gentium.* 14 Pal. 1. *famulatis.* 15 Lugd. Amst. aliique omittunt *praebente.*

Contra jus gentium occisos] De hujusmodi juris humani temeratoribus, eorumque poena late Paschal. in Legato cap. 26. Alb. Gentil. de legation. 11, 14. & Henricus Salmuth. in notis ad Pancirolli res deperditas, ubi de legatis agitur. Ceterum (verba sunt haec Raderi) nihil est, quod moveare Glareani suspicione, arbitrantis hanc de legatis occisis historiam esse falsam, quod Diodorus & Justinus illam praeterierint: quasi Justinus & Diodorus non alia multa transmiserint silentio, quae Arrianus & Curtius narrant. Quid si haec, & alia habuere Callisthenes, Duris, Ptolemaeus, Aristobulus, & innumeri alii nobis invisi, Curtio olim forte lecti? Multa Aelianus, Polyaenus, Plinius adferunt aliis praeterita. RADERUS.

Atque ille] Legendum est *itaque.* facilis est & in pronuntiando & in legendo error, ut pro *atque* capiamus *itaque*, & vice versa; nec desunt aliorum scriptorum loca, ubi librariorum incuria *atque* & *itaque* sunt commutata inter se. HEUMANN. In Parerg. Crit. p. 61.

Jam indigna] *Tam indigna*, vulgo, & certe rectius. MODIUS.

Desperatio incessit] Excusi, *ingens ergo animos militum desperatio incessit cernentium &c.* scripti; *ingens ergo animis militum desperatio incessit cernentibus.* unde facile apparuit, interpolatum locum, & illud sive *cernentium*, sive *cernentibus* à prodige liberalibus istis librariis esse. sexcenties illo modo loquitur Curtius. MODIUS.

Posse reperiri] Subaudi *dicebant*, sive querebantur. Obliqua oratio. CELLAR.

Aggeraretur] Manu exarati codices *exaggeraretur.* age sane uti lubet. MODIUS.

Speciem Herculis] Scitum mehercule somnium de Hercule, sive finxit Alexander, sive somniavit, sed multo etiam scitius in hanc rem apud Plutarch., sive & ipsum verum, seu à Graeculis excogitatum. quod libentur huc transfero, in vita Alex. Σάτυρος αὐτῷ φανεὶς ἐδόκει προσπαίζειν πόρρωθεν. εἶτα βουλομένου λαβεῖν ὑπεξέφυγεν. τέλος δὲ πολλὰ λιπαρήσαντος, καὶ περιδραμόντος, ἦλθεν εἰς χεῖρας. οἱ δὲ μάντεις τοὔνομα διαιροῦντες οὐκ ἀπιθάνως ἔφασαν αὐτῷ: Σὴ γενήσεται Τύρος. ubi sincera vix sunt auctoris extrema haec verba, quae glossam omnino sapiunt. Nam ille indubie vocem ipsam divisit tantum, & scripsit Σὰ Τύρος. Nec aliter respondisse verisimile est vates sive conjectores, & interpretationis & narrationis adeo gratia omnis perit, si quid insuper addatur. ACIDALIUS. In artibus regendae, terrendae multitudinis, haud infima fuit religionis simulatio, sicut Egeriae Nymphae congressus Numa jactabat. Liv. l. 1. c. 19. & cervam albam, quae numine inflaretur, Sertorius alebat Gell. l. xv. c. 22. CELLAR.

Illo duce, illo aperiente] Forte, *illo duce iter aperiente.* HEINSIUS.

Gentium jure violato] Impressi, *gentium jura violata* non displicet. MODIUS.

Tyro vetere] Optime videor mihi constituisse hunc locum: nisi forte aliter censent docti. Lugdunenses ita habebant: *Tyro vetere praebente, materies ex Libano monte ratibus & turribus* &c. Sigebergensis codex scriptus hoc modo: *magna vis*

 saxo-

19 ries ex Libano monte ratibus & turribus faciendis [1] vehebatur. [2] Jamque à fundo maris in altitudinem [3] montis opus [4] excreverat, nondum tamen aquae fastigium [5] aequabat; [6] &, quo longius moles agebatur à litore, hoc magis
20 quidquid ingerebatur praealtum [7] absorbebat mare: quum Tyrii parvis navigiis admotis, per ludibrium exprobrabant, *illos armis inclitos*, *dorso sicut jumenta onera* [8] *gestare*: interrogabant [9] etiam, *num major Neptuno* [10] *esset Alexan-*
21 *der?* haec ipsa insectatio alacritatem militum accendit. Jamque [11] paullulum moles [12] aquam [13] eminebat, & simul aggeris latitudo crescebat, [14] urbique [15] admovebatur; [16] quum Tyrii [17] magnitudine molis, cujus incrementum eos [18] ante fefellerat, conspecta, levibus navigiis nondum commissum opus circumire coeperunt:

Variantes Lectiones.

1 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *advehebatur.* 2 Pal. 1. *eamque à f.* Col. Frob. *jamque fundo.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *modicam.* 4 Fl. Leid. Voss. 2. D. *creverat.* 5 Pal. 1. *aequabatur.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Bong. Mer. omittunt *& quo &c.* usque ad verba *quum Tyrii*, sed eadem inserunt post *ab opere converterant.* 7 B. 2. *absordebat* Pal. 1. omitt. *praealtum mare.* 8 Pal. 1. *portare.* 9 Voss. 2. omittit *etiam.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *Alex. esset.* 11 Fl. Leid. omittunt *paull.* 12 D. *aqua* correctum à manu diversa *aquam* Fl. Leid. Voss. 1. B. 1. 2. *aqua* P. F. Mer. *aquae.* 13 B. 1. *imminebat* Voss. 2. *eminebant.* 14 P. *ubique.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. *admovebantur.* 16 Ald. Col. Mer. Frob. Bas. *tum Tyrii.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *magnitudinem.* 18 Fl. Leid. Bong. *antea.*

saxorum ad manum erat Tyro vetere praebet ei materies ex Libano. Coloniensis vero sic: *ad manum erat Tyro vetere jam olim, materies ex Libano monte arcibus & turribus.* Cum igitur *praebente* illud in altero scripto mutaverit in *praebet ei*, in altero *in jam olim:* quod posterius procul dubio, nisi placeat legere, *magna vis saxorum ad manum erat, olim Tyro*, quod aequivalet *Tyro vetere*, glossam esse vocis *vetere* non male suspicamur, existimavi, capital me non esse facturum, si hinc vocem non necessariam ejicerem. MODIUS.

Ratibus] Verius meo animo quam *cratibus*, tametsi & hae possent habere locum in obsidionibus. infra tamen v, 3, 6. dixit *cratibus ac pluteis.* sed hic mare cogita. Poterat & cratibus esse locus, ad muniendum vel turres vel aggeres, struendis vel firmandis. Sed retineo *rates*, quibus opus. RADERUS. Forte, *cratibus.* HEINSIUS.

In altitudinem modicam] Vulgo *in altitudinem montis*, quod ad scripturam, minus recte. quod ad rem, falso. MODIUS. *In altitudinem montis*, hoc retinui, quia valde augebat rem, quod hic egit Curtius. respondet enim ei, quod dixit supra IV, 2, 9. & mox hac ipsa periodo; *praealtum mare.* non ad hunc sensum editiones aliae, *in altitud. modicam.* FREINSH. Hyperbole, ut in his sollemne est Curtio, nam supra num. 9. hujus cap. ex Arriani l. II. diximus, vix tres orgyias profundum mare fuisse, hoc est duodeviginti pedes. CELLAR. Modii lectio praeferenda videtur, nam etiamsi supra praealtum dixerit mare, non hic usque adeo extollere progressum operis videtur. praesertim cum MSS. omnes nostri rationi consentiant.

Nondum tamen aquae fastigium aequabat] Fastigium scilicet operis. Sed quae haec constructio, fastigium operis aequabat aquae? non enim *τὸ fastigium ἀπὸ κοινοῦ* intelligi hic potest, cum fastigium aquae, pro aqua summa, vel suprema aquae superficie haud commode dicatur. Itaque praefero, quod in alio legitur libro *aequabatur.* Ordo: nondum fastigium operis aequabatur aquae, id est aequale fiebat. SCHEFFER.

Et quo longius moles agebatur à litore, hoc magis quidquid ingerebatur, praealtum absorbebat mare] Haec omnia in scriptis codicibus loco mota, legebantur mox post illa; *ad curam semet ipsos tuendi ab opere converterant.* Verum nisi judicans fallor, male. MODIUS.

Aquam eminebat] Nusquam cum accusandi casu legitur *eminere*, nisi hic, qui locus dubius est. Junius extra ordinem versus habet *aquae*, sed nec cum Dativo, nec cum Accusativo legi. RADERUS. Accidit vi praepositionis *e*, quae pro *extra* ponitur, quod annotant passim Grammatici, ut plane idem sit, quod noster dixit lib. v. c. 1, 28. *appositae crepidinis fastigium excessit.* etsi in hoc verbo minus rara, licet eadem, sit constructio. Vide Sanctii Minerv. l. III. c. 3.

Et simul aggeris latitudo crescebat, urbique admovebatur] MSS. alii, *ubique*, alii, *admovebantur:* nihil quidem juvantes, sed indicio quod jam olim hic haesitatum. Etenim, si recte inspicias, nec *moles*, nec *agger*, nec *latitudo* satis commode subaudiri potest in verbo *admovebatur.* Si Curtii elegantiam noris, non dubitabis, scriptum ab eo fuisse, *urbsque admovebatur.* Nam ea, quibus nos appropinquamus, aut admovemur, sic nobis admoveri dicuntur. Sic Plinius, lib. XII. *arbore sulcamus maria, terrasque admovemus.* Statius in via Domitiana: *& aestuantes septem montibus admovere Baias.* Ubi plura hujusmodi attulimus. *Urbs ad-*

runt: [1] missilibus [2] eos quoque, qui pro opere stabant, [3] incessere. Multis er- 22
go impune vulneratis, [4] quum & removere, & [5] adpellere scaphas in expedito
[6] esset; ad curam semet ipsos tuendi ab opere [7] converterant. Igitur [8] rex 23
munientibus coria velaque jussit *obtendi*, *ut* [9] *extra teli* [10] *ictum essent*: duasque tur-
res ex capite molis erexit, è quibus in subeuntes scaphas tela ingeri possent. Con- 24
tra

Variantes Lectiones.

1 Leid. Voss. 1. *milibus.* 2 F. *quoque eos.* 3 Pal. 1. *invasere* Col. *incessêre.* 4 B. 1. *& cum.* 5 B. 1. *appellare.* 6 Vulg. *non esset.* 7 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *converterunt. & quo long.* inserunt verba omissa supra. 8 Vulgo *ex jumentis* Pal. 1. Voss. 2. *ex eminentibus* Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. *ex munientibus* B. *ex muneribus.* 9 P. omittit *ut extra teli* Voss. 1. *teri.* 10 Vulg. *jactum* D. *jam tum* correctum a manu diversa *jactum.*

admovebatur, est, continenti & castris propinquior fiebat. GRONOVIUS.

Igitur munientibus coria velaque] Sic partim editos, partim non editos sequendo, scribo. in his enim erat: *igitur munientibus coria velaque jussit obtendi, ut extra teli jactum essent: duasque turres ex capite montis erexit, è quibus in subeuntes scaphis tela ingeri possent.* In illis vero: *igitur ex jumentis coria velaque jussit obtendi, ut extra teli jactum essent; duasque turres ex capite molis erexit, è quibus in subeuntes scaphas &c.* nempe ad vocem coria adscripserat nescio qui, *ex jumentis*, credo, ne forte nos ea hominibus detracta putaremus. Id post propter affinitatem literarum, ejecta vera scriptura, irrepsit in contextum. Reliqua monitione nihil egent. MODIUS. *Rex munientibus*, Gronovius in litteris ad Berneggerum. MS. alter *ex munientibus.* alter, *ex eminentibus.* Scribendum, *Igitur rex munientibus.* Quam emendationem, ut nec dubiam, recepimus. FREINSH.

Coria velaque] Vide Arrian. l. IV, 4, 6. Lipsium Poliorc. l. V. Dial. 9. unde sua descripsit Raderus. Citat autem Lipsius & locum Diodor. XVII, 45. *Πρὸς δὲ τούτοις βύρσας καὶ διπλᾶς διφθέρας πεφυκωμένας καταῤῥάπτοντες, εἰς ταύτας ἀπεδέχοντο τὰς ἀπὸ τῶν πετροβόλων πληγάς*, quem locum olim suspectum mihi reddidit interpres, reddendo: *Ad haec coria pellesque duplicatas, & fuco oblitas, consuunt. His ballistarum ictus excipiunt.* Non enim reperiebam, quid iste fucus ad excipienda tela profuerit obsessis. Advertebam igitur, in textu vitium esse, & non *πεφυκωμένας* scribi debere, sed *πεφυραμένας*. idque & Berneggerus, socer meus, ratum habuit. Confirmabam enim correctionem meam loco Josephi de B. J. III, 7. ubi simili commento usus est adversus ignita tela. Quippe *sudibus fixis per eos boum coria recentia extendi praecepit, quae emissos tormentis lapides sinuata susciperent, quibusque repulsa tela cetera dilaberentur, & ignis humore languesceret.* Quod addendum est locis à Lipsio citatis. Eamque machinam *pluteum* appellant Verr. Flacc. & Isidor. *Plutei, crates corio crudo intentae, quae in opere faciundo hosti objiciuntur.* idque inventum ad ignem extinguendum pertinuisse. At verbum *φυράω* egregie id significat. Praeter alia exempla, quae in promptu sunt, unicum, quod hanc etiam correctionem mihi suggessit, adferam, illud nobile apud Sueton. Tib. 57, 1. *Saeva ac lenta natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus Gadareus rhetoricae praeceptor & perspexisse primus & assimilasse aptissime visus est: subinde in objurgando appellans eum πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, lutum sanguine maceratum.* apud Vitruvium tamen l. x, 20. lego: *recentibus, percrudis coriis duplicibus consutis, farctis, alga, aut paleis in aceto maceratis tegi machinas.* Unde defendi & exponi *τὸ πεφυκωμένας* possit. Ceterum adversus telorum vim aliud quoque commentum exponit Caesar de Bell. civ. II, 9. *Storias ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris, latas quatuor pedes fecerunt, easque ex tribus partibus, quae ad hostes vergebant, eminentibus trabibus circa turrem, praependentes religaverunt: quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti nullo telo, neque tormento trajici posse.* De cratibus, vineis &c. vide Lipsium Poliorc. l. I. Dial. 7. FREINSH.

Extra teli ictum] Sic vere Lipsius Poliorc. V, 9. cujus scripturam confirmat Acidalius, cujus verba subdimus: Nescio an temere discriminanda in genere isto locutionis, *ictus* & *jactus teli.* Differre merito videantur: ac vereor, ne saepe loco alterius alterum legamus. Etenim vis eorum diversa nonnihil, si penitius introspiciamus. Extra teli jactum est, quo pertingere jacta tela nequeunt. extra ictum, quo perveniunt, sed sine noxa, prohibito allapsu aut tactu. Quod si admittitur, hic nempe legendum potius *ictum.* Neque enim aberant hi tam procul, ut jaci in eos tela non possent: ictui saltem eorum obnoxii non erant, coriis velisque obtentis. Quae eadem ratio infra V, 3, 7. *Caesaque materies cratibus & pluteis faciendis, ut qui turres admoverent, extra teli jactum essent.* Contra mox IV, 3, 8. *Latitudinem quoque aggeri adjecit, ut turres in medio excitatae procul teli ictu abessent.* Sic enim editio Modiana exhibet, ubi vulgares haud dubie melius *jactu.* Sensus enim ille: adjectam aggeri latitudinem tantam, ut excitatae in medio turres ab extremo aggeris abessent teli jactu, id est, spatio tanto, quo jacta tela pertingere non possent. hactenus ACIDALIUS. Confer Adagia Schotti & Erasmi. FREINSH.

Ex capite molis] Ex extremitate. *Caput* enim quod-

tra Tyrii navigia procul à conſpectu hoſtium litori [1] adpellunt, expoſitiſque militibus, eos, qui ſaxa geſtabant, obtruncant. In Libano quoque Arabum agreſtes incompoſitos Macedonas [2] adgreſſi, triginta fere interficiunt, paucioribus captis.

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *apponunt.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. *adhorti* Voſſ. 2. Bong. Lugd. Amſt. *adorti.*

quodcumque extremum dicitur metaphorice. ut l. XI. c. 7. CELLAR.
tignorum Caeſ. B. C. l. II. c. 9. *loramentorum* Juſtin.

CAPUT III.

Dubiis belli eventibus Tyri obſidio nobilitatur.

1 Ea res Alexandrum dividere copias coëgit: & ne ſegniter adſidere uni urbi videretur, operi [1] Perdiccam [2] Craterumque [3] praefecit; ipſe cum expedita
2 manu Arabiam petiit. Inter haec Tyrii navem magnitudine eximia, ſaxis [4] arenaque à puppi oneratam, ita ut multum prora emineret, bitumine ac [5] ſulphure inlitam remis concitaverunt; & quum magnam vim venti vela quoque concepiſ-
3 ſent, celeriter ad molem ſucceſſit: [6] tunc prora ejus [7] accenſa, remiges [8] deſilire in ſcaphas, quae ad hoc ipſum praeparatae ſequebantur. navis autem igne concepto latius fundere incendium coepit: quod, priuſquam poſſet occurri, tur-
4 res & cetera opera in capite molis poſita [9] comprehendit. [10] At qui [11] deſilierant in parva navigia, faces, & quidquid alendo igni aptum erat, in eadem opera ingerunt. Jamque non modo Macedonum turres, ſed etiam ſumma tabulata conceperant ignem: [12] quum ii, qui in turribus erant, partim haurirentur in-
5 cendio; partim armis omiſſis, in mare [13] ſemet ipſi immitterent. At Tyrii, qui

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. *Perdican* Col. *Perdicam.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Baſ. Mer. Frob. Col. Lugd. Amſt. *Crateronque.* 3 Pal. 1. *perfecit.* 4 Leid. Voſſ. 1. Mer. *harenaque puppi* Ald. Frob. Col. Lugd. Amſt. *harena à puppi.* 5 Voſſ. 2. *ſulfure* Voſſ. 1. *ſulphurae.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *tum.* 7 Pal. 1. *ſuccenſa.* 8 Leid. Voſſ. 1. 2. P. B. 2. Lugd. Amſt. *deſiluere* F. *diſſiluere.* 9 Fl. B. 2. *conprendit.* 10 Bong. *at hi qui* Voſſ. 1. *ad qui.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. P. F. B. 2. Lugd. Amſt. *deſiluerant.* 12 Fl. Voſſ. 1. 2. *hii* Mer. *hi.* 13 Pal. 1. *ſemet ipſos.*

Ea res] Haec periodus utique conjungi debebat anterioribus, ut novum caput hinc inciperet; *Inter haec Tyrii.* ſed ob vitandam confuſionem & perturbationem, quae ex hujuſcemodi mutationibus naſci ſolet, diviſionem ſolitam reliquimus. FREINSH.

Perdiccam Craterumque] Polyaen. IV, 3, 4, Parmenionem in obſidione hac relictum ait. RADERUS. *Interim & aliud agi poſſe ratus*, ut in negotio ſimili loquitur Livius XXXI, 46, 11. FREINSH.

Alendo igni erat] Impreſſi, *quidquid alendo igni aptum erat*, inepte, mehercule. Sed ſic ſolent illi, neſcio quid ſupra injicere memini in re, imo voce ſimili; quoque loco eſt, *ut cujuſque animis aptum erat* ſuaſiſſe, legamus *ut cujuſque animus erat*, nec me adhuc hujus ſuaſionis poenitere debet, praeſertim, ſi qui erunt, ſi qui, quibus ea perſuadebitur, hujus etiam loci collatione. MODIUS. *Aptum* inepte adjectum, quod merito rejecit Modius, redundat enim, ut, non ſum ferendo oneri &c. RADERUS. *Alendo igni aptum*, Modius expungit *aptum*, cum ſufficiant ſenſui reliquae voces; & reperit qui conſentiant. Sed Acidalii judicium placet, quod mox n. 6. ſuo loco adſcriptum, huc etiam trahi volumus. FREINSH.

Summa tabulata] Tabulata haec non de turrium contignationibus hoc loco ſunt accipienda, ut l. IV, 6, 9. *tabulata turrium perfringebat*; foret enim haec ταυτολογία Curtio indigna: ſed de trabibus vel aſſeribus in capite molis, aut ſumma operis parte ſuperinjectis, ut iis ingredi milites, aut promoveri turres poſſent. ut l. VIII, 10, 26. *impoſitae erant trabes validae, quibus injecta tabulata muros, & tegebant & pervios faciebant*: ſic noſtro ſunt καταστρώματα navium mox hoc capite §. 17. *Jamque ſcindi coeperant vincula, quibus connexae quadriremes erant, ruere tabulata, & cum ingenti fragore in profundum ſecum milites trahere.*

Quam

qui capere eos, quam interficere [1] mallent, natantium manus stipitibus saxisque lacerabant; donec [2] debilitati, impune navigiis excipi possent. Nec incendio 6
solum opera consumta; sed forte eodem die vehementior ventus [3] motum [4] ex profundo [5] mare inlisit in molem, crebrisque fluctibus compages operis [6] verberatae se laxavere, saxaque [7] interluens unda medium opus rupit. [8] Prorutis igi- 7
tur [9] lapidum cumulis, quibus injecta terra sustinebatur, [10] praeceps in profundum ruit: [11] tantaeque molis vix ulla vestigia invenit [12] Arabia rediens Alexander. [13] Hic, quod in adversis rebus solet [14] fieri, alius in alium culpam [15] referebat;

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. omittit MS. p. L. *malebant* Col. quam Schragius vidit *voluerunt* quod omittit D. pro quo margini adpictum *mallent*. 2 Pal. 1. *indebilitati*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Frob. Mer. Col. *totum*. 4 Voss. 2. *ex fundo*. 5 Mer. Col. *maris*. 6 Pal. 1. *ubertate* Bas. *verberare* Fl. Leid. Voss. 1. *verberatae laxavere* omisso *se* & sic Bong. Mer. Col. Lugd. Amst. 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. *interfluens*. 8 Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. *proruptis*. 9 Voss. 2. *cumul. lap.* 10 P. omittit *praeceps*. 11 P. omittit usque ad *hic*. 12 Vulg. *ab Arabia* F. Ald. *red. Arab.* 13 Mer. *hoc*. 14 Col. quam Schrag. vidit omittit *fieri*. 15 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. *referebant*.

Quam interficere voluerunt] Ita membranae Colonienses, perbene ut intelligas *potius*, aut simile quid. Perbene inquam, nec attinet exemplis recensendis tempus abuti. Sciunt me vera dicere, qui Latine sciunt. in Sigebergensi cubabat haec vox in menda, culpa scilicet librariorum, quibus ea insolens accidebat. in editis *mallent* legebatur inscite. MODIUS.

Motum ex profundo mare] Recte hoc modo emendavit hunc locum Palmerius. itaque assentior homini mihi amicissimo, recipioque lubens merito illud *motum*, ejecto τὸ *totum*, quod omnes & scriptos, & excusos libros obsederat. MODIUS. *Motum ex profundo mare*, Adspexit Virgil. Aen. 1, 88.

Incubuere mari, totumque à sedibus imis
Una Eurusque Notusque ruunt.

Ex quibus tamen verbis, si quis *totum* in Curtio potius scribendum putet, quam *motum*, falletur. nam movendi verbum posuit, pro verbo ruendi. Similia reperies apud Diodor. XXIV, 1. Polyb. 1, 47. FREINSH. Commotum à fundo usque in aggerem impulit. CELLAR.

Laxavere, saxaque interluens] Editi, *se laxavere, saxaque interfluens unda*, illud inepte, hoc praeter rem. MODIUS. *Se laxavere*, non ignoramus, usurpari *laxavere* posse, quomodo alia innumera, agendi forma, sensu patiendi: sed à Curtio usurpatum quis nobis probat? Cur autem ineptum ait Modius, *se laxavere*? Scilicet ita non alii, non Curtius ipse solet? Hic tamen supra III, 9, 12. *Paullatim deinde laxare se sinus montium.* Mala quaedam scabies est, & pruriginosa libido mutandi, si quid novitatis specie blanditur. Ac saepe vulgatae lectiones defendendae nobis, immerito ab aliis damnatae: in quo quidem non minus de Curtio bene meremur, quam ubi comminiscimur ipsi novas. Etiam is corrigit, qui corrigere prohibet, ubi nihil corrigendum. ACIDALIUS. *Se laxavere*, Inepte, inquit vere hoc loco ineptus Modius, quasi Curtius non alias ita sit locutus, ut vere observavit Acidalius. & oblitus erat Modius praeteriti loci lib. III. de Alexandro ad Issum regrediente: *Paullatim deinde laxare se sinus montium, & majus spatium aperire coeperunt.* Et hoc genus loquendi frequentissimum est. *Laxavere* παθητικῶς rarissimum: Livius tamen lib. XXVI. quem saepe noster expressit: *Annona haud multum laxaverat.* id est, caritas annonae parum laxata erat, nihil fere remiserat. RADERUS. Modius tollit *se* ut ineptum. tuetur cum Acidalio Raderus, ex nostri stilo l. III. c. 9, 12. CELLAR. *Interluens*, ex duobus lectionibus haec praeplacuit: nam alii lentius, *interfluens*. FREINSH.

Prorutis lapidum cumulis] Proruendi verbo usi sunt active optimi scriptores, Terent. Eunuch. a. 3. sc. 5. vs. 51. *foras simul omnes proruunt se.* Horat. l. 1. od. 35.

Injurioso ne pede proruas
Stantem columnam.

& l. IV. od. 4. vs. 66.

- - - multa proruet integrum
Cum laude victorem.

CELLAR. MSS. plerique *proruptis*; sed hoc verbum hac significatione tuetur praestantissimus Latinitatis vindex J. Fr. Gronovius ad Tacitum Ann. l. XV. c. 4. *incendium prorumpit*; *mare prorumpit*; *sed aedes proruuntur*, ut idem repetit apud eumdem l. 1. Hist. Contrarium vero statuit Cl. Daviesius ad Caesarem l. III, B. civ. c. 26, 3. ubi Faërnus tamen constituit *perruptis* sc. *munitionibus*. Sed usitata est MSStorum in similibus variatio, quum adeo affines sint voces, quae utrimque ex Latinis probari, & cuicumque loco adcommodari posse videantur. noster infra l. IV. c. 13, 26. *proruto vallo*, ut & Vell. Pater. l. II. c. 63, 1.

Quod in adversis rebus solet] Quamquam pudeat pigeatque haec talia totiens notare, tamen cum illi,

8 bat; quum omnes verius de ſaevitia maris queri poſſent. Rex [1] novi operis molem orſus, in adverſum ventum non latere, ſed recta fronte direxit; [2] quod cetera opera, velut ſub [3] ipſo latentia, [4] tuebatur: latitudinem quoque aggeri ad-
9 jecit, ut turres [5] in medio [6] erectae procul teli [7] jactu abeſſent. Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum jaciebant; deinde ſaxis onerabant; [8] rurſus cumulo eorum alias arbores injiciebant: tum humus adgerebatur; [9] ſuperque [10] alia [11] ſtrue ſaxorum arborumque cumulata, velut quodam nexu continens opus junxerant. Nec Tyrii, quidquid ad impediendam molem [12] excogitari pote-
10 rat, ſegniter exſequebantur. Praecipuum auxilium erat, [13] qui procul hoſtium conſpectu ſubibant [14] aquam, [15] occultoque lapſu ad molem uſque penetrabant; falcibus palmites arborum [16] eminentium ad ſe trahentes: quae ubi ſequutae erant, ple-

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *non.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. Lugd. Amſt. *ea.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Lugd. Amſt. *ipſa.* 4 Pal. 1. *tuebantur.* 5 Lugd. Amſt. aliique *in medium.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Lugd. Amſt. *excitatae.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. *ictu.* 8 Fl. Leid. Lugd. Amſt. *rurſuſque.* 9 Vulg. *ſuper quae* & ſic Fl. Leid. Voſſ. 1. 10 Pal. 1. *alta.* 11 Voſſ. 1. *ſtrues.* 12 F. *excogitare poterant.* 13 Pal. 1. *quia.* 14 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Cl. P. F. 2. *aqua.* 15 Pal. 1. *occulto.* 16 F. omittit *eminentium.*

illi, quicumque tandem fuere, modum peccandi nullum ſibi ſtatuerint, non debeo ego iiſdem corrigendis defatigari, dum, quod adhuc facio, Curtio, cui illi, de quibus diximus, vocem *fieri* hic munifice largiebantur, proſim. MODIUS.

Ea cetera opera] Rurſum editi, *quod cetera opera velut ſub ipſo latentia tuebatur.* ego, qui veteres libros ſequuntur, ſapientes puto. MODIUS. *Quod* refertur ad vocem *opus*, praeceſſit enim *novi operis molem*; at qui ad hanc ultimam referendum putarunt, pro *quod* ſcripſerunt *ea*, atque reliqua proinde mutarunt. FREINSH. Forte, *ea cetera operis.* HEINSIUS.

Excitatae procul teli ictu] Elegantius ita hoc ſcribi, quam ut in vulgatis, *ut turres in medio erectae procul teli jactu abeſſent*, mirum eſſe non debet, à membranis enim eſt. MODIUS. *Procul teli jactu*, Sic omnino bene. longius enim ita aberant turres in medio aggere locatae, quam fuerant prius à capite molis. Nec hoc vult, ut extra teli jactum omnino eſſent, ſed quo magis ex longinquo mitterentur, eo imbecilliora acciderent. atque haec lectio multis modis verior eſt Modiana, *procul teli ictu.* Nam ſi dicas ob longinquitatem exemptas fuiſſe telorum ictui, eadem ratio pertinebit etiam ad jactum: ſin aliam ob cauſſam, nimirum quod munitiones eſſent oppoſitae, ut in ſuperiori opere; facile intelligis nihil huc facere *latitudinem aggeri adjectam*; nec opus fuiſſe dicere *procul* à telis abfuiſſe, cum ita protectae ne ex propinquo quidem laedi potuiſſent. Quin & telorum appellatione hic non ea accipienda putem, quae tormento jaciuntur, ſed quae emittuntur manu; iis enim maxime infeſtabant munitores, levibus navigiis opus circumeuntes Tyrii, ſupra IV, 2, 21. FREINSHEMIUS.

Superque] Sic lego (nam vulgo; *ſuper quae*) & verborum nimium ſim prodigus, ei ſi probando unum adeo impendam. ACIDALIUS. Malim *ſuper quam* RADERUS. Acidalium ſequuti ſumus, quamquam Radero placeret, *ſuper quam.* Ego cetera quoque tentem, ut tota ſit haec pericope: *ſuperque alia ſtrues ſax. arb. cumulata, velut nexu quodam cont. opus vinxerat.* FREINSH.

Subibant aquam] Pulchre Manilius Aſtronom. l. v, vſ. 428.

Illis in ponto jucundum eſt quaerere pontum,
Corpora qui mergunt undis, ipſumque ſub antris
Nerea, & aequoreas conantur viſere Nymphas,
Exportantque maris praedas, & rapta profundo
Naufragio, atque imas avidi ſcrutantur arenas.

FREINSH.

Falcibus] Forte *forcipibus.* HEINSIUS.

Palmites arborum] Mirum videatur ſilentium virorum doctiſſimorum hoc loco: quis enim arborum ramos, frondem, aut comam, *palmites* dixit ex Latinis, ne dicam elegantioribus? nam palmitem non niſi de vite uſurpari manifeſtum eſt. Videtur mihi Curtius ſuos auctores Graecos eſſe ſecutus, qui hoc loco κλήματα poſuerunt, & ſic Arrian. l. II, 19. Ναῦν ἱππαγωγὸν κλημάτων τε ξηρῶν καὶ ἄλλης ὕλης εὐφλέκτου ἐμπλήσαντες. Κλήματα autem palmites ſignificare, manifeſtum; at pro virgis, viminibus, virgultis, baculis etiam ea quoque uſurpari ſolent apud Plutarch. & alios. Apud Botanicos, ipſae plantae fruticeſque, quae flexili aut implicanti fronde proveniunt κληματὶς vel κληματῖτις appellantur, etiam notione communi ad innumeras tranſlata. certe Heſychius κλῆμα ſimpliciter ὑπόδημα interpretatur, cui non abludit, quod proxime antecedit, quum dicit noſter *nexu aliquo arbores teneri*, quod de lenta & viminoſa fronde videtur commode intelligi poſſe; ſive illa ſarmenta

pleraque secum in profundum dabant; tum levatos [1] onere stipites truncosque arborum haud aegre moliebantur: deinde totum opus, quod stipitibus fuerat innixum, fundamento [2] lapso sequebatur. Aegro animi Alexandro, [3] & utrum 11
perseveraret, an abiret, satis [4] incerto, classis Cypro advenit: eodemque tempore [5] Cleander cum Graecis militibus in Asiam nuper [6] advectus. [7] Centum & octoginta navium [8] classem in duo dividit cornua; laevum [9] Pnytagoras, rex Cypriorum, cum Cratero tuebatur; Alexandrum in dextro quinqueremis regia vehebat. Nec Tyrii, quamquam classem habebant, ausi navale inire cer- 12
tamen; [10] triremes omnes ante ipsa moenia [11] opposuerunt: quibus rex invectus

Variantes Lectiones.

1 Voss. 1. *ponere.* 2 Voss. 2. *lasso.* 3 Leid. Voss. 2. *ne* D. Mer. *ne* & à manu diversa *nec* Pal. 1. *utrumne* Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. *nec.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. *certo.* 5 B. 1. *Alexander.* 6 Voss. 2. Bong. Lugd. Amst. *advectis* Pal. 1. Mer. *adductis.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. *cxc navigium* Voss. 2. *centum nonaginta navigium* Bong. *xc navigium* D. etiam habet *navigium* Lugd. Amst. *xc navium.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Mer. Col. omittunt *classem.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. D. Ald. *Pythagoras* P. 1. *Pictagoras* Voss. 2. *Pittagoras* Lugd. *Pnythagoras.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. *tris omnino ante* Voss. 2. *triremes omnino ante* Pal. 1. *tres omnino ante* ed Col. quam Schrag. vidit Lugd. Amst. *tres omnino naves ante.* 11 Voss. 1. *apposuerunt.*

ta, sive alia fuerint vincula. Certe à *stipitibus* & *truncis arborum* mox distinguuntur.

Nec perseveraret] Aliter excusi, hoc modo: *& utrum perseveraret, an abiret satis incerto*, quae sane illis non invideo. MODIUS.

An abiret satis] Forte, *an absisteret.* HEINSIUS.

Classis Cypro advenit] Non tota Macedonica, sed major pars Cypriorum regum, & finitimorum populorum, qui audita Darii apud Isson clade à Persis ad Alexandrum defecerant. Arrian. l. 11. CELLAR.

Cleander] Arrianus 11, 4, 13. *καταλαμβάνει Ἀλέξανδρον τὸν Πολεμοκράτους ἐκ Πελοποννήσου ἥκοντα* &c. ubi non recte interpres doctissimus. *Alexandrum Polemocratis F. ex Peloponneso venientem cepit.* nam hoc recte de hoste diceretur, non autem de homine earumdem partium. *καταλαμβάνειν* hic est *adsumere*, quomodo eo verbo Curtius utitur supra IV, 1, 34. *adsumpta Cappadocum juventute.* Sed credo fefellisse hominem doctum, ignoti istius Alexandri nomen. Sane enim ita scribendum non est apud Arrian. Sed Κλέανδρον τὸν Πολεμοκράτους, non ex hoc tantum Curtii loco, sed ex ipso Arriano 1, 7, 29. *ἔπεμψε δὲ καὶ Κλέανδρον τὸν Πολεμοκράτους ἐπὶ ξυλλογῇ στρατιωτῶν εἰς Πελοπόννησον.* quod Curtius statim in principio fragmentorum horum sic effert: *Ad conducendum ex Peloponneso militem Cleandro cum pecunia misso.* FREINSH.

Advectis] Ita scribo, non *advectus*, quod erat vulgo, & numerum navium, qui ibidem erat, decem aliis augeo. utriusque ratio una haec est, membranarum consensus, quin videtur etiam tota interpungendi ratio hoc modo mutanda: *Aegro animi Alexandro nec perseveraret, an abiret, satis certo classis Cypro advenit: eodemque tempore Cleander cum Graecis militibus in Asiam nuper advectis. Centum & nonaginta navium classem in duo dividit cornua: laevum Pnytagoras &c.* Quomodo & optima, & facillima erit hujus loci sententia, significabiturque, cum & Cypro classis, & Cleander cum militibus Graecis eodem tempore advenissent, classem Alexandrum in duo divisisse cornua. MODIUS. *Nuper advectus*, in plerisque libris aliis est *advectis*, quod probo, vel propterea, quoniam video in duobus MSS. legi *adductis*, sine dubio ex glossa, & est plane elegantius; *classis advenit, & Cleander cum militibus advectis*, quam *advectus.* SCHEFFER.

Centum & octoginta] Arrianus 11, 4, 12. singillatim singulorum naves exprimit. Phoenicum naves 80. Rhodiorum 10. inter quas una Peripolus dicta, de qua voce multa Suidas & alii. Ex Solis & Mallo tres, ex Lycia decem. Ex Macedonia navis una quinquaginta remorum Protea duce. E Cypro centum & viginti. Plutarchus Alex. cap. 41. CC. triremibus oppugnatam ait Tyron. RADERUS. Lego *centum & octoginta navigia.* HEINSIUS.

Pnytagoras] Alii libri *Pythagoras.* Arrianus in multitudinis numero, *Cypriorum reges*, dixit. Et erant plures. Plinius novem reges narrat. Pnytagoram etiam Arrianus 11, 4, 14. appellat, à *πινυτὸς* quod est prudens, & *ἀγορὰ* forum. RADERUS. Meminit ejus & Athenaeus IV, 19. dicens post expugnationem Tyri eumdem ab Alexandro ad Pasicypron, alium Cypri regem, cum donis missum fuisse. CELLAR.

Tres omnino naves] Male antea legebatur; *triremes omnes ante ipsa* &c. nam nostra lectio librorum manu exaratorum auctoritate nititur, & ab historia confirmatur. Arrian. l. 11. *τρεῖς δὲ τὰς ἐξωτάτω ἐφορμούσας τῷ στόματι τριήρεις προσπεσόντες οἱ φοίνικες καὶ ἀντιπρώρους ἐμβαλόντες καταδύουσι.* Diodor. anno V. Alexandri. *τρισὶ δὲ ναυσὶν ὁρμούντων πρὸ τοῦ λιμένος ὁ βασιλεὺς ἐπιπλεύσας αὐταῖς, καὶ πάσας συντρίψας.* MODIUS. *Tririmes omnes*, haec

13 ctus [1] ipsas demersit. Postera die classe ad moenia admota; undique tormentis, &
maxime arietum pulsu, muros [2] quatit: quos Tyrii raptim obstructis saxis refe-
cerunt; interiorem quoque murum, ut si prior fefellisset, illo se tuerentur, [3] un-
14 dique orsi. Sed undique vis mali urguebat: moles intra [4] teli jactum erat; [5] classis moe-
nia circumibat: terrestri simul navalique clade obruebantur. Quippe binas quadrire-
mes [6] Macedones inter se ita [7] junxerant, ut prorae cohaererent; puppes intervallo,
15 quantum capere poterant, distarent. hoc puppium intervallum [8] antennis asseribus-
que validis [9] deligatis, superque eos pontibus stratis, qui militem [10] sustinerent,
impleverant: sic [11] instructas quadriremes ad urbem agebant: inde missilia in
16 propugnantes ingerebantur tuto, quia proris [12] miles tegebatur. Media nox e-
rat, quum classem, sicuti dictum est, [13] paratam, *circumire* [14] *urbem* jubet:
jamque [15] naves [16] urbi undique [17] admovebantur, & Tyrii desperatione [18] tor-
pebant; quum subito spissae nubes intendere [19] se coelo, & quidquid lucis inter-
ni-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *ipsa.* 2 Pal. 1. *quatiunt.* 3 Fl. Elz. omitt. *undique.* 4 Voss. 1. *terii jactum.* 5 Leid. *Moen. circumibant classi.* 6 Voss. 2. *inter se Mac.* 7 Pal. 1. *conjunx.* 8 Voss. 1. B. 2. Frob. F. *antemnis* B. 1. *amtennis.* 9 Voss. 1. Leid. *delegatis* & sic D. sed correctum *delig.* 10 Mer. *substinerent.* 11 D. *instructa* Lugd. Amst. aliaeque *instructas remis.* 12 Pal. 1. *milites tegebantur.* 13 F. *peractam.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *muros.* 15 Fl. Voss. 1. D. *navis.* 16 Voss. 2. omittit *urbi.* 17 Voss. 2. *muris admoveb.* 18 Voss. 2. *torquebantur.* 19 Leid. *sae.*

haec vetus lectio. Modius ita interpolat: *Tres omnino naves.* Confirmatum it suo MS. & Arriani Diodorique locis. Verum est quidem, tres demersisse naves Alexandrum, plures tamen quam tres ante moenia positae fuerunt, ut ex Arriano II, 4, 16. patet, cujus verba non recte considerasse videtur Modius. Ille sic: *quodque multis triremibus adversas proras ostendentibus aditus obstructus esset, tres quae ad extremas fauces positae erant triremes, adversis proris in eas latus, demersit.* Tres in extremo ostio positas demersas fuisse ait, cum plures in ipso portu essent. nec aliter Diodorus XVII, 43. LOCCENIUS. Ut plene consentiat Graecis Curtius, levi mutatione consequemur, si legamus *triremes omnes ante ipsa moenia opposuerunt: tribus rex invectus, ipsas demersit.* FREINSH. Tellierius & Pitiscus *tribus* pro *quibus* ediderunt, erudita Freinshemii conjectura inducti. Etenim tantum tres demersas fuisse Diodor. l. XVII, 43. & Arrian. tradiderunt. Sed suavius *quibus* connectit, quam *tribus*: praeterea ingratum pronomen mutati casus *ipsas* in tam brevi membro. Quod si audaciae locus est, malim ita leviter mutare: *quibus rex invectus tres demersit.* CELLAR. Forte, *quibus rex invectus dissipatas depressit.* HEINSIUS.

Arietum pulsu] Lips. Poliorc. l. III. c. I. forte, *arietum impulsu.* HEINSIUS.

Interiorem murum] Post veterem murum, quinque cubitorum intervallo in medio relicto, murum alterum decem cubitos latum aedificarunt, vacuum inter utrumque spatium lapidibus ingestaque terra complentes. Diodor. l. XVII. c. 43. CELLAR. Adde simile exemplum Liv. l. XXI. c. II. & l. XXXVI, 9, 9. Thucydid. l. II, 14. VII, 2. FREINSH.

Undique orsi] Non abundat equidem hoc *undique*, nec frustra metus est tamen ne supersit; è sequentibus temere repetitum. nam statim ecce: *sed undique vis mali.* insuavis autem iteratio talis. ACIDALIUS. *Undique orsi*, mallet Acidalius omitti vocem *undique*, cum statim redeat: sed, ut supra monui, scriptoribus ea repetitio non est insolens. FREINSH. Forte pro *undique*, *munimine orsi.* HEINSIUS.

Quantum capere] Membranae nostrae, *quantum militum capere*, sed hic locus milites nullos capit. MODIUS.

Remis ad urbem] Sic hunc locum scribendum, non, *quadriremes ad urbem agebant*, quod in editionibus est, & libri veteres clamant, & ratio dictat. MODIUS.

In propugnantes] *E muris* sc. ut post paullo explicatur c. 4, II,

Circumire muros] Editi *urbem*, non recte sequitur enim statim, *jamque naves urbi undique admovebantur.* MODIUS.

Cum subito] Elegantissima tempestatis, vel potius naufragii imminentis descriptio; cujus generis apud poëtas haud paucas reperies. Apud Homer. Odyss. V, 291. Virgil. Aen. I, 88. Ovid. de Tristib. I, 10, 20. & Metamorph. XI, 475. Statium Theb. I, 345. Valer. Flaccum Argonaut. I, 615. Senec. Agamemn. Apollin. Amonon. RADER. Forte Apollinarem Sidonium, nimis enim flagitiosis mendis scatet editio Raderi. FREINSH.

Spissae

nitebat, effusa caligine exstinctum est. [1] Tum inhorrescens [2] mare paullatim 17
[3] levari, deinde [4] acriori vento concitatum, fluctus [5] ciere, & inter se [6] na-
vigia conlidere. Jamque scindi [7] coeperant vincula, quibus connexae quadri-
remes erant, [8] ruere tabulata, & cum ingenti fragore in profundum secum mi-
lites trahere. neque enim [9] conserta navigia ulla ope in turbido regi poterant: 18
miles ministeria nautarum; [10] remiges militis officia turbabant: &, quod in
[11] hujusmodi casu accidit, periti ignaris parebant. quippe gubernatores, alias
imperare soliti, tum metu mortis [12] jussa exsequebantur. Tandem remis perti-
nacius everberatum mare, veluti eripientibus navigia classicis cessit: adpulsaque
sunt litori, lacerata pleraque. [13] Iisdem diebus forte [14] Carthaginensium legati 19
triginta superveniunt, majus obsessis solatium, quam [15] auxilium: quippe *dome-
stico bello Poenos impediri; nec de imperio, sed pro salute* [16] *dimicare* nuntiabant.
Syracusani [17] tunc [18] Africam [19] urebant; & haud procul Carthaginis [20] muris lo- 20
caverant castra. Non tamen defecere animis Tyrii, quamquam ab [21] ingenti spe
de-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *tunc.* 2 Voss. 2. *Paull. mare.* 3 Mer. *levare.* 4 Vulgo *acrius* Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *acriore.* 5 P *eicere.* 6 Pal. 1. *navigio.* 7 Bong. *coeperunt* Voss. 1. *coepere.* 8 M. p. L. *ruerunt* Col. Bas. Frob. Mer. Ald. *ruereque.* 9 Amst. *conferta.* 10 Fl. Leid. Bong. Voss. 1. 2. *remex* & post *turbabat.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. *ejusm.* 12 Pal. 1. *jussu.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *isdem forte diebus.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. *Carthaginiens.* 15 Voss. 2. *auxilium praebentes* Ald. *auxilium allaturi* MS. p. L. *aux. praebituri.* 16 B. *nunciare dimicabant* Lugd. Amst. omittunt *nuntiabant.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. *tum.* 18 Voss. 1. *Affricam* saepe. 19 Ald. Elz. *urgebant.* 20 Pal. 1. *muro.* 21 Bong. *ingerati.*

Spissae nubes] Densae. Nulla tempestas sine piceis nubibus, ex quibus nox, pluvia, venti, fulgetra & fulmina prorumpunt. Homerus Odyss. v, 293. *Nubibus terram simul pontumque operuit, ruit autem è coelo nox.* Virgil. Aen. 1, vs. 92.

Eripiunt subito nubes coelumque diemque.
- - - - *Ponto nox incubat atra.*

Et lib. III. vs. 195.

- - - - *inhorruit unda tenebris.*

Pacuvius: *inhorrescit mare, tenebrae conduplicantur, noctisque & nimbum occaecat nigror.* Sed mittamus poëtas, & quaeramus oratores. Petronius illustris est in tota descriptione: *Inhorruit mare, nubesque undique adductae obruere tenebris diem &c.* & infra: *Et quod omnibus procellis periculosius erat, tam spissae repente tenebrae lucem suppresserant, ut ne proram quidem totam gubernator videret.* RADERUS.

Effusa caligine] *Offusa caligine* legit J. Fr. Gronovius ad Livum lib. 1. c. 57. ubi haec locutio pluribus exemplis doctissime confirmatur.

Eripientibus] Forte *erigentibus* Val. Flacc. l. 1. Arg. vs. 340.

Concussoque ratem gauderem tollere remo.

HEINSIUS.

Pleraque iisdem forte diebus Carthaginensium legati xxx] Haec omnia desunt in Lugdunensibus editionibus, quae haec est negligentia? MODIUS.

Carthaginensium legati, &c.] solebant Carthaginenses ex praeda, si quam bello cepissent, tum ex annuis proventibus, Herculi Tyrio decimas mittere, ut constat ex Justino XVIII, 7, 7. & Diodoro xx, 14. etiam post amissum imperium servato more, ut ex Polybio discimus in excerptis Legat. 114, 3. Utrum autem hi legati, an magis priores, quorum supra IV, 2, 10. facta fuit mentio, ejus rei caussa advenerint; an hi magis, ut cognoscentes Tyrii, nihil in Carthagine esse praesidii, suis rebus ipsi consulerent, statuere non possumus, quamquam huc potius inclinemus. FREINSH.

Quam auxilium: quippe] Membranae, *quam auxilium allaturi: quippe domestico bello Poenos impediri, nec de imperio, sed pro salute dimicare.* Editiones: *quam auxilium: quippe domestico bello Poenos impediri, nec de imperio, sed pro salute dimicare nunciabant.* sed ego & hoc *nunciabant*, quod ab editionibus est, & illud *allaturi*, quod à membranis, alias sedes quaesitum hinc ejicio. MODIUS.

Haud procul Carth. m. locaverant castra] Secus arbitror factum, Timoleon in ipsa Sicilia fuderat Carthaginiensium copias, & quidquid illi in Sicilia habebant, populabatur, & timebant ipsi Carthagini, ne trajicerent exercitum; Diodor. Sic. Agathocles posterior fuit Alexandro, ut de illo accipi verba Curtii non possint. De periculo ergo Carthaginiensium domestico Curtius loquitur. RADERUS.

Syracusani &c.] Hi numquam leguntur prope Carthaginem castra posuisse, praeterquam apud Justin. XXII, 6, 9. duce Agathocle. Sed hic Alexandro posterior fuit. ut Curtii hic error non immerito notetur à Reineccio tom. 2. ubi de Carthag.

Re-

deſtituti erant; ſed conjuges liberoſque devehendos Carthaginem tradiderunt: [1] fortius quidquid accideret laturi, ſi cariſſimam ſui partem [2] extra communis
21 periculi ſortem habuiſſent. Quumque unus è civibus [3] concioni indicaſſet; [4] *oblatam eſſe per* [5] *ſomnum ſibi ſpeciem Apollinis*, quem eximia religione colerent, *urbem deſerentis*; *molemque à Macedonibus* [6] *jactam in ſalo*, *in ſilveſtrem ſaltum eſſe*
22 *mutatam:* quamquam auctor levis erat, tamen ad deteriora credenda proni metu, aurea catena [7] devinxere ſimulacrum, araeque Herculis, cujus numini urbem [8] dicaverant, inſeruere vinculum; quaſi illo [9] deo [10] Apollinem [11] retenturi. Syracuſis id

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *fortiter.* 2 Voſſ. 2. *extra ſortem periculi* Fl. Leid. Voſſ. 1. *extra ſortem comm. per.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *in concione* Voſſ. 2. Ald. Frob. Elz. Baſ. Col. Lugd. *concione.* 4 Voſſ. 1. *ablatam.* 5 Pal. 1. Voſſ. 2. *ſomnium.* 6 Voſſ. 2. *in ſolo jactam* Fl. Leid. Voſſ. 1. *in ſalo jactam.* 7 Fl. *devixere* alii *devincere.* 8 Pal. 1. *dedicav.* 9 MS. ſec. L. *Deum.* 10 Voſſ. 2. *Apolline.* 11 Fl. Voſſ. 1. 2. Bong. *retenturo.*

Republica, & à Radero hoc loco. Fuerunt quidem circa id tempus in Africa turbae, ſed Syracuſanorum partes ibi nullae. FREINSH.

Defecere animis Tyrii] Forte *defecere animi Tyrios.* HEINSIUS.

Ab ingenti ſpe deſtituti] Ne quem offendat haec conſtructio Latinis non inuſitata, inſpiciatur Sanctii Minerva l. IV. c. 6. ubi exempla ſuppeditabuntur.

Conjuges liberoſque] Adde Thucyd. II, I, 25. & II, 14, 30. ubi de Plataeenſibus. Tacit. Agric. 27, 3. Liv. XXVI, 25, 9. de Britannis. FREINSH.

Concioni] Recte. ita enim concionis ſignificatione ipſos homines, qui ad concionem convenerant, accipiemus. libri tamen partim *concione*, partim *in concione* habebant, male. Curt. l. III. *infeſta concio vix inhiberi potuit, quin protinus more ſuo ſaxa in eum jaceret.* MODIUS.

Apollinis] Reineccius in Regno Phoenicio putat hunc à ſuis *Baalem* fuiſſe dictum, motus narratione Plutarchi Alex. cap. 41. niſi obſtet Curtius & Diodorus XIII, 108. qui non indigenam hunc deaſtrum, ſed adventitium tradiderunt. Ego potius Heinſio crediderim, & quae ille de Apollinis cultu atque origine, in admirabili Ariſtarchi ſacri opere tradidit. FREINSH.

Urbem deſerentis] Taubmannus ad iſta Virgil. Aen. II, 351.

Exceſſere omnes, adytis ariſque relictis,
Dii quibus imperium hoc ſteterat.

ita Tacit. H. V, 13, 2. de obſidione Hieroſolymorum: *Expaſſae repente delubri fores, & audita major humana vox; Excedere deos. ſimul ingens motus excedentium.* Nam proditum eſt antiquis, cum Troja excidio propinqua eſſet, viſos eſſe deos è ſuis templis ſua exportare ſimulacra. Ita Sophocles in Fabula *ſimulacriferis*, induxit deos ſuis humeris ſua gerentes ſimulacra. Et Aeſchylus in *ſeptem ad Thebas* aperte dicit, *urbes, quae capiuntur, à ſuis diis, hominum opinione, deſeri.* Sic cum Alexander M. Tyrum obſideret, *Tyriorum multis viſus in ſomniis Apolloeſt dicere, ad Alexandrum ſe tranſire: neque enim ſibi cordi eſſe ea quae in urbe agerentur.* Plutarch. Alex. cap. 41. Eadem fere Muretus Var. Lect. V, 19. FREINSH.

Ad deteriora credenda] Livius lib. XXVII. c. 44. *Metus ſemper in deteriora inclinat.* Claudianus bello Get.

Sed malus interpres rerum metus omne trahebat
Augurium pejore via.

Onoſander Strategici cap. 42. *Metus falſus vates eſſe ſolet, quaeque timentur, ea priuſquam fiant, facta eſſe creduntur.* Praeſtat animum in ſtatione tenere, nec deteriora augurari, niſi res & cauſſae ſuadeant, eaque ſana mente rectiſque conſiliis pro virili praevenire. LOCCENIUS.

Proni metu] Forte *prono metu.* HEINSIUS.

Araeque Herculis] Non enim ſimulacrum ibi Herculis erat, ſed ara tantum. Herodot. II, 44. cum templi Tyrii meminit, nullius ſimulacri mentionem facit. quod argumentum per ſe infirmum roboratur ex eo, quod in Herculis Gaditani templo (erat autem eadem ibi religio) nullum ſimulacrum fuiſſe dicit Silius III, vſ. 30.

Sed nulla effigies, ſimulacrave nota deorum.

Alias enim manui potius Herculis quam arae vinculum illud inſeruiſſent Tyrii. FREINSH.

Illo deo] Forte *illo medio*, vel *modo*, vel *praeſidio.* HEINSIUS.

Retenturi] Scripti *retenturo*, ego prius retineo. MODIUS.

Syracuſis] Cartalo videtur detuliſſe, indice Juſtino XVIII, 7, 7. *Interea*, inquit, *Cartalo Malei exſulis ducis F. cum praeter caſtra patris à Tyro, quo decimas Herculis ferre ex praeda Sicilienſi, quam pater ejus ceperat, à Carthaginenſibus miſſus fuerat, reverteretur &c.* RADERUS. Ceterum Diodorus XIII, 108. ſimulacrum hoc non Syracuſis, nec ſane eas umquam à Poenis captas fuiſſe memini; ſed à *Gelois* abductum ſcribit. qui ex Timaeo ſubjicit, Tyrum ubi haec ſtatua locata fuerat, eadem die horaque ab Alexandro occupatam, qua in eam ſtatuam olim id ſacrilegium Carthag. commiſerint. quo tempore dux Carthag. non Maleus,

id ſimulacrum devexerant Poeni, & in majore locaverant patria: multiſque aliis ſpoliis urbium, à ſemet captarum, non Carthaginem magis, quam Tyrum [1] ornaverant. Sacrum quoque, quod [2] quidem diis minime cordi eſſe crediderim, 23
multis ſeculis intermiſſum [3] repetendi auctores quidam erant: *ut ingenuus puer Saturno immolaretur:* quod ſacrilegium verius quam ſacrum, [4] Carthaginenſes à conditoribus traditum, uſque ad excidium urbis ſuae feciſſe dicuntur. [5] ac niſi Seniores obſtitiſſent, quorum conſilio cuncta agebantur, humanitatem dira ſuperſtitio vi-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. Mer. *ornaverunt.* 2 Fl. Leid. Bong. Mer. *equidem.* 3 D. *repetens* in quo correctum à diverſa manu *repetentes* Fl. Leid. Voſſ. 2. Mer. *repetentes.* 4 D. Leid. Voſſ. 1. *Carthaginienſes* Fl. *Carthaginienſis.* 5 Pal. 1. *at niſi.*

leus, ſed Imilcar fuit. Itaque magis cum Diodoro ſentio, quem & Cicero adjuvat in Verrem IV, 33. ubi expugnata Carthagine, Siculis reddita fuiſſe ſigna dicit, quae à Poenis in urbem ſuam tranſlata fuerant, inter quos & *Gelenſium* eſt mentio, & Segeſtanorum, & Agrigentinorum (de quibus & Diodor. XIII, 90. & Polyb. lib. XII. in Excerpt. Vales.) nulla autem Syracuſarum, quam urbem longe nobiliſſimam haud certe praetermiſiſſet, ſi hunc ad catalogum pertinuiſſent. FREINSH.

In majore locaverant patria] Haec omnia in membranis Colonienſibus in litura ſunt, ſequebaturque *excelſtatu*, quod quid ſit, niſi forte quod ſuſpicor, illud *excel* deſignet *excellentiore*, ut ſit gloſſa vocis *majore*, ac *ſtatu ſtatuerant*, ut ſit itidem interpretatio verbi *locaverant*, niſi inquam haec ita ſe habent, nihil hic ſcio, niſi neſcio. Porro majorem patriam Carthaginienſium eleganter appellat Tyrum Curtius, quod ab illa originem Carthago trahat. MODIUS. Ita vocat Tyrum, quae *major patria*, ſicut ſunt *majores* parentes. Id quod notandum. Carthaginienſium majores erant Tyrii, ſic ergo Tyrus eorumdem major patria. SCHEFFER.

Ut ingenuus puer Saturno immolaretur] Carthaginenſes certe tam ſacrilega ſacra coluiſſe Juſtin. teſtatur: l. XVIII, 6, 2. *Cum inter cetera mala etiam peſte laborarent, cruenta ſacrorum religione, & ſcelere pro remedio uſi ſunt. Quippe homines ut victimas immolabant, & impuberes* (quae aetas etiam hoſtium miſericordiam provocat) *aris admovebant, pacem Deorum ſanguine eorum expoſcentes, pro quorum vita Dii rogari maxime ſolent.* Subjicit Juſtinus ingratas Diis victimas fuiſſe, magiſque irritatos, quam placatos; punitoſque Carthaginenſes maximis cladibus. Tum & Tyriis perſuadere tam impia ſacra non potuerunt. Ceterum, non Carthaginenſes tantum humanas hoſtias faciebant; ſed Phoenices etiam & Arcades; Romani quoque in Pantheo, Druidae, Galli, Scythotauri advenas immolabant; tum & aliae multae barbarae gentes: imo & Judaei, contra decem tabularum legem, pueros vivos igne, ingenti cum ſupplicio concremabant.

RADERUS. De Molochi nefando cultu apud Ammonitas, & vicinos Syriae populos paſſim divinis litteris traditum eſt, quod idolum videtur hic Saturnus eſſe. CELLAR.

Carthaginenſes] Ennius annal. lib. VII.
Et Poinei ſolitei ſos ſacrificare puellos.
LOCCENIUS. Vide Alexandri Neapol. dies genial. VI, 26. & in eum locum eruditiſſimi Tiraquelli notas, ubi plurimi auctores citantur, quibus addi poteſt Plin. XXXVI, 5, 37. ubi dicit, ad Herculis, (quod nota, nam alii de Saturno tantum tradunt) ſtatuam *Poeni omnibus annis humana ſacrificaverunt victima.* Vide & Scalig. in Euſeb. pag. 53. p. 1. & Porphyrium de abſtinent. pag. 39. FREINSH.

Ad excidium urbis] Intermiſſum tamen ſemel atque iterum, juſſu regum, qui ab ejuſmodi immanitate abhorrebant, Darii Perſae, atque Gelonis Syracuſani, vide notam Berneggeri ad Juſtin. XIX, 1, 13. de quo capienda verba, quae leguntur in Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ. *Gelon Syracuſarum tyrannus Carthaginenſibus magna navali pugna victis, ceſſare fecit apud eos humanas hoſtias.* Tali quodam modo videtur etiam accipiendus Oroſii locus IV, 21. *Carthaginienſibus aliquando viſum eſt, homines immolare, ſed male praeſumpta perſuaſio brevi praetermiſſa eſt.* Nam cum Curtio diſerte ſentit Dionyſ. I, 38. & ex eo Euſeb. Εὐαγγ. παρασκ. lib. IV. pag. 45. τέως ἡ πόλις διέμεινε, *donec urbs* (Carthago) *ſtetit.* Quin & poſtea inſtiterunt eidem ſacrilegio, ut ex Tertulliano apolog. cap. 8. quo loco ſcribit Tiberium id vetuiſſe, crucifixis etiam ſacerdotibus: quod alii Claudio tribuunt. Sed animadvertere licet, hos imperatores, quod utrique Tib. Claudio nomen fuerit, ſaepe confundi, ut in gemina narratione apud Plin. XXX, 1, 24. legitur Tib. Caeſ. ſuſtuliſſe Druidas: quod à Claudio factum tradit Sueton. in vita 25, 17. Nec eſt ut diſſenſum inter eos auctores imaginemur; aut credamus alterutrum in re recenti & illuſtri hallucinatum eſſe. Pertinet eodem eruditiſſima Jac. Gothofredi commentatio de imperio maris, cap. 9. FREINSH.

24 vicisset. Ceterum, [1] efficacior [2] omni arte [3] imminens necessitas non usitata modo praesidia, sed quaedam etiam nova [4] admonuit. Namque ad implicanda navigia, quae muros subibant, validis asseribus [5] corvos & ferreas manus cum uncis ac falcibus [6] inligaverant; ut, quum tormento asseres promovissent, subito
25 [7] laxatis funibus [8] injicerent. [9] Unci quoque & falces ex iisdem asseribus dependentes, aut propugnatores, aut ipsa navigia lacerabant. Clypeos vero [10] aeneos multo igne torrebant, quos repletos fervida [11] arena, coenoque decocto,
26 [12] è muris subito devolvebant. nec ulla pestis magis timebatur; quippe ubi loricam corpusque fervens arena penetraverat, nec ulla [13] vi excuti poterat, & quidquid

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *efficacio.* 2 Leid. *umani.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. omittunt *imminens.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & pleraeque edd. *admovit.* 5 D. & Pal. 1. omittunt *corvos & ferreas manus* Bong. Fl. Leid. Voss. 2. etiam sequentia *cum uncis & falcibus* aliae editt. *corvos ac ferr. manus.* 6 Voss. 2. *illigabant.* 7 Pal. 1. Voss. 2. *lassatis.* 8 Voss. 2. *injecerunt.* 9 B. 1. *una* Voss. 2. *uncique* Voss. 1. *uncii* B. 2. *uncti* Mer. omittit &. 10 Pal. 1. D. Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *aereos.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. Frob. Mer. Lugd. Amst. *harena.* 12 Mer. omittit è. 13 Voss. 2. *ope.*

Ceterum efficacior] Colon. & meus scripti, *Ceterum efficacior necessitas non visitata modo praesidia, sed quaedam etiam nova ammonuit.* Sigeberg. *Ceterum efficacior inani arte necessitas non usitata modo praesidia, sed quaedam etiam nova admonuit.* excusi, *Ceterum efficacior omni arte imminens necessitas &c.* ex quibus omnibus videre potes, me optima quaeque delibasse. MODIUS. Lege, *efficacior humana arte necessitas.* HEINSIUS. Sic Val. Max. l. II. c. 7. ex 10. *Humanae imbecillitatis efficacissimum duramentum necessitas.*

Necessitas] Vere Carchedonius:

Χρεία διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφόν.

Catum è rudi reddit magistra necessitas.

Et ut Euripides in Helena:

Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχυρώτερον.

Gravi nihil necessitate fortius.

ἀνάγκη γὰρ θεοὺς βιάζεται. Necessitas enim & deos cogit. καὶ Πλάτων φησὶν ἀνάγκην ἣ οὐδὲ θεοὺς βιάζεσθαι. *Necessitatem ne deos quidem cogere posse Plato docet.* *στερρὰ γὰρ ἀνάγκη* inquit Euripides in Hecuba: *durum telum necessitas*, ultima tentat, omnesque ingenii vires explorat. RADERUS. Vide quae congessit Reusnerus in symbolo Fl. Constantis II. *parendum necessitati.* Scilicet omnia eo recidunt, quod Archytam lecto Eratosthenis Mercurio exclamasse narrat Stobaeus de paupertate:

Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειὼ κεν ἀνεύροι;

Necessitas omnia docuit; quid enim illa non inveniret? Hinc est, cur hostes non nimium urgendos esse doceant; ne accidat, quod Agesilao, cui à Thebanis pulso dictum fuisse refert Plutarchus Apophth. Lacon. 19. *habere eum operae suae mercedem, quod perpetuis irruptionibus inertes ante Thebanos bellandi artem docuisset.* FREINSH.

Quaedam etiam nova admonuit] Ita Freinshemius. Sed sunt ex libris veteribus, qui pro eo habent *admovit*, quam lectionem puto esse veriorem. Nempe vix Latinum est *admonere praesidia*, debebat potius in genitivo dici *admonere praesidiorum*, quomodo alio loco *admonere priorum*, *fragilitatis humanae*, & id genus. deinde *admoneri* dicimus, quando suggeruntur ea, quae ante fuerunt nota, vel certe debuerunt esse; at hoc de praesidiis novis dici non potest, quippe quae nec ante cognita fuere Tyriis, neque ut essent, caussa ulla dari potest. SCHEFFER.

Corvos & ferreas manus] Editi *corvos & ferreas manus cum uncis ac falcibus*, quae postrema, quin à glossa sint, dubitari non debet, eo quia statim sequitur, *unci quoque & falces.* ut tamen verum fatear, non haec modo, quae dixi postrema, à membranis aberant, sed & illa quoque *corvos & ferreas manus*, quare etiam amplius deliberandum censeo. MODIUS. Vide quae notavi ad Florum l. II. c. 2, 9. FREINSH.

Tormento remissae] Non libri tantum veteres & melioris notae, sed ipsa quoque res ita legendum clamant. Diodor. τοῖς δὲ κόραξι καὶ ταῖς σιδηραῖς χερσὶν ἀνήρπαζον τοὺς τοῖς θωρακίοις ἐφεστῶτας. Porro post *capiebant* sequebatur in Coloniensi scripto codice *dispergebantque.* olet glossam. MODIUS.

Injicerent] Forte *inciderent.* HEINSIUS.

Asseribus.] Non accipe ut vulgo nunc pro tabulis, sed perticas longas interpretare. RADERUS. *Asseribus*, non puto hoc nomine venire perticas. quod nec sequentia facile admittant. Diodorus tamen XVII, 44. *κεραίας antennas* vocat. FREINSH.

Clypeos] Diodorus XVII, 44. idem prorsus de clypeis aeneis & arena. Multa praeterea effusa passim in urbes oppugnantes, oleum fervens, pix, sulphur, bitumen, plumbum fluens, ferrum, arena, retia, & alia: de quibus Lipsius Poliorceticon V, 2. ubi hunc locum Curtii adducit, & aliis illustrat. RADERUS.

Corpusque fervens arena penetraverat] Mirum vero

quid attigerat, perurebat: [1] jacientesque arma, laceratis omnibus, quîs protegi poterant, vulneribus inulti patebant: corvi vero & [2] ferreae manus [3] tormentis emissae plerosque rapiebant.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *jacientes arma.* 2 Voss. 1. *ferre.* 3 D. *tormenta emissa* Bong. Fl. Leid. Voss. 2. *tormenta remissae* Voss. 1. *tormenta remisse* B. 1. *tormento remissae.*

ro si arena non loricas modo, sed & corpora ipsa penetravit. illud creditu perfacile, hoc fidem non meretur. Scribe mecum *corpus usque.* nam per loricam usque ad corpus penetrasse vult. & rei veritas non aliter patitur. Omissa est praepositio venuste, atque ita lib. VIII. etiam de Indis: *corpora usque pedes carbaso velant.* ACIDALIUS. *Corpusque*, Acidalius ingeniose, *corpus usque* cum arenam hoc etiam penetrasse credi non debeat. FREINSH. Forte, *loricam inter corpusque.* HEINSIUS.

Inulti patebant] Simile Liv. XXI, 8, 11. de falarica Saguntinorum: *id telum, etiamsi haesisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat: quod cum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu, multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus praebebat.* FREINSH.

CAPUT IV.

Tandem Tyrus vi capta, maximaque hominum strage corrupta, luctuoso deformatur incendio.

[1] Hic rex fatigatus statuerat soluta obsidione Aegyptum petere. quippe quum 1
Asiam ingenti [2] celeritate percurrisset; circa muros unius urbis haerebat, tot
maximarum rerum [3] opportunitate dimissa. Ceterum, tam discedere inritum, 2
quam morari [4] pudebat. Famam quoque, [5] qua plura, quam armis, everterat,
ratus leviorem [6] fore, si Tyrum, quasi testem se posse vinci, reliquisset. Igitur ne quid inexpertum omitteret; *plures naves admoveri* jubet, *delectosque militum imponi.* Et forte belua inusitatae magnitudinis, super ipsos fluctus dorso eminens, 3
[7] ad molem, quam Macedones jecerant, ingens corpus adplicuit; diverberatisque fluctibus adlevans semet, utrimque conspecta est: deinde [8] à capite molis
rursus alto [9] se immersit; ac modo [10] super undas eminens magna sui parte, 4
[11] modo superfusis fluctibus condita, haud procul [12] munimentis [13] urbis emersit. Utrisque laetus fuit beluae adspectus: Macedones [14] *iter jaciendo operi* [15] *monstrasse* 5

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *his.* 2 D. Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *velocitate.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *oportun.* 4 Mer. *putabat.* 5 Pal. 1. *quam* Fl. *quia.* 6 Voss. 2. *futuram.* 7 Voss. 2. *ad modum.* 8 Mer. omittit *à.* 9 Lugd. Amst. omittunt *se.* 10 Pal. 1. *per und.* 11 Pal. 1. omittit *modo.* 12 D. *munientis* margini *munimentis* Pal. 1. *munientis.* 13 Voss. 2. omittit *urbis.* 14 Pal. 1. *interjac.* 15 Pal. 1. *demonstr.*

Velocitate] Semel mihi monendus es lector, ubicumque in vulgatis Curtii exemplaribus, ut hoc loco & saepe alibi, *celeritate* legitur. ibi in membranis, quas mihi non sequi religio sit, *velocitate* exstare. MODIUS.

Famam quoque] Tacit. de Morib. German. *ipsa plerumque bella famam profligant.* Curtius l. VIII. *Fama bella constant, & saepe etiam, quod falso creditum est, veri vicem obtinuit.* Liv. l. XXVII. *Fama bellum conficit, & parva momenta in spem mature impellunt animos.* Tacit. Ann. l. XII. *Fama in novis coeptis validissima est.* idem de Agricola: *instandum famae, & prout prima cessernt, forte universa.* RADERUS.

Se posse vinci] In quo quantum sit momenti, optime explicat Livius XXIII, 16, 15. de Annibale modico proelio à Marcello victo: *ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello gesta sit* (leg. *est*) *non vinci enim ab Annibale vincentibus difficilius fuit, quam postea vincere.* Sic Plutarchus de ira cohibenda cap. 5. scribit: *Thebanos cum primum Lacedaemonios ante invictos creditos pepulissent, nullo*

strasse eam augurabantur; Tyrii, *Neptunum occupati maris vindicem* [1] *adripuisse beluam*, [2] *ac molem brevi* [3] *profecto ruituram.* [4] laetique omine eo ad epulas dilapsi oneravere se vino; quo graves, orto sole navigia conscendunt, redimita [5] coronis floribusque: adeo victoriae non omen modo, sed etiam gratulationem [6] prae-
6 ceperant. Forte rex *classem in diversam partem agi* jusserat, *triginta minoribus* [7] *navigiis relictis in litore*; è quibus Tyrii duobus captis, cetera ingenti [8] terruerant metu: donec suorum clamore audito Alexander, classem litori, è quo [9] fremitus
7 [10] acciderat, admovit. [11] Prima à Macedonum navibus quinqueremis velocitate inter ceteras eminens occurrit: quam ut conspexere [12] Tyrii, duae [13] è diverso in latera ejus invectae sunt; in quarum alteram quinqueremis [14] eadem concitata, &
8 ipsa rostro [15] icta est, & illam invicem tenuit. Jamque ea, quae non [16] cohaerebat,

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *abripuisse.* 2 Bong. Voss. 1. 2. *ad molem* Pal. 1. Leid. *at molem.* 3 Fl. *profectu.* 4 Col. *laetisque.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *floribus coronisque.* 6 Pal. 1. Ald. Mer. Col. *ceperant.* 7 Pal. 1. *remigiis.* 8 Fl. Leid. Bong. Lugd. Amst. *terruerunt* Voss. 1. 2. *terruere.* 9 Voss. 1. *praemitus.* 10 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *acciderant.* 11 Pal. 1. *primo Mac.* Fl. Leid. Voss. 1. Vulg. *prima è Mac.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *Tyriae* D. *Tyriae duae* Pal. 1. *Tyrii duo.* 13 Bong. Fl. Leid. *ex diverso* Mer. *eiverso* Voss. 1. omittit è. 14 Voss. 2. *ipsa.* 15 MS. p. L. *jata* Leid. *jacta.* 16 Fl. Leid. *quohaer* Voss. 1. *cuiohaer.*

nullo umquam deinde ab iis victos esse proelio. FREINSHEM.

Belua inusitatae magnitudinis] Diodor. l. XVII. c. 41. κῆτος ἄπιστον τὸ μέγεθος. ut è verbo videatur expressisse Curtius. RADERUS.

Abripuisse] Sic scripti libri, excusi *arripuisse beluam.* minus placet. MODIUS. Expedita ominis interpretatio, quod Macedones: impedita, quod Tyrii sibi capiebant. & haec impeditior ex hac ipsa lectione, quam Modius è scriptis libris dedit, cui vulgata minus placuit, *arripuisse beluam ac molem* &c. ex ea tamen emendationem ego, & ex emendatione vim ominis elicio, scriboque ita: *Neptunum occupati maris vindicem arguisse beluam, ac m. b. p. ruituram.* Sic nempe Tyrii interpretabantur, quasi belua conspecta Neptunum argueret, qui se vindicem profiteretur occupati maris, ac ruituram inde profecto molem, quia cum se belua applicuisset ei, mox ab ejusdem capite rursus in altum se immersisset. prorsus ut haec ita praeceps se dedisset, ita molem Neptuni ope datum iri. ACIDALIUS. *Arripuisse beluam*, Acidalius vellet *arguisse*, ut esset sensus, beluam id significasse, Neptunum maris esse vindicem, & molem ruituram. Mihi placet *arripuisse*, vel *abripuisse*, eodem enim utrumque recidit, & hanc fuisse Tyriorum mentem: beluam vastae molis assimilabant operi Macedonum, hoc & illa ob magnitudinem occupabant mare, ergo quod à capite molis se immersisset alto belua, ipsi etiam aggeri praesagire similem in mare ruinam interpretabantur. & hactenus ad se trahebant omen Tyrii: reliqua enim, quod *modo super undas &c. haud procul munimentis urbis emersit*, ad Macedonum spem pertinebant. FREINSH. Haud incommoda lectio videtur, si corrigas *adhibuisse.* id est praebuisse qui declararet, & omine praemoneret. l. VI. c. 10, 30. *solent capitis rei adhibere vobis parentes.* l. V. c. 4, 11. *adhibere vates.* ac si beluam *consiliis adhibuisset interpretem* l. VIII, 12, 9. Cic. l. II. de N. D. c. 27. *Lucina adhibetur ad partus.* Virg. l. VIII. Aen. vs. 56.

Hos castris adhibe socios, & foedera junge.

Oneravere se vino] Infra l. V. c. 7, 4. *ipsi mero onerati.* Sallust. Jugurth. c. 76. *ibi vino & epulis onerati.* CELLAR.

Praeceperant] Triumphum ante victoriam cecinere, quod est in paroemia πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις, & aliae affines. Diogenianus cent. 7. n. 56. RADERUS. Anteceperant, praesumserant. Cicero Philipp. XIII. c. 20. *praecipias licet gaudia.* CELLAR.

In litore] Ex adverso Sidonii portus. Tyrus enim duos portus habet, alterum clausum & angustis faucibus obversum Sidoni; alterum apertum versus Aegyptum, Strabo l. XVI. Tyrii tamen etiam Aegyptium portum in obsidione claustris munierant, ne Macedones irrumperent. Triginta naves Sidonio obversae erant; reliqua classis in altero portu versus Aegyptum stativa habebat. Ea gratia dixit supra IV, 4, 1. Alexandrum desperatione urbis obtinendae Aegyptum voluisse petere. RADERUS.

Duobus captis] Androclis ac Pasicratis. Arrian. II, 4, 22. qui & depressarum confractarumque plurium meminit. FREINSH.

Invicem tenuit] Plane geminus huic locus est apud Livium XXXVII, 30, 8. de Rhodia navi, *capta memorabili casu. nam quum rostro percussisset Sidoniam navem, anchora ictu ipso excussa è nave sua, unco dente velut manu ferrea injecta, alligavit alterius proram:*

rebat, libero impetu [1] evecta, in aliud [2] quinqueremis latus invehebatur; quum opportunitate mira [3] triremis è classe Alexandri in eam ipsam, [4] quae quinqueremi imminebat, tanta vi [5] impulsa est, ut Tyrius gubernator in mare excuteretur è puppi. Plures deinde Macedonum naves superveniunt, & rex 9
quoque aderat; quum Tyrii inhibentes [6] remis, aegre [7] evellere navem, quae haerebat, portumque omnia simul navigia repetunt. Confestim rex insequutus, portum quidem intrare non potuit, quum procul è muris missilibus submoveretur; naves autem omnes fere aut demersit, aut cepit. [8] Biduo deinde ad 10
[9] quietem dato militibus, jussisque *& classem, &* [10] *machinas pariter admovere,* [11] *ut utrimque territis* [12] *instaret*; ipse in altissimam turrem adscendit, ingenti animo, periculo majore. quippe regio insigni & armis fulgentibus conspicuus, 11
unus praecipue telis petebatur. & digna prorsus spectaculo edidit: multos è muris [13] propugnantes [14] hasta transfixit; quosdam etiam [15] cominus gladio clypeoque impulsos praecipitavit: quippe [16] turris, ex qua dimicabat, muris hostium propemodum cohaerebat. Jamque crebris arietibus saxorum compage laxatâ, mu- 12
ni-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *lacu evecta* Fl. Leid. *invecta.* 2 Voss. 2. *lat. inveh. quinq.* 3 P. *tyri remis.* 4 Mer. *qua quinqueremis.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. D. omittunt *impulsa est* sed in hoc suppletur. 6 Voss. 1. & Vulg. *remos.* 7 Voss. 2: *evulsere* Ald. Frob. Bas. Col. Er. *evellunt.* 8 Voss. 1. omittit *biduo* MS. p. L. *signo.* 9 P. *quinetem.* 10 Voss. 2. *manicas.* 11 Vulg. *& undique* Bong. *ut undique* & sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. 12 Vulgo *instare.* 13 Leid. *propugnantis* Frob. Bas. Mer. Ald. Col. *propugnatores.* 14 Voss. 1. *asta.* 15 Leid. *cumminus.* 16 P. *turris hostium.*

ram: inde tumultu injecto quum divellere se ab hoste cupientes inhiberent Rhodii, tractum anchorale & implicitum remis latus alterum detersit: debilitatam ea ipsa quae icta cohaeserat, navem cepit. Idem casus Dinocratem apud Polyb. XVI, 2. implicuit: *Dinocrates cum octere congressus, ipse quidem vulnus accepit ea parte navis, quae extra aquam exstabat, quod proram vehementer erexerat; hostilem autem navem laesit, qua parte infra aquam est, primum quidem ab hostili nave separari non poterat, quantumvis saepe conatus esset remos inhibere.* RADERUS. Simile narrat & Diodorus XIII, 99. in proelio Periclis & Callicratidae; & Lucanus III. vs. 563. ex emendatione Rutgersii Var. Lect. I, 12.

Tunc quaecumque ratis tentavit robora Bruti,
Ictu victa suo, percussae capta cohaesit.

Ex quo ipso loco expressa Curtii verba, jurare ausit Rutgersius. nam Lucano posteriorem esse pro comperto habet. FREINSH.

In mare excuteretur] Virgilium ante oculos habuit l. I. Aen. vs. 115.

In puppim ferit: excutitur, pronusque magister
Volvitur in caput.

Inhibentes remos] Vulgati omnes: *quum Tyrii inhibentes remis* &c. nihil audio. MODIUS. Vulgatum *remis*, Modius non audit, ego nec hoc novum *remos.* Utrum autem melius; rationem certe non ineo, cur vel remos, vel remis navem inhibuerint. quin contra faciendum fuit. aeque omnino corrigo *innitentes remis.* ut evellerent navem, remis incumbebant, remos concitabant, acrius remigabant. ACIDALIUS. *Inhibentes remis.* Retinui hanc scripturam, suadente Gronovio l. IV. observ. c. 26. Vide Indicem voce *Inhibere.* Non placet Acidalii: *innitentes remis.* FREINSH.

Portumque] P. Bertius in libello de aggeribus putat excidisse nonnihil ante haec verba, & supplendum esse sic: *aegre evellere navem quae haerebat. Fugam ergo capiunt Tyrii, portumque &c.* mihi non persuadet, qui nihil hic desiderari video. FREINSHEMIUS.

Et undique territis instare] Ferri poterat lectio vulgata; *ut utrimque territis instaret*, nisi ego in re simili veteres semper sequi mallem. MODIUS.

Ingenti animo] Magis ad animum Alexandri: *ingenti periculo, animo majore.* Major enim ille semper omni periculo: etsi infra VIII, 14. *Tandem*, inquit, *par animo meo periculum video.* ACIDALIUS. Forte, *ingenti animo, pari periculo.* l. VIII. c. 14. *tandem*, inquit, *par animo meo periculum video.* HEINSIUS.

Jamque] Proxima Curtio habent Arrianus II, 4. & Diodorus XVII, 16. nam Plutarchus Alex. cap. 43. narratiunculam memoratu dignam inserit: Alexandrum (quod & Curtius refert) exercitum otio dato refecisse, paucis moenia oppugnare jussis, ne quiescere possent Tyrii. Interea Aristandrum victimis caesis, inspectisque extis affirmasse, urbem haud dubie illo mense expugnandam. quae vox irrisu adstantium excepta est, cum ultimus tum mensis dies ageretur, nec appareret spes tam promptae victoriae. Alexan-

 drum

nimenta defecerant; & classis intraverat portum, & quidam Macedonum in turres hostium desertas evaserant: quum Tyrii, tot simul malis victi, alii supplices in templa confugiunt; alii foribus aedium obseratis occupant liberum mortis ar-
13 bitrium: nonnulli ruunt in hostem, [1] haud [2] inulti tamen perituri. magna pars summa tectorum obtinebat, saxa, & [3] quidquid [4] manibus fors dederat, ingerentes subeuntibus. Alexander, *exceptis qui in templa confugerant, omnes interfici,*
14 *ignemque tectis injici* jubet. [5] His per praecones [6] pronuntiatis, nemo tamen [7] armatus opem à [8] diis petere sustinuit: pueri virginesque templa compleverant;
15 viri in vestibulo suarum quisque aedium stabant, parata saevientibus turba. Multis

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *aut inulte.* 2 Voss. 2. *multi* Vulg. *inulte.* 3 B. 2. F. *quid* Lugd. Amst. *quod.* 4 Ald. Frob. Bas. Mer. Col. Elz. Amst. Lugd. *man. fors* D. Fl. Leid. *fors in manibus* Bong. Voss. 2. *etiam in manibus* B. 1. *in manus.* 5 B. 2. Voss. 1. *is.* 6 Voss. 2. *nuntiatis.* 7 Voss. 1. omittit *armatus.* 8 Leid. Voss. 1. *dis.*

drum autem vaticiniis faventem jussisse, ut pro trigesimo mensis die, numeraretur vigesimus octavus, simul muros hostiles acriter oppugnare coepisse; ita accursu totius exercitus effectum, ut Aristandri vaticinium exitum haberet. Justinus XI, 10. longe abit ab his omnibus, *per proditionem* captam fuisse Tyrum dicens, quod illorum nemo. Sed & Polyaenus IV, 3. seorsim à ceteris asserit occupatam. Sed & alterius etiam incogitantiae Justinum olim arguit, qui eodem loco addit, *non magno post tempore*, quam scilicet coepisset obsidio, captos esse Tyrios, cum Curtius mox, & Plutarchus Alex. cap. 41. adferant, ipsos septem menses eo in obsidio fuisse consumtos. FREINSH.

Compage laxata] Sic supra de mole aquis injecta c. 3. n. 6. sed de opere intelligi potest: at *compages saxorum* non tam facile laxatur. itaque si codices assensissent, scribere non dubitassem *saxorum compage luxata* facili mutatione. Nam *luxa membra* Festo sunt *è suis locis mota & soluta.*

Tot malis victi] Virgil. l. 11. Aen. vs. 367.

- - - - - - - - - *crudelis ubique*
Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.

RADERUS.

In templa] Alexander cum in Asiam transisset, *de hominibus quidem dignas rebus ab iis patratis poenas sumpsit: à templis vero Deorum prorsus abstinuit: quamquam Persae circa hanc partem maxime in Graecia deliquerant*, ut Polyb. l. v, 10. refert. POPMA. Adde Augustin. de civ. Dei 1, 7. sed hujus exempli non meminerat Augustinus cum lib. 1. c. 2. de civ. D. scriberet. Plura ejus generis exempla collegit V. Cl. Georg. Rittershusius in tractatu de jure Asylorum c. 10. FREINSH.

Foribus aedium obseratis] Ut Romae plebs Gallis urbe potitis Liv. l. v. c. 41, 6. RADERUS.

Liberum mortis arbitrium] Gualterus Poëta hoc ita expressit, aevo Ahenobarbi.

Mixta plebe patres pereunt. genus omnibus unum
Mortis, sed species moriendi non fuit una.
Iste pyram reverens gladios incurrit, & ille
Ut gladios fugiat, medios se mittit in ignes.
Nonnullos alia mortem dum morte caverent,
Urbis semirutae lapsos de moenibus ultro
Aequor ei vehemens absorbuit amnis hiatu.
Occultas alii latebras, vacuosque penates
Quaerentes, laqueis jugulos aptare parabant,
Et mortem fecere sibi ne morte perirent.
Inflicta à Grajis alios divortia Martis
Quaerere dum puduit, pro jure & legibus urbis
In faciem patriae libertatemque tuendo
Elegere mori, mortis genus illud honestum,
Et labi sine labe fuit non cedere caedi,
Caedereque & caedi, dum non sequuntur inulti.

RADERUS. *Liberum mortis arbitrium.* Necem ultro eligunt, se ipsi interficiunt. CELLAR.

Haud inulti] Edd. *haud inulte*, sed inusitate opinor est hoc adverbium; & respexit hic quoque, ut saepe Curtius Virgilium Aen. 11, vs. 670.

- - *numquam omnes hodie moriemur inulti.*

FREINSH.

Et quod fors in manus] Longe venustius hoc illo impresso, *& quicquid manibus fors dederat.* MODIUS. Libri nonnulli habent *in manibus*, quam suspicor esse veram, sed mutatam à sciolo, qui nesciebat, praepositionem *in* quandoque construi hoc quoque casu tali significatione, idque vel propterea, quia legitur in aliquo *in manus*, quod sine dubio ex glossa est, adjecta illi alteri *in manibus.* SCHEFFER.

Sustinuit] Ausus est, aut ab animo suo impetrare potuit, infra l. VI. c. 9, 18. *sustinuit rescribere mihi.* Sueton. Caes. c. 74. *Phagitae numquam nocere sustinuit.* Tacit. Hist. l. 1. c. 37, 1. *quia nec privatum me vocare sustineo, princeps à vobis nominatus; nec principem alio imperante.* CELLAR.

tis tamen [1] ſaluti fuere Sidonii, qui intra Macedonum praeſidia erant. [2] hi ur-
bem quidem inter victores intraverant, ſed cognationis cum Tyriis memores
(quippe utramque urbem [3] Agenorem condidiſſe credebant) multos Tyriorum,
[4] etiam protegentes, ad ſua perduxere navigia: quibus [5] occultatis, Sidona deve-
cti ſunt. [6] quindecim millia hoc furto ſubducta [7] ſaevitiae ſunt. quantumque ſan- 16
guinis fuſum ſit, vel ex hoc [8] exiſtimari poteſt, quod [9] intra munimenta urbis
[10] ſex millia armatorum [11] trucidata ſunt. Triſte deinde ſpectaculum victoribus 17
ira [12] praebuit regis. [13] duo millia, in quibus [14] occidendi defecerat rabies,
crucibus adfixi per ingens litoris ſpatium pependerunt. Carthaginenſium legatis 18
pe-

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *ſalutis.* 2 Mer. Baſ. Col. *in urbem.* 3 Col. *Agenorum.* 4 Pal. 1. *&.* 5 Ald. *occ. Sydona* Bong. Frob. Amſt. Lugd. *occultati* Mer. Lugd. Amſt. *vecti.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. *xv* Pal. 1. *vx de furto.* 7 Voſſ. 2. *ſevicie.* 8 Bong. Voſſ. 1. *aeſt.mari* Voſſ. 2. *extimari.* 9 Voſſ. 2. *inter.* 10 Voſſ. 2. *x.* 11 B. 1. *trucidati.* 12 Leid. Voſſ. 1. *praefuit* D. *praefuit* ſuperſcripto *b.* 13 Leid. Fl. Voſſ. 1. B. 2. 11. B. 1. *hii.* 14 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *occidendis* & ſic vulgo.

Qui intra Macedonum praeſidia erant] Non ſatis intelligo, quid his verbis noſter velit. Num *intra praeſidia* idem eſt ac *inter?* ſic forte ſenſus eſſet, habuiſſe Macedones inter auxiliares ſuos etiam Sidonios. ſed *praeſidia* pro auxiliaribus non puto inveniri. An *intra praeſidia Macedonum* eſt idem ac in praeſidio, in tutela Macedonum? ita ſenſus eſſet, Sidonios à Macedonibus defenſos, tamquam amicos. Verum hoc nihil facit ad praeſentem locum. ſuſpicor locum non eſſe ſatis integrum. SCHEFFER.

Utramque urbem] Diſſentire videtur Juſtinus XVIII, 3, 5. qui Sidonem prius conditam; & *poſt multos deinde annos* (quibus verbis longius tempus complecti ſolet, quam unius hominis aetas protenditur) à Sidoniis Tyrum, idque, ne quod dubium reſtet, *ante annum Trojanae cladis.* Tamen vel ſic de cognatione Tyriorum & Sidoniorum conſtat. Curtio conſentit Cedrenus, Tyrum ab Agenore exſtructam fuiſſe, additque, nomen id indidiſſe urbi ab uxore Tyro. Cum Stephanus velit à Tyro Phoenicis filio (ſic enim Stephanum interpretor) denominatam. Joſephus antiqu. VIII, 2. & Euſeb. num. 744. ſcribunt conditam fuiſſe 240. anno ante templum Hieroſolym. quae fere media eſſet aetas inter Agenorem, & bellum Trojanum. FREINSH.

Agenorem condidiſſe] Rurſum impreſſi *Agenorem condidiſſe credebant*, ſed ego illud *credebant* hoc loco neceſſarium eſſe, nego me illis credere. MODIUS.

Quibus occultatis] Ita Freinshemius, ſed neſcio an ſit conveniens Latinitati. *Occultatis devecti.* Longe profecto melius, quod habent codices plerique alii, *occultati.* Neque mihi dubium, quin litera *s* adhaeſerit ex initiali vocabuli ſequentis *Sidona.* Contrarium accidiſſe videtur initio hujus commatis, ut ſcilicet finalis vocabuli praecedentis *navigia* abſumpſerit praepoſitionem, quae hic poſtulatur, ſicque locum faceret obſcurum, & obnoxium depravationi. lege igitur: *à quibus occultati Sidona devecti ſunt.* SCHEFF.

Quindecim milia] Variant libri; in aliis enim *quinque*, quod magis veriſimile eſt, in aliis *quindecim milia*, in quibuſdam *mille* legitur, ſed hoc alterius temporis & loci eſt. MODIUS. *Quindecim millia.* Hoc neque in Arriano, neque in Diodoro ſcriptum, & numerus eſt ingens. Glareanus V. M. putat reſcribendum, quamquam & hoc nimium videri velit. Sed codices conjurant in XV. M. & quam facile hoc in turba, & tanto tumultu, cum naves ad manum? RADERUS.

Trucidata ſunt] Recte ex Cod. Bongarſ. 1. aſſeruit formulam ſuam Curtio Cl. Drakenborgius, reſtituens hoc loco *trucidati*, quam probant ſequentia, ubi dicit *duo millia crucibus adfixi.* Quod pluribus revincitur in notis ad Silium Ital. l. X. vſ. 307.

In quibus occidendis] Feci quod ſoleo, veteres codices ut probiores ſecutus ſum. nam in recentioribus eſt; *in quibus occidendi defecerat rabies crucibus affixi per ingens littoris ſpatium pependerunt.* MODIUS. *Occidendi defecerat rabies*, deſierat cupiditas interficiendi. CELLAR.

Duo millia crucibus adfixi] Apud hiſtoricos, & poëtas frequens eſt generum inter ſe permutatio, cum duae diſſimiles voces in oratione collocantur, quarum poſterior ad rem ſignificatam refertur, & genere non reſpondet. ut Livius *Samnitium caeſi tria millia trecenti.* Terent. And. *ubi illic ſcelus eſt, qui me perdidit.* Vide latius Auſon. Popmae fratris mei l. II. c. 2. de uſu Antiq. Locut. Crucis poena omnium graviſſima eſt habita, &, ut D. Auguſtinus ait, *illa morte pejus nihil inter omnia genera mortium.* Herodotus, in Thalia, refert Darium cum Babyloniam cepiſſet, Babyloniorum quoque procerum tria millia patibulis affixiſſe, data ceteris venia urbem incolendi. Crucis vero ſupplicium à Conſtantino Chriſti veneratione ſublatum eſt, cujus loco Tribonianus furcam re-

po-

pepercit; addita denuntiatione *belli*, *quod praesentium rerum necessitas moraretur.*
19. [1] Tyrus [2] septimo mense, quam oppugnari coepta erat, capta est; urbs & vetustate originis, & crebra fortunae varietate ad memoriam posteritatis insignis. Condita ab Agenore, diu mare, non vicinum modo, sed [3] quodcumque classes ejus adierunt, [4] ditionis suae fecit. &, [5] si famae libet credere, haec gens literas pri-

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *Tyros.* 2 Bong. *oppugn. sept. m. q. c. erat.* 3 MS. p. L. Frob. *quocumque.* 4 Pal. 1. *dictionis.* 5 Mer. *ut famae.*

posuit; sed crux & furca res diversae sunt. cruci criminosi figuntur, furcae suspenduntur. POPMA. De Constantino vide Lipsium de Cruce III, 14. quo pertinent haec Augustini in quaest. ex utroque test. mixtim cap. 115. *Antea cruci homines figebantur, quod postea edicto prohibitum manet.* Sed Tyrios ab Alexandro crucifixos prodit Justinus XVIII, 3, 12. *ob memoriam veteris caedis*, quod scilicet orti essent ex servis antiquorum Tyriorum, qui caesis dominis remp. sibi attribuerant. crux enim servile supplicium est, ut ad Justini locum notavit Socer meus; & Lactantius III, 26. firmat his verbis: *Indignum enim homine libero quamvis nocente supplicium est visum.* Item Seneca Contr. III, 6. *Fecit se similem servis, sororem raptis, libertum cruciariis.* Sic & Spartaci reliquias crucifixit Crassus. Tamen illam Justini rationem, quamquam nitatur simili exemplo Branchidarum, infra VII, 5, 32. ob majorum delictum exstirpatorum, haud equidem cuiquam pro certa venditaverim. nec non servi, qui duce Spartaco bellum moverant, de quibus Appianus fine lib. 1. de bellis Civil. loco persimili huic Curtiano: *depugnabant, donec omnes interfecti cum ceteris occubuere, sex millibus exceptis, qui capti in crucibus sublati sunt per iter, quod à Capua Romam usque protenditur.* Quo, opinor, exemplo mox Augustus, confecto adversus Sex. Pompejum bello, servos dominis carentes adfixit cruci. Dio lib. XLIX. quos, apud Sueton. ni fallor, legi fuisse numero ad 6000. In obsidione Hierosol. Judaei saepius una die ad 500. à Romanis in crucem sublati sunt, donec tandem cruces deessent. Joseph. de bello Jud. VI, 12. Quod exemplum notabile est, quando inter alia divinae vindictae instrumenta, etiam eodem supplicio, in quo peccaverant, venit super eos sanguis justi. FREINSH. Adde Val. Max. l. II. c. 7.

Capta est] Per proditionem captam putat Justinus; per stratagema Aelianus; per vim Polyaenus. Factum hoc Olymp. 112. an. 1. aetatis Alexandri 23. regni 3. RADERUS.

Condita ab Agenore] Curtius Tyrum vetustate originis, & crebra fortunae varietate insignem ab Agenore conditam refert. Unde & jus ipsi cognationis esse cum Sidoniis, & utramque urbem Agenorem condidisse Justin. l. XVIII. tradit, Tyrum saeculorum serie antiquissimam, & postea armipotentem Romanorum coloniam ante annum Trojanae cladis à Sidoniis, Phoenicibus per Ascaloniorum regem expugnatis, eoque appulsis conditam. de Tyro Orosius l. III. c. 6. & sic Marcellin. l. XIV. *Post hanc acclivis Libani montis Phoenice regio, plena gratiarum & venustatis, urbibus decorata magnis & pulchris: in quibus amoenitate celebritateque hominum Tyrus excellit.* Tyrus autem & *Sarra* dicta est à pisce *Sar*; unde Probus ait, Ennium dixisse: Poenos Sarra id est Tyro oriundos; ut notavit vir eruditissimus Fr. Taubmannus ad illud Plauti in Truculento act. 2. sc. 6.

- - - *ad id purpuram ex Sarra tibi*
Attuli

Hinc Virg. II. Georg. vs. 556.

Ut gemma bibat & Sarrano dormias ostro.

De Tyriorum rebus gestis vide Joseph. l. VIII. antiq. Jud. c. 2. POPMA. *Agenore*, Cadmi, Phoenicis & Europae patre. CELLAR.

Mare] Unde & proverbium natum, *Tyria maria*, ut refert Reinec. in regno Phoeniceo, qui unus sufficere potest pro omnibus ad cognoscendas Tyriorum res, quantum huic instituto sufficit. Exstat autem id proverbium apud Festum. FREINSH.

Literas] Lucan.

Phoenices primi, famae si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

MODIUS. *Literas.* De primis literarum repertoribus vide Camerar. subcisiv. 3, 70. qui merito lauream illam Adamo tribuit. quem sane tot saeculis rem tam necessariam non invenisse, praesertim cum esset, ut quidem est consentaneum, homo summa prudentia praeditus, mihi non sit verisimile. Unde probo judicium Altissiod. Chronici: *liquido claret ab ipso primo homine exordium literarum cepisse.* Lipsius ad Tacit. XI, 14, 1. citat consentientes Curtio Tacitum, Clementem Stromat. lib. 1. Isidorum, Plinium VII, 56, 2. & Suidam in φοινικήια; qui fere Cadmum auctorem nominant, aut certe doctorem, à quo Graeci acceperint: alluditque eo idem Plinius V, 12, 3. Chronicon Stadensis Abrahamo tribuit inventionem Hebraicarum literarum. Eupolemus citatus in Epitome temporum, quam Scaliger edidit cum Eusebio, Judaeos à Mose literas accepisse scribit, ab Judaeis Phoenices, ab his deinde Graecos. Vide & Philostratum pag. 660. Praeter istos auctores Raderus nominat Philonem, Josephum lib. 1. contra Appion. Diodorum, Herodotum, Ciceronem, Livium,

prima aut docuit, aut didicit. Coloniae certe ejus pene orbe toto diffusae sunt: 20
Carthago in Africa, in [1] Boeotia Thebae, [2] Gades ad Oceanum. Credo libero commeantes mari, saepiusque adeundo ceteris incognitas terras, elegisse sedes [3] juventuti, qua tunc abundabant: seu quia crebris motibus terrae, nam hoc quoque traditur, cultores ejus fatigati, nova & [4] externa domicilia armis sibimet quaerere cogebantur. Multis ergo casibus defuncta, & post excidium 21
renata, [5] nunc tamen longa pace cuncta refovente, sub tutela Romanae [6] mansuetudinis adquiescit.

VARIANTES LECTIONES.

1 D. *Boetia.* 2 D. Pal. 1. Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *Gadis* Voss. 2. *Ghadis.* 3 Pal. 1. *juventute, & qua tunc abundabat* Leid. Voss. 1. 2. *juventute qua tunc abundabat sive* D. *juventuti qua tunc abundabat.* 4 Mer. *& aeterna.* 5 Pal. 1. omittit *nunc tamen l. p. c. refov.* 6 P. *consuetudinis.*

vium, Eusebium de praeparatione Euangel. lib. VIII. Melam, Hieronymum, Tzetzem, Pererium, Polydorum Virgilium, Joh. Goropium Becanum: & Loccenius Hermannum Hugonem Jesuitam, qui post omnes alios observaverit hac de re, in libello de prima scribendi origine, & rei literariae antiquitate. Vide & magnum Scaligerum in digressione de literarum Ionicarum origine ad locum Eusebiani numeri MDCXVII. & Postellum in tractatu de Foenicum literis: cum Politiano Miscellan. 1, 39. FREINSH. Quia Cadmus, conditoris filius in Graeciam illas primus apportavit. CELLAR.

Coloniae] Praeter has quas recenset Curtius, memorantur ad Septentrionem *Tyros, quam praestringit fluvius Tyras* Ammian. XXII, 18. Leptis & Utica in Africa. Plin. V, 19. (Sallustii verba mox referentur) de Africanis Tyriorum coloniis sunt haec Tertulliani de Pallio cap. 1. *Sic & in proximo soror civitas vestiebat, & sicubi alibi in Africa Tyros.* FREINSH. Praecipuae ex multis tantummodo nominantur, addi possunt *Utica* apud Melam l. 1. c. 7. *Leptis, Hippo, Adrumentum*, aliae apud Sallust. Jugurt. c. 19. adde Vellej. Pat. l. 1. c. 2. CELLAR.

Motibus terrae] Sic interpretor Lucan. l. III. Pharf. vf. 217.

- - - - - - - *Et Tyros instabilis.*

FREINSH.

Tamen] Bongars. libro suo sic adscripserat. *ἴσ. tandem*, quomodo legendum quoque videbatur Sebisio. FREINSH.

Sub tutela mansuetudinis Romanae] Tyrios, instaurata urbe, Syriae reges libertate donaverant, quam Romani confirmarunt, Strabo lib. XVI. Severus tandem jus Italicum adjecit. Digest. de Censib. Leg. 1. & VIII. FREINSH. Non hic designatur *longa pax in re Romana*, ut censet Lipsius ad Tacitum, qui hoc argumento ab aetate Augusti removet Curtium; sed pax Tyriae civitatis, quam illa post mortem Alexandri tandem restituta, & simul *αὐτονομίαν* sub tutela alieni imperii, regum Syriae primum, ac dein Romanorum habuit tempore Curtii, vel Tiberii plane longam. PERIZON. Curt. Vind. p. 7.

CAPUT V.

Darii iterata de pace ad Alexandrum submissior legatio. qua repudiata, Graeci Alexandrum corona aurea donant: ille autem, per praefectos, multas in potestatem suam redigit provincias.

[1] Iisdem ferme diebus Darii literae adlatae sunt, tandem ut regi scriptae. Petebat, *uti filiam* [2] *suam*, [3] Statirae erat nomen, *nuptiis* [4] *Alexander sibi adjungeret.* 1

VARIANTES LECTIONES.

1 F. *hisdem.* 2 Bong. Voss. 2. *suam cui.* 3 Vulg. *Saptinae* vel *Statyrae* D. *Statipnae* Pal. 1. Er. *Statipne* Ald. Bas. Mer. Col. *Satipnae* Fl. Voss. 1. *Statiprae* Leid. *Statipe* Bong. Voss. 2. *Statipre.* 4 Pal. 1. *Alexandri.*

Ut regi scriptae] Adscripto *regis* titulo & nomine, quod superiori epistola omiserat. Vide cap. 1. CELLAR.

Saptinae] Membranae *Statiprae*, unde lege, quemadmodum Plutarchus, Arrianus, alii etiam appellant, *Statirae.* MODIUS. *Statirae*, variant in hujus loci scriptura impressi codices, in quibusdam *Sartinae*, in aliis, *Satyriae*, in nonnullis autem *Statyrae* legitur. At ex Plutarcho, & Justino XII, 10, 9. *Statirae* reponendum. Statiram enim majorem natu

ret. Dotem fore omnem regionem inter Hellespontum & [1] Halyn amnem [2] sitam; inde
2 *Orientem spectantibus terris contentum [3] se fore. Si forte dubitaret quod offerretur accipere: numquam diu eodem vestigio stare fortunam; semperque homines, quamtamcum-*
3 *que felicitatem habeant, invidiam tamen sentire majorem. Vereri, [4] ne se avium modo, quas naturalis levitas ageret ad sidera, [5] inani ac puerili mentis [6] adfectu [7] effer-*
4 *ret. Nihil difficilius esse, quam in illa aetate tantam capere fortunam. Multas se ad-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. Amst. *Alyn.* 2 Voss. 2. omittit *sitam.* 3 Leid. Voss. 1. 2. Bas. Frob. Mer. Col. D. Pal. 1. Ald. omittunt *se fore.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. *se, ne,* Voss. 2. *sese ne.* 5 Bas. *se inani.* 6 D. omittit *adfectu* suppl. à manu secunda Fl. Leid. Voss. 1. etiam omittuut. 7 Amst. *se offerret* B. 1. 2. Fl. Leid. Voss. 1. *afferet* Pal. 1. totum locum ita constituit: *vereri se ne avium modo quas naturalis levitas ageret ea quae possederat inanibus ac puerilibus liniamentis efferret.*

natu Darii filiam legitimo sibi copulavit matrimonio Alexander, juniorem Drypetim Hephaestioni uxorem dedit. Arrianus VII, 1, 18. refert, Alexandrum tres uxores duxisse, & majorem natu Darii filiam, quam matrimonio sibi junxit, non Statiram, sed Barsinen vocatam fuisse: & praeter hanc aliam Parysatin, ex filiabus Ochi natu minimam, sed & antea Roxanem Oxyatris Bactrii filiam: Sed Arriano non assentior. nam Barsine Artabazi filia fuit principis purpuratorum, ex qua Alexander filium suscepit Herculem, & quo tempore ceteras quoque Persidas distribuit, & amicis in matrimonium collocavit, alteram sororem Apamam Ptolemaeo, Eumeni Bersinem, ut in Eumene cap. 2. refert Plutarchus. POPMA. Statiram autem ei puellae nomen fuisse, potius quam aliud eorum, quae multiplex librariorum error generavit, etiam argumento est Statira, Mithridatis Pontici soror, de qua Plutarch. Lucullo cap. 35. ii enim Reges Persicis fere nominibus utebantur. FREINSH.

Inter Hellesp. & Halyn] Strabo lib. 11. *Regio intra Halyn quae dicitur, continens ad Pontum & Propontidem sitos, Paphlagonas, Bithynos, Mysos, & Phrygiam Hellesponto, ut solent vocare, imminentem, cujus est etiam Troas.* Hinc Alexander statim num. 7. *Dotem sibi dari Lydiam, Ioniam, Aeolidem, Hellesponti oram.* Herodotus 1, 72. *Imperium Medicum & Lydium disterminabat fluvius Halys, qui ex Armeno monte profluens, primum Cilicas &c. interfluit.* Deinde concludit. *Ita flumen Halys cuncta fere superiora Asiae, à mari, quod Cypro objectum est, ad Euxinum usque Pontum dirimit. Est autem totius regionis longitudo quinque dierum itineris viri expediti.* Herodotum Plinius VI, 2. illustrat & sequitur. *Halys à radicibus Tauri per Cataoniam, Cappadociamque decurrens &c. ejusdemque nominis sinus, ut Asiam poene insulam faciat CC. M. passuum haud amplius, per continentem ad Issicum Ciliciae sinum.* CC. M. passuum, si quinque millibus nostrum milliare definias, efficient 40. milliaria: si quatuor millibus, erunt 50. quae si 5. diebus velis percurrere, uno die percurres 8. vel 10. milliaria. quod expedito viatori non est difficile. Arrianus miscet duas Darii epistolas, à Curtio sejunctas. RADERUS. *Inter Hellesp. & Halyn.* Vetus Lydorum regnum, quod Croeso Persae ademerant. CELLAR.

Contentum se fore. Si forte] Ita hunc locum à libris destituti de conjectura emendavimus: bene, an secus, tui, lector, judicii facio, dum memineris in simili re frequentes admodum peccare membranas. *se fore. si forte* post invicem posita fefellerunt librarios, qui omisso altero illo excudi curarunt; *inde Orientem spectantibus terris contentum. si forte* &c. Quae lectio quid sibi velit, ne Deus quidem Delphicus temere dixerit. MODIUS. *Se fore,* omittunt haec verba quaedam edd. haud dubie propter sequentia; *si forte.* FREINSH.

Invidiam sentire majorem] Vellejus l. 1. c. 9. *assidua imminentis fortunae comes invidia, altissimisque adhaeret.* CELLAR.

Ne se] Sic melius impressi quidam, quam alii *se ne*, nisi in fine periodi legas *efferretur.* sed illud absque dubio rectius. FREINSH. *Vereri ne se avium more.* Verba haec sic ab emendatoribus sunt formata. Curtii ipsius aliter habuere, quod liquet ex diversis multisque lectionibus. Codex Palatinus unus exhibet locum totum hoc modo: *vereri se ne avium modo, quas naturalis levitas ageret ea, quae possederat inanibus & puerilibus liniamentis efferret.* ex quo conjicio scripturam veterem ita se habuisse. *Vereri se, ne avium modo, quas naturalis levitas ageret, ob ea, quae possederat, inanibus & puerilibus linimentis se efferret.* Nempe *linimenta* posita pro *delinimentis.* Delinimenta vero, quibus quis demulcetur, & pertrahitur ad aliquid. Ita sensus erit; metuere se, ea quae occupata habeat, Alexandro sint instar delinimenti alicujus puerilis, quo gaudeat, seseque efferat, tamquam re incomparabili. SCHEFFER.

Adfectu] Haec vox in Codice scripto Coloniensi non erat. nec video, quomodo abesse posset. sed tamen non erat. MODIUS.

Nihil difficilius] Eodem tendunt verba M. Antonini filium adolescentem amicis commendantem: *stantem difficile in maxima licentia moderari sibi.* Herodian. l. 1. 8. Eo pertinet Oratio Hannibalis ad Sci-

adhuc reliquias habere; nec semper [1] *in angustiis posse deprehendi: transeundum esse Alexandro Euphraten, Tigrinque & Araxen, &* [2] *Hydaspen, magna munimenta regni sui. veniendum in campos, ubi paucitate suorum erubescendum sit.* [3] *Mediam, Hyrcaniam,* [4] *Bactra, & Indos Oceani* [5] *accolas* [6] *quando aditurum?* [7] *vel Sogdianos & Arachosios,* [8] *nomine* [9] *tantum notos, ceterasque gentes ad Caucasum &* [10] *Tanaim pertinentes? Senescendum fore tantum terrarum vel sine proelio obeunti. Se vero ad* 6 *ipsum vocare desineret: namque illius exitio* [11] *esse venturum.* Alexander [12] iis il- 7 lis, qui literas attulerant, respondit; *Darium sibi aliena promittere:* [13] *quod totum amiserit, velle partiri. Doti* [14] *sibi dari Lydiam,* [15] *Ioniam,* [16] *Aeolidem, Hellesponti oram, victoriae suae praemia. leges autem à victoribus dici; accipi à victis.* [17] *In utro statu ambo essent, si* [18] *solus ignoraret, quamprimum Marte decerneret. Se quoque, quum* [19] *transisset mare, non Ciliciam, aut* [20] *Lydiam, (quippe tanti bel-* 8 *li*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. Lugd. *inter angustias.* 2 Leid. Voss. 1. 2. D. *Idaspen* Ald. Col. *Hydaspem.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Bas. Mer. Col. Amst. Lugd. *in Med.* 4 Voss. 2. *Batras.* 5 P. *incolas.* 6 Mer. Ald. *quando se adit.* D. Pal. 1. *quandoque ad.* B. 2. *quado ad.* B. 1. F. *quados ad.* 7 D. Pal. 1. *ne S.* Bong. Leid. *ne Socd.* Frob. Col. Voss. 1. *ne Sogd.* Mer. *ne Soglianos* Voss. 2. *vel Sodianas.* 8 Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. Bas. Col. *nominem* Voss. 2. *nomine* in margine eadem manu correctum *nomina.* 9 D. Pal. 1. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Mer. Col. omittunt *tantum notos.* 10 P. *Tanati impert.* Leid. *Tanaitin.* 11 Fl. Leid. Pal. 1. Frob. Bas. Mer. *se esse.* 12 Vulgo *his qui* & sic Fl. Leid. Voss. 1. *iis qui.* 13 Fl. Leid. Bong. *& quod totum* Voss. 1. *eo quod.* 14 P. omittit *sibi dari.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *Ionas* Mer. Bas. Col. *Ionidas.* 16 Voss. 2. *Helidem.* 17 Leid. *an in.* 18 Pal. 1. *solum.* 19 Fl. Leid. Bong. Lugd. Amst. *transiret.* 20 Ald. Pal. 1. Bas. Frob. Mer. Col. *Lydiam ignorare.*

Scipionem apud Polyb. l. xv, 7. & apud Liv. l. xxxi, 18, 4. Philippi; *aetas se ferociorem reddit.* FREINSH.

In illa aetate] Aetate juvenili, quae imprudentius plerumque agit, & facile fortunam suam praecipitat. CELLAR.

Araxen & Hydaspen] Araxes Armeniae & Mediae fluvius: alius Persidis, sed qui verius *Aroses* vocatur. vide Salmas. in Solin. p. 495. ed. Ultr. *Hydaspes* autem Indiae fluvius Persarum regni, munimentum nequaquam dici potuit. Aut ergo lapsus est Curtius, ut saepe in Geographia; aut *Choaspes* Susianae, vel aliud fluminis nomen substituendum. CELLAR.

Mediam] MSS. *in Med.* Forte, *inde Mediam.* HEINSIUS.

Quando aditurum] Libri plerique habent, *quandoque*, item *quando se*, forte noster scripserat *quando quaeso aditurum.* SCHEFFER.

Vel Sogdianos] Scripti omnes, *ne Sogdianos & Arachosios nominem ceterasque gentes &c.* sed hoc modo parum cohaerent media, & postrema primis. retinui itaque Lugdunens. scripturam, utpote quae & sanior sit, & Curtio solentior. sic supra dixit, *ignota etiam ipsi gentium nomina* & alibi aliter. MODIUS. *Sogdianos, Arachosios* extremos Persici regni ad orientem populos. CELLAR.

Ad Caucasum & Tanaim] Caucasus mons in Colchide post Euxinum pontum. Tanais fluvius Europam ab Asia disterminans: uterque extra terras, quas Alexander petiturus erat. sed notus error Curtii vel Alexandri militum, qui *Paropamisum* Caucasum, *Jaxartem* Tanaim vocavere. CELLAR.

Alexander his qui] Impressi, *Alexander his illis qui*, sed illis quid ineptius? MODIUS. Quid si legas? *Alex. sic illis.* nam etsi intelligas *iis* quasi *per ea*, vel *ad ea*, κακοφωνίαν tamen habent haec conjuncta.

Et quod totum amiserit] Haec ita scribunt ineptissimi homines. *Alexandrum sibi aliena promittere: quod totum amiserat, velle partiri.* nugae maximae. MODIUS.

Se quoque cum transiret mare] Audeo dicere, non aversis Musis hunc locum ita emendavi, cum legeretur antea in aliis hoc modo: *se quoque cum transisset mare, non Ciliciam aut Lydiam ignorare; quippe tanti belli exiguam hanc esse mercedem: sed Persepolim caput regni ejus, Bactra deinde & Batava &c.* in aliis hoc, *se quoque cum transisset mare n. C. a. L. ignorare: q. t. b. e. h. esse m. s. P. c. r. e. B. d. Ecbatana &c.* in quibus ut vides illud *ignorare* ab ipsa ignorantia huc inculcatum turbat omnia. sed bene, quod membranae nos, & hoc vel furcillis hinc esse ejiciendum, & reliqua ita quemadmodum excusa sunt, restituenda monuerunt. MODIUS. Non nemini displiceat in illis istud *quoque* sic quidem nude positum. nam addita particula magis ferre vulgus posset. *se tum quoque, cum transiret mare.* At Curtius suo eleganti more omittit eam, atque ita cum saepe tum lib. vi. *Darium quoque cum occidisset Bagoam hac excusatione satisfecisse popularibus.* nam ita prorsus & illic capies. quae hic sequuntur in vulgatis meliora. nos adjuvamus, & totum scribimus. *se quoque cum transiret mare,* *non*

li exiguam [1] *hanc* [2] *esse mercedem*) *sed Persepolim caput regni ejus*, [3] *Bactra deinde*, [4] *& Ecbatana*, *ultimique Orientis oram imperio* [5] *suo destinasse. Quocumque ille fugere potuisset*, *ipsum sequi posse: desineret terrere fluminibus*, *quem sciret maria transisse.*
9 Reges quidem [6] invicem haec scripserant. Sed [7] Rhodii urbem suam portusque [8] dedebant Alexandro. Ille Ciliciam Socrati tradiderat: [9] Philota *regioni circa Tyrum* [10] jusso *praesidere*. Syriam, quae [11] *Coele* appellatur, Andromacho Parmenio
10 tradiderat, [12] bello quod supererat interfuturus. Rex Hephaestione [13] *Phoeni-*
11 *cis oram classe praetervehi* jusso, ad urbem Gazan cum omnibus copiis venit. [14] Iisdem fere diebus sollemne erat [15] ludicrum [16] Isthmiorum, quod conventu totius

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. omittit *hanc*. 2 Pal. 1. Lugd. Amst. omitt. *esse*. 3 Voss. 2. semper *Batra*. 4 Vulgo omittitur *&* Col. Bas. Mer. *& Battava* Voss. 2. *& Batana*. 5 Voss. 1. 2. Fl. Leid. Bong. omittunt *suo*. 6 Leid. Voss. 1. 2. *haec invic.* 7 B. 1. 2. Voss. 1. *Hrodii*. 8 Voss. 1. 2. Ald. Frob. Mer. Col. *debebant*. 9 Fl. Voss. 1. Bong. *Filiatae* Voss. 2. D. *Filiate* B. 1. *Philotae*. 10 Voss. 2. *praesid. juss.* 11 Voss. 2. *celes*. 12 Fl. Leid. Voss. 1. Ald. D. Col. Frob. Bas. Mer. *ab illo quod supererat iter facturus* Pal. *ab illo q. s. iter futuris*. 13 Vulgo *Phoenices*. 14 Fl. Leid. *Hiisdem*. 15 P. omittit *ludicrum*. 16 Sic D. sed cum rasura, aliud prius fuit Pal. 1. *Isthimiorum* Leid. *Iistymiorum* Voss. 1. *Istymiorum*.

non Ciliciam aut Lydiam, *quippe tanti belli exiguam hanc mercedem*, *sed Persepolim caput regni ejus*, *Bactra deinde & Ecbatana*, *ultimique orientis oram imperio destinasse.* ACIDALIUS.

Aut Lydiam] Multi veterum: *aut Lyd. ignorare.* credo fuisse: *aut Lydiam*; *non ignorare quippe tanti belli exig. hanc esse mercedem: sed* &c. FREINSH.

Belli exiguam hanc esse mercedem] Lego; *belli exiguam has esse mercedem.* HEINSIUS.

Persepolim, *Bactra*, *Ecbatana*] Praecipuas urbes regni Persici nominat, provinciarum ditissimarum Persidis, Bactrianae & Mediae capita. CELLAR.

Rhodii] Adde Oros. III, 17. Quo tempore suspicari licet, eos munera misisse Alexandro, inter quae fuerit & pretiosum illud ἐπιπόρπαμα, cujus Plut. in vita cap. 60. meminit. Rex autem vicissim Rhodios amavit atque auxit, ut videre est ex Diodoro XX, 82. Nec diu tamen illi in fide: quippe intellecta morte Alexandri, praesidium Macedonum, cujus infra IV, 8, 12. meminit noster, ejecerunt, seque in libertatem vindicarunt. Diodor. XVIII, 8. FREINSH.

Andromacho] Hunc ab ipso Alexandro praefectum locis illis scribit Euseb. n. MDCLXXXV. *Alexander capta Tyro Judaeam invadit*, *à qua favorabiliter exceptus Deo victimas immolavit*, *Pontificem Templi honoribus plurimis prosequitur*, *Andromacho locorum custode dimisso*, *quem postea Samaritani interficiunt &c.* Quam historiam cum alibi, quam apud Eusebium, non legi diceret Scaliger, apparet virum summum id temporis hujus loci Curtiani, & item alterius infra IV, 8, 9. non fuisse recordatum. Sed & Cedrenus rei meminit, ἧς καὶ ἐπιμελητὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τόπων Ἀνδρόμαχον κατέστησεν, ὃν ἂν ἀνελόντες οἱ τὴν Σαμαρείαν οἰκοῦντες, δίκας ἔτισαν: *Cujus Curatorem cum locis vicinis constituit Andromachum: quem interfecerunt Samariam habitantes*, *poenasque dederunt.* FREINSH.

Bello quod supererat] Diu me torsit hic locus, perdiu. Lugdunensis editio habebat, *ab illo quod supererat iter facturus.* Atque hoc Gymnici editione confirmatur. Colonienses membranae, *ab illo quod supererat interfuturum.* Sigebergensis, *ab illo quod supererat interfuturis.* quae omnes lectiones aliae aliis vitiosiores, tales sunt, ut in iis excutiendis magnopere laborandum sano alicui non videatur: venit tamen in mentem suspicari absque illo *ab* ita haec posse constitui. *illo*, *quod supererat*, *iter facturus*, sed ne hoc quoque satis placebat. Igitur versanti animum in omnes partes, haec tandem sedit, & non dico jam opinio, sed sententia, non aliter scripsisse Curtium, quam *bello quod supererat interfuturus*, prona fuit ad errorem via, in vocibus *bello* & *ab illo*, nec illi *interfuturus* vis ulla à me est adhibita, cum ut ante dixi, scripti etiam alii *interfuturum*, alii, quod adhuc propius à vero abest, *interfuturis* haberent. sic igitur hic statuo, & Glareani modestiam, qui more suo quid sibi velint verba, *ab illo quod supererat iter facturus*, ingenue ignorare fatetur, vehementer amo. MODIUS. Aldus & Frobenius ediderunt *iter facturus*, pro *interfuturus*, eamdem lectionem firmant MSS. Palat. Bongars. in quibus & pro *bello* legitur *ab illo.* Unde suspicor, lectionem Curtii veram esse, *ad bellum*, *quod supererat*, *iter facturus.* Vitium natum ex eo, quia pro *ac bellum* antique & compendiose scriptum fuit *ad bello* cum lineola super litera ultima, deinde junctum utrumque & factum *abello*, & ab emendatore *ab illo.* SCHEFFER.

Urbem Gazan] Mari vicinam, in via, quae Hierosolymis in Aegyptum ferebat. CELLAR.

Ludicrum Isthmiorum] Ex quatuor ludorum Graeciae generibus non ultimum fuit, quod in Isthmo apud Corinthum celebrabatur, de cujus sollemnitate vide sis Liv. l. XXXIII. c. 32. CELLAR.

Ut

tius Graeciae celebratur. In eo concilio, [1] ut sunt Graecorum temporaria in-
genia, decernunt, *ut* [2] *duodecim* [3] *legarentur ad regem*, *qui ob res pro salute*
[4] *Graeciae ac libertate gestas*, *coronam auream donum victoriae ferrent*. Iidem 12
paullo ante [5] incertae famae captaverant [6] auram, ut quocumque pendentes
[7] animos tulisset [8] fortuna, sequerentur. Ceterum non ipse modo rex obibat 13
urbes, [9] imperii jugum adhuc [10] recusantes; sed praetores quoque ipsius, [11] e-
gregii duces, pleraque invaserant. [12] Calas Paphlagoniam, Antigonus Lycao-
niam: Balacrus [13] Idarne praetore Darii superato [14] Miletum cepit: [15] Am- 14
photerus & Hegelochus centum sexaginta navium classe insulas inter Achaiam
[1] at-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. *Graeci ut sunt temporaria ing.* Pal. 1. *Graeci ut sunt temporalis ing.* Ald. Frob. Mer. Col. *temporalia* Voss. 2. *temperalia* Bong. *Graeco ut sunt temporaria* P. *Graeco ut sunt temporalia ing.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. Pal. 1. B. 1. 2. *xv.* 3 Mer. *delegarentur.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. Lugd. *ac lib. Graec.* 5 B. 1. *marte.* 6 P. *aueam.* 7 Pal. 1. *animis* Fl. Leid. Ald. Frob. Bas. Mer. Col. *animus.* 8 Fl. Leid. D. Pal. 1. Ald. Mer. Frob. Bas. Col. *fortunam.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *adh. jug. imp.* 10 D. *recussantes.* 11 Leid. *egregiae.* 12 Leid. Voss. 1. Ald. D. Mer. Bas. Col. *Chalas.* 13 Pal. 1. D. Gyd. P. *Hydania* F. B. 1. 2. Fl. Leid. Voss. 1. *Hydarne Dar. praet.* 14 Bong. *duo milites* B. 1. *II miletum* Voss. 1. *II duos miletum* B. 2. *II m.l tum* imposita numeris lineola Fl. Leid. *II duos militum* F. D. *duos militum* Voss. 2. Mer. *duo millia militum.* 15 Ald. *pr. D. s. Hegep. Amph. & Miletum cepit centum* Bong. Bas. Mer. Col. *Amph. & Egilog. centum* D. omittit *&* Frob. Elz. Amst. Lugd. *Amph. & Egilochus centum* Voss. 2. *Amfot. & Egilocus centum & sexag.*

Ut sunt Graecorum] Ita impressi, nisi quod *temporalia*, non temporaria legebant. in membranis erat, *Graeci ut sunt temporaria ingenia* &c. hinc est, licet ceteras illas non satis probas hic esse ducam, cur *temporaria* malim, praesertim cum hoc saepius uti veteres deprehendam. & *temporale* etiam apud JC. id significet, quod ad tempus durat, non quod sibi non diu constat, sed facile subinde mutatur. quales fuisse Graecos hac voce dicere vult Curtius. MODIUS. *Temporarius* est temporibus aptus, & pro illorum mutatione varius & mutabilis. sic Sen. epist. 9. *temporarias amicitias* vocat temporibus accommodatas, cum iis manentes, abeuntes. de Graecorum autem levitate consulatur Cicero pro Flacco c. 4. CELLAR.

Duodecim] Diodor. l. XVII, 48. quindecim legatos fuisse scribit. infra l. VII, 8, 8. à Scythis viginti mittuntur. rursum l. IX, 7, 12. duarum gentium legati centum Alexandrum adeunt. FREINSH. MSS. codices nostri etiam exhibent *xv.*

Coronam auream] Vide Lipsii admiranda l. II. c. 9.

Donum victoriae ferrent] Quid est *ferre donum victoriae*, an *ob victoriam?* ita puto locum exigere. sed tamen displicet loquendi genus, primum, quia deest casus, quo declaretur, cui ferenda fuerit corona. deinde nec corona victoriae, nec *donum victoriae* in usu est: dicitur enim corona virtutis, corona ob res bene gestas & id genus. itaque paene credo Curtium scripsisse: *Donum victori afferrent.* SCHEFFER.

Pendentes animos tulisset] Hoc modo haec esse legenda admonuit me Palmerius meus, recte sane, nam quid illud est, quod in vulgatis libris legitur? *ut quocumque pendentes animus tulisset, fortunam sequerentur.* MODIUS. *Animos fortuna*, sic multo melius, quam cum aliis; *quocumque pendentes animus tulisset, fortunam sequerentur.* Animi enim illorum pendebant in ancipiti: atque ita comparati erant, ut quocumque verteret fortuna, ut solent mortales, eo ipsi quoque inclinarent. at altera lectio, si bene examines, vana est: *quocumque pendentes animus tulisset.* Si animum sequuturi erant, haud sane pendere poterant, statim enim suscepissent eorum partes, quibus amplius faverent: sed Curtius vult nihil in consilio habuisse praeter fortunam partium. Sicut Albani apud Florum 1, 3, 6. *medii inter duos exspectavere fortunam.* ubi Notam vide. FREINSH. Forte, *pendentes animis impulisset fortuna.* HEINSIUS. Quocumque dubios animos fortuna & felicior eventus adduxisset. nam si Darius vicisset, deserturi erant partes Macedonum: his autem praeter exspectationem felicibus gratulantes vere temporibus serviunt. CELLAR. Medicina indigere hunc locum censet Pater Gronovius, quum codd. Flor. *animus*, Pall. *animis* habeant, quod possis tenere una cum Ciceronis loco in Tusculanis l. I. c. 40. Ipsum tamen capit: *quocumque pendentes animi tulisset fortuna.* sic lib. IV. Tusc. *qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatusque pendet animi.* vide ipsum ad Livium l. VII. c. 30.

Miletum cepit] Manu exarati constanter *duo millia militum*, manavit error à ductu literarum. MODIUS. *Cepit*, malim *recepit*, tum quod ita se res habet. prius enim in potestatem redacta ista omnia defectio aut hostis alienaverat: Arrian. IV, 3, 7. tum etiam quod Curtius non videtur facile dicturus, *capere Paphlagoniam, Lycaoniam, &c.* FREINSH.

[1] atque Aſiam in [2] ditionem Alexandri redegerunt. [3] Tenedo quoque rece-
15 pta, Chium, incolis ultro vocantibus, ſtatuerant [4] occupare: ſed Pharnabazus Darii praetor, comprehenſis qui res ad [5] Macedonas trahebant; rurſus [6] Apollonidi & [7] Athanagorae ſuarum partium viris, urbem cum modico prae-
16 ſidio militum [8] tradit. Praefecti Alexandri in [9] obſidione urbis perſeverabant; non tam ſuis viribus, quam ipſorum [10] qui obſidebantur voluntate. Nec fefellit opinio. namque inter [11] Apollonidem & duces militum orta ſeditio, irrumpendi

VARIANTES LECTIONES.

1 B. 1. omitt. *atque Aſiam &c. receptum.* 2 Pal. 1. *dictionem.* 3 Vulgo *Tenedon quoque receptum* Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *hoſtium receptaculum* Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *receptaculum* ſed omittunt *hoſtium.* 4 hic D. Pal. 1. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Baſ. Mer. Col. Vulgo *& Chion occ.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 2. Ald. *Macedones.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *Apollinidi* Col. *Appollinidi.* 7 Voſſ. 2. *Nathagorae* Aliae editt. *Athenag.* 8 Voſſ. 2. Mer. *tradidit.* 9 Mer. *obſidionem.* 10 Voſſ. 2. omittit *qui.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. *Apolliniden* Bong. Voſſ. 2. Baſ. Lugd. Amſt. *Apollinidem* Col. *Appol.*

Tenedon quoque receptum] Sic hunc locum conſtitui ex aequo ſcriptos & editos libros ſecutus. in his enim erat, *Tenedon quoque hoſtium receptaculum incolis ultro vocantibus. Statuerant & Chion occupare.* in illis, *Tenedon quoque receptum incolis ultro vocantibus ſtatuerant occupare*, quam lectionem magna ex parte Gymnicus imitatur, ſcribens *Tenedon quoque hoſtium receptaculum incolis ultro vocantibus ſtatuerant occupare.* ſed audi Gymnice Glareanum. *Impudens*, inquit, *in pleriſque codicibus mendum, qui verbum* ſtatuerant *ad ſuperiora connectunt omiſſis duobus verbis* & Chion, *cum ſequentia omnia ad Chion non ad Tenedon facta ſint.* Verum tu fortaſſe aut non credes Glareano, aut, quod abominor, negabis tanti eſſe, utrum bene an ſequius libri tui imprimantur, ut eo nomine ipſe laborem inſpiciundi vetera exemplaria & rem diligentius examinandi capias, aut alios paucorum nummorum ſumtu, qui id faciant, conducas, ut lubet: dum ſcias, me ſane Glareano, de eo, quod ad hunc locum ſcripſit, pariterque quod ſine exemplaribus porro eum, quum corruptum videret, non perverterit, gratias ingentes agere, ſatis gnarus, id quod excudendum curavi, qui ſcripturas, jam à me allegatas conſiderabunt, & omnino ſtupidi non ſunt, è veſtigio probaturos. MODIUS. Hadriani Junii optima editio & ad MS. emendata reſcribit; *Tenedon quoque hoſtium receptaculum, incolis ultro vocantibus.* nam ante vocem *Tenedon* comma duntaxat ponit, ut ſequentia ad vocem *redegerunt*, referantur. Aliter ut vides Modius. aliter omiſſis duobus verbis *& Chion*, vere emendat Glareanus adjectis *& Chion*, & *ſtatuerant* ad Chion retrahit. nam quae ſequuntur ad Chium pertinent. Modius *Tenedon receptum* ſatis Latine? *receptam* dixiſſet: receptum docet fuiſſe receptaculum, ut habent omnes editiones praeter Rhodianam. Lego: *Tenedon quoque receptam.* audi, redegerunt in ditionem Alexandri. RADERUS. *Tenedon quoque receptum*, ſic feciſſe dicitur Modius, cum eſſet, *Tenedon quoque receptam.* & ſane vocem *hoſtium* etiam priſcorum quidam omittunt. Poſſis defendere, *Tenedon receptum* dici, quomodo illud, *Centauro invehitur magna*, ut ſcilicet ſubaudias oppidum. FREINSH. Sed nec *Tenedon* nom. caſu fero, & intellectum talem vocis *oppidum* ſine exemplo eſſe puto. Repetenda lectio vetus. Ex Dan. & Pal. 1. notavit Gruterus: *Tenedon quoque receptaculum, incolis ultro vocantibus, ſtatuerant occupare.* Ubi vides deeſſe illa, *& Chion*, quae nec fuerunt in ſcriptis Modii, nec in editione Gymnici, ut teſtatur idem Modius. Ea ſine dubio interpoſuerunt recentiores ex Arriani libro tertio; qui oſtendit, quae ſequuntur, ad Chium pertinere; & de utraque urbe continenter memorat. Habuerunt etiam editiones illud *receptaculum*, ſed cum id ſolum ſine ſenſu eſſet, addiderunt, *hoſtium.* Nos ex ſcriptura veteri facile reſtituimus: *Tenedo quoque recepta, Chium, incolis ultro vocantibus, ſtatuerant occupare.* Vides, ut ſe det res ipſa ſine ulla violentia. Ex, *receptaculum*, fecimus, *recepta Chium:* verba autem illa, *incolis ultro vocantibus*, tam referri bene ad Chion quam ad Tenedon, quae ſequuntur demonſtrant. GRONOVIUS. Lectio, quam expreſſimus, ne quid diffiteamur, Gronovii eſt (l. 11. obſerv. c. 8.) quam etiam Tellierius ſequutus eſt. CELLAR.

Namque inter Apollonidem & duces] Quinam obſecro hi duces? Apollonides certe unus. ſed hunc cur velut ex eorum numero excludit? Si iſtum non excludit, addere debebat & reliquos. Qui autem hi, iterum dico, reliqui duces? nulli praeter Apollonidem & Athenagoram. hujus nomen à librariis ſupina negligentia omiſſum inſeres viciſſim & ſcribes: *namque inter Apollonidem & Athenagoram duces militum*; hos duces paullo ante Pharnabazus faciebat: *ſed Pharnabazus Darii praetor comprehenſis qui res ad Macedonas trahebant, urſus Apollonidi & Athenagorae, ſuarum partium viris, urbem cum modico praeſidio militum tradit.* inter eos diſſenſio & ſeditio orta dedit Alexandrinis irrumpendi occaſionem. ACIDALIUS. Acidalius ad-

di [1] in urbem occaſionem dedit. Quumque porta effracta cohors Macedonum 17
intraſſet; oppidani, olim conſilio proditionis agitato, [2] adgregant ſe Amphote-
ro & [3] Hegelocho; Perſarumque praeſidio caeſo, [4] Pharnabazus cum Apolloni-
de & Athanagora [5] vincti traduntur. [6] Duodecim triremes cum ſuo milite ac re- 18
mige; praeter [7] eas triginta [8] naves & [9] piratici lembi, Graecorumque tria mil-
lia à Perſis mercede conducta. his in [10] ſupplementum copiarum ſuarum diſtri-
butis; piratiſque ſupplicio adfectis: captivos remiges adjecere claſſi ſuae. Forte 19
Ariſtonicus, [11] Methymnaeorum tyrannus, cum piraticis navibus, ignarus omnium
quae

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. omittit *in.* 2 Pal. 1. *aggregante ſe.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. *Hegilacho* Voſſ. 2. *Egilaco* Ald. *Hegelacho* Bong. *Egilacho* Mer. Baſ. Col. *Egilocho* Frob. Elz. Lugd. Amſt. *Egilocho.* 4 Pal. 1. *Pharnabarus* Voſſ. 2. Frob. Baſ. Col. *Farnab.* 5 Pal. 1. *vincitur. Traduntur.* 6 Leid. *xxx.* 7 Voſſ. 2. omittit *eas.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. Lugd. Amſt. *inanes* F. *tamen* & B. 1. eraſum *i.* 9 Voſſ. 2. *pirratici.* 10 P. *ſupplementis.* 11 D. *Medimncorum* Ald. *Methymneor.* Mer. Col. *Medimeor.* Baſ. *Metimeorum* Voſſ. 2. *Mechineorum* Lugd. Amſt. *Methymnae orae.*

addit Athenagoram ipſi Curtio inſerendum, ſed plures erant, quos Arrianus ponit, Ariſtonicus, Phiſinus & Megareus. RADERUS. *Apollon. & duces*, non ſperno conjecturam Acidalii: *Apollonidem & Athenagoram duces militum.* Vulgatam ſi retineas, capies ortam diſſenſionem inter Apollonidem Chium, cui ſimul cum Athenagora patriae imperium tradiderat Pharnabazus; & duces praeſidiariorum militum, qui nimirum praeſidio praeerant, ut Apollonides popularibus ſuis. Nam ita ſaepe evenit, ut oriatur diffidium inter principes civitatis, & militum praeſidiariorum duces. quo pertinet exemplum Palaepolitanorum apud Liv. VIII, 25, 11. & alia ſimilia. Atque haec opinio verior eſt. Fallitur Raderus qui putat per duces hos militum intelligi Phiſinum & Megareum, de quibus Arrian. III, 1, 6. nam & illi non militum duces, ſed popularis defectionis auctores adjutoreſque fuerunt. multo autem gravior error eſt, quo eodem Ariſtonicum trahit. quamquam enim Arrianus eum ſimul cum Chiis iſtis ad Alexandrum pertractum narret; tamen de his poſterioribus tantum intelligit, quod addit de defectione concitata. FREINSH.

Olim] Pridem, nuper, non ſemper de longiſſimo tempore Curtius. ſic l. IV, 7, 1. *Aegyptii olim Perſarum opibus infenſi.* ubi Raderus. l. VII, 1, 12. *olim ſibi eſſe ſuſpectos.* l. VIII, 14, 10. *olim ad notum ſonum auribus mitigatis.* Terent. And. a. 1. ſc. 5, 35. *quia olim in hunc ſunt conſtitutae nuptiae.* idem ibid. a. 3. ſc. 3, 13. *alium eſſe cenſes nunc me, atque olim cum dabam.* Hec. a. 4. ſc. 1, 22. *ex hac re quod locuta es olim, quum illum generum cepimus.* ubi Donatus *pro ante.*

Pharnabazus] Hic tamen cuſtodibus elapſus eſt, ut tradit Arrian. III, 1, 7. FREINSH.

Triginta inanes] Sic optime ſcriptus meus & Colonienſis. Peſſime autem vulgati *Triginta naves*, peſſime, & praeter mentem auctoris, qui hoc dicere vult, duodecim triremes milite & remige ſuo inſtructas, & triginta ab iis vacuas, traditas fuiſſe praefectis Alexandri. Porro etiam quae praecedunt non ſatis placent. Ac ne ſic quidem, ut à me edita ſunt. vereorque ne ſit legendum: *Pharnabazus cum Apollonide & Athenagora vincti traduntur. Duodecim triremes cum ſuo milite ac remige, praeter eas triginta inanes, & piratici lembi, Graecorumque tria millia mercede conducta.* ut illud *traduntur* ad ſingula membra retrahatur. exemplo verbi *advenit*, de quo jam ante. Poſſet etiam legi, cum in Sigebergenſi ſit, *vincit* pro *vincti*. *Pharnabazus cum Apollonide & Athenagora vincitur. Traduntur &c.* MODIUS. *Naves*, non abs re eſt quod nonnullae edd. habent *inanes*, nempe ſine milite ac remige. poſſis tamen non incommode retinere *naves*, nimirum alterius generis, haud triremes. ut exempli cauſſa, apud Diodor. XVIII, 4. ſunt *naves longae triremibus grandiores.* Idem mendum reperi in editione Caeſaris in fol. de B. Civ. III, 8. FREINSH.

Piratici lembi] Naves piraticae non unum habuere nomen, aut ſpeciem: Fuere lembi, lenunculi, celoces, myoparones, Liburnicae, *πλοῖα λῃστρικὰ καὶ λῃστρίδες νῆες.* Ceterum, lembus proprie navicula brevis piſcatoria eſt, Marcello auctore; ſerviunt tamen apud Livium & Polybium belli quoque uſibus. Cyrenenſes invenere. Fulgentius: *Lembi*, inquit, *naviculae genus velociſſimae*, quam *δρομάδην* dicimus. RADERUS.

Methymnaeorum tyrannus] Scylax: *κατὰ ταῦτά ἐστι νῆσος Αἰολὶς, Λέσβος, ἐ πόλεις ἔχουσα ἐν αὐτῇ τάσδε, Μέθυμναν, Ἄντισσαν, Ἔρεσσον, Πύῤῥαν, καὶ Μιτυλήνην λιμένας ἔχουσαν δύο. Secundum haec loca inſula eſt Aeolide, Lesbus, quinque oppidis nobilis, Methymna, Antiſſa, Ereſſo, Pyrrha, Mitylene; quae duos habet portus, uti Pyrrha unum.* Plin. l. V. H. N. c. 31. Methymnam & Antiſſam in Caria ponit, duaſque in unam coaluiſſe. Mela lib. III. cap. 7. in Troade Lesbos, & in ea quinque oppida: Antiſſa, Pyrrha, Ereſſus, Cirava, Mitylene. Magni-

quae [1] ad Chium acta erant, prima vigilia [2] ad portus clauſtra ſucceſſit: interrogatuſque à cuſtodibus *quis eſſet? Ariſtonicum ad* [3] *Pharnabazum* [4] *venire* reſpondit.
20 Illi *Pharnabazum quidem jam quieſcere, & non poſſe* [5] *tum adiri; ceterum patere ſocio atque hoſpiti portum, &* [6] *poſtero die Pharnabazi copiam fore* adfirmant. Nec dubitavit [7] Ariſtonicus primus intrare: ſequuti ſunt ducem piratici lembi.
21 ac dum adplicant navigia crepidini portus, [8] objicitur à vigilibus clauſtrum; & qui proximi excubabant, ab [9] iiſdem excitantur: [10] nulloque [11] ex his auſo repugnare, omnibus catenae injectae ſunt. Amphotero deinde Hegelochoque traduntur.
22 [12] Hinc Macedones [13] tranſiere [14] Mitylenen, quam [15] Chares Athenienſis nuper [16] occupatam [17] duorum millium Perſarum praeſidio tenebat: ſed quum obſidionem tolerare non poſſet; urbe tradita [18] pactus, *ut incolumi abire liceret*, Imbrum petit. deditis Macedones pepercerunt.

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *apud Chium* Voſſ. 2. *apud Thirum* Ald. *ad Tyrum.* 2 Alii *adortus.* 3 Pal. 1. *Pharnabarum* Baſ. Frob. Col. Voſſ. 2. *Farnab.* 4 Ed. Col. quam Schrag. vidit *venire ſe.* 5 Voſſ. 2. *tunc.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *poſtera.* 7 Voſſ. 1. *Acriſtonicus.* 8 Leid. Voſſ. 1. *obic.* 9 Bong. *hiſdem* Frob. *eiſdem* Fl. Leid. Voſſ. 2. *iſdem.* 10 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *que.* 11 Fl. *ex iis auxo.* 12 Voſſ. 1. 2. *hic.* 13 Col. *tranſire.* 14 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Col. *Mithyl.* 15 Fl. Leid. Bong. *Cares.* 16 Leid. *occupatum.* 17 Pal. 1. *quatuor.* 18 Vulgo *pactus eſt.*

gnitudine Scalaci ſeptima eſt: colligit in circuitu ſtadia centum ſupra mille. RADERUS.

Crepidine portus] Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. v. vſ. 8. *Crepido*, inquit, *eſt ora terrae, quam aqua adluit, ex hoc appellata, quod ibi aqua adlidens concrepitet.* adde noſtrum l. v. c. 1, 28. CELLAR.

Mitylenem] Primariam urbem Lesbi. IDEM.

Duorum milium] Membranae IIII. vel x ſi volunt. MODIUS.

Imbrum] Cherſonneſo Thraciae oppoſita in Aegeo mari. CELLAR.

CAPUT VI.

Ad bellum ſeſe accingit Darius. Alexander Gazam expugnat: ejuſque praefectum Betim crudeli adficit ſupplicio.

1 Darius deſperata pace, quam per literas legatoſque impetrari poſſe [1] crediderat, ad [2] reparandas vires bellumque impigre renovandum intendit [3] animum.
2 *Duces* ergo *copiarum Babyloniam convenire; Beſſum quoque*, [4] *Bactrianorum* [5] *du-*
3 *cem*, [6] *quam maximo poſſet exercitu coacto, deſcendere ad ſe* jubet. Sunt autem Ba-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. D. *crediderant.* 2 Voſſ. 2. *recuparand.* 3 Alii omittunt *animum.* 4 Voſſ. 2. *Batr.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. omittunt *ducem.* 6 Voſſ. 2. *perquem* Pal. 1. *per quem maxime* Elz. *per quam maxime* vulgo *perquam*

Intendit] Vulgo *intendit animum*, ſed illud *animum* delendum cenſet Palmerius. cenſeo & ego, vel rei cauſſa, vel ipſius hominis, cui hanc partem credulitatem meam addixi. & adverte ſane lector, ſi operae videbitur, ubicumque verbum *intendit* in Curtio occurrit, occurrit autem ſaepius, ibi ſemper aliquid latere mendae, adeo ab uno loco, quia vim ejus ignorabant, invecta ſunt omnia haec, quae tamen non temere ab uno emendari poterunt. MODIUS.

Perquam maximo poſſet exercitu] Quum non placeret illud *perquam maximo*, recurri ad variantes, ubi τὸ *ducem* Flor. Dan. Bong. exulare vidi. Recte. Scripſerat enim Curtius: *Beſſum quoque Bactrianorum P. R. quam maximo poſſet*, hoc eſt *Praetorem*, unde imperiti librarii fecerunt *per*. GRONOVIUS. Obſervat. l. II. c. 8. vulgo *perquam maximo exercitu*, ſed Gronovio auctore *per* abjecimus, qui etiam mavult *Praetorem* quam *ducem* ex P. R. breviata *praetoris* nota, inſulſum *per* librariorum proveniſſe exiſtimat. CELLAR.

Rapt-

Bactriani [1] inter illas gentes promptiſſimi, horridis ingeniis, multumque à Perſarum luxu abhorrentibus: ſiti haud [2] procul Scytharum bellicoſiſſima gente, & rapto vivere [3] adſueti: [4] ſemperque in armis [5] errant. Sed Beſſus ſuſpecta perfi- 4
dia, haud ſane aequo animo [6] in ſecundo [7] ſe continens gradu, regem terrebat. Nam quum regnum adfectaret; proditio, qua ſola id adſequi poterat, timebatur. Ceterum Alexander, quam regionem Darius [8] petiſſet, omni cura veſtigans, ta- 5
men explorare non poterat: more quodam Perſarum, arcana regum mira celantium fide. non metus, non ſpes elicit [9] vocem, qua prodantur occulta. vetus di- 6
ſciplina regum ſilentium vitae periculo [10] ſanxerat. lingua gravius caſtigatur quam ullum [11] probrum: nec magnam rem [12] ſuſtineri poſſe credunt ab eo, [13] cui tacere grave ſit; quod homini facillimum [14] voluerit eſſe natura. Ob hanc cauſſam 7
Alexander omnium, quae apud hoſtem gererentur, ignarus, urbem [15] Gazan obſidebat. Praeerat [16] ei [17] Betis, eximiae in regem ſuum fidei; modicoque praeſidio

VARIANTES LECTIONES.

1 Lugd. Amſt. *& inter*. 2 Ald. Voſſ. 1. Baſ. Frob. Mer. Col. *procul à*. 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. aliique *adſueta*. 4 Bong. omittit *ſemperque* Fl. Leid. Voſſ. 2. *ſemper*. 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. *erant*. 6 Mer. omittit *in ſecundo*. 7 Pal. 1. omittit *ſe*. 8 Vulgo *petiiſſet*. 9 Pal. 1. *fidem* hic deficit Frob. noſter, erepto folio. 10 D. *ſaxerat*. 11 Leid. *probum*. 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Amſt. Lugd. *rem magis ſuſt.* 13 Pal. 1. *cum tacere*. 14 Voſſ. 2. *voluit*. 15 Sic MSS. 16 Fl. Leid. Voſſ. 2. *urbi* & ſic D. Pal. 1. 17 Vulgo *Batis*.

Rapto vivere adſueti] Ita Tan. Faber emendavit epiſt. l. 1. ep. 51. quia de Bactrianis non de Scythis dicitur. vulgo legitur *adſueta*. CELLAR.

Errant] Ita ſane malo quam *erant*, & conſule locum, conſule judicium tuum, & à me ſtabis. MODIUS. *In armis errant*, praedabundi diſcurrunt. CELLAR.

Suſpecta perfidia] Quaerit Glareanus, cur deſcendere juſſus ſit ad Darium ſuſpectus proditionis? quia abſens magis timebatur quam praeſens, notandus & coërcendus, ſi quid praeſens moliretur: quod non poterat fieri in abſente, rege tam occupato. RADERUS. Evidens exemplum in Hiſtiaeo Mileſio, quem ea cauſſa evocavit ille, cujus nomen hic ſumpſit, Darius, apud Herod. v, 24. FREINSH. Suſpectae perfidiae homo. CELLAR.

In ſecundo gradu] Proximo regis faſtigio, ſupremum enim gradum ſive regnum adfectabat. CELLAR.

More quodam Perſarum] Idem Marcellinus xxi, 26. *Speculatores & transfugae ſubinde venientes repugnantia prodebant: ideo futurorum incerti, quod apud Perſas nemo conſiliorum eſt conſcius, praeter optimates taciturnos & fidos, apud quos Silentii quoque colitur numen.* FREINSH.

Rem magis] Hoc *magis* in editis non erat, ſed quid hoc noſtra? MODIUS. Puto legendum *Magi*, & hoc fortaſſe tam certum eſt, ut probatione non indigeat. RUTGERS. l. III. Var. Lect. c. 4. *Nec magnam rem ſuſtineri*, ita puto ſcripſiſſe Curtium. Gloſſa τοῦ *ſuſtineri* fuit olim *agi*. id cum in textum ab imperitis librariis eſſet relatum, aſcivit unam literam ex voce praecedente, unam ex ſubſequente, & factum ita: *rem magis ſuſtineri*. Importunum hic de Magis quod Rutgerſius voluit. Haec GRONOVIUS in literis ad Socerum; & in obſervationibus l. II. c. 8. Similem ſententiam dixit Val. Max. II, 2, 1. *Taciturnitate optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum vinculum* appellans. FREINSH.

Facillimum] Diſſentiunt hic à Curtio, ſeu potius à Perſis, omnes ubique ſapientes, qui nihil aeque arduum ac difficile arbitrantur. Certe Pythagoras diſcipulos ſuos primum docuit *res omnium rerum difficillimas, tacere, audireque*. Agell. 1, 9. quod ex eadem ſchola firmat Jamblichius de vita Pythag. cap. 31. πάντων γὰρ χαλεπώτατόν ἐστιν ἐγκρατευμάτων τὸ γλώττης κρατεῖν. *Omnium moderationum continentiarumque difficillima eſt, linguam moderari ac domare.* Vide etiam quae notavit Rittershuſius ad Malchum de vita Pythagorae pag. 13. ubi haec verba: οὐδ' ἡ τυχοῦσα ἦν παρ' αὐτοῖς σιωπή. Et Epigrammata Graeca lib. 1. tit. εἰς σιωπήν. Egregium eſt illud Zenonis apud Plut. de garrulitate cap. 5. interrogantibus regiis legatis quid de ſe renuntiari velit? *Senem à vobis conſpectum Athenis, qui inter pocula ſervare ſilentium poſſit.* Multa in hanc ſententiam ab aliis praeclare dicta, quae ſciens praetereo. Tamen Ovidium Perſis conciliat Scaliger in Amor. ejus II, 603. legendo,

Exigua eſt virtus praeſtare ſilentia rebus.

FREINSH.

Praeerat & Betis] Hunc Arrian. l. II. Batim vocat, & eunuchum fuiſſe ait: εὐνοῦχος δέ τις, ᾧ ὄνομα ἦν Βάτις, κρατῶν τῆς Γαζαίων πόλεως οὐ προσεῖχεν Ἀλεξάνδρῳ. POPMA. Joſepho l. II. c. 8. eſt *Babemeſes*. Propter hoc factum fidem Gazaeorum

8 ſidio muros ingentis operis [1] tuebatur. Alexander [2] aeſtimato locorum ſitu, *agi cuniculos* juſſit; facili ac levi humo [3] acceptante [4] occultum opus: quippe multam arenam vicinum mare [5] evomit: nec ſaxa [6] coteſque, quae [7] interpel-
9 lent ſpecus, [8] obſtabant. Igitur ab ea parte, [9] quam oppidani conſpicere non poſſent, opus orſus; ut [10] à ſenſu ejus averteret, *turres muris admoveri* jubet. Sed eadem humus [11] admovendis inutilis turribus, deſidente ſabulo agilitatem rotarum [12] morabatur, [13] & tabulata turrium [14] perfringebat; multique vulnerabantur impune, quum idem recipiendis, qui admovendis turribus labor eos fatigaret.
10 Ergo receptui ſigno dato, *poſtero die muros corona circumdari* juſſit. Ortoque ſole, priuſquam admoveret exercitum, opem deûm expoſcens, [15] ſacrum patrio
11 more faciebat. Forte praetervolans corvus glebam, quam unguibus [16] ferebat, ſubito

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *tutabatur.* 2 Leid. Voſſ. 1. *eſtimato* Voſſ. 2. *extimato.* 3 Voſſ. 2. *attentare.* 4 D. *oculum* ab alio *occultum.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Mer. *evomens.* 6 Alii *cauteſque.* 7 Mer. *interpolent.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *obſtant.* 9 Voſſ. 2. *qua.* 10 Pal. 1. Mer. *aſcenſu.* 11 Sic Pal. 1. Ald. ſed. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Lugd. Amſt. *movendis.* 12 Sic Pal. 1. Ald. ſed Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Bong. *morata.* 13 Voſſ. 2. *ex.* 14 Voſſ. 2. *perſtringebat.* 15 Leid. *ſacra.* 16 Pal. 1. *tenebat.*

rum commendat Polyb. apud Valeſ. p. 86. FREINSHEMIUS.

Agi cuniculos] Antiquiſſimum uſum cuniculorum ſeu ſubterranearum foſſarum fuiſſe, conſtat ex Heronis vetuſtiſſimi ſcriptoris mechanicis, qui primo capite haec de cuniculis monet. *Operae pretium eſt autem, eos etiam qui ſub terra prope murum aguntur cuniculos occultos, profundoſque, juxta fundamenta, & non in terrae faciem fieri: ne cum hoc hoſtes deprehenderint, intus è diverſo fodiant, murumque ipſum cum contra perforaverint, eos, qui cuniculum agunt, fumo & aqua perimant.* A cuniculis animalibus didicere mortales terram effodere. Martialis Epigr. XIII, 60.

Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris:
Monſtravit tacitas hoſtibus ille vias.

RADERUS. Vide & Stewechium in Veget. IV, 24. & noſtrum l. IX. c. 8, 13.

Opus orſus] Mirum quid cogitarint illi, qui editioni Curtii praefuerunt primi, cum vocem *orſus* plane neceſſariam omiſerunt. MODIUS.

Humus admovendis inut.] Forte *promovendis.* HEINSIUS.

Deſidente ſabulo] Arena cedente molibus turrium. At quomodo cuniculos egere in arenis? Arenas altius effodêre, donec ad ſolidam glebam deſcenderent; quae tamen ipſa ex arena, ſed concreta jam & longo aevo durata conſtabat. RADERUS. De re ipſa vide Lipſii Poliorc. II, 4. ubi ſimilia exempla ſubſidentium turrium. FREINSH.

Agilitatem rotarum] Turres ligneas ad oppugnandum factas, ſupra in obſidione Tyriorum urbis vidimis. Tales machinae erant mobiles, & rotarum agilitate muris admovebantur. Liv. lib. XXXI. c. 11. *ipſe Hannibal, qua turris mobilis, omnia munimenta urbis ſuperans altitudine agebatur, hortator aderat. quae quum admota, catapultis balliſtiſque per omnia tabulata diſpoſitis, muros defenſoribus nudaſſet.* CELLAR.

Receptui ſigno dato] Buccina ſignum dabatur receptui, hoc eſt, ut milites in hoſtem progreſſi ſe reciperent redirentque. hinc eſt *receptui canere* apud Caeſar. VII. c. 47. & Hirt. Alexandr. c. 47. CELLAR.

Corona circumdari] Cingi undiquaque militibus, ut nullus exitus aditusve pateret. Erat autem genus oppugnationis ſubitae, & corona vel ſimplex, hoc eſt una ſeries militum, vel ſpiſſa, id eſt, duplicata. Silius l. XIII. vſ. 140.

Moenia flexa ſinu, ſpiſſa vallata corona
Adligat, & telis in morem indaginis ambit.

CELLAR. Adde Lipſ. Poliorc. l. 1. Dial. 4.

Sacrum patrio more] Paullo clarius Arrianus: *καὶ ἐν τούτῳ θύοντι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ἐστεφανωμένῳ τε καὶ κατάρχεσθαι μέλλοντι τοῦ πρώτου ἱερείου κατὰ νόμον.* &c. *Inter haec Alexandro corona capiti impoſita ſacrificante cum ipſo patrio more primum ſacrificium auſpicatus eſt.* Habes ergo ritum, orto ſole regem coronatum, ante alios omnes ſacrificaſſe. Idem ſupra docuit id cum multa face fieri ſolitum. RADERUS.

Corvus] Arrianus avem refert, non glebam ſed lapidem in Alexandri caput demiſiſſe. Plutarchus in Alexandro glebam à ſupervolante alite in humerum ejus delapſam narrat. unde Ariſtander in humero Alexandrum vulnus accepturum praedixit. POPMA. Confundit hanc narratiunculam cum illa quam Plutarch. in vita cap. 61. refert de aquila, quae interprete Ariſtandro victoriam Alexandri portendit, doctiſſimus Tiraquellus ad Alexandri dier. Genial. V, 13. non recordatus id quod Plutarchus eo loco recenſet, etiam narrari à noſtro infra IV, 15, 26. Hanc autem hiſtoriolam attigit Plutarch. cap. 43. ubi quidem in non-

subito [1] amisit; quae quum regis capiti incidisset, resoluta [2] defluxit: ipsa autem avis in proxima turre consedit. Inlita erat turris bitumine ac sulphure: in qua alis haerentibus, frustra se adlevare [3] conatus à circumstantibus capitur. Di- 12
gna res [4] visa, de qua vates [5] consulerentur. & [6] erat non [7] intactus ea supersti-

VARIANTES LECTIONES.

1 Ald *omisit.* 2 B. 2. Voss. 1. *defluit* P. *deflexit.* 3 B. 1. *conatus* sed superscripto *a conatas* P. *conatur.* 4 Voss. 2. *visa est.* 5 Pal. 1. B. 1. 2. Fl. Leid. Voss. 1. *consuleret* Bas. Ald. *consulerent.* 6 Amst. Lugd. *erat rex.* 7 Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. D. *intacta.*

nonnullis circumstantiis à Curtio diffidet. Quemadmodum & Arrianus II, 5, 7. Nam Gregoras VIII, 12. ab omnibus aliis diversus abit, dum id ad Tyrum accidisse vult, non ad Gazam, ut reliqui. FREINSH.

Defluxit] Forte *diffluxit.* HEINSIUS.

Bitumine ac sulphure] Plutarchus νευρίνοις κεκρυφάλοις, *nervorum reticulis* seu laqueis irretitam tradit in machina considentem, quam Alexander ad urbem oppugnandam excitarat. Sed cur *bitumine & sulphure*, alimentis ignium, illitam? An ut urbem incenderet? Quomodo turri urbem incenderet, ex qua pugnabant Macedones? Illitas alumine lego in aliis historiis turres, ne ignem conciperent. Et forte erat *pulvere*, [non crediderim] pro *sulphure*, & *alumine*, pro *bitumine.* Alumine certe illini solitae adversus ignes. Claudius Quadrigarius, cujus reliquias legimus apud Agellium XV, 1. de turri Archelai Athenis, quam Sulla frustra conatus est ignibus solvere: *Tunc Sulla conatus est & tempore* (*opere* legerim) *magno eduxit copias, ut Archelai turrim unam, quam ille interposuit ligneam, incenderet. Venit, accessit, ligna subdidit, submovit Graecos, ignem admovit: satis diu sunt conati, nunquam quiverunt incendere. Ita Archelaus omnem materiam obleverat alumine: quod Sulla & milites mirabantur.* Ammianus XX, 11. *Machinas Romanorum Persae exurere vi magna nitebantur, & assidue malleolos, & incendiaria tela torquentes laborabant incassum. ea re, quod humectis scortis & centonibus erant opertae materiae plures, aliae unctae alumine diligenter, ut ignis per eas laberetur.* Denique inungendi alumine materias mos inolevit. Haec primum occurrebant de alumine contra bitumen. Sed nescio, an tam viscosum alumen, ut tenere aves posset. Et ea tempestate nondum reor fuisse artificium cognitum, ut proinde nihil in Curtio mutandum putem; praesertim codicibus novis & antiquis in *sulphur* & *bitumen* conspirantibus. Turrim ergo non ex materia; neque mobilem [nisi tamen obstet num. 9. hoc cap.] ut alias, latere coctili, aut lapide factam, bitumine & sulphure, pro caemento interlitam putarim, tegulasque supremas pice inunctas. RADERUS. Quorsum bitumen ac sulphur? ut celerius ignem caperent turres scilicet, quae omni potius arte adversus ignem hostium defendebantur? suspicabatur aliquando Raderus scriptum sic esse: *alumine ac pulvere*; alumen quippe machinis ab igne defendendis usurpatum Claudius Quadrigarius, & Ammianus prodidere. Verum suam ipse conjecturam merito refellit; vel quia nondum istud Alexandri aevo inventum, vel quia implicandis avium plumis minime aptum alumen videtur esse. Nihilo forte verius, quod tamen eidem placuit, turrim hoc loco non unam ex materia, mobilemque memorari, sed lapideam aliquam, aut lateritiam, bitumine ac sulphure pro caemento interlitam, quae tum forte vicina fuerit. Vix enim persuaserit aliam hic turrim significari, quam ex earum genere, de quibus paucis ante versibus egerat Curtius, quem ego hallucinatum crediderim potius, cum Plutarchus non bitumine sed νευρίνοις κεκρυφάλοις, hoc est *reticulis ex nervo contextis* ad funes versandos irretitam avem scripserit. TELLIERIUS. Quum turres omni cura & studio contra ignem hostilem defendendae fuerint, quis usus bituminis ac sulphuris? sunt qui *alumine & pulvere* malunt, aut lapideam potius sive latericiam, bitumine ac sulphure pro calce adhibitis, quam ligneam ac mobilem molem intelligunt. Utrumque durum. Tellierio ergo Curtius hallucinatus videtur, quum Plutarch. νευρίνοις κεκρυφάλοις, *reticulis ex nervo factis*, quibus ad versandos funes utebantur, scribat irretitam fuisse. CELLAR. Forte legendum *inlitâ bitumine* omissis *erat turris.* HEINSIUS.

Conatus] Glareanus *conata*, quod referenda esset haec vox ad praecedentem *avis.* Raderus parenthesi interposita salvam praestare ait verborum compositionem, hoc modo: *resoluta defluxit* (*ipsa autem avis in proxima turre consedit*) *Illita &c.* Vix dubito Curtium in animo habuisse corvum, adque id conformasse hoc participium, cujusmodi multa passim occurrunt scriptorum παροράματα. qualia notavit Gifanius ad Lucretium in conlectan. voce *Generis mutatio.* Sic Dio XLVII, 3, 28. quum τὴν γερουσίαν nominasset, subjicit οἱ δὲ, Senatores cogitans. Vide in Lud. Ariost. notam XLVIII. Alia generis est mutatio quum pronomen relativum ad posterius membrum, non ad prius refertur. ut apud Ciceron. Philipp. VIII, 8, f. *Hic est Campanus ager & Leontinus, quae duo sunt praesidia.* & de legib. I, 7. *Animal hoc providum, sagax &c. quod vocamus hominem.* Similia in Sallustio. FREINSHEM.

Consulerentur] Alii *consuleret*, tu te consule, utrum velis, utrum nolis, mihi enim tanti hodie non

ſtitione mentis. Ergo Ariſtander, cui maxima fides habebatur, *urbis quidem excidium augurio illo portendi, ceterum periculum eſſe,* [1] inquit, *ne rex vulnus accipe-*
13 *ret.* [2] itaque monuit, *ne quid eo die inciperet.* Ille quamquam [3] unam urbem ſibi, quo minus ſecurus Aegyptum intraret, obſtare aegre ferebat; tamen paruit vati, ſignumque receptui dedit. [4] Hinc animus crevit obſeſſis: [5] egreſſique porta recedentibus inferunt ſigna; [6] cunctationem hoſtium [7] fore ſuam occaſionem
14 rati. Sed acrius, quam conſtantius proelium inierunt: quippe ut Macedonum ſigna circumagi videre, repente ſiſtunt gradum. Jamque ad regem proeliantium clamor pervenerat; quum denuntiati periculi haud ſane memor, loricam tamen,
15 quam raro induebat, amicis orantibus ſumpſit; & ad prima ſigna pervenit. Quo conſpecto Arabs quidam Darii miles, majus fortuna ſua facinus auſus, [8] clypeo gladium tegens, quaſi transfuga genibus regis advolvitur. ille *adſurgere ſupplicem,*
16 *recipique inter ſuos* juſſit. At [9] gladio barbarus ſtrenue in [10] dextram tranſlato, cervicem [11] adpetit regis: qui exigua corporis declinatione evitato ictu, in vanum manum barbari lapſam amputat [12] gladio, denuntiato in illum diem pericu-
17 lo, [13] ut arbitrabatur ipſe, defunctus. Sed, ut opinor, inevitabile eſt [14] fatum. quippe dum inter primores promptius dimicat, ſagitta ictus eſt: quam per lori-
18 cam adactam, ſtantem in humero medicus ejus Philippus evellit. Plurimus deinde

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. alii omittunt *inquit.* 2 Pal. 1. omittit *it. m. n. q. eo die incip.* 3 P. *urb. un.* Voſſ. 2. *urb. un. ſibi obſtare quo m.* 4 Fl. Voſſ. 1. B. 2. P. *hic.* 5 D. *egreſſiſque* deleta ab alio litera *s.* 6 Voſſ. 2. omittit, ſed in marg. *contat.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *ſuam fore.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *glad. clyp.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *barb. glad.* 10 Pal. 1. *dextra* Voſſ. 1. 2. Ald. *dexteram.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *adpetiit.* 12 P. omittit *gladio.* 13 Baſ. Mer Col. omittunt *ut.* 14 Pal. 1. Voſſ. 1. *factum.*

non erit, ut tria hujuſce rei perdam verba. MODIUS.

Non intactus] Quidam MSS. *non intacta.* legerim; *non intactae à ſuperſtitione mentis.* FREINSH. lego *intactae* cum Freinſhemio. HEINSIUS.

Quo minus Aegyptum intraret] Gaza quaſi clavis Aegypti, ſi in Perſarum poteſtate manſiſſet, aditum reditumque Macedonum incommodare potuiſſet. CELLAR.

Haud ſane memor] Talis Pyrrhus apud Plutarch. in vita c. 65. FREINSH.

Et ad prima ſigna] Forte *ita ad prima ſigna.* HEINSIUS.

Arabs] Betis enim ad tuendam urbem Arabes conduxerat, Arrianus II, 2, 3. adde infra IV, 6, 30. Quod attinet Alexandri periculum, geminum ei ſuſtinuit Varrus apud Caeſar. de bello Civ. II, 35. Auguſtus & Tiberius, apud Sueton. Aug. 79, 2. & Tib. 19, 3. Trajanus apud Xiph. Lucullus apud Appian. in Mithridatico, Frontinum Strateg. II, 5, 30. & Plut. c. 32. Maxime Steſagoras II, 3. apud Herod. VI, 38. FREINSH.

Exigua corporis declinatione] Cic. I. Catil. c. 6. *quot ego tuas petitiones ita conjectas ut vitari non poſſe viderentur, parva quadam declinatione, & ut ajunt corpore effugi?* & noſter l. VI. c. 1, 4. *alia tela clypeo excipiebat, corpore alia vitabat.* CELLAR.

In vanum manum] Nec manum amputavit, nec in vanum lapſam, ſi fide dignus Hegeſias Magnes, cujus fragmentum ſervavit Dionyſ. περὶ συνθέσ. ὀνομ. cap. 71. ſic enim ille: ἀνὴρ γὰρ τῶν πολεμίων εἰς γόνατα συγκαμφθεὶς, ἔδοξε τοῦτ' Ἀλεξάνδρῳ τῆς ἱκετείας ἕνεκα πρᾶξαι. προσέμενος δ' ἐγγὺς μικρὸν ἐκνεύει τὸ ξίφος ἐνέγκαντος ὑπὸ τὰ πτερύγια τοῦ θώρακος, ὥστε γενέσθαι καὶ τὴν πληγὴν οὐ καιριωτάτην. ἀλλὰ τὸν μὲν αὐτὸς ἀπώλεσε, κατὰ κεφαλῆς τύπτων τῇ μαχαίρᾳ. *Vir enim quidam ex hoſtium numero in genua ſubſidens, fidem fecit Alexandro ſupplicandi animo id egiſſe. Eum ergo admittens propius, vix declinavit gladium, quem transfuga ſub ipſas loricae pinnulas intulerat, ut non acciperet lethale vulnus. Sed eum quidem impacta in caput machaera ipſe Rex interemit.* FREINSH.

Gladio] Quem inſigni tinctura & levitate habebat, Citieorum regis donum. Plutarch. cap. 60. FREINSH.

Inevitabile] Reſpexit Virgilium. Sed & aliorum plurimae in hunc modum ſententiae, de quibus ad illa Taciti H. 1, 18, 1. *Quae fato manent, quamvis ſignificata, non vitantur.* FREINSH.

In humero] Conſentit Arrianus II, 5, 9. nam Plutarch. in Or. 1, 2. de fortuna Alex. in malleolo pedis τῷ σφυρῷ vulneratum fuiſſe ſcripſit. FREINSH.

Quia

de ſanguis [1] manare coepit; omnibus territis, [2] quia numquam tam alte [3] pe-
netraſſe telum, lorica obſtante, [4] cognoverant. ipſe [5] nec oris quidem colore
mutato, *ſupprimi ſanguinem*, *& vulnus obligari* juſſit. Diu ante ipſa ſigna vel 19
diſſimulato, vel victo dolore perſtiterat; quum ſuppreſſus paullo ante ſanguis me-
dicamento, [6] manare [7] latius coepit: & vulnus quod [8] recens adhuc dolorem
non moverat, frigente ſanguine intumuit. Linqui deinde animo, & [9] ſubmitti 20
genu coepit: quem proximi [10] exceptum in caſtra [11] receperunt. & [12] Betis
interfectum ratus urbem ovans [13] victoria repetit. At Alexander nondum [14] per- 21
curato

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *manere.* 2 Sic Ald. Fl. Leid. *non quam alte penetraſſet t. l. o. cogn.* Voſſ. 2. Bong. *nunquam alte penetraſſe* B. 2. *quamquam ad te* Voſſ. 1. omittit *non.* 3 Bong. Fl. Voſſ. 1. *penetraſſet.* 4 Vulgo *non cogn.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. Mer. Baſ. Col. Lugd. Amſt. *ne oris.* 6 Fl. Leid Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Baſ. Er. aliique *med. quo retentus erat manare.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 2. Lugd. Amſt. *longius.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Lugd. Amſt. *ſtupens.* 9 P. *ſ. genua c. q.* B. 2. *ſumit ſcute ſanguine quem.* 10 P. *receptum.* 11 Voſſ. 2. *ceperunt.* 12 Vulg. *Batis.* 13 Voſſ. 2. *victoriam.* 14 Pal. 1. *procurato.*

Quia quam alte penetraſſet telum] Credo omnino certam eſſe hanc emendationem, quidquid dicant illi, qui aliter plane, & contra quam ſignificare vult Curtius legunt: *quia numquam tam alte penetraſſe telum lorica obſtante cognoverant.* MODIUS. Quidquid alii dicant, aut legant, hanc omnino certam emendationem Modius credit. Credat ſane, dum ego non eſſe ſciam. Quid enim eſt, quod verba iſta ſonant? Lorica ſcilicet obſtabat, quo minus cognoſcerent, quam alte telum penetraſſet: & hoc quia non cognoverant, miſeri terrebantur. Nihil languidius potuit, vix abſurdius etiam quidquam. Praeſto veram ſententiam, quam lectio conficit vulgata: *quia numquam tam alte penetraſſe telum lorica obſtante cognoverant.* Verba etiam ipſa non dubito, quin ſincera: quae ſic iterum interpolavit novus editor Lugdunenſis, ut neque Modii, neque alias aliorum ſequeretur editiones, & ſequeretur utrorumque: credo ut neutras offenderet, vel ut ab utriſque etiam gratiam iniret. Fecit ἀνώνυμος Ariſtarchus: *quia tam alte penetraſſe telum, lorica obſtante non cognoverant.* Egregie: & niſi unicus hic conciliator eſſet pugnantium ſcripturarum, aeternum fluctuaremus. Atqui certiores ipſi ſumus hoc hic auctorem velle: Novum & mirum viſum Macedonibus, quod per loricam ita adacta ſagitta eſſet, ut in ipſo humero exſtaret, qui nunquam ante cognoviſſent, illa obſtante, tamen adeo alte telum penetraſſe. Ex ea vulneris inſolentia terrorem animis concipiebant. ACIDALIUS.

Medicamento, manare longius] Bipedum nequiſſimi librarii haec ita contaminarunt, ut non cognoſceres eſſe eadem, Curtiumque in Curtio deſiderares, ſcripſerant enim; *medicamento, quo retentus erat, manare latius cepit, & vulnus, quod recens adhuc* &c. O genera ſacrilega! ecquid vobis ſatis dignum precer, cum ita temere in bonis auctoribus alia mutatis, interpolatis alia? MODIUS. Inficetiſſimam gloſſam, *quo retentus erat*, recte Modius expulit: ſed idem unde, aut qua cauſſa *ſtupens* mutavit, pro quo alibi *recens?* ineptum id hercule! nam ſtuporem in vulnere hoc medici non agnoſcent, nec per eos, quod dolorem non movet ipſum ſtupere dixeris. ſtupet, quod illum non ſentit; quamquam ne id quidem omne. Sed haec non ſunt hujus loci. Vulgatum *recens* melius ſane, nec Germanum tamen, ut opinor. Ex illo *ſtupens*, quod è membranis credo Modius promſit, emendo *tepens*: unde natum quidem & ipſum *recens*, quia primum abierat in *repens*, mox in illud, quod vulgati tenuerunt. & ſtupens etiam non aliunde: nam prima erroris indoles, quod temere aliquando *ſtupens* ſcriptum eſſet. Calida autem vel tepentia adhuc vulnera dolorem non cient, qui frigeſcentibus inoritur demum. Hoc qui neſcit, aut non credit, ei quid, niſi ut in ſe ipſo diſcat, & expertus credat, optem? ACIDALIUS. *Manare*, expunxit inficetam gloſſam, quae proxime praecedebat, *quo retentus erat*, Modius: nec ſane habet quidquam quo ſe tueatur; ergo & nos omiſimus. FREINSH. *Manare latius*, alii *longius*, forte *largius.* HEINSIUS.

Recens] *Tepens* legit Acidalius: nec tamen ego *recens* damnarim, cum utriuſque ſit eadem vis. RADERUS. MSS. *ſtupens* recte. infra l. IV, 15, 17. *calidis adhuc vulneribus aberat dolor.* l. VIII, 4, 12. *calor ſtupentia membra commovit.* HEINSIUS.

Submitti genu] Puto *ſubniti.* RUTGERSIUS. l. III. Var. Lect. c. 4. Non corrigendum hoc, ita enim Lucretius l. I.

- - - - *terram genibus ſubmiſſa petebat.*

Ovid. l. IV. Met.

- - - - *flexumque genu ſubmiſit.*

Nam *ſubmitti genu* dictum ut Suetonio, *dextrum genu lapide ictus.* GRONOVIUS. obſervat. l. II. c. 8.

Quem proximi] Literula una minus hoc recte, quamquam ſic etiam recte. Sed auctor omnino *quum* non *quem* ſcripſit. ACIDALIUS.

Receperunt] Forte *retulerunt*, ut l. VII, 6, 4. *Macedo-*

curato vulnere, aggerem, quo moenium altitudinem aequaret, exstruxit; [1] &
22 *pluribus cuniculis* [2] *muros subrui* jussit. Oppidani ad pristinum fastigium [3] moenium novum exstruxere munimentum: sed ne [4] id quidem turres aggeri imposi-
23 tas [5] aequare poterat. itaque interiora quoque urbis infesta telis erant. Ultima pestis [6] urbis fuit cuniculo subrutus murus; per cujus ruinas hostis intravit Ducebat ipse rex [7] antesignanos; [8] & dum [9] incautius subit, saxo crus ejus adfligitur.
24 [10] innixus tamen telo, nondum prioris vulneris obducta cicatrice, inter primores dimicat: ira quoque accensus, quod duo in obsidione urbis ejus [11] acceperat vul-
25 nera. Betim, egregia edita pugna, multisque vulneribus confectum deseruerant sui: nec tamen segnius proelium capessebat, lubricis armis suo pariter atque ho-
26 stium sanguine. [12] Sed quum undique *** adducto, insolenti gaudio juvenis ela-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. *pluribusque.* 2 P. omittit *muros.* 3 Vulg. *murorum.* 4 Voss. 2. *idem turr.* 5 Leid. Bong. Voss. 1. 2. *pot. aeq.* 6 Voss. 2. omittit *urbis.* 7 Voss. 2. Ald. *antesignarios.* 8 Amst. omittit *&c.* 9 Voss. 2. P. *incautus.* 10 Voss. 2. *annixus.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *vuln. acc.* 12 Fl. Leid. Voss. 1 2. Bong. D. Pal. *deseruerunt* Pal. 1. Bas. Er. *Sed cum und. tel. est circumductus insolenti gaudio juvenis elatus alias virtutes etiam in hoste imitatus. Tunc inquit Alexander non ut voluisti morieris sed quicq. tormentorum* Bong. & D. vero sic: *Sed cum undique qua ducto insolenti gaud. juv. elatus alias virtutis etiam in hoste mirator, non ut vol. inquit sed &c.* Ald. Bas. Mer. Col. *Sed cum undique telis est circumductus, ins. g. j. elatus alias virtutes etiam in hoste miratur. Tunc inquit Alexander, non ut voluisti, morieris Beti, sed quicq.* Fl. Leid. Voss. 1. *sed cum undique telis qua ducto insolenti gaudio j. e. a. virtutis e. in. h. mirator &c. sed quicquid in capt. inv. p.* Voss. 2. *Sed undique telis circumdatus ins. g. j. e. alias virtutis etiam in hoste mirator, non ut voluisti inquit morieris, sed quidquid in captivum.*

cedones illum in castra referebant. HEINSIUS.

Betis] Praefectus praesidii Persici urbis Gazae impositi supra n. 7. qui jam eruptionem fecerat n. 13. CELLAR.

Aggerem] De hoc, & contrario Gazensium commento vide Lipsii Poliorc. II, 3. & v. 6. FREINSH. *Aggerem quo moenium altitudinem*, in Poliorceticis etiam operibus *agger* erat, terreus quidam & alia materia mixta, mons & elevatio, quem paullatim adversus urbem producebant, ut ex alto pugnarent; & turres ibi ac tormenta constituerent. Cicero ad Attic. l. v. ep. 20. *oppidum cinximus vallo & fossa; aggere maximo, vineis, turre altissima, magna tormentorum copia negotium confecimus.* Caesar de B. civ. l. II. c. I. *vimina materiamque comportari jubet, quibus comparatis rebus aggerem in altitudinem pedum LXXX. exstruit.* CELLAR.

Interiora urbis infesta telis] Hoc est *infestata* missilibus Macedonum. *Infestus* enim non solum eum, qui infestat, sed etiam non tutum & infestatum sonat. Gell. l. IX. c. 12. pro hac notione adfert ex principio Cic. pro Planc. *si hujus salus ob eam ipsam caussam esset infestior.* additque veteres plerosque dixisse infestum, cui alter infestus est. CELLAR.

Quum undique telis circumducto] Plusculum in emendatione hujus loci mihi permisi, in quo si pecco, cupio id omne aliis meis in hunc auctorem meritis condonari. quamquam quid potest magnopere peccare is, qui & vulgatas & in membranis inventas scripturas cum fide annotat? igitur Lugdunenses habent. *Sed cum undique telis est circumductus, insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutem etiam in hoste miratus: tunc inquit, non ut voluisti morieris Beti, sed quicquid tormentorum in captivum inveniri potest, passurum te esse cogita.* male. Gymnici editio. *Sed cum undique telis est circumductus insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutes etiam in hoste miratur. Tunc inquit Alexander, non ut voluisti morieris Beti, sed quicquid tormentorum in captivum inveniri potest passurum esse te cogita.* longe etiam pejus, quam praecedentes, verens fortasse ne palma illa quam deterrime imprimendi sibi eriperetur. sed jam membranas audiamus, & quidem priore loco Coloniensem, quibus cum meis etiam per omnia convenit. *Sed cum undique telis circumducto insolenti gaudio juvenis elatus alias etiam virtutem in hoste miratus. Non ut voluisti inquit morieris Bati, sed quicquid in captivum inveniri potest, passurum te esse cogita.* Paullo melius quam impressi, sed ubi Sigebergenses! *Sed cum undique te telis qua ducto in se solenti gaudio juvenis elatus alias virtutes etiam in hoste miratur, non ut voluisti inquit morieris, sed quicquid in captivum inveniri potest passurum esse te cogita.* in aliis igitur membranas secutus sum, in aliis conjecturam meam, adjutam non solum eo, quod varietas lectionum vitii manifesta omnia faciebat, sed etiam re ipsa: *cum undique telis circumducto Alexander alias virtutem etiam in hoste miratus, non ut voluisti inquit, morieris Bati, sed quicquid in captivum inveniri potest, passurum te esse cogita.* quis enim locus esse aut potest, aut debet hic verbis: *insolenti gaudio juvenis elatus?* aut quid

elatus, alias virtutis etiam in hoste mirator, *non ut voluisti*, inquit, *morieris*, *Beti: sed quidquid* [1] *tormentorum in captivum inveniri potest*, *passurum esse* [2] *te cogita*.
Ille non interrito modo, sed contumaci quoque vultu intuens regem, nullam ad 27
missas ejus [3] reddit vocem. Tum Alexander; *videtisne* [4] *obstinatum ad tacen-* 28
dum? inquit. [5] *num genu posuit? num supplicem vocem misit? vincam tamen silentium*,

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *tormentorum*. 2 Voss. 2. omittit *te*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *reddidit*. 4 P. *ad tac. obs.* 5 Leid. P. *non g. p. non*.

quid fuit cur Alexander, qui victoriam tot centenorum millium tam moderate tulerat, capta urbe, cujus obsidio non tam oppidi claritate, quam geminato periculo regis nobilitata est, insolesceret? omnino opinor eos, qui haec de suo Curtio adsuerunt, non insolenti, sed solenti plane stultitia, sive temeritas est, elatos & extra terminos mentis suae positos, ea somniasse. Cogitent tamen, quibus videbitur, vel Glareani caussa, qui cum locus oppido obscurus sit, eadem ingenuitate, qua solet, nihil se certi, quod ad eum dicat, habere fatetur. MODIUS. Haec quoque Modio debemus, à multis inquinamentis repurgata. Ac quae ejecit, quae restituit, eorum improbaremus nihil prorsus, unum nisi nos moveret, quo nec immerito alii moveantur. Is consensus est librorum in hoc additamento, *insolenti gaudio juvenis elatus*. consensus inquam scriptorum pariter omnium & cusorum. Nec enim est de nihilo tam arcta, tam pertinax conspiratio: & quid vult sibi tamen, aut quo tendit? Ego cum Modio ferri nego ea posse: sed attextum merum nec ausim affirmare. An igitur emendanda statuemus? equidem si possunt, quoquo modo. Verùm nos id non sumemus nobis: tentabimus tamen, quod impune liceat, sine periculo Curtii, aut meo. Gaudium non ibi convenit profecto, magis ira, de qua praecessit, *ira quoque accensus*; & sequitur, *ira deinde vertit in rabiem*. Ergo possimne sic interpolare? *Cum undique telis circumducto Alexander, insolenti incendio mentis efferatus, alias virtutem*, &c. Ira sane fervor, ignis, incendium, sed piget hercle probare, quod vereor, ut cuiquam, probum. fortasse nihil in iis mutandum, nisi ut *odio* pro *gaudio* substituatur. ACIDALIUS. *Insolenti gaudio*, Acidalius mutat *ins. incendio mentis efferatus*, adeo licenter, ut ne sibi quidem probet: ideo mox tentat *insol. odio. gaudium* enim locum hic habere posse negat: in quo me facile habet adsentientem. Sed nec illa placent, *undique telis circumducto:* & sane totus hic locus clamat se passum aliquid à mala manu. Quod si mihi dicenda sit sententia, sic statuam, ope variarum ex MSS. enotatarum: *Sed cum undique* *** (credo enim deesse quaedam, ut multis hujus historiae locis. sensus facile expleri potest: unus omnium telis peteretur, ad postremum exhaustis viribus, vivus in potestatem hostium pervenit, quo ad regem) *adducto, insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutis etiam in hoste mirator, non ut voluisti, inquit &c.* Et sane sic feci, mutet qui volet, dum sciat me temere nihil statuisse, sed ex codicum sententia. De *gaudio* addendum est, locum ei utique hic esse. gavisus enim est Alexander vivum sibi adduci, in quo libidinem vindictae pro arbitrio expleret. Adductus autem fuit à Leonnato & Philota, si Hegesiae fides est. FREINSH. Mirifice variat hic locus. Unus. *Sed cum undique telis est circumductus insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutes etiam in hoste imitatus. Tunc.* Alius retentis caeteris *τὸ juvenis* omittit, pro *imitatus* vero habet *miratur*. Alius pro *undique telis est circumductus* habet *undique qua ducto*, pro *virtutes*, *virtutis*, pro *imitatus vel miratur*, *mirator*, mox omissis aliis *non ut &c.* è quibus omnibus colligo scripsisse Curtium. *Sed cum undiquaque telis esset circumdatus, insolenti gaudio juvenis elatus, alias virtutis etiam in hoste miratori tunc inquit non ut &c.* illud *tunc* perperam omisit Freinshemius, cum agnoscant omnes libri veteres, eleganterque opponatur *τῷ alias*, quod praecedit. *Alexander*, quod in scriptis occurrit, servaruntque editi nonnulli, ex glossa irrepsit in textum, qua quis vocabulum juvenis explicaverat. SCHEFFER. *Sed cum undique &c.* mutilatum locum ita in integrum putat restitui Freinshemius. *Sed cum undique unus omnium telis peteretur ad postremum, exhaustis viribus vivus in potestatem hostium pervenit, quo ad regem adducto* &c. vulgo sine suspicione mutilationis: *quum undique telis est circumductus*, & mox *virtutes miratur* vel *miratus*. sed praestat in his etiam laudati viri judicium sequi. CELLAR.

Ad tacendum] Hegesias tamen non modo non tacuisse, sed miserabili voce veniam petivisse scribit, additis & aliis multis, ob quae merito deridet eum Dionysius περὶ συνθέσ. ὀνομ. Qui locus dignus est, ut inspiciatur. FREINSH.

Num genu posuit] Eodem modo ob contumaciam Aeneae, quamvis alio adfectu indignatur Dido apud Virg. l. IV. vs. 370.

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrimas victus dedit? aut miseratus amantem est?

29 *tium*, [1] *& ſi nihil aliud*, [2] *certe gemitu interpellabo.* [3] Ira deinde vertit in rabiem: jam tum peregrinos [4] ritus nova ſubeunte fortuna. Per talos enim ſpirantis lora trajecta ſunt; religatumque ad currum traxere [5] circa urbem equi: gloriante rege, [6] *Achillem, à quo genus ipſe* [7] *deduceret, imitatum ſe eſſe poena in* [8] *hoſtem capienda.*

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *& in hoc aliud gemitu interpellabo.* 2 Voſſ. 2. *certe interpellando* vulgo *interpolabo.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. *iram.* 4 Bong. *ritus induens.* 5 Voſſ. 2. *ad.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. *Achillen.* 7 Alii *duceret.* 8 Voſſ. 2. *hoſte.*

Gemitu interpolabo] Sic iterum, ſic decies alibi in Curtio legendum, ubi vulgo eſt *interpellandi* verbum, & non uno loco vice verſa *interpellare* reponendum, ubi nunc legitur *interpolare.* Adeo quaſi de induſtria mutarunt, immutarunt, tranſpoſuerunt, interpolarunt nobis omnia praepoſtere librariorum ſupina oſcitantia, & immanis avaritia. MODIUS. *Et ſi nihil aliud* εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο. Helleniſmus. Arrian. in Epictet. l. 1. c. 2. εἰ μηδὲν ἄλλο μὴ ὀλίγου αὐτὴν πολήσεις. Petron. Sat. *Et ſi nihil aliud, certe diutius junctos mare nos feret.* LOCCENIUS. *Et ſi nihil aliud certe gemitu.* non video quo ſpectet illud, *nihil aliud*, non enim ad *interpolabo*, hoc enim ad ſilentium refertur. Et poſtulabat ſenſus, ut ſaltem ſcriberetur, *& ſi non alio*, vel *nullo alio*, pro *non alia* vel *nulla alia re.* quid namque aliud *interpolare*, vel *interpellare* voluerit, quam pertinax ſilentium, non video. quare ſuſpicor ſcripſiſſe: *Vincam tamen ſilentium, & niſi hac, illud certe gemitu interpellabo.* Veteres enim pro *& ſi nihil aliud* habent, *& in hoc aliud gemitu interpellabo.* ſenſus; ſi non hac, voce nimirum, de qua praeceſſit, gemitu certe ſilentium illud interpellabo. ſenſus longe optimus, & convenientiſſimus. SCHEFFER. *Interpellabo*, ita MSS. & excuſi ante Modium obſervante Gronovio lib. III. Obſerv. c. 22. vulgo *interpolabo.* At interpolatur, quod in aliam formam mutatur: quod continuatum abrumpitur, id vero interpellatur. CELLAR. At ſi Alexander gemitu Betim interpellat, & Betis locutus ſit oportet, quod negat Curtius, & rex ipſe in ſua oratione, & regi gemendum fuit non Beti. tolletur utrumque ἄτοπον, ſi una literula mutata legamus *interpellato*, imperandi modo. A circumſtantibus videlicet ad ipſum Betim rex ira incenſus orationem convertit, effecturumque ſe dicit, ut, cum regi verba neget, gemendo ſaltim vocem edat, atque ita hoc regem, ſive alios ſe alloquentes *interpellet.* HEUMANN. Parerg. Crit. p. 100. idem mendum tolletur infra lib. VI. c. 2, 5.

Ira deinde] Ita habet MSta ſcheda Colonienſis, vulgo, *iram*, quod minus longe venuſtum. *Vertit* pro vertitur uſurpatum Curtio. Ita Rutilius Lupus lib. II. *Quum ab ea ſententia, quam propoſuimus, convertimus ad aliquam perſonam.* Ita Vetus Editio Baſilienſis, quam architectatus eſt Magnus Eraſmus. Priſcianus in periegeſi Dionyſii:

Marmaridae poſt hos Aegypti ad flumina vertunt.

Ita plurimi ſcriptores activae poteſtatis verba pro paſſivis ponunt, ut in Apulejum frequentibus exemplis notamus. & ad Gratii Cyneget. verſ. IX. De hoc, *vertendi* videlicet, verbo vide plura apud Manutium ſcholiis in Salluſtium. De ira rabiei comparata vide Ciceronem Tuſc. Quaeſt. IV, 36. Evenum, Menandrum, Neophronem, Apollonium Philoſophum, Epictetum, Ariſtotelem, Plutarchum apud Stobaeum ſermone XVIII. Antoninum Imper. lib. VII. Porphyrium Quaeſtione XVI. in Homerum, Sidonium Panegyr. Majorani, Nilum Epiſcopum Paraen. Apollonium Rhodium Argonaut. III. Q. Calabrum l. V. Homerum Iliad. IX. Senecam de ira I, I. Scholia noſtra recognita in Muſaeum. Haec BARTHIUS ad Claudian. Paneg. in IV. Conſ. Honor. verſ. 243. Cui in ceteris aſſenſus, hoc unum excipio, quod ille videtur ſic intelligere verba Curtii, *ira vertit in rabiem*, ac ſi diceret, Alexander ira in rabiem vertitur, ut ira ſit noviſſimo caſu poſitum. ponitur enim primo, eumdemque efficit ſenſum, quem infra X, 4, 2. *Sed in rabiem ira pervenerat.* FREINSH.

Peregrinos ritus] Forte *in peregrinos ritus.* HEINSIUS.

Nova fortuna] Inſolita, major priſtina. ſic l. VI, 5, 13. *novum genus munimenti* Sic *novitas remedii* lib. III, 5, 16. Virg. l. I. Aen. vſ. 454. *Nova res oblata timorem leniit.* Vel potius ac ſi alluderet ad conſuetudinem Romanam, qua *novi* homines dicebantur, qui nulla majorum dignitate conſpicui erant, & quorum proavi magiſtratus numquam ante geſſerant. ſic Cicero novus homo dictus. & apud eum ſemper opponitur nobiliſſimis. in Verr. lib. I. *C. Verrem cum ferre novos homines non poſſet ad nobilitatem, hoc eſt, ad ſuos tranſiſſe.* ſic nova haec fortuna, ad quam priſtina illa Macedonum ante Alexandrum regem comparata pro nulla erat ducenda.

Achillem] Sed Achillem vicit Alexander crudelitate, ille enim mortui talos trajecit, hic adhuc ſpirantis. RADERUS. Sic enim & ille:

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

ut Virg. Aen. I. vſ. 487. tradit: aut certe ut Homer. Il. ω. circa Patrocli ſepulchrum. Plura ſuper his citati Radero Dictys Cretenſis lib. III. de excid. Trojae. Callimachus lib. XXII. Iliad. Propert. II, 8. Ovid. Am. II, I. Cicer. Tuſc. I, 44. Schol. Homeri 22. Iliad. Pentadius, Alii. Ceterum Achil-

da. Cecidere Perſarum Arabumque circa [1] decem millia: nec Macedonibus in- 30
cruenta victoria fuit. Obſidio certe non tam claritate urbis [2] nobilitata eſt; quam
geminato periculo regis. qui Aegyptum adire feſtinans, [3] Amyntam cum decem
triremibus in Macedoniam ad inquiſitionem novorum militum miſit. [4] Namque 31
[5] proeliis etiam ſecundis [6] adterebantur copiae; [7] devictarumque gentium militi
minor quam domeſtico fides habebatur.

Variantes Lectiones.

1 B. 1. Fl. Leid. Voſſ. 1. *X.* 2 Pal. 1. *nobilitatem.* 3 Leid. Voſſ. 1. *Amyntan* Voſſ. 2. *Amintam.* 4 Pal. 1. *namque etiam ſatis ſibi erat multitudinis tamen copiae devictarumque gentium milite minore.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. omittunt *proeliis.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. *atterebantur tamen.* 7 Voſſ. 1. *domitarumque.*

chillem etiam in luctu imitatus eſt raſis in Ephaeſtionis funere capillis, Aelian. VII, 8, 2. Qui jam ante, cum apud Ilium eſſent, ſe Patroclo, ut Alexander Achilli aſſimilaverat; idem Aelian. XII, 7. Haud inſolitum eſt, facta ſua majorum exemplis protegere, ad amoliendam invidiam. ſic apud Tacit. II, 53, 3. Athenienſes Germanicum *excepere quaeſitiſſimis honoribus, vetera ſuorum facta dictaque praeferentes, quo plus dignationis adulatio haberet.* FREINSH.

A quo genus] Vellejus I, 6, 5. *Caranus vir generis regii, ſextus decimus ab Hercule profectus Argis regnum Macedoniae occupavit, à quo M. Alexander cum fuerit ſeptimus decimus: jure materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus eſt.* Vide ibi Lipſium, Scalig. ad Euſeb. pag. 60. & Bongarſium in Juſtin. lib. XI. LOCCENIUS. Ita poſtea Philippus & Perſes ultimi Macedonum reges apud Silium XV, 291.

Hic gente egregius, veteriſque ab origine regni
Aeacidûm ſceptris, proavoque tumebat Achille.

& Propertium lib. IV. eleg. ult.

Et Perſen proavi ſimulantem pectus Achilli.

RADERUS. Obiter moneo, in Propertio legendum, *proavo ſtimulantem pectus Achille*, ſenſu, quo exponit Scaliger, non quo Beroaldus. quomodo apud Juſtin. XXIX, 3, 8. *Philippus ſtudio Alexandri aemulationis incenſus.* FREINSH. vide Supplem. l. 1. n. 2. CELLAR.

Decem millia] Hegeſias *ſex millia* trucidata ſcribit. Idque magis accedat ad *modicum praeſidium*, de quo Curtius IV, 6, 7. FREINSH.

Namque etiam ſecundis] Vulgo, *namque proeliis etiam ſecundis atterebantur copiae.* aeque bene. MODIUS. Optima Junii editio ita emendat, *namque proeliis etiam ſecundis atterebantur copiae*, ſed neque priorem damno, & prope ſimiliorem Curtio brevitatem, qua ſaepe tranſilit, quae quiſque per ſe addenda novit. RADERUS. *Proeliis ſecundis*, proſperis, felicibus. Cic. pro leg. Man. c. 9. *noſter exercitus etſi proeliis uſus erat ſecundis.* CELLAR.

Devictarum gentium] Inter quas & Judaeorum. *quibus facta poteſtate, ſi qui vellent ſalvis ſuis ritibus ſequi militiam ejus, multi dederunt nomina.* Joſeph. l. 11. Ant. 8. quam hiſtoriam cur hic omiſerit Curtius, id cauſſae habuit forſan, quod poſt Chriſti necem omnium gentium ludibrio ea gens fuerit propinata. Curtius autem cum ceteris qui ſuperſunt Alexandri ſcriptoribus poſt Chriſtum cruci fixum, diruta jam urbe ſcripſerit. RADERUS. Quae quidem res de Curtio adhuc incerta eſt; & tamen non abſimile videtur, eum odio foedae gentis, ſic enim externis habebatur, reticuiſſe narrationem, in qua non potuiſſet diſſimulare honorem ſacris eorum ab Alexandro habitum. ſed quoniam ſemper procliviores eſſe debemus ad abſolvendum, libet credere tetigiſſe Curtium iſta in amiſſis. FREINSH. Forte hinc probabile, Curtium Joſepho anteriorem ſcripſiſſe.

Minor fides] Noſter infra l. VII. c. 8, 28. ſub Scytharum perſona ad Alexandrum: *quos viceris amicos tibi eſſe cave credas.* CELLAR.

Caput VII.

Profectio, & varia Alexandri quaeſita, ad Jovis Hammonis oraculum.

Aegyptii olim Perſarum opibus infenſi, quippe avare & ſuperbe imperitatum 1
ſibi eſſe [1] credebant; ad ſpem adventus ejus erexerant animos: utpote [2] qui Amyntam

Variantes Lectiones.

1 Amſt. Lugd. alii omittunt *credebant.* 2 D. *quia Am.* Voſſ. 2. *qui admintam.*

Olim infenſi] Id eſt jam pridem, obſervandus eſt vocis hujus uſus vulgari elegantior, quamquam praeſens, praeteritum & futurum tempus ſignet, iiſdemque jungatur, & ſaepe incertum, ſaepe nec

myntam quoque transfugam, & [1] cum precario imperio venientem, laeti [2] rece-
2 pissent. Igitur ingens multitudo Pelusium,[3] qua intraturus [4] rex videbatur, con-
venerat. Atque ille septimo die, [5] posteaquam à Gaza copias moverat, in regio-
3 nem Aegypti, quam nunc *Castra Alexandri* vocant, pervenit. Deinde, pedestri-
bus copiis *Pelusium petere* [6] jussis, ipse cum expedita delectorum manu Nilo amne
vectus est: nec sustinuere adventum ejus Persae; defectione quoque perterriti.
4 Jamque haud procul Memphi erat: in cujus praesidio [7] Mazaces [8] praetor Da-
rii

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. omittit *cum.* 2 Voss. 2. *excep.* 3 Mer. *quam.* 4 D. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *rex.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. *postquam.* 6 Ald. *jussit.* 7 Vulgo *Astaces* Pal. 1. *Staces* Fl. Voss. 1. *Astace.* 8 Leid. *Astaces à Dario relictus* omisso *praetor* Bong. *pr.* F. *pater.*

nec adverbium quidem temporis est, sed idem valet quod *fere* & *ut solet*, quod Servius ad Virgil. docet l. 1. vs. 16. Sed caussam eamdem introëundi Aegyptum etiam habet Diodor. Siculus. RADERUS. adde supra c. 6, 17.

Imperitatum sibi] Adhuc vulgo *imperitatum sibi esse credebant*, aïn tu credebant? at ego nihil mihi duarum rerum posthac credi postulo, ni ita, ut edidi, scripsit Curtius, nive adeo Aegyptii certo sibi persuadebant, superbe sibi imperitatum, non credebant tantum. Sed juxta cum Glareano sapis, quisquis es, qui editionibus praefuisti; in quo tamen eo etiam melior est tua quam Glareani editio, quod ille praeterea etiam hoc asserit, verum hic esse initium quinti libri, cum ipsam vanitatem non esse quam hoc vaniorem, veterum librorum quot usquam exstant, & videri potuerunt, convincat auctoritas. verum de his plura alias. MODIUS.

Precario imperio] Quod ex arbitrio aliorum pendebat, idem lib. IX. c. 2. dixit *precarium imperatorem esse*, qui non quo ipse, sed quo milites volunt, cogitur ducere. CELLAR.

Castra Alexandri] Sic quidem impressi omnes: at D. Hieronymus pro *castra Alexandri* legit *claustra Alexandri.* quam lectionem Isidorus lib. IX. Originum confirmat; cujus sunt haec in dictione *Ugnos* verba: *Deinde pernicibus equis Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibentia ruperunt*, &c. POPMA. Quem decepisse videtur Erasmus, qui ad hunc auctorem sic notat: *Castra Alexandri. In Hieronymo legitur Claustra Alexandri, & fortassis sic hoc loco legendum est.* Sed errant viri docti, confundendo *castra Alexandri*, de quibus hic, & *claustra*, quorum infra ad VI, 4. larga habebitur mentio. Nullum ergo dubium est, quin hic retinendum sit *castra.* Oros. I, 2. *loca quae accolae Catabathmon vocant, haud procul à castris Alexandri Magni.* Et ne quis propter vocum Latinarum vicinitatem hic quoque mendum suspicetur, Ptolemaeus omnem amputat dubitationem, qui & ipse circum ea loca habet τὴν Ἀλεξάνδρου παρεμβολήν. Ita supr. III, 4. habuimus *regionem, quae castra Cyri appellatur.* Sed & multae civitates eo nomine fuerunt, quarum certe unus Stephanus numerat quatuor, voce Χάραξ, interque eas item unam *Alexandri.* Sic enim ibi legendum. Χάραξ Ἀλεξάνδρου τόπος περὶ Κελαινὰς τῆς Φρυγίας, ἔνθα Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Φιλίππου ἐστρατοπεδεύσατο. *Castra Alexandri, regio ad Celaenas Phrygiae, ubi Alexander Philippi filius castra habuit.* Liv. XXXII, 13. *Rex primo die ad Castra Pyrrhi pervenit. locus, quem ita vocant, est in Triphylia terra Melotidis.* an *Melottidis*, aut *Molossidis*, ut vocat VIII, 24. an potius leg. *Elidis*, ubi Triphyliam constituit Eustath. Sic in universa Europa plurimae passim sunt urbes, quae ut originem debent castris, ita & nomen receperunt. ita Marcellinus l. XVII, 4. *Castellum oppidum* memorat. FREINSH. Locus hic non potest esse, quem Ptolemaeus vocat τὴν Ἀλεξάνδρου παρεμβολὴν, quia eum non in aditu Aegypti è Syria, ubi hic fuit; sed in *Hammoniaca* regione proxime oppidum *Hammonem* collocavit, quod contra quosdam commentatores adnotare visum fuit. CELLAR.

Nilo] Quo tempore credo accidisse, aut saltem paullo post, quod narrat Lucanus II, 272.

Summus Alexander regum quos Memphis adorat,
Invidit Nilo, misitque per ultima terrae
Aethiopum lectos: illos rubicunda perusti
Zona poli tenuit; Nilum videre calentem &c.

scilicet origine, cujus pervestigandae gratia missi fuerant, non reperta. Alexander enim summo studio inquisivit in caput ejus amnis. adeo ut Maximus Tyrius pr. Serm. XXV. prodiderit: *nihil consuluisse Hammonem, praeterquam de Nili fontibus.* Certe ad Olympiadem matrem postea scripsit; *existimare se fontes Nili abs se repertos esse.* teste Arriano VI, 1, 13. FREINSH.

Vectus est] Forte *subvectus* est, ut l. IV. c. 9, 8. *alii Tigri amne subvehebantur.* HEINSIUS.

Memphi erat] Ubi & ludos edidit, *cum reliquis diis, tum Apidi.* Arrian. III, 1. Sed & in honorem atavi sui Persei: coronari jussis victoribus Persea, quam Perseus Memphi sevisse traditur. cum alias laurum amaret, quae Daphnoïdes appellatur, & ab ea Ἀλεξάνδρου στέφανος. Vide Plin.
XV,

rii relictus, [1] Orio amne superato, [2] octingenta talenta Alexandro, omnemque regiam supellectilem tradidit. A Memphi eodem flumine vectus [3] ad interiora 5
Aegypti penetrat, compositisque rebus ita, ut [4] nihil ex patrio Aegyptiorum more mutaret; adire Jovis [5] Hammonis oraculum statuit. Iter expeditis quoque & 6
pau-

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulg. *Oxio* Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *Oron* Mer. *Orion* Lugd. Amst. omittunt *Orio*. 2 Bong. *octinginta* Voss. 2. Mer. *octoginta*. 3 Voss. 2. omittit *ad*. 4 Voss. 2. *ex patrio nihil*. 5 Vulgo *Ammonis* Pal. 1. *Admonis* & sic Voss. 2.

xv, 13. & xv, 30. nam alii ad Alex. Paridem id referunt. FREINSH.

Mazaces praetor] Editi *Astaces*. supra IV, 1, 32. Praetor urbis Mempheos nominatus est *Mazaces* seu *Mazeces*. An Astaces fuit totius Aegypti praeses, Mazaces tantum urbi praefectus? an interim extinctus est Mazaces? RADERUS. Ego sequutus Loccenium, cujus adnotationem supra lib. IV, 1, 28. retuli, *Mazacem* hoc loco reponendum esse arbitratus sum: hoc magis, quod alias etiam editiones huc alludere conjiciam, ex eo quod Buntingus in Chronolog. ad Olymp. 112. proposuit: *Alexander Magnus descendit in Aegyptum. Fuit autem illo tempore praefectus ibi Mazazes, &c.* forte typothetae errore ex loculorum vicinia nato, pro *Mazaces*. FREINSH.

Oron amne] Amnis hujus nomen à vulgatis excidit, operarum credo injuria. MODIUS. *Orio amne superato*, Junii scriptura est sine amnis nomine. vetustissimus codex Augustanus S. Udalrici, & MSS. Constantiensis, nomen praefert, quod Modius posuit, *Oron*. Glareani editio *Oxio amne* legit. Argentina eodem modo. RADERUS. Sed Ortelius in voce *Oron*, vitiosum locum esse censet, & sic restituendum: *ocius amne superato*, Nilo nempe. de eo enim, ait, hic sermo. neque alium hoc tractu ullum esse, quo Memphi ad interiora Aegypti navigari possit, omnes Geographiae periti mecum confiteantur, necesse est. Quia *Unicus in terris Aegypti totius amnis*, teste Lucretio VI, 680. Pro *ocius*, qui malit, *hocce* legat. Hactenus Ortelius. Ego ex eadem ratione cogitabam rescribi posse; *ostio amnis superato*. amnem enim simpliciter vocavit, securus nisi de Nilo accipi non posse. FREINSH. Vulgo monstrose *Orio amne*, vel *Oxio*, qualis in Aegypto nullus est. Tellierius ex Freinshemii conjectura edidit *ostio amnis superato*, ut prope Pelusium occurrisse Mazaces intelligatur, cui repugnant nostri verba, *jam haud procul Memphi fuisse*, à qua urbe longius & ostium abest, quodcumque intelligas, & Pelusium. Memphis enim Nilo apposita fuit ante divortium, & supra Delta regionem in ripa sinistra sive Africana. Oportuit ergo Nilum trajicere, si vel modico spatio regi voluit obviam venire. Scriptura autem, quam expressimus Ortelii est, quem etiam Blankardus sequitur ad Arrian. p. 117. quidam simpliciter amne superato. CELLAR.

Compositisq. rebus] Persae tenuerunt Aegyptum annos 112. post Cambysem. usque ad Darium Nothum Artaxerxis filium. Recessit tamen ante à Dario Hystaspis F. Olymp. 73. Sed post quadriennium per Xerxem recepta est Olymp. 74. defecit iterum à Dario Notho anno regni 11. Olymp. 91. anno 3. recepit Ochus Rex Persarum Olymp. 107. anno 3. pulso inde Nectanebo in Aethiopiam, ut alii, in Macedoniam; unde fabula nata de Olympiade & Dracone, quod Nectanebus magicam exercuerit. Sed jam natus erat Alexander Olymp. 106. anno 1. septem annis prius quam Nectanebus ex Aegypto fugeret. Aegyptum Persis extorsit Alexander Olymp. 112. anno 2. Macedones tenuerunt ad Caesarem Augustum annos 295. Augustus in formam provinciae redegit. RADERUS.

Ut nihil de patrio more] Haec ita accipit Clar. Huet. (Traité du Commerc. c. 48. §. 9.) ac si Curtius de imperii & reipublicae administratione intellexisset, ac proinde sui oblitus non observasset, Alexandrum, constituta Alexandria, praepositisque pluribus praefectis Aegypto, statum imperii plane mutavisse, ut ex cap. sequenti liquet. Verum si hic de ritibus, & quae ad cultum civilem, religionem, cerimonias, &c. accipitur, in quibus à ceteris gentibus remoti erant Aegyptii, hac observatione non opus est.

Hammonis] Ut sic potius scribendum credam, quam Ammonis, facit inter alia & Festi epitoma, quae serie literarum concepta, adspirationem inesse voci aperte testatum facit. nec valde moveor, quod vox ἄμμος, quod arenam signat, unde nomen deastro factum volunt, adspirationem non agnoscit. Scimus enim in nominibus haud paucis idem accidisse, postquam aliam in linguam migraverunt. Nec de originatione illa nimis certum est: nam sane quam liberales fuere Graeculi, in omnium ferme nationum locorumque nominibus ex suo sermone deducendis. Praeterea nec omnibus illa satisfacit, plures enim commenti sunt, quippe alii ab ejusdem nominis pastore deduxere, ut auctor est Eustath. ad Dionys. vs. 212. Herodotus ab Aegyptiaca voce. Ἀμοῦν enim illos vocare, quem Graeci Δία. Quod fortassis nonnihil juvet Melanchthonem in Chron. Carionis lib. 1. Reineccium tom. 3. in regno Libyco, & eos quos innuit Boissardus de Divinatione,

paucis vix tolerabile [1] ingrediendum erat: terra coeloque aquarum penuria eſt: ſteriles arenae jacent; quas ubi vapor ſolis [2] accendit, fervido ſolo [3] exurente ve-
7 ſtigia, intolerabilis aeſtus [4] exſiſtit. luctandumque eſt, non [5] tantum cum ardore & ſiccitate regionis; ſed etiam cum tenaciſſimo ſabulo, quod praealtum, & ve-
8 ſtigio cedens, aegre moliuntur pedes. Haec Aegyptii [6] vero majora jactabant. Sed ingens [7] cupido animum ſtimulabat adeundi Jovem, quem generis ſui auctorem, haud contentus mortali faſtigio, aut credebat eſſe; aut credi volebat. Ergo

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *ingredientium*. 2 F. *accidit* ſuperſcript. *attingit*. 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. Bong. *& urente*. 4 Voſſ. 2. F. P. Mer. *exurit* ſic & D. in quo tamen aliud quid prius fuerat. 5 Ald. *tamen* Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *ſolum*. 6 Voſſ. 2. omittit *vero*. 7 Voſſ. 2. *anim. ſtim. cup.*

ne, quo loco de Hammone agit. qui conſentaneum eſſe cenſent, *Hammonis appellationem fuiſſe eamdem, quae eſt Cham.* Quod eo magis accedit ad veriſimilitudinem, quo certius conſtat, poſteritatem Chami ea loca occupaſſe: ipſam quoque Cyrenen nomen habere mere Hebraïcum; *fontis* enim *urbem* ſonat. nec futilis eſſet conjectura, ita appellatam à fonte Solis, ad Hammonis delubrum, qui eſt in Cyrenaïca regione. Chamum autem illum eſſe Hammonem, etiam hoc argumento dubites, quod Diodor. III, 68. ſcribit, Ammonem fuiſſe regem Libyae: item quod fabulae de Saturno, qui patrem caſtraverit, non temere aliam originem quis adſignaverit, quam factum illud Chami, quod refertur Gen. IX, 22. Atque huic opinioni firmamentum ingens accedit ex traditione qualicumque Beroſi lib. III. qui ſcribit, Chamum, qui odio haberet patrem, apud quem alios filios poſt ipſum genitos potiore loco videbat eſſe, in ebrietate jacentis virilia comprehendiſſe, & magicis ſuſurris eum effeciſſe ſterilem: quod ipſum, quid aliud eſt quam Graeca fabula, caſtratum ab Saturno patrem fuiſſe: ſcilicet ab hoc ipſo Chamo, quem & Saturnum ab Aegyptiis appellatum fuiſſe, eodem Beroſi loco refertur. Nec valde obeſt, quod hic Hammon, non Saturnus vocetur, ſed Jupiter. Nam & inter Joves Coelo patre editum fuiſſe, Cicero de nat. Deor. III, 31. tradit. Non ignoro tamen, ab eodem Beroſo patrem Hammoni tribui Tritonem. ſed poſſet dici, idem nomen commune fuiſſe diverſis. Graecos autem antiquitus id oraculum conſuluiſſe probat Eleorum exemplo Pauſanias lib. V. adde indicem. FREINSH.

Iter] Hoc rerum ſcriptores, terrarum menſores, Geographi, Poëtae, naturae exploratores, Arrianus III, 1, 9. Herodotus III, 32. Strabo lib. XVII. Plinius V, 5. Mela 1, 4. Solinus cap. 27. Lucanus IX, 511. aliique teſtantur. Praeter hos Seneca Nat. quaeſt. II, 30, 2. de Cambyſe ſignate narrat, quam male expeditio illi Aethiopica ceſſerit. quam hiſtoriam ex Herodoti III, 26. deſcripſit, & quodammodo interpretatus eſt. Juſtinus 1, 9, 4. compendio: *Ad Hammonis quoque nobiliſſimum templum expugnandum exercitum mittit* (Cambyſes) *qui tempeſtatibus & arenarum molibus oppreſſus interiit.* Plutarchus Alex. c. 46. idem quod Herod. ſed addit L. M. fuiſſe arenis ex Cambyſis copiis oppreſſa. FREINSH.

Terra coeloque] Haec ſumſit à Salluſtio in Jugurtha c. 17, 5. de Africa, *Coelo terraque penuria aquarum.* POPMA.

Steriles arenae] Omnium optime hoc deſcribit Lucanus IX, 382.

Vadimus in campos ſteriles, exuſtaque mundi,
Qua nimius Titan, & rarae in fontibus undae.

Et quae ibidem longa narratione ſequuntur, quomodo Romanus miles laborarit, & cum arenis luctatus ſit. Sic Gellius XVI, 11. ex Herod. IV, 173. narrat Pſyllos illis in arenis periiſſe, cum arma in Auſtrum ſumerent. eſt elegans fabella. RADERUS.

Tenaciſſimo ſabulo] Videntur mihi non bene convenire *tenax* & *veſtigio cedens*, ſed plane haec contraria. quid autem tenax in *deſidente*, *aridiſſimo*, & *fervido ſabulo*, tamquam *profundo aequore*, quo nihil eſt diſſolutius? itaque ſi MSS. aſſenſi fuiſſent, legiſſem *tenuiſſimo ſabulo.* nunc in medium protuliſſe non nocebit. neque *ſabulum* vox obſtat, quem Lucan. vocat *pulverem* l. IX. vſ. 522. Plin. l. XVII. c. 5. *terram cineraceam & ſabulum album*, conjungit. ita Graeci ἄμμους, vel τοὺς κατὰ Λιβύας ψάμμους, per τὴν κατὰ πεδίον κόνιν explicant. forte legendum ſit, *fugaciſſimo ſabulo.* Niſi *tenax* capiatur, quod progredientes retineret, & moraretur. ut habet ſingularia quaedam etiam in aliis auctor, & ita ſit quaſi pertinax, cum quo conflictabantur maxime.

Ingens cupido] Cujus eamdem cum Curtio cauſſam aſſignant Juſtinus II, II, 6. & Oroſ. III, 16. Sed Calliſthenes apud Strabonem lib. XVII. φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον φιλοδοξῆσαι μάλιστα ἀνελθεῖν ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ἐπειδὴ καὶ Περσέα ἤκουσε πρότερον ἀναβῆναι καὶ Ἡρακλέα. *narrat Alexandrum ambitione, qua maxima ardebat, inductum ad id oraculum contendiſſe, quod intelligeret Perſeum & Herculem prius eo adſcendiſſe.* Idem Arrian. III, 1, 9. & copioſius Stra-

Ergo [1] cum iis, quos ducere secum statuerat, secundo amne descendit ad [2] Ma- 9
reotim paludem. eo legati [3] Cyrenensium dona adtulere; *pacem*, [4] *& ut adiret*
urbes suas, petentes. Ille, donis acceptis, amicitiaque [5] conjuncta, destinata
exsequi pergit. Ac primo quidem & [6] sequenti die tolerabilis labor visus: non- 10
dum tam vastis nudisque solitudinibus aditis; jam tamen sterili & emoriente terra.
Sed ut aperuere se campi alto [7] obruti sabulo; haud secus quam profundum aequor 11
ingressi, terram oculis requirebant. Nulla arbor, nullum culti [8] soli [9] occur- 12
rebat vestigium. aqua etiam defecerat, quam utribus cameli [10] devexerant: &
in arido solo ac fervido sabulo nulla erat. [11] Ad haec sol [12] omnia [13] incenderat, 13
[14] siccaque & adusta erant omnia; quum repente, sive illud deorum munus,
sive casus fuit; [15] obductae coelo nubes condidere solem: ingens aestu fatigatis,
etiamsi aqua [16] deficeret, auxilium. Enimvero, ut largum quoque imbrem ex- 14
cus-

Variantes Lectiones.

1 D. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *cum his.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. *Mareotin* Pal. 1. *Marcotim* P. *Mareotra.* 3 P. *dona Cyr.* 4 Mer. omittit *&*. 5 Mer. *confecta.* 6 Fl. Leid. B. F. *sequente.* 7 Voss. 2. *abrupti.* 8 P. *solum.* 9 Voss. 2. *apparebat.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. *vexerant.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. Pal. 1. *ad hoc.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *ora.* 13 Pal. 1. *intenderat.* 14 Voss. 2. *siccaque usta.* 15 P. *obducto.* 16 Pal. 1. *deficiet.*

Strabone, qui addit Alexandrum genus etiam à Perseo & Hercule duxisse. RADERUS.

Cum iis, quos ducere secum statuerat] Aelianus & Plutarchus tradunt, spatium Alexandriae condendae captum ab Alexandro, priusquam ad Hammonem proficisceretur, relictamque magnam manum ad moliendam urbem, dum ipse peteret oraculum, jussamque operi instare. Curtius, Siculus, Justinus post reditum ab Hammone. Ego designatam prius reor, postea perfectam. RADERUS.

Ad Mareotim] Duo maria locum (designatum pro Alexandria) undique alluunt, alterum à septentrione, quod Aegyptium dicitur, alterum à meridie, quod *Marea* lacus, & *Mareotis* appellatur. Eum Nilus multis fossis, tum è superioribus partibus, tum à lateribus, actis, implet. *Strabo:* Μάρεια πόλις καὶ λίμνη τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρακειμένη, ἡ καὶ Μαρεῶτις λέγεται, ἀφ' ἧς ὁ Μαρεώτης οἶνος. *Marea civitas & lacus est, Alexandriae adjacens, & Mareotis dicitur, unde vinum Mareoticum.* Stephan. περὶ πόλεων. RADERUS. Per Nili alveum, qui Canobicum ostium efficit, ultimum ab occasu solis. Mareotis autem palus illi ostio vicina est. CELLAR.

Cyrenensium] Diodorus XVII, 49. tum demum narrat occurrisse, cum dimidium itineris jam ad Hammonem confecisset. Arrian. III, 1, 17. Memphi auditos ait, priusquam descenderet ad Mareotim. RADERUS. Ex urbe Cyrene, praecipua in Pentapolitana Africa, ultra Hammonis oraculum sita. CELLAR.

Primo &c. die] Quaero quot dierum iter fuerit à Mareotide lacu ad Hammonis templum? Variant etiam hoc loco auctores. Plinius à Memphi ad Hammonem XII. dierum iter ponit. Diod. XVII, 49. inter arenas Alexandrum ait haesisse octo dies, primis quatuor diebus usum aqua à camelis devecta, reliquis quatuor coelesti imbre adjutum, postea ducibus corvis venisse ad regionem habitatam. Plutarchus Alex. cap. 47. non distinguit iter. Arrianus III, 1, 10. ex Aristobulo docet, Alexandrum primis diebus iter haud procul à mari Paraetonio fecisse per regionem non omnino siccam, stadiis mille sexcentis, hoc est, quinquaginta milliaribus Germanicis, quando triginta duo stadia unum milliare ex nostratibus conficiunt. Dein Aristobulus affirmat petiisse Alexandrum Mesogabam, ubi Oraculum est Hammonis, per regionem omnino sterilem, sabuloque impeditam, & aquae inopem; sed coelestibus aquis effusis recreatum esse exercitum. Strabo à Paraetonio ad Hammonem numerat stadia MCCC. milliaria quadraginta cum semisse & octava. RADERUS.

Omnia incend.] Bong. *ora inc.* Certe videtur aliquid latere; vix enim eamdem vocem, *omnia*, statim tam inepte repetivisset. FREINSH. MSS. Fl. Leid. Voss. *ora*, & sic bene Modius & Freinshemius. HEINSIUS.

Erat ora] Editi, *erant omnia*, quod vitium male compendiosi librarii invexere. qui quum *omnia* hoc modo scribere *oia* consuevissent, & illud *ora* ita exaratum reperissent ut *r* & *i* non absimilis videretur, putarunt statim, ut est inscitia, virgulam illam superiorem deesse, nobisque pro sua sapientia haec excuderunt. MODIUS.

Deorum munus] Arrian. l. III. ἀνηνέχθη ἐς τὸ θεῖον, *pro prodigio habitum fuit.* CELLAR.

Etiamsi aqua deficeret] Tan. Faber l. 1. epist. 51. legendum arbitratur, *etiamsi aqua non deficeret*, planior sane sensus est, & efficacior, si *non* inseritur,

Dd

cusserunt procellae; pro se quisque excipere eum, quidam ob sitim [1] impotentes
15 sui, ore quoque hianti captare coeperunt. Quatriduum per vastas solitudines ab-
sumptum est. Jamque haud procul oraculi [2] sede aberant; quum [3] complures
corvi agmini [4] occurrunt, modico volatu prima signa antecedentes: & modo
humi residebant, quum lentius agmen incederet; modo se pennis levabant, [5] an-
16 tecedentium [6] iterque monstrantium ritu. Tandem ad sedem consecratam deo
ventum est. Incredibile dictu, inter vastas solitudines [7] sita, undique ambienti-
bus ramis, vix in densam umbram cadente sole [8] contecta est: [9] multique fon-
17 tes dulcibus aquis [10] passim manantibus alunt silvas. Coeli quoque mira tempe-
ries,

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. *inobtentis sui* Voss. 2. *inobtentus* Pal. 1. *obsiti impotentes sui.* 2 Pal. 1. *sedet.* 3 Leid. Voss. 1. *compl.* ut semper. 4 Voss. 2. *incurrunt.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *cedentium.* 6 Voss. 1. B. 2. *interque.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & aliae edd. *ita undique* Col. *itaque undique.* 8 Er. *contacta.* 9 Voss. 2. *multi.* 10 P. *manantib. passim.*

ritur, quia jam num. 12. dictum fuit, *aqua defecerat*, cujus simplici repetitione heic opus non erat. CELLAR. Tan. Faber in epistolis Criticis emendandum putat, *etiamsi aqua non deficeret*, videlicet aqua, inquit, defecerat, quam cameli vexerant. sed hoc puto dici contra mentem auctoris. Non enim ejus aquae defectum hic intelligit, quam vexerant cameli, sed universum omnis. nam *in arido & fervido sabulo nulla erat* penitus, sicut ipse loquitur Curtius. Itaque hoc vult, in tanto calore solis umbram illam ex nubibus inductis non levi solatio fuisse, licet aquam nullam aliam haberent, ac ne pluviam quidem, quia licet sitim non restingueret, recreabat tamen fatigata aestu, ac adusta membra, viresque militum reficiebat. nec est opus illa emendatione in loco integerrimo. SCHEFFER.

Quatriduum] Et supra *biduum* num. 10. sunt dies VI. unde liquet perperam legi apud Ampelium: *abest* (Ammon) *ab Aegypto & Alexandria millia passuum novem.* FREINSH.

Corvi] De corvis consentiunt Aristobulus, Callisthenes, Diodorus, Plutarchus. Ptolemaeus corvos in *dracones* transformat, quos ait clamore edito agmen praecessisse. Arrianus III, 1, 12. prodigium quidem aliquod ostensum putat, sed cujusmodi fuerit, propter scriptorum variantes sententias cunctatur dicere. RADERUS. Aristobulo apud Arrian. tantum κόρακες δύο. *duo corvi*; Ptolemaeo ibidem δράκοντες δύο, *duo dracones* itineris duces fuere. CELLAR.

Ita undique] Alios hic nihil offendisse non miramur. est enim non sane nimis asperum, quod meas tamen aures radit. Levigabis unius adjectione literulae, quae geminanda, geminae suae occasione periit: *Incredibile dictu, inter vastas solitudines sita, undique ambientibus ramis &c. Sita* nempe sedes. *Ita* supervacuum, nisi ita mutes: ACIDALIUS: adprobante Radero. Ego superiora quoque sic scribam; *Tandem ad sedem d. c. ventum. ea* (*incredibile dictu*) *int. v. sol. sita &c.* FREINSH. Forte, *ita undique eam amb.* HEINSIUS.

Cadente] Forte *pervadente.* HEINSIUS.

Silvas] Lucanus IX, 522.

Esse locis superos, testatur silva per omnem
Sola virens Libyen: nam quidquid pulvere sicco
Separat ardentem tepida Berenicide Leptim,
Ignorat frondes; solus nemus extulit Hammon.
Silvarum fons caussa loco.

RADERUS.

Coeli mira temperies] Quis nisi plane ἀγεωγράφητος ignorat eam non esse temperiem interioris Libyae, circa vigesimum octavum gradum latitudinis septentrionalis? At praesentiae Dei hoc miraculum tribuebatur à nonnullis scriptoribus, quos sequutus pueriliter Curtius, qui non verissima, sed παραδοξότατα solet seligere. Similia etiam Diodor. l. XVII. p. 527. ex iisdem forte scriptoribus hauserat, sed Arrian. initio l. III. haud paulo acutiore judicio praeditus, quam uterque, ejusmodi nugas omittit. CLERICUS. Judic. de Curt. c. 2. §. 9. Videtur vir doctissimus neutiquam admittere in eodem tractu majorem quamdam diversitatem coeli & soli, increpans cum Curtio Siculum, at Arrian. l. III. p. m. 161. *sedes Hammonis*, ait, *omni ex parte vastas solitudines & densas ac siticulosas arenas habet. Ipsa autem in medio posita & exigui spatii fructiferis arboribus oleis & palmis est plena, & sola ex circumjacentibus roscida*, ἔνδροσος. Jam vero ubi terra est tam roscida & fertilis, oportet istic molliorem etiam esse aëris temperiem, quam in vicinis undique sabulosis & sterilibus locis. Flor. l. I. c. 16. de Campanis ait, *nihil mollius coelo*, sed & addit, *nihil uberius solo, denique bis floribus vernat.* At longe aliter se res habebat in vicinis Samnitibus, ubi asperius erat simul & coelum & solum. Sed & Geographi frequenter notant in exponendis integris nationibus, modo solitudines & arenas modo cultam & fertilem terram, imo *arenas ambientes eam haud alio modo quam insulas mare* sc.

ries, verno[1] tempori maxime similis, omnes anni partes pari salubritate percurrit. Adcolae

Variantes Lectiones.

1 Fl. Voss. 1. *tepori.*

sc. ambit, ut ait Plin. l. vi. c. 20. Sic *de Palmyra* urbe clarissima l. v. c. 25. *urbs nobilis situ, divitiis soli & aquis amoenis: vasto undique ambitu. Harenis includit agros: ac veluti terris exempta à rerum natura.* At ipsa in Africa vel maxime id passim ita reperias. quam ideo Strabo l. 11. p. 130. ait esse *Pardali similem, interpuncta enim est cultis locis, quae circumdantur deserta & siticulosa terra.* Jam vero, an non in istis cultioribus locis vel ex. gr. in urbis Palmyrenae uberi solo & amoenis aquis mitior debeat esse coeli temperies, quam in desertis circa arenis? si ea est alibi natura & temperies coeli, quidem eadem etiam in Hammonis sede, licet undique vastas habeat, & sabulosas solitudines, temperies fuerit, eaque verno tempori maxime similis, quum fervor aëris illic esset minor, ac hiemis nihil sentiretur? porro quis Clericum docuit, sedem Hammonis fuisse in interiori adeo Libya, & maxime circa istum gradum? quum Ptolemaeus, cujus, ut *Alexandrini, & proinde eorum locorum peritioris*, auctoritatem in his ipsis pagina proxima laudat, Hammonis sedem diserte collocet l. iv. ipso in puncto gradus 20. Inspiciantur etiam tabulae ejus, & consideretur intervallum ac discrimen coeli solique inter utrumque (20 & 28) gradum, & patebit viri Cl. error; sed hi sunt fructus festinatae illius scriptionis, quae tamen nusquam minus locum habent, quam in alienis laboribus ita acerbe castigandis. Quid plura? patet abunde, temerariam esse hanc quoque crisin, quum Curtius in descriptione istius oraculi secutus sit & interpretatus, ut ex Diodoro liquet, Graecos Alexandri M. comites in illud iter, ac res, quae ab illis memoriae fuit prodita, possit utique esse vera. Nec enim id requirebatur à Curtio, ut historiam veterem & Graecam, quam suis civibus vernaculo volebat sermone exponere, ubique in dubiis corrigere tentaret; quod praestare haud poterat, & quo facto historiam contaminasset, praesertim si eo quo Cl. Clericus corrigendi omnia & reprehendendi pruritu laborasset. PERIZONIUS, Curt. Vind. p. 144.

Adcolae] *Non satisfacit* (inquit Glareanus) *haec descriptio Geographiae perito, quamquam eam ego corruptam & mutilam, denique male distinctam puto. Priorum enim versuum sensus de ortu & meridie, ubi distinguendus est nescitur, Aethiopum, Trogloditarum, & Arabum.* Sed nec corruptus locus est, & distinctu facilis. Ita ergo interpunge: *Adcolae sedis sunt ab oriente proximi Aethiopum; in meridiem versi* [alii *versus*] *Arabes spectant*, [malim *spectat*, ut referatur ad sedem] (*Troglodytis cognomen est*) *horum &c.* RADERUS. Ad occasum Aegypti secundum Mediterranei maris litus occurrit primum Libya, quam exteriorem vocant, tum Marmarica, inde Cyrenaica Pentapolis; quam excipit Africa proprie dicta. Quamquam priores tres ita distinguuntur finibus, ut singularum nomine saepe vocetur quidquid terrarum inter minorem Africam atque Aegyptum intercipitur. Inde factum est, ut Hammonis templum, quod in illa exteriore Libya, non procul Marmaricae finibus visebatur, alii in Cyrenaica, alii in Marmarica, alii in Libya collocarint. TELLIER. Et gentium nomina & situm plagarum turbavit Curtius. nulli hic sunt proximi Aethiopes: nec Arabes Troglodytae à meridie, sed ab ortu potius interjectis, quae hinc ad sinum Arabicum habitant, gentibus: longo quoque spatio ab Hammone distant Syrticae gentes navigiorum spoliis quaestuosae. Consule Geogr. CELLAR. Hunc errorem itidem exaggeravit Cl. Clericus Jud. de Curt. c. 2. §. 10. Sed post Glareanum, Raderum, Freinshemium, Tellierium, Cellarium, qui omnes id fecerunt oportuno loco, ut adeo in eo, & plerisque Geographicis à Viro Doctissimo prolatis nihil fuerit caussae, quare quis ita extra ordinem, & ex professo tale *judicium* conscriberet. nam, in illis Geographicis minus accuratum fuisse Curtium, satis jam ab aliis dictum fuerat & probatum. Ceterum de *Libya*, ubi Hammonis fuit oraculum, audiamus Strabonem diligentissimum, Curtii aequalem, qui certe sub Tiberio itidem scripsit. Ille ergo l. 11. *Incolunt Libyam gentes pleraeque ignotae: neque enim multis eam ingredi datur exercitibus, neque viris alienigenis. Ipsi vero indigenae & pauci ad nos pervenerunt, & non vera, neque omnia dicunt.* & l. xvii. *Similiter ignorantur ea, quae sunt supra Hammonem*, i. e. ad ejus meridiem sita. *Immo nec Aethiopiae fines, nec Libyae dicere possumus, neque qua Aegypto adjacent, neque qua Oceano.* Sed & ex eo, quod auctores accurate fines singularum gentium istic distinguere non potuerunt, factum est, ut hanc ipsam Hammonis sedem alii in *Libya*, alii in *Cyrenaica*, alii in *Marmarica* collocarint, ut jam à doctis interpretibus Curtii est monitum. Nihil itaque mirum, neque Curtium, vel eos, quos secutus est, rerum Alexandri scriptores, satis accurate Aethiopiae & Libyae fines hic distinxisse, dum itidem, ut Diodor. Sic. populos utrimque ad illud templum sitos, vocat *Aethiopas*, qui tamen certe postea Libyae fuerunt adscripti. Neque ex Ptolemaeo quae adfert V. Cl. ad castigandum Curtium magnopere pertinent, quippe qui ut plerique scriptores, communia totarum gentium, vel nationum nomina tantum commemoravit in terris illis adeo ignotis, quum Ptolemaeus postea gentes illas diviserit in varios populos, tra-

18 Adcolae sedis sunt ab oriente proximi [1] Aethiopum: in meridiem versus Arabes spectant, [2] *Troglodytis* cognomen est: quorum regio usque ad rubrum mare excur-

VARIANTES LECTIONES.

1 Amst. Lugd. *Aethiopiam.* 2 Pal. 1. *in mer. versum Tragodit s* D. Pal. 3. Fl. Leid. Voss. 2. *Tragoditis in mer. versam Arabes spectant. Tragoditis nomen est.* Bong. quem Gruter. vidit *in mer. versam Arabes spectat. Trogoditis nomen est* Ald. Mer. Frob. Bas. Col. *in Mer. versi Arabes spectant, Troglodytis cogn. est* Bong. pro *versi* habent *versatus* & *Tragoditis* pro *Trogloditis* Voss. 1. *mer. versam Ar. spectant* Trogl.

ctus, nomos, eorumque omnium propria referat passim nomina, sed quorum plurima apud nullos reperiuntur historiarum scriptores. Quid plura? incertior in tantis tenebris ante Curtium, quod ad interiora Africae, & ideo iniquior haec quoque V. Cl. accusatio. Certius est quod ipse V. C. non satis intellexerit verba Diodori, quae cum Curtio & Ptolemaeo contulit. Sic autem ille de Hammonis sede: *περιοικοῦσι κατὰ τὴν μεσημβρίαν καὶ δύσιν Αἰθίοπες· κατὰ δὲ τὴν ἄρκτον Λιβύων Νομαδικὸν ἔθνος, καὶ τὸ πρὸς τὴν μεσόγειον ἀνῆκον τὸ τῶν Νασαμώνων ὀνομαζόμενον ἔθνος.* Vertit haec V. C. *circum habitant ad meridiem & occasum Aethiopes; ad septentrionem Libyum gens erratica; ad Mediterraneum vero tractum porrecta gens, quae dicitur Nasamonum.* Addit; *postrema verba minus accurata sunt: nam Mediterraneus tractus & Meridianus idem sunt, & Nasamones potius ad occasum erant collocati.* Verum est Mediterranea Africae nobis esse magis Meridiana, sed in his attendendum est semper quam maxime ad id, quo respectu unumquodque ita dicatur. Certo *μεσόγειος* à Diodoro non refertur hic ad Hammonis sedem, ut credidit V. Cl. sed ad Nasamonum initia, quorum sedes incipiebat ad septentrionem fere Hammonis à Syrtibus, seque extendebat ad meridiem in interiora terrae, ut adeo revera etiam secundum Diodorum non tantum *ad septentrionem* templi Hammonis consederint, sed &, saltem ex parte aliqua, *ad occasum*, dum à septentrione occidentali per flexum quemdam circa Hammonem se porrigebant satis longo tractu in meridiem, seu, dum longius recedebant à litorali tractu ad mediterranea. sensum hunc & nexum V. Cl. non perspexit: certe in versione minus accurate expressit. Vertenda enim erant postrema: *ad septentrionem* scil. templi, *habitat Libyum gens, quae Nomadum more vivit, & gens quae dicitur Nasamonum, quae ad mediterraneum* Africae tractum *pertingit.* Sed negare videtur V. Cl. etiam illud, quod *ad septentrionem* quoque habitaverint Nasamones. Nam quum Curtius Nasamones vocasset *Gentem Syrticam* notat, *ad occidentem incolebant Nasamones, qui an vagarentur ad Syrtes usque nescio.* At vero non Curtius tantum, sed & Plinius diserte l. v, 5. *In ora Syrtis Nasamones, quos antea Mesammones Graeci appellavere, ab argumento loci medios inter harenas sitos.* Adde reliquos, quos laudat ad hunc Curtii locum doctissimus Cellarius. Porro fuerunt Nasamones *gens Libyae*, ut diserte Strabo l. XVII. *οἱ προσαγορευόμενοι Νασαμῶνες, Λιβυκὸν ἔθνος.* qui & paullo post obducit eos Syrti, & Cyrenaicae simul, & primos inter *Libyas* memorat. Hi vero Libyes ad septentrionem Hammonis ab ipso collocantur Ptolemaeo. Denique ut Curtius, ita & Diodorus diserte Nasamones *ad septentrionem* Hammonis locat, quod tamen de angulo ejus occidentali potissimum accipio, & inde extendit in mediterranea per latus Hammonis occidentale: quo ipso concilientur, & qui ad Syrtim, atque ita aliquo modo versus septentrionem, & qui in mediterraneis ad occasum Hammonis, ut facit certe post Curtii tempora Ptolemaeus, eos ponunt. PERIZON. Curt. Vind. p. 150.

Proximi Aethiopiam] Lege *proximi Aethiopum*, & consule novantiquarum nostrarum librum secundum. MODIUS. *Proximi*, non aliter videtur defendi posse Curtius à multiplici errore, quam si dixerimus fuisse aliquas *Aethiopum* extra Aethiopiam, extra Africam proprie dictam aliquas *Nasamonum* Colonias. *Troglodytas* vero non tam propria gentium esse nomina, quam populorum in antris viventium communia. Sed ut haec ita sint, tria tamen graviter peccasse Curtium nemo inficias iverit. Primum in Troglodytis Hammoniorum vicinis, quod eos Troglodytis ad rubrum mare Arabibus, tam longe, hinc dissitis, conjungat. Alterum pene par, quod Nasamones Hammonis accolas cum Nasamonibus Africae populis ad utramque Syrtim confundat; à quibus tota Marmaricae & Cyrenaicae latitudine divisi erant. Tertium, quod eosdem à septentrione ponat, qui ab occasu erant collocandi, ut apud Ptolemaeum videre est tabula Africae III. TELLIER.

In meridiem versus] Vide indicem voce *versus.* FREINSH. Quid ad locum hunc in indice Freinshemius notaturus erat, ad quem remittit in notis, ignoro, cum in eo non legatur. Mihi admodum suspectus est. Quo enim pertinet illud *versus?* non certe ad sedem, nec ad accolas. Praeterea in MSS. mirifica variatio, alii habent *versum*, alii *versam*, alii *versi*, alii *versatus.* Et plane vox est mea sententia huc nil pertinens, & ex glossa intrusa in textum, qua quis illud *in* explicaverat, ostenderatque *in meridiem* esse idem ac *versus* vel *versum meridiem.* SCHEFFER. Multi libri habent *versi*, atque ita etiam Erasmus, Bruno, alii vulgarunt. CELLAR.

Tro-

currit. [1] at qua vergit [2] ad occidentem, alii Aethiopes colunt, quos [3] *Scenitas* 19
vocant: à ſeptentrione Naſamones ſunt, gens [4] Syrtica, navigiorum ſpoliis [5] quaeſtuoſa.

Variantes Lectiones.

1 D. Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *a qua* Ald. *at quae.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 2. B. 2. P. F. *occidentalem* Mer. omittit *ad.* 3 Bong. Voſſ. 1. *Simnos* Ald. Frob. Lugd. *Symnos* Fl. Leid. Voſſ. 2. *Simuos* Mer. Baſ. Col. *Symuos.* 4 D. P. Cl. B. 2. F. Fl. *Tyrtica* B. 1. *Tyrticia* Voſſ. 2. *Tirtica* Pal. 1. *Tyricha* Ald. *nutrita.* 5 Voſſ. 1. *queſtuoſa* P. *copioſa.*

Troglodytis] Nomen cavernarum habitatores ſonat, quales non modo ad Arabicum ſinum, Aethiopiam verſus, ſed in Mauritania etiam ac Scythia memorantur. Noſter primos quidem & proprios intellexit, qui vero longius ab Hammonis oraculo remoti ſunt. CELLAR.

Scenitas vocant] Nuſquam reperio hanc gentem, negant omnes Geographi exſtare ſeu Symnas, ſeu Symyos, nam ſcriptura variat, unde eſt in mentem cogitare *Scenitas* legendum, quomodo antiqui codices reſpondent. qui tamen à Strabone & Plinio collocantur in Meſopotamia. Ptolemaeus, Stephanus περὶ πόλεων voce Gorama, Ammianus, Solinus in Arabia, Marcellinus Aegyptiam gentem facit omnium vetuſtiſſimam. Ptolemaeus tamen non Scenitas, ſed Sentites nuncupat, niſi mendoſa eſt ſcriptura, quod ſuſpicor. Videtur Strabo Syntas appellare. Venit tamen in mentem poſſe Symnos videri eos, quos Diodorus Sic. Simos appellat. RADERUS. *Scenitas*, quidam libri *Symnos*, quos Raderus ait poſſe videri *Simos*, quorum mentio apud Diodor. Ego vero nullos ibi reperio *Simos*, ſed *Symen* quamdam inſulam, quae tamen huc pertinere non poteſt. De Scenitis dicemus in Indice. FREINSH. Quid hoc loco ſcripſerit Curtius plerique addubitant, *Simnos*, *Symnos*, *Symnuos*, quos libri offerunt, nemo Geographus uſpiam reperit. Scenitas in antiquis codicibus legi affirmat Raderus, & ſane quoſdam Aethiopum *Scenitas* eſſe, hoc eſt in tentoriis degere, antiqui juxta & recentiores produnt. ſed propius accedit ad ſcripturae veſtigia, quod legimus *Simos*, hi colonia quaedam fuerunt Aethiopum, & ipſi Nomades, adeoque ſcenitae, ut ex Agatharchide diſcimus apud Photium 250. c. 26. TELLIER. Tellierius *Simos* habet, non *Scenitas*, libri enim *Symnos* vel *Symnuos*, aut ſimiliter efferunt, ex quibus propius facias *Simos* quam *Scenitas*, CELLAR. Nulla in re veteres in univerſum nobis ſunt inferiores, quam in eo, quod ſitum terrarum & regionum minus recte cognoverint tradiderintque: quum Graeci & Romani vix navigaverint extra mare Mediterraneum, cujus litora ideo ſatis habebant explorata; at interiora regionum ultra, quam armis ſuis pervenerant, vix norant aut noſſe poterant: quippe quae demum coeperunt ultimis hiſce tribus ſaeculis, poſt factam in Indiam & Aſiae Africaeque extremae litora navigationem, & ſic commercia inter diverſiſſimos populos conſtituta, atque inde coeptas tutius ac ideo frequentius fieri noſtrorum hominum peregrinationes, Europaeis innoteſcere. Graeci ante tempora Alexandri, vel ſummum ante Artaxerxis Mnemonis tempora, & Cyri junioris expeditionem contra illum, interiora Aſiae maxime ſupra Euphraten, multo magis Africae Mediterraneas ignorabant, niſi quod integras nationes in utriſque terris ſitas, Aſſyriam, Mediam, Hyrcaniam, Indiam &c. dein Arabiam, Aethiopiam, Libyam, Numidiam, Mauritaniam, utcumque ſcirent. Quin etiam poſt expeditionem ad Caſpium mare factam adeo ignoravit illud ipſe Alexander & ejus comites, ut claſſe miſſa inquirere voluerit, utrum ex Ponto Euxino, an vero ex Orientali Oceano ad Indos oriretur, ut docet nos Arrian. l. VII. p. 477. Immo Strabo l. I. p. 14. & l. XI. p. 508. diſerte extremos Aſiae Orientalis populos Hyrcanos, Bactrianos &c. per Parthorum demum imperium, eorumque commercium cum Romanis, ceteros vero omnes à maris mediterranei litoribus remotiores, per Romanorum arma demum cognitos, melius certe quam fuerant antea, tradit. PERIZON. Curt. Vind. p. 148.

Naſamones] Hunc locum Curtii aperiunt nobis verſus Lucani IX, 438.

Hoc tam ſegne ſolum gratas non exſerit herbas,
Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit; nam litoreis populator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina
Novit opes: ſic cum toto commercia mundo
Naufragiis Naſamones habent.

RADERUS. Νασάμωνας quidem Ptolemaeus circa Marmaricam locat, ſed ibi nullae Syrtes: Strabo l. XVII. Plin. l. V, 5. Silius l. I. vſ. 408. Lucan. l. IX. vſ. 441. Syrtibus ſubjiciunt, earumque *populatores* vocant; verum ſic longiuſcule removentur ab Hammone. CELLAR.

Quaeſtuoſa] A quaerendo, id eſt, adquirendo inquit Freinshemius. Verum non intelligo, quid *quaeſtuoſus* hic ſignificare debeat. Num eſt dictum, ut *vinoſus*, *mulieroſus*, de iis qui quaeſtum appetunt, & conſectantur? At ſic ſenſus eſt nullus locutionis hujus. Ecquid enim adpetens quaeſtum ſpoliis? non adpetebant quaeſtum ſpoliis, ſed faciebant illi Syrtici. An *quaeſtuoſus* dictum, ut *lucroſus*, de eo, quod quaeſtum praebet? at ne haec ſignificatio quidem hujus loci; nam Syrtici non praebuiſſe quaeſtum hic intelliguntur, verum ace-

20 ſtuoſa. quippe obſident litora, & aeſtu deſtituta navigia notis ſibi [1] vadis occupant. Incolae nemoris, quos [2] *Hammonios* vocant, diſperſis tuguriis habitant:
21 medium nemus pro arce habent, triplici muro circumdatum. Prima munitio tyrannorum veterem regiam clauſit: in proxima conjuges eorum cum liberis & [3] pellicibus [4] habitant; hic quoque dei oraculum eſt: ultima munimenta ſa-

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *lidis*. 2 Vulgo *Ammonios* Voſſ. 2. *Anmonies* Baſ. *Hammonicos*. 3 Bong. aliquid in voce *pellicibus* mutatum. 4 Alii *habitabant*.

cepiſſe. Supereſt, ut quaeſtuoſi dicti fuerint, ut *pecunioſi*, qui multas habent pecunias, & *nummoſi*, qui nummos multos, quamquam dubitem, an hoc ſenſu ſit receptum apud veteres, ſane in nonnullis libris legitur hic *copioſus*, vel *copioſa* pro *quaeſtuoſa*, ut ex gloſſa eſſe hoc videri poſſit. SCHEFFER. Adi Lucanum lib. IX. vſ. 440. &c. CELLAR.

Veterem] Sebiſius malebat *veterum*. FREINSH. *Veterum*, vulgo *veterem*, recte Sebiſius *veterum* ſubſtituit (monente Freinshemio) Curtius enim Diodori verba expreſſit l. XVII, 50. τῶν ἀρχαίων δυναςῶν βασίλεια. CELLAR.

Dei oraculum] Cujus originem Nigidius, apud Caeſarem Germanicum ad Arati arietem, refert ad arietem, qui ſubito ex arenis exſtitit, cum Bacchus illac exercitum duceret. Immortali autem, inquit, honore donatum (inter aſtra nempe Zodiaci ſeu ſigniferi) quod cum Liber exercitum in Africam duceret, & aquae inopiam pateretur, ſubito aries ex arena exivit, & Liberum cum ſuo exercitu ad aquam divinitus perduxit. Hoc facto Liber eum arietem Jovem Hammonem appellavit, eique fanum magnificum fecit eo in loco, ubi reperta eſt aqua; & abeſt ab Alexandria itinere dierum novem, locus arenoſus, & ſerpentum multitudine plenus, & ab arena Ammon eſt nominatus. Ita fere quoque apud Hyginum volum. II. in Ariete *Hermippus dicit: quo tempore Liber Africam oppugnaverit &c. aries quidam fortuito ad milites eorum errans pervenit, quos cum vidiſſet, fuga ſibi praeſidium paravit. Milites autem qui eum fuerant conſpicati, etſi pulvere & aeſtu preſſi vix progrediebantur, tamen ut praedam ex flamma petentes, arietem ſequi coeperunt uſque ad eum locum, qui Jovis Hammonis poſtea templo conſtituto eſt appellatus. Quo cum perveniſſent, arietem quem inſecuti* [ſic lego] *fuerant nuſquam invenire potuerunt. Sed quod magis hic fuerat optandum, aquae magnam copiam in eo loco nacti ſunt, corporibuſque recuperatis Libero ſtatim nunciaverunt, qui gaviſus ad eos fines exercitum duxit, & Jovis Hammonis templum cum arietinis cornibus ſimulacro facto conſtituit, arietem inter ſidera figuravit.* Alias origines deducit Herodotus II, 55. quas ait ſe accepiſſe ex relatione ſacerdotum Jovis Thebani, de duabus feminis ſacerdotibus à Phoenicibus adductis: de duabus vero nigris columbis Dodonaeorum ſacerdotum narratione. Sed hae fabulae Herodotianae ſunt, quibus ut pater fabularum abundat. Virgilius Hiarbam Africae regem videtur conditorem Hammonis laudare, Aen. IV, 198.

Hic Hammone ſatus, rapta Garamantide nympha,
Templa Jovi centum latis immania regnis,
Centum aras poſuit.

[Ego nihil tale ex his verſibus effingam: ſed tantum hoc, Hiarbam in honorem parentis ſcilicet ſui, toto regno, quod late patebat, plurima templà, plurimaſque exſtruxiſſe aras. *Centum* enim poſuit pro multis: ut in hoc

Si linguae centum ſint, oraque centum.

Unde gravis eſt error Haurechi, qui in libello de Cognomin. deor. ex iſtis verſibus computat in templo Ammonis centum aras fuiſſe.] Diodorus XVII, 50. templum ejus ab Aegyptio Danao conditum prodidit. Idem III, 37. Hammonem Libyae regem fuiſſe ſcribit. *Idem traditur*, inquit, *Ammon galea in bellis uſus, cujus inſigne fuit arietis caput. Sunt qui ipſum affirment natura in utroque tempore parvula habuiſſe cornua, propterea filium ejus Dionyſium* (Bacchum) *pari fuiſſe adſpectu: poſteriſque traditum deum hunc cornua geſtaſſe.* Idem I, 13. Jovem Ammonem Oſiridis patrem facit, cui etiam filius aureum templum exſtruxerit. Silius III, 684.

Hanc ſedem primo Cithereia condidit ales,
Hic ubi nunc aras, lucoſque videtis opacos,
Ductore electo gregis (admirabile dictu)
Lanigeri capitis media inter cornua perſtans,
Marmaricis ales populis reſponſa canebat.


Eamdem fere referens fabulam, quae ſupra ex Herodoto tacta eſt: quem imitari volens Silius in hoc errare videtur, quod albas facit columbas, quas Herod. nigras.

At quae Carpathium ſuper aequor vecta per auras
In Libyen niveis tranavit concolor alis.

niſi velimus ibi pro *niveis* ſubſtituere *nigris:* quod facile mutare potuit aliquis fabulae ignarus, & qui mallet niveam dici columbam, quam nigram. Aliam originem indigitat Theophraſtus, referente Fanenſe ad Ovid. Faſt. IV, 791.

- - - - *Sunt qui Phaëtonta referri*
Credant.

Phaëtontem obiiſſe in Aethiopia Ammonis, & ob id delubrum ibi eſſe, atque oraculum. Aliam adhuc Hyginus in Ariete: Ammonem fuiſſe Aethiopem, qui ad Liberum adducto pecore, ſic ab eo fue-


Pag. 215.
Fons Solis

ſatellitum [1] armigerorumque ſedes erant. [2] Eſt etiam aliud Hammonis nemus: in medio [3] habet [4] fontem, *aquam Solis* vocant: ſub lucis [5] ortum tepida manat; medio die, [6] quum vehementiſſimus eſt calor, frigida eadem fluit; inclinato in [7] veſperam caleſcit; media nocte fervide [8] exaeſtuat; [9] quoque [10] propius nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decreſcit; donec ſub ipſum diei ortum adſueto [11] tepore langueſcat. Id [12] quod pro deo colitur, [13] non eamdem effigiem habet, quam vulgo diis artifices adcommodaverunt, [14] umbilico maxime ſimilis. 22 23

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. omittit *que.* 2. Fl. Leid. *eſt & aliud* Voſſ. 1. omittit *etiam.* 3 Voſſ. 2. *habent.* 4 Pal. 1. *fontem quem ſolis voc.* Fl. Leid. Voſſ. 1. B. Lugd. Amſt. *fontem ſolis aquam.* 5 Voſſ. 2. *ortu.* 6 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Mer. Lugd. Amſt. *cujus veh.* 7 Pal. 1. *veſperum.* 8 Voſſ. 2. *eſtuat.* 9 Voſſ. 2. Leid. *cum.* 10 Bong. Amſt. Lugd. *nox prop.* 11 Col. Mer. *tempore.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. Bong. omittunt *quod.* 13 Voſſ. 2. *quod non.* 14 Fl. *umbilico maxime ſimilis eſt habitus zmaragd. & gemm. coagment.* Leid. *umb. maxime ſ. eſt habitus ſm. & gemm. coaucmentatus* Voſſ. 1. *umb. max. ſ. e. h. ſm. & g. coamentatus* Voſſ. 2. *umb. max. ſ. eſt h. & ſmar. & gem. coagm.* D. *Utimbrico maxime ſimili eſt habitus ſm. & g. coaugm.* Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *Umbilico max. ſimilis eſt habitus ſm. & g. coagm.* Bong. omitt. *habitus* & pro *ſmaragdo* habet *zmaragdo.*

fuerit honoratus. Suidas à paſtore vocatum vult, qui id templum primus erexerit. RADERUS.

Aquam ſolis] Forte leg. *fontem quem ſolis &c.* praeſertim cum ita videam legere Pal. 1. & ceteros quoque ſcriptores ſic vocare. Meminit ejus praeter hiſtoriae noſtrae ſcriptores Solinus cap. 27. Plinius 11, 103. qui ex uno hoc fonte duos videtur facere. Scilicet legerat Hammonis fontem hac natura eſſe: deinde apud alium auctorem, hujuſmodi fontem eſſe in Troglodytis. ergo pro duobus habuit, cum non ſuccurreret, hunc, quiſquis eſt, ipſum fontem Hammonis adnumeraſſe Troglodytis ob vicinitatem locorum. Quam ob cauſſam Garamantidi regioni eum adnumerare videtur Altiſſiod. Chronol. Afric.: *Garamantis regio, ubi eſt fons qui friget calore diei, & calet frigore noctis.* Sed & Lucan. IX, 511. Garamantis eum fontem tribuit. Quamquam quum in oppido *Debris* fuiſſe Solinus ait, cap. 29. ex Plin. V, 5. videatur abire ab illa ſententia. Hunc enim fontem Solis in hujus nominis oppido fuiſſe, nemo ex hiſtoriae Alex. ſcriptoribus dicit. Benjaminus urbem hoc nomine *fons Solis* ſive *Ein-Schemes* collocat in Aegypto; quam doctiſſimus ejus interpres conjicit eſſe Heliopolin. Ipſius vero rei cauſſam nititur reddere Lucretius VI, 848. Ovidius Metamorph. XV, 309.

- - - - - medio tua corniger Hammon
Unda die gelida eſt, ortuque obituque caleſcit.

Vide etiam Dausquejum in Silium pag. 158. pr. FREINSH. *Aquam ſolis*, forſan *quem* pronomen excidit, *quem aquam ſolis vocant.* De loco fontis diſſentiunt auctores. Plinius l. 11, 103. in Troglodytis reponit. At idem l. V. c. 5. & Mela l. 1. c. 8. in Cyrenaica. Ptolemaeus prope Maream paludem. Lucanus l. IX. vſ. 512. in Garamantibus. De cauſſa miraculi Lucretium l. VI. vſ. 848. inſpicias. CELLAR.

Non eamdem effigiem] Non humanam, qua vulgo Dii repraeſentantur. CELLAR.

Umbilico tenus arieti] Editiones, ipſaeque adeo membranae, *Umbilico maxime ſimilis eſt habitus*, ubi Henricus, *qui primum hoc legit, exiſtimat Deum umbilico compararі, cum nullus ſit ſenſus; ſed auctor Dei habitum ait ſimilem aliis ſimulacris umbilico tenus, & ſane ſermo notandus.* Enimvero & tu Glareane, cum iſta tua tam inſigni interpretatione. Quare ſatius fuerat hoc quoque loco fateri, nihil te hic ſcire, niſi neſcire. Quod facile tibi credidiſſemus. ſed ad Hammonem, cujus effigiem arieti ad umbilicum uſque ſimilem fuiſſe notius eſt, quam ut hic repeti debeat. Ideoque nec de emendationis veritate dubitandum; ſed potius quanto monſtroſior & ineptior vulgata lectio eſt, tanto majoribus, & amplioribus laudibus efferendus Palmerius, qui tam dextre eam emaculavit. MODIUS. Sane multum abit Curtius à pleriſque aliis rerum ſcriptoribus, qui arietina fronte & ore cornuto, umbilico tenus Hammonem exprimunt. Sed hic primum de ſcriptura controverſa videndum eſt. Chirographa omnia, quae potuerunt haberi, & ἐκτετυπωμένα exemplaria haec verba exhibent: *Id quod pro deo colitur, non eamdem effigiem habebat, quam vulgo diis artifices adcommodaverunt. Umbilico maxime ſimilis eſt. Habitus ſmaragdo & gemmis coagmentatus.* Fr. Modius cum Palmerio legit: *Umbilico tenus arieti ſimilis eſt*, & geminas voces, *tenus* & *arieti* admenſus eſt ex ſuo, quae in Curtio nullae ſunt. Omnes enim & MSS. & vulgati vere recteque videntur habere: *Umbilico maxime ſimilis eſt.* Sed quae mens, inquis, Curtio? certe Modii verba ſpeciem veri habent. nam, ut pro illo in ſpeciem propugnemus, Sextus Pompejus, *Hammon*, inquit, *cognominatus, quia in arena putatur inventus, quae Graece hoc nomine ἄμμος appellatur. Cui cornua affinguntur arietis, à genere pecoris, inter quod inventus eſt.* Et Herodotus II, 42. *Jupiter cum nollet ab Hercule cerni, ab eo tandem exoratus,*

24 similis eſt habitus, ſmaragdo & gemmis coagmentatus. Hunc, quum [1] reſponſum

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *reſponſo.*

ratus, id commentus eſt, ut amputato arietis capite, pelleque villoſa, quam illi detraxerat, induta, ſeſe ita Herculi oſtenderet, atque inde factum, ut Aegyptii Jovis ſimulacrum arietina facie confingerent, & ab Aegyptiis Ammonios ajunt accepiſſe. Graeci quoque Ammonem κερατοφόρον nuncupant. Pheſtus, an Ephaeſtus, Graecus auctor:

Ω Λιβύης Ἄμμων κερατήφορε κέκλυθι μάντι.

O Libyae vates exaudi corniger Ammon.

Jam Lucanus IX, 512.

- - - - - - - *ſtat corniger illic*
Jupiter, ut memorant.

Luctatium Placiadem vide ad illa Statii III, 476.

- - - - - - - *licet aridus Hammon*
Invideat.

Simulacrum, inquit, *ejus adjectis cornibus arietinis confectum eſt.* Et ipſe Statius:

Quin eſt cornigeri vatis nemus.

Ovid. Metamorph. XV, 309.

- - - - - *medio tua, corniger Hammon,*
Unda die gelida eſt.

Martianus: *Ammon apparuit cum cornibus arietinis & veſtimento lanicio, ac ſitientibus undam fontis exhibuit.* Servius ad Virgil. Aen. IV, 198. *ideo arietino capite fingi ſolitum*, ait, *quod ejus eſſent involuta reſponſa.* Traditur Hammon in bellis galea arietis cornibus inſigni uſus, indeque putatur fabula nata. Apud Lucianum κριοπρόσωπος appellatur. Arnobius lib. VI. *Itaque Hammon cum cornibus jam formatur, & fingitur arietinis.* Quamquam Arnobius Jovis Hammonis ſtatuam ad modum hominis factam intelligit, eique pro inſigni cornua arietis, velut pro tegumento appoſita. ſic enim ille: *Si modo Jovi cornua detrahat, & Martis temporibus affigat, Martem armis ſpoliet, & his rurſum circumcludat Hammonem; interſtinctio fieri quae poterit ſingulorum? cum qui Jupiter fuerat, idem poſſit exiſtimari Mars eſſe: & qui Mavors fuerat, ſubintroire ſpeciem Jovis poſſit Hammonis.* [Eamdem ſententiam tuetur Boiſſard. de Divinatione, ubi de nemore Hammonio ſcribens, ait: *in cujus medio ſtatua Jovis erecta erat capite arietino, & vervecinis pellibus tecta.* Minutius Felix: *Jupiter cum Hammon dicitur, habet cornua: cum Capitolinus, gerit fulmina: cum Latiaris, cruore perfunditur.* Silius III, 14. ex correctione Modii Novant. ep. 34.

- - - - *cornigeri veneratus numinis aras.*

& mox:

- - - - - - - - *nemoroſaque regna*
Cornigeri Jovis.


Idem ſenſus Sidonio Carm. V, 264.

- - - - - *doctis balatibus Hammon*
Si ſanctum ſub Syrte gemit.

& Tacito H. V, 4, 3. *caeſo ariete, velut in contumeliam Hammonis.* Ovidius in Ibin verſ. 297.

Nec tibi fida magis miſceri pocula poſſint,
Quam qui cornigero de Jove natus erat.

Hunc intelligit Tertullian. Apolog. cap. 16. *de ariete cornutum.* Pertinet eodem Solinus cap. 27. *Illic & lapis legitur, Hammonis vocant cornu: nam ita tortuoſus eſt & inflexus, ut effigiem reddat cornus arietini.* Ad ejuſdem auctoris cap. 52. ubi de arboribus piperis agit, adnotat Salmaſius, auctori Graeco, qui vitam Alexandri fabuloſe deſcribit, Hammonem vocari κριοκέρατον. Ubi etiam de nummo Alexandri loquitur, cornutum exhibente regem. Sunt enim & alii ejuſdem nummi ea forma. Vide Zamoſii analecta antiq. Daciae cap. 11. nam *& à ſtatuariis cornutus volebat effingi*, ut auctor eſt Clemens Alex. in Admonit. adverſus gentes. Atque adeo hinc Alexandrum Arabibus *Dhelkarnain*, hoc eſt *bicornem*, appellatum fuiſſe credam, quam ob rationes quae in eruditiſſimi Viri, Amici, dum vixit, magni, Wilhelmi Schikardi Tarich pag. 73. referuntur. Quod magis etiam patet ex Athenaeo XII, 9. ubi *Ephippus ſcribit Alexandrum ſacras etiam veſtes in conviviis geſtaſſe, nunc quidem Ammonis purpuream, per ambitum diviſam, & cornua.* Quod quidem & ſucceſſores ejus Macedoniae reges uſurpaſſe, ut cornua geſtarent in caſſide, aliquot exemplis oſtendit Lazius lib. I. rer. Graecarum. Ipſum etiam Hammonem cum cornibus arietis ſpectari in nummo Trajani teſtatur Schottus de Religione priſca: in alio ejuſdem Imp. quem Dausquejus ad Sil. III, 9. exhibet, inſidens arieti exprimitur. ubi nonnullos citat Dausqu. qui cornua aut etiam corpus arietis ei adſcribunt.] Haec & his plura à me & aliis laudata Auctorum teſtimonia videntur pro Modio facere ad corrumpendum Curtium. Sed oportebat Modium ad duplicem Hammonis faciem, animum & oculos advertere, alteram, quae pro icone ipſius habebatur; alteram quae pro ipſo numine colebatur. Illa ſpecie arietina fuit; haec umbilici, quem hoc loco delineat Curtius. Pro nobis facit eruditiſſimus vir & ſodalis noſter Andreas Schottus apud Ortelium. *Umbilicum*, inquit, *hic interpretor rem aliquam eminentem* (ut umbilicus in concharum genere, aut in corpore humano) *metae inſtar, veluti conum, aut quadratum, aut rotundum: quemadmodum voluminibus jam fere abſolutis* (*teſte Porphyrio*) *ornamento & uſui apponi ſolent, atque etiamnum hodie extrinſecus globi dimidiati forma apponuntur. Priſcae enim gentilitatis homines, hac informi forma non raro deos ſuos indicaſſe potius quam effigiaſſe, documenta ſunt multa. In templo Delphico, ut refert Strabo lib. VI. umbilicus conſervabatur faſciis velatus, ad demonſtrandum quod hic locus in umbilico, hoc eſt, medio terrarum eſſet.* Erat-


CAPITA JOVIS HAMMONIS.
ANTO·COS·III·IMP·IIII.
M·ANTO·COS·III·IMP·IIII.
COL·IVL·AVG·CASSANDREN.
ΘΕΟC AMMΩN
ΘΕΟC AMMΩN

ſum petitur, navigio aurato geſtant ſacerdotes; [1] multis [2] argenteis pateris ab utro-

Variantes Lectiones.

1 Frob. Baſ. Mer. Col. *cum multis.* 2 Voſſ. 1. omittit *argenteis pateris ab utroque navigii latere.*

Eratque, ut Pauſanias lib. x. *refert, ex candido marmore. Veneris deae enim ſignum, apud Cypri Paphum, auctore Tacito H.* II, 3, 6. *continuus erat orbis, latiore initio, tenuem in ambitum, metae modo exſurgens. De eadem fere idem Maximus Tyrius Orat.* 38. *niſi quod albae Pyramidi ſimilem fuiſſe dicit. Idem ibidem ſcribit, Arabes deum ſuum tetragono lapide ſignificare, & ut Suidas in* θεὸς Ἄρης *habet, nulla figura inciſa, qui hoc de Arabibus Petraeis dicit, quorum hunc deum, Martem ait. Informem lapidem facit eumdem Minutius Felix. Peſſinuntios quoque in Phrygia, lapidem pro Matre deorum habuiſſe, auctor eſt Livius* XXIX, II, 6. *Silicem Arnobius lib.* VI. *non magnum, coloris furvi atque atri, angulis prominentibus inaequalem. lib.* II. *lapidem nigellum dicit Prudentius. De Solis ſive Heliogabali figura, Herodianus* V, 5. *fere idem quod Curtius de Ammonis: ſunt enim haec ejus verba, Politiano interprete: Simulacrum nullum Graeco, aut Romano more manu factum ad ejus dei ſimilitudinem. Sed lapis eſt maximus, ab imo rotundus, & ſenſim faſtigiatus propemodum ad coni formam.* Plura ibidem Schottus, quem inſpicies. [Addi poteſt ex Apulejo lib. XI. *Iſidis effigies, non pecoris, non avis, non ferae, ac ne hominis quidem ipſius conſimilis &c.* & quae notat Scaliger ad Euſebii num. CCCLXXVII. & DCCCLXX. & MCCL. Tertullian. Apolog. cap. 16. Pauſan. lib. IX. ubi de Hercule Hyettio. Herodot. IV, 62. Solin. cap. 25. Mela II. I. f. Herald. ad Arnob. Plinius XXXVII, 21. pr. Videndum an huc pertineant *Lapides qui divi dicuntur* in Lamprid. Heliogab. cap. 7.] Habes apud eumdem in nummo aereo Imperatoris Antonini umbilicum expreſſum. Quia tamen vox *habitus* non pro materia ſed materiae forma apud ſcriptores accepta legitur, ut *habitus corporis, vocis, hominis fuit, quieſcentis, ſedentis, cubantis,* & quae ſunt hujus generis, fortaſſe verius exponemus verba Curtii in hanc ſententiam: *Umbilico maxime ſimilis eſt habitus, ſmaragdo &c.* Haec interpunctio eſt omnium antiquorum Codicum, quae refert hunc intellectum verborum: umbilico ſimilis eſt habitus, ſeu forma, ſpecies, modus, facies ejus, quod pro deo colitur, lapidis, inquam, qui conſtat ex ſmaragdo & aliis gemmis, ſed factus in modum umbilici. [Huic ſententiae & ego accedam.] Erunt fortaſſe, qui hoc modo rem interpretabuntur: Effigies ſimilis eſt umbilico, habitus ſeu veſtis, cultuſque umbilici eſt ex ſmaragdo & gemmis coagmentatus. Non incommode ſane; ſed nuſquam lego lapidem, pro deo cultum, fuiſſe alia veſte contectum. Thebanus enim Jupiter non lapis fuit, ſed ſtatua Jovis arietina fronte, quam pelle contegebant. Si porro quaeras quantus fuerit lapis umbilici? reſpondebo id nuſquam expreſſum; fas tamen eſſe, ab exemplo Arabum docere, de quibus eſt apud Arnob. lib. VI. & Suidam in Θεὸς Ἄρης ſupra citatos: illos rudem lapidem pro Marte coluiſſe, *quadratum, informem, longum pedes quatuor, latum duos, incumbentem aureae baſi.* Hammonis lapidem parvum non fuiſſe licet exiſtimare, *quod illum octoginta ſacerdotes humeris in aurea navi geſtarint, quo forte fortuna dei nutus eos agit.* Diodorus XVII, 50. RADERUS. Confer ea quae notat Dausquejus in Silium Ital. pag. 101. & Gyraldus Synt. 2. de Diis. FREINSH. *Umbriculo,* nullius ingenioſior conjectura, quam haec Izaci Voſſii, quam nos amplexi ſumus *ab umber* inquit *fit umbriculus, ut à venter ventriculus,* eſt *umber* ſpurium quoddam genus ovium caprino villo cornibus in anticam partem flexis, plerumque geminis, vel quaternis, imo & ſenis. tales in Africa potiſſimum naſcuntur. Graeci ὄμβελκα vocant, quo nomine etiam quodlibet ſpurium genus apud eos intelligitur. Vide Plin. l. VIII. c. 49. & Voſſium ad Melam l. I. c. 8. hanc lectionem ego praeferendam, ut veriſimillimam, cenſeo. TELLIER. *Umbilico ſimilis,* ita ut hodie legunt plerique, etiam Eraſmus vulgaverat, inſertum poſtea fuit *tenus arieti* contra librorum fidem, qui ne veſtigium quidem hujus additamenti habent. Vulgatae ſcripturae ſenſus, informem rem, forte lapidem, umbilici vel eminentiae rotundae figura, pro deo cultam eſſe, ſicut rotundum lapidem Syri pro deo Elagabalo. Herodian. l. V. Arabes quoque informem lapidem, & Peſſinuntii ſilicem coluerunt. Arnob. l. VI. ingenioſe ad Melam l. I. c. 8. I. Voſſius quem Tellierius ſequitur, *umbriculo* legit pro *umbilico.* CELLAR. Locus vexatiſſimus, in quibuſdam libris legitur, *ut imbrico maxime ſimilis,* ex quo ſagaciſſime I. Voſſius in notis ad Melam *umbriculo maxime ſimilis,* mallem tamen, quo propius inhaereatur veteri ſcripturae, ita totum locum legere; *id quod pro deo colitur, non eamdem effigiem habet, quam vulgo diis artifices adcommodaverunt, at imbrico maxime ſimilis eſt. habitus ſmaragdo & gemmis maxime coagmentatus. Imber* dicebatur perinde apud veteres, atque *umber* à Graeco ὄμβρος, inde Scaliger ad Varr. de R. R. *ibrum, imbrum, an umbrum dicas nihil refert,* nempe *o* Graecorum in *u* vel *i* mutatum Latinorum; jam ut ὄβελον vel ὄμβελον, ita ὀμβέλκιον, dixere, ut ex Aeliano patet, ex quo Latinum *imbricum* eſt factum. quid vero ſignificet, docet Voſſius, & ante eum Scaliger ad Varron. SCHEFF. Hervarti ſententiam omiſimus, de magnete interpretantis, ne lectorem fatigaremus; quam tamen ſi deſideras, adi Hofmanni Lex. in voce Pyxis nautica, & miraberis, vel ridebis.

Smaragdo] Circum ea enim loca naſcitur. Plin. XXXVII, 5. vide.

utroque navigii latere pendentibus. ſequuntur matronae virgineſque, patrio more inconditum quoddam carmen canentes, quo *propitiari Jovem* credunt, *ut certum*
25 [1] *edat oraculum.* [2] At tum quidem regem [3] propius [4] adeuntem maximus natu è ſacerdotibus *filium* appellat; *hoc nomen illi* [5] *parentem Jovem* [6] *reddere* adfirmans. [7] Ille *ſe vero* [8] ait, *& accipere*, *& agnoſcere*; humanae ſortis oblitus.
26 Conſuluit deinde, *an totius orbis imperium* [9] *fatis ſibi deſtinaret* [10] *pater?* vates, aeque

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *reddat.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 2. Bong. Baſ. Amſt. Lugd. *ac tum.* 3 Voſſ. 1. *propicius.* 4 Voſſ. 2. *accedentem.* 5 Bong. *Jov. par.* 6 Voſſ. 2. *credere appellans affirmat.* 7 Sic Pal. 1. Mer. Baſ. Frob. at D. *ille ſe vero ſe* Vulgo *ille vero* Lugd. *ille ſe vero & accipere ſe ait.* 8 Bong. *& acc. ait.* 9 Fl. Leid. Bong. D. *ſatis.* 10 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. D. Bong. Mer. Baſ. Col. *Pater aeque* Frob. *vates aeque.*

Quum reſponſum petitur] Hoc obſervandum ex Diodoro XVII, 50. Herodoto, Homero, & aliis, multa oracula nutu dumtaxat eſſe data à diis paganorum, ut & hoc Hammonis. Tamen Boiſſardus nonnulla Hammonis oracula refert, tanquam voce reddita: quem adi in opere de Divinatione. FREINSH.

Navigio aurato] Veriſſima eſt haec ſcriptura. membranae tamen *navigia aurata* referebant. peſſime. Diodor. ἐπὶ νεὼς γὰρ περιφέρεται χρυσῆς ὑπὸ ἱερῶν ὀγδοήκοντα. MODIUS. *Navigio*, quod ipſi ſacerdotes octoginta ferebant humeris ſuis: nec enim flumen illic ullum, cum Ammon multis millibus paſſuum abeſſet à mari, aut flumine. RADERUS. Num id *advectam* docet *religionem?* Tacit. Germ. IX, 2. Sebiſius. Sic de nave Saturni Ovid. Faſt. I, 239.

At pia poſteritas puppim formavit in aere,
Hoſpitis adventum teſtificata dei.

Simile quid de Hercule Erythraeo legas apud Pauſan. lib. VII. FREINSH.

Regem propius adeuntem] Calliſthenes. *Soli Regi à ſacerdote conceſſum, ut templum ingrederetur habitu conſueto: ceteros veſtem mutare juſſos, & foris omnes oraculum audiviſſe, dempto Alexandro, qui ingreſſus intro fuerat.* Siculus quoque introductum ait Alexandrum à Sacerdotibus in templum, nulla reliquorum facta mentione. RADERUS.

Filium] Euſtath. in Dionyſ. Afri verſ. 212. forte ex Plutarcho cap. 49. narrat, videri nonnullis errorem id antiſtitis fuiſſe, qui Graecae linguae non ſatis peritus, quum Alexandrum blande παιδίον, *filiolum*, appellare vellet; ſic dixit παῖ Διὸς, *fili Jovis.* Quam tamen opinionem, vix ſane probabilem, non ſecutus eſt Curtius. ne enim errore lapſus videretur, addit: *hoc nomen illi parentem Jovem reddere.* Veriſimilius Oroſius ex Juſtino XI, 11, 6. ſubornatum ab Alex. ſacerdotem regi volentia reſpondiſſe, quod magis adhuc credibile faciunt multa circa ea tempora, corruptae Pythiae documenta, ut reſponderet quod cuique corruptorum cupientibus eſſet. Vide Herod. V, 63. VI, 66. Thucyd. V, 3, 14. Diodor. XVI, 27. Non contemnendum eſt, quod cap. 3. Plutarchus tradit, Philippo Delphos mittenti reſponſum fuiſſe, ut praecipua religione coleret Ammonem. ſive jam tum ea daemonum fuit conſpiratio; ſive temere datum oraculum ex poſterioribus eventibus obſervari coeptum, aut etiam plane confictum eſt. FREINSH.

Humanae ſortis oblitus] Quamquam vulnera, venena, mors illum ſaepe ſortis ſuae admonuerunt. (Quin & Macedonum libertas, de qua mox) pater Alexandri verus, Philippus inquam, ut numquam ſe hominem in tanta felicitate oblivisceretur, quotidie praecepit ephebo, ut mane ingreſſus regis conclave proclamaret: *Philippe memento te hominem eſſe.* Aelian. V. H. VIII, 15. notarunt etiam Sibyllae Alexandrum:

Poſt civem Pelles oriens cui paruit omnis
Dives & occaſus domitori, quemque Philippo
Reſtituit Babylon, demonſtravitque putatum
Ammonis falſa Jovis ortum ſemine fama.

RADERUS. Quin & ipſe *Alexander, duabus rebus ſe commoveri dicebat, quominus fidem haberet his, qui ſe Deum eſſe praedicarent, nempe ſomno & Veneris uſu: quod in his degeneraret, & plus ſolito afficeretur.* Plutarch. de diſcr. adul. & am. c. 53. idem auctor in vita c. 50. & Apopht. c. 39. *Jaculo crus ictum, multis concurrentibus eorum, qui ipſum ſaepenumero ſolebant Deum ſalutare, dixiſſe: hoc quidem ſanguis eſt, ut videtis non ille* (verſus Homeri eſt Iliad. E. vſ. 340.)

Humor, qui ſuperum manat de corpore divûm.

quod tamen dictum diverſimode refertur. Seneca ep. 59. fere Plutarcho conſentit. ſed pater ejus Suaſor. I. Calliſtheni id dictum vero ſimilius tribuit, eumque inde Alexandri indignationem incurriſſe tradit. Verum Ariſtobulus Caſſandreus apud Athen. VI, 13. Dioxippum ejus ſcommatis auctorem facit. FREINSH.

Conſuluit] Maximus Tyrius Orat. 25. ſcribit; nihil amplius conſuluiſſe, praeterquam de Nili fontibus. Ego Curtii fidem antehabeam ſophiſtae Graeculo. FREINSH.

Deſtinaret pater] Vox *pater* abeſſe poteſt, in quo riſi Gymnicum, qui legebat *deſtinaret. Pater aeque* &c. MODIUS.

Aeque

aeque in [1] adulationem compositus, *terrarum omnium rectorem fore* ostendit. Post 27
haec institit quaerere, *an omnes parentis sui interfectores poenas dedissent?* [2] Sacerdos
parentem ejus negat [3] *ullius scelere posse violari*: *Philippi autem omnes* [4] *interfectores* 28
luisse supplicia. adjecit; *invictum fore*, *donec* [5] *excederet ad deos*. Sacrificio dein-
de facto, dona & sacerdotibus, & deo [6] data sunt, [7] permissumque amicis, *ut*
ipsi [8] *quoque consulerent Jovem*. Nihil amplius [9] quaesiverunt, quam, [10] *an auctor*
esset sibi divinis honoribus colendi [11] *suum regem? Hoc quoque* [12] *acceptum fore Jovi*
vates [13] respondit; *ut ipsi victorem regem divino honore colerent*. [14] Vere & salu- 29
briter aestimanti [15] fidem oraculi vana profecto [16] responsa videri potuissent: sed
Fortuna, quos [17] uni sibi credere [18] coëgit, magna ex parte avidos gloriae ma-
gis, quam capaces facit. *Jovis* igitur *filium* se non solum appellari passus est; 30
sed etiam jussit: rerumque gestarum famam, dum [19] augere vult tali appella-
tio-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. *adultionem* correctum ab alio *adulationem*. 2 Pal. 1. *Sac. parentis ejus interfectorem negat*. 3 Voss. 1. *illius*. 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. omittunt *interfectores*. 5 Bas. *accederet*. 6 Ald. *facta* cujus MSS. tamen *datae* Mer. Bas. Col. *facta*. 7 Voss. 2. *permissum am*. 8 P. omittit *quoque*. 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bas. *quaesierunt*. 10 Voss. 2. *ut*. 11 Bong. D. Fl. Leid. *sui*. 12 B. 2. Voss. 1. omittunt *acceptum fore &c. colerent*. 13 D. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 2. *respondent* omissis etiam sequentibus. 14 Fl. Leid. Voss. 1. D. Ald. Mer. Col. *vera & salubri aestimatione* Bong. praeter P. *salubria* Bas. *vera & salubri aestimatione fidem oraculi aestimanti* Voss. 2. *vera & salubria extimatione*. 15 Ald. *fides* & MSS. quidam ejus *quidem*. 16 D. B. *responsi* Pal. 1. *responsa sicut vid.* Fl. Leid. Voss. 1. 2. *responsa si vid.* 17 Pal. 1. *ubi* Voss. 2. *sibi uni*. 18 Amst. Lugd. alii *cogit*. 19 Pal. 1. *augeri*

Aeque in adul. compositus] Si recte percipio Curtium, ostendit, alium fuisse maximum natu sacerdotem, qui Alexandrum filium Jovis appellavit: alium hunc vatem, aeque ac illum compositum in adulationem. Quod notandum investigando istius pseudohierarchiae ordini. FREINSH. *Destinavit pater? vates aeque*. Codices plerique τὸ *vates* non agnoscunt. Mallem igitur abjicere, ac totum locum sic distinguere: *an totius orbis imperium sibi destinaret? pater aeque in adulationem compositus*. Ut ambigue & per sarcasmum *pater* & de Hammone & de sacerdote posset intelligi. SCHEFF.

Omnes] Sic quidem & Appianus testatur lib. 11. de bell. Civil. in fine. hic quidem fortasse vere: sed falso vates Ammonis. nondum enim eo tempore poenas dederat Alex. Lyncestes, quem *in Philippi quoque caedem conjurasse cum Pausania pro comperto fuit*. Curtius VII, 1, 6. adde VI, 11, 26. FREINSH.

Philippi] Sic ipse distinguit inter Philippum & patrem suum in epist. ad Athenienses apud Plutarch. cap. 50. *accepistis Samum ab eo, qui tum dominus & pater meus nominabatur: Philippum indicans*. FREINSHEMIUS.

Ut ipsi victorem regem] Membranae alia sententia, *victores regem*, quod propius accederet ad illud, quod est l. X. *rursus Perdicca interrogante, quando coelestes honores haberi sibi vellet, dixit* (Alexander) *tum velle, cum ipsi felices essent*. nihil quidquam tamen hic muto. *Vere & salubri aestimatione fidem oraculi aestimanti*, ad quae vide, cum videre voles, Glareanum. Colonienses membranae habebant, *vera & salubria aestimanti fidem oraculi vana profecto responsa sicut erant videri potuissent*. Illa male. hoc ex glossa adscripta ad oram libri ab eo, qui significare volebat, non frustra eum futurum, cui vana responsa viderentur, utpote quae revera talia essent. MODIUS. Aut nimis hic ego video, aut nihil alii viderunt. Equidem non pannus magis in purpura conspicuus, quam iste mihi in Curtio adtextus. A mala manu puto appendicem illam totam, *ut ipsi &c.* Quorsum enim additamentum tale? Periculum erat, ne caperemus satis, quid auctor vellet, nisi ipse adderet scilicet, quod sine nausea non legeremus. Glossema est, quod tu ejice lector; & vindica nobiscum ab impura inculcatione purissimum castigatissimumque scriptorem. ACIDALIUS. Simile autem responsum stercoreus ille deus reddidisse Rhodiis, idem de Ptolemaeo quaerentibus, legitur apud Diodor. XX, 101. FREINSH. Haec in quibusdam non comparent. & videntur esse ex glossa, quod & Freinshemius (Acidalius fuit) censuit. SCHEFFER.

Vere & salubriter aestimanti] Communi haec sententia dicuntur, sed ipsum Alexandrum respiciunt, quem feliciores successus ita corruperant, ut prae gloriae aviditate non videret, quae vera essent, & salubria. CELLAR.

Avidos magis, quam capaces] Non capaces gloriae, indigni sunt. CELLAR.

Sed etiam jussit] Non quidem statim, sed *Persarum regno in suam potestatem redacto*. Aelian. Hist. Var. 11, 19. Unde ista quae passim memorantur à scriptoribus: *Gorgum armorum praefectum custo-*

diae,

31 tione, [1] corrumpit. Et Macedones, adſueti quidem regio imperio, ſed [2] majore libertatis umbra, quam ceterae gentes; immortalitatem [3] adfectantem con-
32 tumacius, quam [4] aut ipſis expediebat, aut regi, [5] averſati ſunt. Sed haec ſuo [6] quaeque [7] tempori reſerventur. nunc cetera [8] exſequi pergam.

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voff. 1. Bong. Frob. Lugd. Amſt. *corrupit.* 2 Fl. Leid. Voff. 1. 2. *in majore.* 3 Alii omittunt *adfectantem.* 4 Voff. 2. omittit *aut.* 5 Ald. *adverſati* Mer. *tergiverſati* Voff. 2. *aut verſati.* 6 Alii *quoque.* 7 Voff. 2. Ald. Mer. *tempore.* 8 Voff. 2. *aſſequi.*

diae, re cum Alexandro (qui tum Baccho ſacrificaverat in Ecbatanis) *communicata, juſſiſſe proclamari, ſe Alex. Ammonis filium tribus aureorum millibus coronare.* Sic infra VIII, 5. ex compacto res ab Agide & Cleone geritur, Rege poſt aulaea ſtante, ut perſuaderetur Macedonibus adorandi regis ritus; cum jam *Jovis filium non dici tantum ſe, ſed etiam credi vellet.* Verum ut tunc temporis Calliſthenes, & alii ſemper non defuere, qui vecordi ambitioni obviam irent. Sic *Anaxarchus cognomento Eudaemonicus, cum aliquando in morbum incidiſſet Alexander, & ei medicus ſorbitionem imperaret fieri, ridens Anaxarchus: At noſtro deo (inquit) in cochlearis ſorbitione ſpes ſita eſt.* Adde Aelian. l. IX, 37. v. 12. & 11, 19. Non defuerunt tamen vilia capita, qui amentiam hominis, foediſſima ſimul & nefaria adulatione ſtimularent. Nam, eumdem illum Anaxarchum, Satyrus apud Athen. VI, 13. tradit, iter cum Alexandro facientem, *cum ſubito tonuiſſet, dixiſſe: numquid tu hoc feciſti, ô fili Jovis?* Ex ejus ſucceſſoribus ſolus Antipater vocare noluit deum, ut auctor eſt Suidas. FREINSH.

Corrumpit] Vere judicat Curtius, quaſi diceret: opera Alexandri, ſi juxta humanae virtutis modum aeſtimes, grandia ſunt & admirabilia: ſi quaſi à Deo profecta, ut ipſe videri voluit, multum de claritudine ſua perdunt. FREINSH. *Corrumpit*, ita Freinſhemius, ego cum aliis puto rectius *corrupit*, quoniam praecedit, *juſſit.* SCHEFF.

Adſueti quidem regio imperio, &c.] Lucanus lib. III. vſ. 146. pari modo *libertatis umbram* dixit:

Libertas, inquit, populi, quem regna coërcent,
Libertate perit; cujus ſervaveris umbram,
Si quidquid jubeare, velis.

FREINSH.

Immortalitatem] Lugdunenſes *immortalitatem aſfectantem*, & rectius fortaſſe. ego tamen veteres ſequendo, hanc partem peccare malui, quam temere contra ipſorum auctoritatem, aliquid in contextum recipere, quod ullo modo abeſſe tantum poſſet. MODIUS.

Tempori reſerventur] Forte ſcripſit Curtius: *ſuo quaeque tempore referentur.* Certe illud *tempore* comparet in Aldina editione & nonnullis aliis. FREINSHEMIUS. *Suo quaeque tempori*, quando infra de Philota, Calliſthene, Hermolao, & horum ſimilibus, quos ſupplicio Alexander adfecit, agetur. CELLAR.

CAPUT VIII.

In Aegypto Alexandria condita: variaeque Alexandri bellicae expeditiones.

1 Alexander ab Hammone rediens, [1] ut à mari ad Mareotim paludem, haud procul inſula [2] Pharo ſitam, venit; contemplatus loci naturam, primum in

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic Ald. edidit P. *rediens in Mareot.* & ceteri Bong. *ut Mar.* Fl. Leid. Voff. 1. 2. *rediens Mareotyn.* 2 Voff. 2. *Phare.*

Ab Hammone rediens] [Male Cedrenus μετὰ τὴν ἀπὸ Βραχμάνων ἐπιστροφὴν, *à Brachmanibus reverſus.* cum ipſe paullo ante diverſum ſcripſiſſet.] Alexandria ab Alexandro condita. Salianus Annal. Eccleſ. Tom. 5. tempus aedificatae Alexandriae ita diſerte explicat: *Annus*, inquit, *mundi* 3722. *ſextae aetatis, imperii Perſarum* 207. *Darii* 8. *Ieddoae* 34. *Alexandri* 6. (ſextum accipe inchoatum, non finitum) *Olym.* 112, 2. *Archonte Ariſtophane. Urbis conditae* 422. *Coſſ. M. Claudio Marcello, T. Valerio Potito. ante Chriſtum natum* 330. vide & Scaliger. animadverſ. ad Euſebium M. DC. LXXXVI. *Mira hallucinatio apud Vellejum* I, 14. Fundani & Formiani in civitatem recepti eo ipſo anno, quo Alexandria condita eſt. *Ergo condita numero* M. DC. XCIX. *annorum* XXIV. *metachroniſmo. quod abſurdum.* Qui plenam velut panegyrim & laudationem Alexandriae quaerit, apud Marcellin. XXII, 40. &c. reperiet, qui *verticem omnium urbium* appellat. RADERUS. Circa haec tempora papyri uſum fuiſſe re-

in ipsa insula statuerat urbem novam condere. Inde, ut [1] adparuit, magnae sedis insulam haud [2] capacem; elegit urbi locum, ubi nunc est [3] Alexandria, appellationem trahens ex nomine auctoris. Complexus [4] quidquid [5] loci est inter paludem [6] & mare, octoginta stadiorum muris ambitum destinat; [7] &, qui [8] aedificandae urbi praeessent, relictis, Memphim petit. Cupido, [9] haud injusta quidem, ceterum intempestiva [10] incesserat, non interiora modo Aegypti, sed etiam [11] Aethiopiam invisere. Memnonis [12] Tithonique [13] celebrata regia cognoscendae vetustatis avidum trahe-

(margin: 2 at "insulam"; 3 at "in-")

Variantes Lectiones.

1 Voss. 1. *apparuerat.* 2 D. Bong. Pal. 1. Leid. *capacem esse* Voss. 2. *capacem fore.* 3 Leid. D. *Alexandri.* 4 Ald. *qui quicquid.* 5 Bong. Voss. 2. Lugd. Amst. *soli.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. *ac.* 7 Pal. 1. omittit &. 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *exaedificandae.* 9 Pal. 1. *aut* D. ab alio *haud.* 10 Voss. 1. *incesserant.* 11 Voss. 1. 2. *Ethiop.* 12 B. 2. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *Titonisque* D. *Totonisque* ab alio *Titonisque* Pal. 1. *Thitonisque.* 13 Voss. 2. *celebratam regiam.*

repertum Varro tradidit, apud Plin. XIII, 11. quod hic referre non visum est alienum, *cum*, ut Plinius ibi loquitur, *chartae usu maxime humanitas vitae constet & memoria.* FREINSH.

Statuerat] Sed postea mutavit opinionem, monitus somnio, quo Homerum imaginatus est, ostendentem urbi condendae locum. Plutarch. Alexand. cap. 45. FREINSH.

Urbem novam] Chronicon Alexandrinum duodecim ab eo urbes ex suo nomine conditas recenset: Ex quibus Stephanus praeter secundam & octavam, quae est Troadis, vix ullam agnoscit: praeter autem istas duas recenset adhuc sedecim. Notandum, quod ait Salmas. ad Solini cap. 38. Stephanum *multas Alexandrias quasi diversas memorare, quae eaedem sunt.* Et de Alexandria quidem Aegypti dubitare neminem finit urbis claritudo. De Troade scrupulum movet Strabo. cum enim Chronicon exserte dicat ab Alexandro conditam; nec dissentiat Stephanus: Geographus lib. XIII. originem ejus Antigono videtur tribuere, ac ab eo Antigoneam fuisse vocatam, postea Alexandriam à Lysimacho, in honorem Alexandri: Ego crediderim, ab Alexandro conditam, postea ab Antigono incrementum & nomen accepisse. Et eruditissimus Scholiastes ad Dionys. perieg. v. 254. adnotat, *numerari in historiis Alexandrias supra octodecim.* Inter eas, quarum nullum apud Curtium exstat vestigium, est Alexandria ad Pallacopam in Arabia. de qua Arrian. VII, 4. Alexandropolis, Plin. VI, 25. Heraclea in Matianis, Plin. VI, 16. Alexandria Carmaniae, Plin. VI, 23. Smyrna instaurata, Plin. V, 29. Nicephorium, Plin. VI, 26. Xylenopolis, Plin. VI, 23. & ibid. nescio quod Cadrusi oppidum. FREINSH.

Locum] Strabo lib. XVII. docet, eo in solo ab antiquis Aegypti regibus exstructam fuisse Rhacotin, quae postea Alexandriae pars fuerit: quae verba arguunt, Strabonem haud recte intellectum fuisse à Mario Nigro. Ex eo Strabonis loco colligimus, cur inter hujus urbis nomina legatur apud Stephanum Ῥακῶτις. Apud Cedrenum vitiose legitur Ῥακάστη. Rectissime igitur conjecerunt Janus Parrhasius in Claudianum, & Pintianus in Plinium x, 5. legendum esse, *qui locus antea Rhacotes nominabatur.* Hieronymus in Epitaphio Paulae scribit, *urbem No postea versam esse in Alexandriam.* & in commentario ad Nahum. 3, 8. addit, Alexandriam semper fuisse metropolim Aegypti sub primo nomine, scilicet No. FREINSH. Paullo supra Canobicum ostium, quod Nili ultimum ab occasu est, inter paludem Maraeotim, & mare juxta Pharum insulam. CELLAR.

Praeessent] Aedificandae urbi praefectum esse tradit Plutarch. [forte Alex. cap. 124. & Tzetzes Chil. VIII, 199.] *Stasicratem*, Strabo lib. XVII. & Aelianus *Chinocratem*, quamquam apud Strab. legatur *Chiromocratem*, alii *Chersimocratem*, ut notavit Xylander, [Silvius c. 77. de Asia vitiosissime *Cheromocratem*] Justinus XIII, 4, 1. *Cleomenem* facit aedilem Alexandriae: Plinius IV, 10. *Dinocharem* scribit; sed exemplaria veriora Dinocratem referunt, uti & Solinus cap. 32. & Vitruvius lib. II. in praefatione, ubi elegantem de eo historiam exponit. RADERUS. Adde Amm. Marcellin. XXII, 40. & Valer. Max. I, 4, 1. ext. FREINSH.

Memnonis] Andreas Schottus, uti arbitror, ad tabulam Ortelii, qua Alexandri expeditio utcumque adumbratur, hunc Curtii locum illustrat. Memnon, ut Eustath. ad Homer. Ιλ. α. tradit, Tithoni & Diei filius fuit: alibi Aurorae & Tithoni, ut & Hesiodus. Strabo lib. XV. nec Auroram, nec Diem, sed Cissiam Memnonis matrem ait. Quae de eodem fabulosa feruntur, apud Mythologos & Natalem Comitem cognosces. RADERUS. Amenophim, sextum Aethiopum regem, fuisse credit Eusebius hunc Memnonem, λόγῳ Α. ubi & de Cambyse narrat, Polyaenum Atheniensem citans. Consule & Biblioth. Photii pag. 1131. f. FREINSH. Abydi fuit haec regia in superiori Aegypto sive Thebaide. Strabo l. XVII. Fuit autem Memnon, ut poëtae fingunt, Tithoni ex Aurora filius, qui in auxilium Trojanis profectus illo bello interierit, & in Asia sepultus sit. CELLAR.

4 hebat pene extra [1] terminos ſolis. Sed imminens bellum, cujus multo major
[2] ſupererat moles; [3] otioſae peregrinationi tempora exemerat. Itaque Aegypto
[4] praefecit [5] Aeſchylum Rhodium, & [6] Peuceſten Macedonem; quatuor milli-
bus militum in praeſidium regionis ejus datis. [7] *clauſtra Nili fluminis* [8] *Polemonem*
5 *tueri* jubet: triginta ad hoc [9] triremes datae. [10] Africae deinde, quae Aegypto
juncta eſt, praepoſitus Apollonius: vectigalibus ejuſdem Africae, Aegyptique,
[11] Cleomenes. Ex finitimis urbibus commigrare Alexandriam juſſis, novam ur-
6 bem magna multitudine [12] implevit. Fama eſt; *quum rex* [13] *urbis futuris* [14] *muris*
[1] *po-*

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *terminum.* 2 P. *ſuperat.* 3 Pal. 1. *otioſe peregrinanti.* 4 Amſt. *praefecerat.* 5 P. F. Fl. Leid *Heſculum* B. 2. Voſſ. 1. *Haeſculum* Voſſ. 2. *Oſculum todium* B. 1. *Heſculoem* Mer. Er. Baſ. Col. *Eſquilum.* 6 Voſſ. 2. *Pendeſten.* 7 P. *caſtra.* 8 Bong. Leid. Voſſ. 1. *Polimonem* D. *Polymonem* alii *Polymenem.* 9 D. *trimes* ab alio *triremes.* 10 Voſſ. 2. *Affr.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. D. Pal. 1. Col. Baſ. *Clemens* Voſſ. 2. omittit Ald. Mer. *demens.* 12 P. *replevit.* 13 Bong. Fl. Leid. *urbem futuri* Voſſ. 1. *urbis futuri* Voſſ. 2. *urbem futuris.* 14 B. 1. *urbis.*

Extra terminos ſolis] Imo extra terminos veritatis, Auxeſis eſt prope poëtica. ita Coenus infra: *poene in ultimo fine mundi conſiſtimus, in alium orbem ire paras, ut plura, quam ſol videt, luſtres.* Curtius iterum in Coeni oratione lib. IX. *quod ſi adhuc penetrare certum eſt, regio à meridie minus vaſta eſt: qua ſubacta licebit decurrere in aliud mare, quod rebus humanis terminum voluit eſſe natura.* Ceterum poſt Aethiopiam circulum cancri tropicum, aut Capricornum inhabitabilem arbitrabantur veteres, qui ultra progredientibus occurrebat. De quo Strabo in fine rerum Aethiopicarum lib. IX. quod autem dicendum ſit, extremas habitari mundi partes, quae intemperatae, & inhabitabili regioni adjacent, propter frigus aut aeſtum eſſe quaſi errores quoſdam defectus temperatae. RADERUS. Solis termini utroque tropico continentur, qui vero nequeunt hoc loco intelligi, quod non ultra capricorni tropicum, ſed cis cancri laudata regio eſt. popularis ergo loquendi conſuetudo eſt, de qua infra c. 14, 21. adde Geogr. noſtrae appendicem. CELLAR. Haec cum ita notaſſent in Curtio Viri Docti, tamen ut novum & à ſe obſervatum edit, ſeveriſſimo Curſſi judicio Cl. Clericus c. 8. §. 7. *intolerando ipſum tumore turgere, ut fere neſcias quid ſibi velit. Memnonis regia illa Thebis erat, in ſuperiore Aegypto, nec procul inviſenda. Dein,* *quid* extra terminos ſolis? *debuiſſet potius dicere* intra terminos ſolis, hoc eſt *intra Tropicos, nam in meridiem eundum erat, quanquam non procul. Verum in animo habebat Virgiliana illa l.* VI. *Aeneid. vſ.* 799.

- - - - - - *Jacet extra ſidera tellus,*
Extra anni ſoliſque vias.

Sed Virgilius intellexit occiduos Africae tractus, & Poëtae condonantur, quae in Hiſtorico non feruntur. haec ille. Ceterum ſi haec verba Curtio dentur tamquam ſe adcommodanti immodico Alexandri, immodici juvenis, animi deſiderio, non ita plane praeter rem egiſſe, & tam indignum convicium meruiſſe videbitur.

Otioſae peregrinationi] Quidam libri habent *otioſe peregrinanti.* unde poſſis ſuſpicari, lectionem veram eſſe, *otioſe peregrinandi.* SCHEFFER.

Clauſtra Nili fluminis] Oſtia & divortia, ad quae navigatio coërcetur. CELLAR.

Polemonem] *Polemonem* habet Arrianus III, 1, 18. non *Polymenem* ut Curtius. vitium in nomine haerens librariis poteſt aſſignari. Duos tamen Polemones Arrianus Aegypti praeſides nominat, alterum Peluſii oppidi cuſtodem; alterum claſſi praefectum: illum Pellaeum Megaclis filium; hunc Theramenis. RADERUS. Expreſſi *Polemonem,* quomodo habebant & aliae Editiones. FREINSHEMIUS.

Africae, quae Aegypto juncta eſt] Veteribus enim Aegyptus in Aſia eſt, cujus terminum in Catabathmo ultra Aegyptum conſtituebant. CELLAR.

Ejuſdem Africae] Illud *Africae* gloſſema eſt; ideoque delendum ex mente RUTGERSII. l. III. V. L. 4.

Cleomenes] Hunc Juſtinus XIII, 4, 11. nominat architectum Alexandriae. Pauſanias in Atticis: *Cleomenem hunc poſt Alexandri mortem Ptolemaeus Lagi interfecit, quod Perdiccae ſtuderet.* Quamobrem vero Alexander tam multos praeſides Aegypti conſtituerit, aperit Arrianus III, 1, 21. *Aegypti,* inquit, *imperium in plures praeſides partitus eſſe dicitur, naturam regionis admiratus & munimenta, neque tutum ratus univerſum Aegypti imperium uni committere. Quod quidem Alexandri conſilium imitati Romani in tuenda Aegypto mihi videntur, neminem ſenatorii ordinis, ſed equeſtris, proconſulem eo mittere ſoliti.* Obſervandum praeterea multos ab Arriano praeſides Aegypti indigitari, Curtio praetermiſſos. RADERUS.

Ex finitimis] Suſpicor fuiſſe: *Rex fin.* alioqui vix habeat ſequens *juſſis,* unde ſe ſuſtentet. FREINSHEM.

Futu-

[1] *polentam, ut Macedonum mos est, destinasset; avium greges* [2] *advolasse, &* [3] *polenta*

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Pal. 1. Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *polenta*. 2 Voss. 2. *devolasse*. 3 Bas. Er. *polentam*.

Futuris muris] Hic me ipse condemno. quod, quemadmodum primo statueram, non jusserim etiam excudi. *Cum rex urbis futurae muros polenta designasset*, nam & scripti libri (nisi quod illud *designasset* à conjectura est) ita habent, & auctores omnes tam Graeci quam Latini hanc lectionem probant. Plutarchus, qui tamen non Alexandrum designasse, sed designari curasse scribit. Arrian. l. III. *αὐτὸς τὰ σημεῖα τῇ πόλει ἔθηκε* & post pauca. *ἐθέλειν μὲν ἀλέξανδρον καταλιπεῖν αὐτὸν τὰ σημεῖα τοῦ τειχισμοῦ τοῖς τέκτοσιν, οὐκ εἶναι τε ὅτῳ τὴν γῆν ἐπιγράφουσι, τῶν δὲ τεκτόνων τινὰ ἐπιφρασθέντα ὅσα ἐν τεύχεσιν ἄλφιτα οἱ στρατιῶται ἐκόμισον ξυναγαγόντα ἐπιβάλλειν τῇ γῇ, ἵναπερ ὁ βασιλεὺς ὑφηγεῖτο.* & seq. Strabo lib. XVII. de Alexandria loquens. *τῆς δὲ ὕστερον ἐπηκολουθηκυίας εὐδαιμονίας τῇ πόλει μνημονεύουσι κατὰ τὴν ὑπογραφὴν τοῦ τιτίσματος σύμβαν. τῶν γὰρ* &c. Valer. Max. *Cum rex Alexander urbem in Aegypto constituere vellet, Architectus Dinocrates, cum cretam non haberet, polentaque futurae urbis lineamenta duxisset, ingens avium multitudo proximo lacu emersa polentam depasta est.* ex quo loco mirum est, Glareanum cum in editis reperisset, quemadmodum etiam hodie legitur, *cum rex urbis futuris muris polentam, ut Macedonum mos est, destinasset*, non potuisse vel hac parte Medicinam Curtio facere, ut moneret legendum, *futura* pro *futuris*, quid enim facilius fuit? sed res fortasse, ut postea dicit, non erat tanti. MODIUS. *Futurae* non *futuris* alii emendatius scribunt; alii, *urbis futurae muros polenta designassent*, nec hoc male, nisi à Modio *destinasset*, adjectum esset. RADERUS. *Fama est, quum rex urbis futuris muris*, &c. Florentinorum optimus, cum duobus aliis ejusdem Bibliothecae: *cum rex urbem futuris muris polenta &c. destinasset.* Quae fortassis omnibus aliis praeferenda lectio. *urbem destinavit*, id est, designavit & metatus est urbis condendae locum. GRONOVIUS.

Ut Mac. mos est] Hoc alibi non reperies. Marcellin. XXII, 40. *penuria calcis* id accidisse scribit. Val. Max. I, 4, 1. *cum cretam non haberet*. Strabo lib. XVII. scribit polenta usum fuisse architectum, eo quod creta defecisset. & eodem inclinat Arrianus III, 1, 5. & Plutarch. cap. 46. Cretae enim potius in hujusmodi usibus officium fuisse, etiam ex Plinio XXXV, 17. patet: *Est & vilissima qua Circum praeducere ad victoriae notam &c. instituerunt majores.* Certe Eustath. ad Dionys. v. 254. diserte scribit, *ex more fuisse, ut creta designaretur ambitus urbis.* Atque id magis credibile est ex communi sensu, si tamen aliter Macedonibus placuisse Curtius reperit, nobis nihil est, quod contra urgeamus. FREINSH.

Destinasset] Hanc lectionem retinendam censet Gebhardus: (Pintianus in Plin. V, 10, & Bongars. volunt;) *muros polenta &c. designasset*: Virgilius Aen. VII, 157.

- - - - ipse humili designat moenia fossa.

& Aen. V, 755.

Interea Aeneas urbem designat aratro.

Nam *designare* proprie est *περιγράφειν*, vel *ἐπιγράφειν*. LOCCENIUS. Alia tamen est opinio Gronovii Observation. pag. 121. & seq. quam ipsius verbis adscribo: Vera lectio est: *cum rex urbis futurae muros polenta &c. destinasset. Destinare*, quod fugit Modium, designare est. ut infra. [Vide Indicem] Virgilius Culice v, 390.

- - - - locum capit, hunc & in orbem
Destinat.

Sic Veget. II, 10. de praefecto castrorum: *ad quem castrorum positio, valli & fossae destinatio pertinebat.* ibi male Lipsius, *designatio*. Livius: *ex his CCXXV. qui omnium consensu destinabantur & infandae caedis, & defectionis auctores.* Hactenus Gronovius, cujus conjectura placet. Consentit & Acidalius ad Curt. IX, 9, 6. Vide Salmas. in Solin. pag. 231. FREINSH. Probo Gronovianam emendationem, *urbis futurae muros polenta.* nisi malis *orbem futurae urbis*, id quod ideo potius videri potest, quia in Bongarsiano est, *urbem futuri urbis*, pro *urbis futuris muris*, item, quia illud *orbem* in hoc genere usurpavit ipse Virgil. *locum capit hunc & in orbem destinat.* SCHEFFER. Gronovius l. II. observ. c. 8. auctor verae lectionis. vulgo *futuris muris polentam.* minus apte. *Destinare* autem est designare, ut num. 2. cur vero polenta? mos fuit lineamenta condendae urbis alba terra vel creta designare, quae quum ibi defuisset, polenta seu hordeacea farina tam ambitus moenium, quam interiora urbis descripta fuerunt. Plutarch. p. 679. *ἐκέλευσε τὸ σχῆμα τῆς πολέως διαγράψαι. καὶ γῆ μὲν οὐ παρῆν λευκή, τῶν δὲ ἀλφίτων λαμβάνοντες ἐν πεδίῳ μελαγγείῳ. jussit formam urbis delineari, quia vero creta ad manum non erat, polenta usi in campo nigro.* CELLAR.

Avium greges] Arrianus III, 1, 4. Ammianus XXII, 40. & Strabo lib. XVII. de avibus omnino tacent. cum Curtio plane consentiunt Val. Max. I, 4, 1. ext. Plutarch. cap. 46. Eustath. in Dionys. v, 254. Stephanus in Ἀλεξάνδρεια. FREINSH.

Polenta esse pastas] *Polentam* editiones, & jam allegavimus illa Suetonii *polentam depasta est*, quare etsi in Suetonio alia ratio est, tamen cum nihil refert, legatur sane etiam hic *polentam*. MODIUS. Hunc locum tentavit Cl. Drakenborg. ad Silium l. XIII. vs. 766. eodem modo, quo jam olim viri Docti in priore parte correxerant, & praecipue

ta

pue

ta esse pastas: quumque id omen pro [1] *tristi à plerisque esset acceptum;* [2] *respondisse vates, magnam illam urbem advenarum* [3] *frequentiam* [4] *culturam, multisque eam terris*
7 *alimenta praebituram.* Regem, quum secundo [5] amne [6] deflueret, adsequi cupiens
[7] Hector, Parmenionis filius, eximio aetatis flore, [8] in paucis Alexandro carus,
parvum navigium conscendit, pluribus, quam capere posset, [9] impositis. itaque
8 [10] mersa navis omnes destituit: Hector, diu flumini obluctatus, quum madens vestis, & adstricti crepidis pedes natare prohiberent, in [11] ripam tamen semianimis
evasit; & ut primum fatigatus spiritum [12] laxavit, quem metus & periculum
[13] intenderant, nullo adjuvante (quippe in [14] diversum evaserant alii) exanimatus
9 est. [15] Rex amissi ejus desiderio vehementer adflictus est: repertumque corpus
magnifico extulit [16] funere. Oneravit hunc dolorem nuntius mortis Andromachi,
10 chi, [17] quem praefecerat Syriae: vivum Samaritae [18] cremaverant. Ad cujus interitum vindicandum, quanta [19] maxima celeritate potuit, contendit. advenien-
11 tique sunt traditi tanti [20] sceleris auctores. Andromacho deinde [21] Memnona
substituit: [22] adfectis supplicio, qui praetorem interemerant. [23] Tyrannos,
[1] in-

VARIANTES LECTIONES.

1. Pal. 1. *tristi haberetur à.* 2 Voss. 2. *respondere.* 3 Voss. 2. *cultatam.* 4 Voss. 1. *frequentium.* 5 D. Voss. 2. *amni.* 6 Pal. 1. *defluere.* 7 Leid. Voss. 1. *Haector.* 8 D. habet *in*, sed aliud prius fuit. 9 Voss. 1. *inpotis.* 10 Voss. 2. *rasa.* 11 Pal. 1. *ripa.* 12 Voss. 2. *lassavit.* 13 Pal. 1. Bong. Leid. Voss. 1. 2. Mer. *intenderat.* 14 Mer. *adversum.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. omittunt *rex.* 16 Alii *munere.* 17 Leid. *quam.* 18 Bong. *cremaverunt* Voss. 2. *decremaverant.* 19 Fl. Leid. Voss. 1. *maxime.* 20 Mer. *caedis.* 21 P. *Mennona* Leid. *Nemnona.* 22 Fl. Leid. *adfectisque.* 23 Pal. 1. *tyrannis.*

pue J. Fr. Gronovius ex MS. optimo, *destinasset polenta.* sed in sequentibus ex conjectura corrigit, quod Modius & alii etiam *& polentam depastas.* Acute sane, nec sine exemplo constructionis. sic Ovid. l. IX. Met. vs. 298. *dextroque à poplite laevum Pressa genu:* i. e. pressit. Vide Cl. Perizon. ad Sanct. Minerv. l. 1. c. 15.

Frequentiam] Scripti *frequentia*, quomodo si legas, pro, *culturam*, *futuram* aut tale quid supponendum erit. ejusdem generis, quod in iisdem etiam scriptis pro *terris* terram erat. enim & hoc ferri posset, sed nihil muto. MODIUS.

Destituit] *Destituere* est rem amatam deserere. elegans imprimis hujus verbi usus in hoc significatu passim apud optimos scriptores. Ovid. Fast. l. 1. vs. 368. *Flebat Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas Viderat inceptos destituisse favos.* Idemque *nec solos destituere rogos.* Propertius, *Cujus ut accensae Dryades candore puellae Miratae solitos destituere rogos.* RADERUS.

Extulit munere] Vide quid membranarum auctoritas apud me possit, aut potius non possit, cum aptissime hoc loco *funere* hactenus lectum fuerit, coëgerunt me illae, hoc, quod vides, substituere: ita tamen ut non desinam & vulgato velle interea, nam etsi de muneribus in honorem demortuorum edi solitis eleganter capi hic locus potest, nescio quo pacto nihilo secius, *efferri funere* quam *munere* usitatius, & magis frequentatum Latinis videtur. MODIUS. *Funere* habent emendatiores & antiquiores Codices. in Adr. Junii editione ad MS. emendata cognosces *funere*, & certe aptius. RADERUS.

Andromachi, quem vivum Samaritae] Andromachus c. 5. n. 9. Coelesyriae praefectus dicitur, sub cujus imperio oportuit etiam Palaestinam fuisse. Samaria enim & urbs (tunc quidem deserta) & regio erat inter Galilaeam & Judaeam media. Itaque Cedrenus p. 124. Andromachum laxa voce τῶν τόπων ἐπιμελετὴν, *locorum illorum procuratorem* vocat. Caussa vero interficiendi praesidem sine dubio exactiones nimiae, & acerbius imperium fuit. CELLAR.

Ad cujus interitum vindicandum, quanta maxime celeritate potuit, contendit] An non melius? *quanta maxima celeritate potuit.* Sic enim potius Latini. ac mirum, ni superius etiam sic fuit emendandum: *Bessum quoque Bactrianorum ducem perquam maximo posset exercitu coacto, descendere ad se jubet.* legendum inquam forte, *Bactrianorum ducem propere quanto maximo posset exercitu coacto.* Curtius, aliique sic plerumque: nec tamen alibi *perquam* damnem, hic tantum vix censeam genuinum, eo, quod *propter* in quibusdam legitur, unde *propere*, vel *properiter* eliciendum videtur, ac potius illud, quod magis tritum, & nostro familiare. Alterum sub eadem voce in aliis corruptum, suo loco, suo tempore ostendemus. ACIDALIUS. *Quanta maxima*, sic Acidalius fecit, probante Radero, cum fuisset; *quanta maxime*, minus recte. Sic infra IV, 13, 36. *cursu quanto maximo poterat.* FREINSH.

Affectis supplicio] Totius loci emendatio à libris est,

[1] inter eos [2] Methymnaeorum Ariſtonicum & [3] Chryſolaum, popularibus ſuis tradidit: quos illi [4] è muris ob injurias tortos necaverunt. Athenienſium deinde, 12
[5] Rhodiorumque & Chiorum legatos audit. Athenienſes *victoriam* [6] gratulaban-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. *interque* Bong. *inter eoſque* Voſſ. 1. omittit *eos* Voſſ. 2. *itaque* Lugd. *inter quos* Amſt. *interea*. 2 Pal. 1. *Medimnanum* Voſſ. 2. *Mechimneorum* Mer. Baſ. Col. *Medimeorum*. 3 Pal. 1. D. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *Erſilaum* P. *Horſil.* F. *Chorſil.* 4 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. omittunt *è muris*. 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. omittunt *que*. 6 Voſſ. 1. *gratabantur*.

eſt, vulgo habebant: *Andromacho deinde Memnona ſubſtituit, affectis ſupplicio, qui praetorem interemerant. Tyrannos inter eos Methymnaeorum Ariſtonicum & Chryſolaum popularibus ſuis tradidit; quos illi è muris ob injurias tortos necaverunt.* partim non aeque recte, partim inepte. nam quid eſt, quod ait, *è muris tortos?* certe aliter Plutarchus & Arrianus. MODIUS.

E muris] Hanc lectionem omnes quos vidi codices exhibent. Modius è ſuo illa, *è muris*, emunivit, quod ego cum omnibus cautis nec laudo, nec damno. Redundant illa quidem, ut nobis parent, ſed quid ſi vox alia vel deſideretur, vel pro *necaverunt*, legendum *ſuſpenderunt*, vel *praecipitaverunt*. RADERUS. Forte ſic poſſit: *quos illi prius ob injur. &c.* quomodo infra VIII, 8, 21. Reineccius in Tyrannide Lesbia, ubi Chryſolai ſtirpem exponit, veterem ſcripturam retinet. FREINSH. Illud *è muris* ſine dubio hic vitioſum eſt, puto tamen veram ſcripturam eſſe, *quos ille eculeis ob injuriam tortos.* qui neſciebant, quid eculei eſſent, primum diviſerunt vocem, ſcripſerunt *è culeis*, & poſt fecerunt, *è muris*. SCHEFFER. *E muris necaverunt*, ſic ſalva vulgaris ſcriptura, ſupplicium notatur ejuſmodi, quo damnati & torti de muris praecipitati fuerint, quaſi indigni, qui intra moenia tolerarentur. Aliis ſuperfluum *è muris* videtur, aut *in muris* ſubſtituendum; aut *ſuſpenderunt*, vel ſimile, pro *necaverunt*. verum omnia contra aſſenſum librorum. CELLAR. Quid, ſi verba tranſponantur, & levi mutatione ſic conſtituas locum: *quos illi ob injurias tortos in muris necaverunt?* Qua ratione tyrannos palam & in conſpectu civium occiſos voluerit Curtius: id quod incredibile non eſt. BLANCKARD. *Popularibus ſuis tradidit: quos illi è muris tortos. ſuis* ad tyrannos referendum, cave dubites, ut is prodeat ſenſus, Alexandrum eos, qui crudeliter uſi erant imperio in cives ſuos, hiſce tradidiſſe, ut arbitratu ſuo poenam in meritos ſtatuerent. In ſequenti oratione miror vehementer doctiſſimos viros deſudaſſe, nec tamen tantis curis niſi nugas egiſſe maximas. Ex omnibus ſeligo C. Cellarium, qui ad haec Curtiana ita ſcripſit: *ſic ſalva vulgaris ſcriptura, ſupplicium notatur ejuſmodi, quo damnati & torti de muris praecipitati fuerunt. aliis ſuperfluum* è muris *videtur: aut* in muris *ſubſtituendum; aut* ſuſpenderunt *vel ſimile pro* necaverunt. Vah quantum ineptiarum! Praeconcepta ſcilicet opinio de ſcriptura depravata, & oblivio elegantiae in ſingulari uſu particulae è reconditae in errorem prope puerilem deduxit viros praeſtantiſſimos. ſentit enim Curtius tyrannos illos à popularibus ſuis è *muris*, id eſt in murorum faſtigio, quod undique conſpici poſſet, adeoque in totius civitatis conſpectu exquiſitis affectos eſſe cruciatibus, & ita necatos. Ille quidem uſus particulae è vel *ex* non eſt obſervatus Horatio Turſellino: ſed ubi res ita fert, ab aliis quoque auctoribus adhibitam illam elegantiam nunc demonſtrabo. Caeſar de bell. Gal. l. II, 13. *Pueri mulieresque ex muro paſſis manibus ſuo more pacem à Romanis petierunt.* mox idem c. 27. *ut, cum primi eorum cecidiſſent, proximi jacentibus inſiſterent, atque ex eorum corporibus pugnarent.* c. 30. *Ubi turrim conſtitui procul viderunt, primum irridere ex muro.* ſubaudi, *nos coeperunt.* Noſter Curtius quoque l. IV, 2, 23. *duos turres ex capite molis, è quibus in ſubeuntes ſcaphas tela ingeri poſſent.* Nep. Milt. c. 7. *lucus qui ex inſula conſpiciebatur.* Idem Timol. 4. *de vehiculo, quae videbantur, dicebat.* ſed nondum deſino exemplorum. Virg. x. Aen. vſ. 262.

- - - - clamorem ad ſidera tollunt
Dardanidae è muris.

Livius l. IV, 34. *In muros evadunt, ſuiſque capti oppidi ſignum ex muro tollunt.* Immo ipſe Curtius l. X, 5, 15. *Babylonii è muris proſpectabant.* l. IV, 4, 9. *procul è muris miſſilibus ſubmoveretur.* & *multos è muris propugnantes haſta transfixit.* Claudat agmen qui principe loco nominandus Cicero l. VII. fam. ep. 18. *has literas ſcripſi in Pontino, cum ad villam M. Aemilii divertiſſem, ex qua jam audieram fremitus clientium meorum.* Verum teſtium ſat eſto. His ſcriptis cognovi etiam Cl. Schwarſium in ſuis ad Turſellinum additamentis hanc particulae *ex* notionem aliquot illuſtraſſe exemplis p. 369. inter quae & unum alterumque eſt à me obſervatum. HEUMANN. De arte Critica p. 43. At dubitet forte quis, an exempla praepoſitionis è vel *ex*, huc à Viro doctiſſimo congeſta, eamdem habeant notionem, quam ipſe in loco Curtii diſpexit. Sane omnia fere videntur de loco ſuperiore verſus inferiorem aliumve ſignificare; nec ideo congruere cum illa notione quam huic loco, quaſi ab aliis non occupatam, adſignavit. Certe illa, quae attulit, nihil obſcuritatis habent ad aſſequendum ſenſum loci ſui, nec crucem hanc tollunt. Ut proinde tam puerili cachinno aut ineptiarum non excipiendi viri do-

bantur; &, *ut captivi Graecorum* [1] *suis restituerentur*, orabant: Rhodii & Chii
13 *de praesidio* querebantur. omnes [2] aequa desiderare [3] visi, [4] impetraverunt. [5] Mitylenaeis quoque, ob egregiam in partes [6] suas fidem & pecuniam, quam in bellum impenderant, [7] obsides reddidit: & magnam regionem [8] finibus eorum ad-
14 jecit. Cypriorum quoque regibus, qui & à Dario defecerant ad ipsum; & [9] op-
15 pugnanti Tyrum miserant classem, pro merito honos habitus est. Amphoterus deinde, classis praefectus, ad liberandam Cretam missus (namque & Persarum & [10] piratarum armis pleraque ejus insulae obsidebantur) *ante omnia mare à piraticis classibus vindicare* jussus: quippe obnoxium praedonibus erat; [11] in bellum utro-
16 que rege converso. His compositis, Herculi Tyrio ex auro crateram, cum [12] triginta pateris dicavit: imminensque Dario, [13] *iter ad Euphraten pronuntiari* jussit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *sui.* 2 D. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. *ea quae* Voss. 2. *ea* omisso *quae.* 3 Mer. *jussi.* 4 Voss. 2. *impetrabant.* 5 Pal. 1. *Mytilenam eis* Voss. 1. Ald. *Mithyleneis* B. 1. *Mitilameis* Mer. *Mytilenis.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. Col. omittunt *suas.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *obsides.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. Mer. *finium* omisso *eorum.* 9 Pal. 1. *oppugnati.* 10 Ald. Bas. Col. Mer. *Parthorum* Fl. Leid. Voss. 1. B. 2. *Parthanorum* Voss. 2. *Pirathorum* B. 1. Pal. 1. *Sparthanorum* D. *Parthenorum* & subditis punctis *Parthorum.* 11 D. *bello utrimque in regem conversi* sic etiam Bong. B. 1. *utrumque in regem* Fl. Leid. Voss. 1. *bello utrimque in regem converso* Voss. 2. *bello utroque rege converso.* 12 P. *trigintis.* 13 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *pronunciari iter ad Euph.*

doctissimi videantur, qui ad suam sententiam, quatenus *ex* significat *de*, iisdem uti exemplis potuissent: praesertim cum codices MSS. utique optimi voces illas *è muris* plane omittant.

Ut captivi restituerentur] Quod iisdem petentibus l. III. c. I. n. 9. negatum, saltem dilatum fuerat. CELLAR.

Omnes] Conjunxit Atheniensium aliorumque Graecorum legationes, quasi eodem tempore advenissent. at illos Arrianus Tyrum venisse scripsit, hos Memphim III, I. FREINSH.

Omnes aequa] Sic emendavi, ductum literarum secutus, cum in editis esset *ea quae.* MODIUS. Omnes libri ante Modium editi conveniunt in *ea quae.* Modius è suo rescripsit *aequa*, non inique opinor, sed primum contra fidem, deinde melius cadunt prima, si ad verbum *impetrarunt* respicias. Itaque restitui Curtium Curtio in ordine versuum, extra ordinem à Modio obtrusum collocavi, probum quidem, sed non γνήσιον, potest subinde usu venire, ut spurius germanis filiis sit pulcrior. RADERUS. *Aequa*, alii *ea quae*, & Raderus id habet pro genuino. mihi non placeret, quod sequitur, *visi*, nisi scribas *aequa.* FREINSH.

Partes] *Partes suas* vulgo. male. millies illo modo loquitur Curtius. MODIUS. *Partes* Macedonicas contra Persas. Arrian. ipso initio l. II. quantopere fuerint addicti partibus Alexandri Mitylenaei, cujus praesidium in urbe habebant, cui columnas publice posuerant, sed à Memnone primum, deinde à Pharnabazo terra marique obsessi cum Persis pacisci coacti, praesidium tamen Macedonicum incolume dimiserunt, & statuas inviti demoliti sunt. Donec Pharnabazo capto redierunt ad Alexandrum. RADERUS.

Impenderant, reddidit] Lugdunenses, aliique excusi, *& pecuniam quam in bellum impenderant, obsides reddidit*, sed vox *obsides* in scriptis nulla est, satisque apparet inculcatam, à nescio quo, huc esse. MODIUS. *Obsides*, malim; *& obsides.* FREINSH.

Finibus eorum] Membranae Colonienses, & Sigebergenses *finium adjecit.* MODIUS.

Cypriorum regibus] Plures enim illa tempestate fuisse supra ad c. 3. ostensum est. CELLAR.

Piratarum] Iterum membranae *Sparthanorum*, praeter rem. MODIUS.

Piraticis classibus] Hac forte occasione perductus ad eum est pirata, cujus liberum cum rege colloquium infra ad VII, 8, 19. Hae vero piraticae classes caussam dederunt emendatoribus, ut in hoc num: *Spartanorum* loco ponerent, *piratarum.* Nam de Spartanis ibi sermonem esse sciet, qui cum hoc Curtii loco, & alio IV, I, 40. Supplem. 6, I. comparaverit. & quoniam de re constat, de verbo omnem dubitationem eximunt Var. Lect. FREINSH.

Obnoxium praedonibus mare] Id est subjectum, in potestate praedonum, sic Livius lib. XLII. c. 46. *serva* atque *obnoxia* conjungit. CELLAR.

In bellum utroque rege converso] Et Alexandro & Dario alibi occupatis, id suam occasionem praedones rati mare infestarunt mediterraneum, perinde ac quum Romani bello Mithridatico implicati essent. CELLAR.

Pateris] Varro, quod pateant, sacris potissimum dedicata. Festum adi in voce *patera.* hoc festum magna pompa celebratum describit Plutarch. quem consules. RADERUS.

Ca-

CAPUT IX.

Darius ad Arbela pervenit, eoque invito Alexander Granicum superat.

AT Darius, quum [1] ab Aegypto [2] divertisse in [3] Africam hostem comperis- 1
set; dubitaverat, utrumne circa Mesopotamiam [4] subsisteret, an interiora regni sui peteret: haud dubie potentior auctor praesens futurus ultimis gentibus impigre bellum capessendi, quas aegre per praefectos suos moliebatur. Sed ut 2
idoneis auctoribus fama vulgavit, *Alexandrum cum omnibus copiis, quamcumque ipse* [5] *adisset regionem*, [6] *petiturum:* haud ignarus [7] quam cum strenuo res esset; *omnia longinquarum gentium auxilia* [8] *Babyloniam contrahi* jussit. Bactriani, Scythaeque, & Indi convenerant: nam & ceterarum gentium copiae partibus [9] simul adfuerunt. Ceterum, quum dimidio ferme major [10] esset exercitus, quam in 3
Cilicia fuerat; multis arma deerant: quae summa cura comparabantur. Equitibus [11] equisque [12] tegumenta erant ex ferreis [13] laminis [14] serie inter se connexis: quîs antea praeter jacula [15] nihil dederat, scuta gladiique [16] adjiciebantur: [17] equorumque [18] domandi greges [19] peditibus distributi sunt, ut major pristino es- 4
set equitatus: ingensque, ut crediderat, [20] terror hostium, ducentae falcatae quadrigae,

VARIANTES LECTIONES.

1 Bas. Er. omittunt *ab.* 2 Fl. Leid. D. Pal. 1. B. *devertisse.* 3 Mer. *in Asiam* Voss. 2. *in Affricam.* 4 Voss. 2. *obsisteret.* 5 Voss. 2. *regionem ipse adiisset* Pal. 1. *audisset* alii *adiisset.* 6 Lugd. & aliae editt. *petiturus.* 7 Pal. 1. *quam tum strenuior esset* & P. habet *strenuior* B. 2. *strenuiores* F. *strenuior* exsculpto *es* Voss. 2. *quantum strenuiorum eo esset.* 8 Vulgo *Babylonem* sed Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Mer. Frob. Col. *Babyloniam.* 9 P. omittit *simul.* 10 Voss. 2. omittit *esset.* 11 Voss. 2. omittit *que.* 12 Leid. Voss. 1. B. 2. P. D. *tegimenta* Voss. 2. *tegmenta.* 13 P. Leid. *lamminis.* 14 Voss. 2. *serieque.* 15 Voss. 2. *nil.* 16 Leid. Voss. 1. *adicieb.* Voss. 2. *injicieb.* 17 Voss. 1. 2. & alii *equorum.* 18 Leid. *donandi.* 19 P. *pedibus.* 20 Voss. 2. *hostium terror.*

Potentior auctor] Non imperii respectu, sed efficaciae in persuadendo. Ea enim hic intelligenda est potentia. SCHEFFER.

Bactriani Scythaeque & Indi convenerant. Nam & ceterarum] Legendum ac distinguendum omnino: *Bactriani Scythaeque & Indi convenerant jam, & ceterarum.* nam illud non affirmabo, sequentia etiam mutanda: *paribus studiis affluxerant*, quinimo nihil in his movendum edico. ACIDALIUS. Lego cum Acidalio vere conjectante: *Bac. Scythaeque & Indi convenerant jam, & ceterarum &c.* potest tamen, *Jam*, puncto separari, & necti cum seqq. *Jam & cet. gentium copiae &c.* RADERUS. Tamen servata veteri scriptura, non incommode locum explicari sic putem posse. *Bactriani &c. convenerant. nam & ceterarum gentium*, quae videlicet primo proelio non interfuerant, supra III, 2, 9. tum *adfuerunt partibus, simul* cum his, qui prius depugnaverant, Persis videlicet, Medis, Armeniis, Derbicibus &c. Atque hunc ferme sensum hujus loci existimavisse Bongarsium colligo, ex eo, quod codici suo adscripsisse dicitur, pro *ceterarum* videri legendum *exterarum.* Et firmat id Arrianus III, 2, 7. *Conjunxerant sese his etiam Sacae ex Scythis oriundi, iis qui Asiam incolunt: non imperio Bessi subjecti, sed Dario confoederati.* FREINSH. *Scythaeque & Indi*, accolae Scytharum & Indorum, quotquot Persarum imperio subjecti erant, aut illis foedere ac societate conjuncti. Arrianus l. III. *βεβοηθήκεσαν Δαρείῳ Ἰνδῶν ὅσοι Βακτρίοις ὅμοροι, καὶ Σάκαι, Σκυθικὸν τοῦτο τὸ γένος, οὐχ ὑπήκοοι, ἀλλὰ κατὰ συμμαχίαν τὴν Δαρείου.* CELLAR.

Partibus] Darii. non placet Acidalii conjectura *paribus studiis affluxerunt.* imo nec ipsi satis placet. RADERUS.

Dimidio] Vide infra ad IV, 12, 13.

Arma] De armatura Persarum vide Brisson. lib. III. pag. 287. & deinceps. FREINSH.

Tegumenta] Supra ad III, II, 15. Adde Stewechium ad Veget. III, 23.

Equitatus] Ea enim parte virium magis fidebat. supra III, II, I. FREINSH.

Falcatae quadrigae] Quarum mentio est primum in literis Judicum cap. I. & 4. dein apud Livium XXXVII, 41. Diodorum XVII, 58. Vegetium III, 24. quas Stewechius caelo adumbravit in commentario ad Veget. formasque earum ex Curtio accepit, qui eam rem parum accurate delineavit & asse-

5 drigae, unicum illarum gentium auxilium, sequutae sunt. Ex summo temone hastae [1] praefixae ferro [2] eminebant: utrimque à jugo [3] ternos [4] direxerant [5] gladios: & inter radios rotarum [6] plura spicula eminebant in adversum: aliae deinde fal-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *praefixo.* 2 Voss. 2. omittit *eminebant.* 3 Col. *tergo.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. *direxerat.* 5 Ald. *gladios*, *rotarum* D. Pal. 1. Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *gladios inter radios rot.* Ald. MS. Frob. *gladios & in radiis rotarum* Mer. Bas. *gladios rotarum.* 6 Voss. 2. omittit *plura.*

assequutus est; Livium & Diodorum praeteriit: Appianus de bellis Syriacis, & Mithridaticis docet, armatas has quadrigas magnam & horrendam stragem edidisse in exercitu. RADERUS. Optima eorum curruum est descriptio apud Xenoph. lib. VI. Παιδείας, ubi Cyro inventionem eorum, ut quidem postea à Persis usurpati sunt, tribuit. Eodem libro & de Abradatae curru, non vulgaria referuntur. Vide omnino Brisson. lib. III. pag. 308. & seqq. Dempsterus ad Rosini antiquit. X, 10. producit locum ex incerto auctore de Reb. Bellic. ubi itidem describuntur hae quadrigae. *Falciferos currus* appellat Lucretius III, 746. loco elegantissimo, quem adscriberem, nisi paullo longior esset. Corrigendus hic L. Ampelius: *Apud Arbela, tribus proeliis, triginta peditum legionum, equitum bis mille falcatorum curruum vicit.* Scribo: *Apud Arbela, tertio proelio, trecenta peditum regiorum M. equitum C.M. bis mille falcatorum curruum vicit.* FREINSH.

Inter radios] Impressi *in radiis*, scripti libri *inter gladios*, unde facile fuit scribere *inter radios.* eodem autem versu non *direxerant*, sed *direxerat* erat in veteribus codd. ut lubet. MODIUS. *Inter radios.* Si proprie loquamur, nihil potest *eminere*, quod motum currus non sufflaminet. Praeterea quid sibi vult, *in adversum?* an poterant eminere *spicula*, nec tamen *in adversum* esse directa? deinde quid sunt *summi rotarum orbes?* estne summa pars *apsidis*, vel *canthi?* sic videtur. sed in rotae cantho neque summa pars est, neque infima, dum rota movetur; quia vicibus omnes canthi partes sunt summae & infimae, sic tamen intellexit rem Curtius, ut sequentia ostendunt, & aliae *in terram demissae.* sed quomodo ex cantho rotae potuerunt *demitti* falces *in terram*, quae ejus motum non impedirent? igitur vere judicavit Schefferus l. II. de re Veh. c. 15. hanc descriptionem esse impeditissimam, qui recte etiam neque Stewechium, neque Raderum potuisse pingere currus, ex descriptione Curtii ostendit. Sed omnino videtur descriptionem falcati currus, ad posteriorem partem quod attinet, non satis intellexisse Curtius, undecunque eam sumserit. Oportuit dicere, non *inter radios eminuisse spicula*, sed ex cantho seu apside rotae, deinde ex summo axe geminas emissas falces, unam directam juxta longitudinem axis, aliam ex axe transversim ad terram demissam. Falces & spicula è rotis vel axe eminentia, & falx deorsum ex axe demissa, non modo erant ad secanda, lacerandaque obvia quaecunque starent; sed etiam ad eos, qui in tumultu, curruum impressione creato, hinc atque inde non procul cecidisse poterant, etiam jacentes abscindendos. Ut constet hanc fuisse falcatorum curruum formam, aut similem, duorum scriptorum, Latini alterius, alterius Graeci verbis eos describemus. Sic ergo de iis loquitur Livius l. XXXVII. c. 41. *falcatae quadrigae--armatae in hunc maxime modum erant. Cuspides circa temonem ab jugo, decem cubita exstantes velut cornua habebant, quibus quidquid obvium daretur, transfigerent; & in extremis jugis binae circa eminebant falces; altera aequata jugo, altera inferior in terram devexa, illa ut quidquid à latere objiceretur, abscinderet, haec ut prolapsos, subeuntesque contingeret.* Pro hisce quatuor falcibus, Curtius habet ternos *gladios*, minus quam falces timendos. Cetera ita describit: *item ab axibus rotarum utrimque binae, eodem modo diversae, deligabantur falces.* hoc voluit Curtius his verbis: *aliae deinde falces in summis* &c. sed quae absurda sunt, nisi ex Livio intelligantur. Diodor. vero de his ipsis ita loquitur l. XVII. p. 530. τούτων ἑκάστου παρ' ἑκάτερον τῶν σειροφόρων ἵππων ἐξέκειτο προσηλωμένα τῷ ζυγῷ ξυστὰ παραμήκη τρισπίθαμα, τὴν ἐπιστροφὴν τῆς ἀκμῆς πρὸς τὴν κατὰ πρόσωπον ἐπιφάνειαν: *ex singulis enim, juxta equum utrumque funalem, spicula jugo adfixa, trium spithamarum longitudine, prominebant acie in adversam (hostium) faciem conversa.* Haec respondent priori parti descriptionis Curtianae, sequentia vero posteriori: πρὸς δὲ ταῖς κατακλίσεσι τῶν ἀξόνων ἐπ' εὐθείας, ἄλλα δύο, τὴν μὲν τομὴν ὁμοίαν εἴχοντο πρὸς τὴν κατὰ πρόσωπον ἐπιφάνειαν τοῖς πρότερον, τὸ δὲ μῆκος μείζω καὶ πλατυτέρα συνήρμοστο ταῖς τούτων ἀρχαῖς δρέπανα: *in inflexionibus vero axium* (hoc est sub ipso curru, quo loco axes currum sustinent) *alia duo spicula haerebant in rectum, quae eodem modo habebant aciem faciei hostium obversam ac priora, sed longiora & latiora erant. Aptatae etiam erant horum initiis falces.* hoc est summis axibus. Crediderim haec, aut similia à Curtio non satis intellecta, praebuisse ei descriptionis absurdae occasionem, qua de re videndus etiam Schefferus, qui tamen frustra nititur emendare Curtium, mutato *orbibus* in *axibus.* Mihi mirum non est, hominem declamandi duntaxat arte instructum peccasse in ejusmodi descriptione; nec reclamantibus codicibus peritiorem rei militaris facere

falces [1] summis rotarum [2] orbibus haerebant; & aliae in [3] terram [4] dimissae, quid-

Variantes Lectiones.

1 D. Fl. Leid. Voss. 1. *summissae* Voss. 2. *summis se* Col. Mer. Bas. Frob. *submissae*. 2 Fl. *opibus* Voss. 1. *obibus*. 3 Fl. *terra*. 4 Alii *demissae*.

cere voluerim. CLERICUS. Jud. c. 4. Si descriptio haec haberet aliquid salebrosi, & implicati, cogitandum fuisset hic de emendatione critica, praesertim quum magna etiam lectionum varietas hic in MStis reperiatur. Schefferus de re Vehic. l. II, 15. p. 193. pro *orbibus* maluit *axibus*, forsan haud male. facile enim potuit vocula quaedam excidisse, quae si superfuisset, sensum nobis exhiberet planum & facilem. Certe foret liquidus satis, si legeremus, *aliae deinde falces summis rotarum orbibus haerebant aequatae, aliae in terram &c.* Sic certe apud Livium l. XXXVII, 41. *binae eminebant falces, altera aequata jugo, altera inferior in terram devexa. Item ab axibus rotarum utrimque binae, eodem modo diversae, deligabantur falces.* Brissonius l. III. de regn. Pers. sola distinctione juvat Curtium: legit enim vel citat, *& inter radios rotarum plura spicula eminebant. In adversum aliae deinde falces &c.* Ego vero illud *in adversum* hic ex proximo repetendum putem, tamquam omissum per Ellipsin, ne idem bis dicatur. Et sic horum verborum sine ulla mutatione sensus erit plane opportunus. scilicet falces utraeque haerebant summis rotarum orbibus, sed aliae itidem, ut illa spicula inter radios eminentia *in adversum* i. e. recta prominentes ex loco, ubi haerebant, seu directae protinus inde in oppositos isti loco hostes; aliae ex eo loco in terram flexae. Certe isthaec distinctio, vel oppositio inter *alias* & *alias* falces intelligi omnino, & ita ex his verbis elici debet, vel locus non est integer satis. Quod si illud *in adversum* loco movere, & post *falces* reponere per codices liceret, omnia forent plana & perspicua. At Vir Doctiss. non hanc, sed alias movet difficultates sensuum quorumdam, qui nullam facultatem facti, & ideo neque intellectum habeant ullum. *Inter radios*, inquit, *nihil potest eminere, quod motum currus non sufflaminet. Oportuit dicere non inter radios eminuisse spicula, sed ex cantho seu apside rotae.* In quo sequitur Schefferum, qui itidem in his haeret, & figuram rotae ex Curtiana descriptione exhibet de re Veh. l. II. c. 15. nihilo meliorem, quam est illa Raderi ad Curtium, aut Stewechii ad Vegetium, quas ipse rejicit. Pinxit isthic spicula ex cantho eminentia, & nescio quae alia ex modiolo inter radios surgentia in altum, quae nullum profecto habere poterant usum. At vere & proprie inter radios eminere in adversum potuerunt spicula, quae tamen motum rotae non impedirent, scilicet si fixa fuerunt in posteriore parte ipsius modioli, quae est inter currum, & orbem rotae post radios. Isthic fixa, & inter radios eminentia, simul utique cum modiolo, & ipsa rota; ac radiis circumagebantur, atque ita motum currus minime sufflaminabant, & tamen simul, quidquid gyro suo erat obvium, graviter vulnerabant. Sed & scire lubens velim, quomodo intellexerit V. C. Diodorum, cujus descriptionem *Curtianae respondere* hac in parte ipse fatetur. Ille ergo sic ait, l. XVII. p. 531. πρὸς δὲ ταῖς κατακλίσεσι τῶν ἀξόνων ἐπ' εὐθείας ἄλλα δύο, sc. ἐξέκειτο. Vertit ea Cl. Clericus: *in inflexionibus vero axium (hoc est sub ipso curru, quo loco axes currum sustinent) alia duo spicula haerebant in rectum.* Malim ego: *inde ubi axes ex curru demittuntur in rotam, eminebant alia duo spicula in adversum.* Sed de versione nunc non litigabimus. Quaero tantum, quomodo ἐξέκειντο ἐπ' εὐθείας, *eminuerunt in rectum*, ex eo loco, ubi axes ex curru flectuntur in rotam, nisi per radios rotae? nec enim credo Virum λογικώτατον, qui veteres aliter legit, quam Grammatici solent, hanc descriptionem Diodori ita accepisse, ut fecit Schefferus, qui spicula ista infra currum, inter duas rotas, demittit ex axe ipso in terram; sine ullo usu aut facultate vulnerandi quemquam, nisi forte proprios equos, currum trahentes, ut liquebit cuilibet rem consideranti ex figuris ab illo ex Diodoro & ex Xenophonte aeque infeliciter, & absurde effictis. Et videtur sane etiam Cl. Clericus non satis rem considerasse, quocumque tandem modo legat Veteres, siquidem credit, *haec Diodori aut similia, non satis à Curtio intellecta, praebuisse ei descriptionis absurdae occasionem.* Quum tamen illa Diodori potius à Scheffero, quem laudat V. Cl. contra Curtium sint male intellecta, & ex Curtio rectius explicari debeant. Neque enim aliter commode satis accipere possumus haec spicula *eminentia in rectum ex inflexionibus axium*, quam ut per, aut *inter radios eminuerint in adversum*, ut ait Curtius, & quidem ex posteriore parte modioli, ubi axes utrimque se demittunt, ut per eam partem in rotas, seu earum integrum modiolum immittantur. fuerunt enim haec spicula Diodori transversa, seu ex lateribus curruum eminentia in directum, ne quis ea putet ex axibus sub curru eminuisse juxta temonem inter & ultra equos. Nam dicuntur similia prioribus, quae utrimque ex jugo in transversum eminebant, habebantque ἐπιστροφὴν τῆς ἀκμῆς πρὸς τὴν κατὰ πρόσωπον ἐπιφάνειαν. h. e. *obversam in adversos hostes aciem*, per totam scil. longitudinem eminentis spiculi, tamquam si gladius esset. Ita vero & haec longiora quidem & latiora erant, sed habebant τὴν τομὴν ὁμοίαν τοῖς πρότερον, *scissuram* seu *aciem similem prioribus*, quae transversa erant, & quorum pars hostibus obversa erat

6 quidquid obvium concitatis equis fuisset, [1] amputaturae. Hoc modo instructo exer-

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *amputavere.*

erat acuta, atque ideo scindebant potius, quam forabant. Ceterum rogat jam porro V. C. *quid in* Curtio *sibi velit in adversum? an potuerint eminere spicula, nec tamen in adversum esse directa?* Immo vero potuerunt flecti aut demitti in terram, ut falces, quae sequuntur. sed & idem sibi vult apud Curtium *in adversum*, quod apud Diodorum *ἐπ' εὐθείας*, *in rectum. Deinde*, pergit, *quid sunt summi rotarum orbes? an summa pars canthi? sed in rotae cantho neque summa pars est, neque infima, dum rota movetur, quia vicibus omnes canthi partes sunt summae & infimae.* Magni sane momenti objectio! quasi scilicet describatur necessario currus, ut est in motu & cursu, neutiquam vere, ut quiescens se spectandum aut considerandum praebet. Immo quasi *summus* hic omnino notet celsissimum, & non extremum. Quidni enim *summi rotarum orbes* interpretemur hic extremi; aeque ac hoc eodem in loco, *ex summo temone* eminere dicuntur hastae, quod quid est aliud, quam *ex extremo temone*? Similiter Ovid. Metam. l. II. vs. 107.


- - - - - - - *aurea summae*
Curvatura rotae.

Hinc porro *in terram demissae* quaedam fuere falces, *sed quomodo*, rogat, *ex cantho rotae potuerunt demitti falces in terram, quae ejus motum non impedirent?* Neque ullius momenti haec est objectio. Nam non ait Curtius falces extra extremos rotarum orbes emissas, quo pacto sane rotae circumagi non possent. Sed si concipiamus rem, ut oportet, fuerunt hae falces à summis & extremis rotarum orbibus demissae introrsus, h. e. ut prominerent quidem longe ultra axem, sed intra circulum rotae, quando certe motum rotae non impediebant. Aliud poterat contra hanc phrasin opponi; dicendum scilicet auctori fuisse potius *in axem*, quam *in terram*, demissas falces, quia, prout rota volvebatur, illae ipsae falces modo poterant videri demissae versus terram, modo ab terra surgentes in altum, semper autem quasi tendentes in axem. Et hac una de caussa non refragarer valde illis, qui cum Scheffero malint has falces demittere ex *summis rotarum* non *orbibus*, sed *axibus*. Ita enim non circumagerentur cum rota, nec variam acciperent formam, sed eamdem sive in adversum directae, sive in terram demissae, retinerent semper. Sed videtur Curtius descriptam nobis dedisse rotam, prout quiescens summa sui parte maxime conspiciendam se praebet, atque adeo considerasse eam ab illa potissimum parte, qua recte exposita, etiam inferior pars facile intelligebatur, quippe quae erat eadem, nisi quod falces, quae ab superiori parte videbantur demissae, ab inferiore viderentur surgere. Accedit, quod Suidas diserte Dario contra Alexandrum tribuit falcatas quadrigas, easque tales, ut in ipso rotarum orbe undiquaque haererent falces: *τῶν τροχῶν ἦσαν εἰς τὸν κύκλον περιχαλκευμένα δρέπανα. erant in orbem rotarum undique fixae*, vel *nexae aere falces.* Fuerunt ergo falces hae, non in axibus, sed in ipsis rotis, earumque orbibus fixae, ut apud Curtium: sed & cum rotis circumagebantur, atque ideo *modo pedes, modo manus, modo arma* cum humeris *infestabant* trahebantque. *ἐλαυνομένων γὰρ τῶν δρεπάνων, οἱ μὲν τῶν ποδῶν, οἱ δὲ τῶν χειρῶν, οἱ δὲ ἐκ τῶν ὅπλων κρατούμενοι ἐσύροντο.* Sic Suidas, cum quo conferri velim de varietate vulnerum Diodorum l. XVII. p. 534. Ita vero commonstratum est, nihil vere *sibi repugnans* reperiri in toto hoc loco, nihil, in quo cogitare debeamus, & *intelligere, non tam quod dixit, quam quod dicere voluit Curtius*, ut ait Vir doctissimus. Quod ut clarius appareat, subjeci figuram rotae falcatae ex descriptione Curtii, cum qua facile patiar conferri Schefferianam, & quas ille explodit Raderianam, ac Stewechianam, quae neque mihi satisfaciunt. Videmus in nostra figura *spicula inter radios rotarum eminentia*, quae cursum ejus non impediant: videmus *falces ex summo rotae orbe* directas *in adversum*, & alias inde *dimissas versus terram*, utrasque pariter idoneas ad obvium hostem vulnerandum: atque ita nihil in iis, in quibus accusatur Curtius, reperiri, quod sibi repugnet, & facultatem aut usum non habeat. PERIZONIUS. Curt. Vind. p. 163.

Summis] Ita membranae. vulgo, *summissae.* non placet aeque. MODIUS. Lego *commissae.* HEINSIUS. MSS. o. nostri *summissae*, unde Nob. Heinsius *commissae*, quae opportunissima divinatio si antea viris doctissimis innotuisset, forsan tot ac tantas lites de significatione, interpretatione, aut intellectu vocis *summis* non movisset. nam familiaris notio est Curtio nostro hujus verbi *committere*, pro conjungere, aut adnectere, ut ante; & ex indice patebit. Virg. l. III. Aen. vs. 428.

Delphinum caudas utero commissa luporum.

Rotarum orbibus] Hoc non promptum est assequi. nam si ea fuit species falcium, quam Stewechius ad Veget. III, 24. expressit, quomodo potuerunt circumagi rotae? Ego Curtium hic intelligo, summae curvaturae rotae, ut eam Ovid. Metamorph. II, 108. appellat, fuisse insertas falces, quae extra rotam in latera porrectae nunc sursum spectabant, qua incurvantur; nunc deorsum: sed quae deorsum, ad axem versas, quae sursum, aversas ab axe fuisse. RADERUS. Non satis apparet, quid sibi velit hoc loco Curtius, nec ipse forte quid scriberet intellexit satis, in apparatu belli pugnis-



ROTAE CURRUUM FALCATORUM.

1. 2. Utraque Raderi, prima ut ipse edidit; altera, uti videtur descripsisse in notis.
3. 4. J. Schefferi ex l. de Re Vehiculari.
5. G. Stewechi ad Vegetium.
6. J. Perizonii in Curtio Vindic.

exercitu ac perarmato, [1] Babylone copias movit. A parte dextra erat Tigris, nobilis fluvius; laevam tegebat Euphrates: agmen Mesopotamiae campos impleverat. [2] Tigri deinde [3] superato, quum audisset, [4] *haud procul abesse hostem*; [5] Sa- 7
tropatem equitum praefectum cum mille [6] delectis praemisit. Mazaeo praetori sex millia data, quibus [7] hostem [8] transitu amnis arceret. eidem mandatum, *ut* 8
regionem, quam Alexander esset aditurus, popularetur atque ureret. quippe credebat, inopia debellari posse nihil habentem, nisi quod rapiendo occupasset: ipsi autem commeatus alii terra, alii Tigri amne subvehebantur. Jam pervenerat ad [9] Arbela 9
vi-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *Babyllone.* 2 Leid. Voss. 1. *Tygri.* 3 Pal. 1. *superata.* 4 P. omittit *haud.* 5 Pal. 1. Bong. D. *Sotropatem* Fl. Leid. Voss. 1. 2. *Satropaten* alii *Satropacem.* 6 Alii *selectis.* 7 Sic Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. alii, sed Ald. Bas. Col. Frob. Mer. omittunt *hostem.* 8 Bas. Col. *transitus.* 9 Vulgo *ad Arbellam* Lugd. Amst. Bas. Col. Frob. Mer. *Arbella* Voss. 1. *pervenerat Arbela* Voss. 2. *pervenerat Arbellam.*

gnisque describendis haud admodum peritus. Ut ut est, falces illae rotarum orbibus affixae sic debuerunt ad latus utrumque protendi, ut motu suo ampliorem, quam ipsae rotae, circulum non describerent, alioqui nullo pacto ad curruum motum accommodari potuerunt. TELLIER.

Satropatem] Nomen hoc varie scribitur, ego sic malui cum melioribus MSS. praesertim cum videam aliis etiam auctoribus ita fere scribi. Cognominem enim huic Mediae satrapam Athenaeus XII, 9. *Satrabatem* appellat, non *Satrabacem*, Arrian. VII, 1, 15. & VII, 3, 2. *Atropatem* vocat, δίχα τοῦ Σ. ut Stephanus in Σέλλοι. quomodo & Strabo lib. XI. quamquam interpres *Atropatium* vertat, nam genitivus Ἀτροπάτου non est ab Ἀτρόπατος, sed ab Ἀτροπάτης. Idem Arrian. III, 2, 8. vitiose *Atrocatem*, & VI, 5, 13. paullo melius *Atrobatem* vocat. Porro Strabo inde Atropatiam scribit vocatam fuisse, Mediae partem, quod mihi argumento est melius scribi nomen hoc illis, qui omisso S. scribunt *Atropates.* Quibus accedit Justinus XIII, 4, 13. quamquam apud eum paullo aliter *Acropatos* vocetur. Tantum est extremam syllabam semper in *tes* finiri: numquam in *ces.* Quod autem ex hoc satrapae Medi nomine, Curtiani Satropatis appellationem investigo, recte atque ordine facio. nam & iste Medus fuit, teste Arriano III, 2, 8. FREINSH.

Hostem transitu] Alii omisso *hostem, quibus transitus amnis arceret*, sed hoc quoque minus placet. MODIUS.

Rapiendo] Livius XXII, 40, 6. *Annibal quamquam parte dimidia auctas hostium copias cernebat, tamen adventu consulum mire gaudere. non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat; sed ne unde raperet quidem, quidquam reliqui erat.* Sic apud Dionys. VI, 54. Appius Claudius putat plebem, quae secesserat, facile opprimi posse, quod rapto expedienti commeatus, non in longum suffecturi essent. FREINSH.

Arbela] Scribe *ad Arbela*, non *Arbellam* vel *Arbelam*, ut vulgo. ita enim & manuscripta Curtii exemplaria, & Graeci hanc vocem scribendam monent. MODIUS. *Arbela.* Locus hic lectori dubius & ambiguus occurrere possit, primum, quod auctor videatur in se pugnare: cum Arbela modo cis, modo trans Tigrim videatur ponere. Nam hic Curtius docet Darium superato Tigri ad Arbela pervenisse: infra autem mox IV, 9, 14. narrat Alexandrum *praeter Arbela ad Tigrim* demum *penetrasse*, quae caussa fuit, uti Glareanus existimarit, pro Arbelis Catras reponendum. Sed locus bene habet, quem Glareanus non est assequutus, frustraque alienam vocem subjecit. Hoc dicit Curtius: Alexandrum non trajecisse Tigrim eo loco, quo trans Tigrim Arbela sunt, sed Arbela è regione Tigris transiisse, & vada quaesiisse, per quae Tigrim trajiceret. Certum est ergo, Ptolemaeo, Strabone lib. XVI. Arriano III, 2, 9. ipsoque Curtio testibus, trans Tigrim, orientem versus, Arbela sita fuisse. Cum enim Darium omnes ex proelio fugientem Arbela properasse tradant, nec tamen Tigrim trajecisse, sed Lycum, & versus Mediam Ecbatana fugisse, dubitari non potest, quin Arbela fuerint trans Tigrim ex Mesopotamia venienti. Alterum est, quod Curtius apud Arbela proelium commissum scribat, & tamen Darium media demum nocte ex fuga Arbela pervenisse affirmet, cum alii plerique omnes, Arrianus III, 2, 9. Plutarch. c. 56. & apud eos Ptolemaeus, & Aristobulus prodant, pugnam factam non ad Arbela, sed Gaugamela. Sed hunc nodum Strabo solvit, quem mox in testem adducam. Interim Curtius non negat proelium ad Gaugamela commissum, sed Arbela, tanquam locum celebriorem, & Gaugamelis non longissime, si nostras terras respicias, distantem nominat. Alioquin ipse Curtius infra narrat Darium ab Arbelis movisse castra Lycum versus, illoque trajecto ad Boumellum [nos alias edd. sequuti Bumadum scribemus] flumen, quod 80. stadiis inde distat, venisse, atque ibi totis castris decertatum. Id flumen *Bumadum* appellat Arrian. III, 2, 9. distareque Arbelis ait, stadiis 600. h. e. 19. milliaribus, & paullo am-
plius

vicum, [1] nobilem sua clade facturus. hic [2] commeatuum sarcinarumque majore parte [3] deposita, [4] Lycum amnem ponte junxit, & per dies quinque, sicut

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *nobile*. 2 Pal. 1. *commeantium* Mer. *commeatu*. 3 Mer. *deposito*. 4 Leid. *Licum* Voss. 2. *Licium*.

plius quadrante. Nec tamen videntur inter se pugnare, cum Curtius à Lyco 80. stadia numerat ad Boumellum, Arrianus ab Arbelis 600. stadia. Hunc locum omnium optime describit Strabo lib. XVI. ipso fere initio: *Aturia similis est locis iis, quae circa Arbela sunt; & Lycum flumen intermedium habet. Arbela enim ad Babyloniam pertinent, & juxta eam sunt. Trans Lycum vero Aturiae campi Ninum circumjacent. In Aturia quoque pagus est nomine Gaugamela, apud quem Darius superatus amisit imperium: quare hic locus insignis est; ut & nomen. Cameli enim domus interpretatur: nam sic Darius Hystaspis F. nominavit, cum hanc possessionem Camelo in alimentum daret, in via (qua per deserta in Scythiam itur) oneribus portandis, in quibus regis etiam alimentum erat, maxime defatigatae. Pagum Macedones hunc cum tenuem viderent, Arbela vero habitationem memorabilem, ab Arbelo, ut tradunt, Athmonei F. condita, circa Arbela & proelium & victoriam fuisse famam sparserunt, eamque scriptoribus tradiderunt.* Arrianus III, 2, 9. paullo expressius locum designavit, quam Strabo. De Gaugamelis idem Plutarchus cap. 56. quod Strabo, & Arrian. VI, 2, 19. Diodorus XVII, 53. tacet omnino Gaugamela, & proelium ad Arbela consertum refert. Solin. cap. 58. Arbela indigitat locum proelii, uti & Plinius II, 70. & VI, 13, 7. Tacitus XII, 13, 3. *Ninos vetustissima sedes Assyriae, castellum insigne fama, quod postremo inter Darium & Alexandrum proelio, Persarum illic opes conciderant.* Ergo, ut vides, Tacitus ad Ninum factum proelium dicit, quia non procul inde fuerat commissum. RADERUS. Hujus notam integram hic descripsi, non quod per omnia approbem. sed quia intererat exactae cognitionis, ne quid ex ea subduceretur. Fateor enim, ex primo dubio me non expedire ejus explicationem. Video tamen quid Glareanum offenderit, nempe quod putaret, duobus ex adverso congredientibus exercitibus, non potuisse fieri, ut eumdem fluvium ambo transgressi, in unum locum convenirent. Sed hoc accidit propter flexus atque sinus ejus amnis, qui efficiunt, ut tam Dario, qui ex Babylonia Arbela petebat; quam Alexandro, qui ex Syria per Mesopotamiam; transeundus esse Tigris. *Praeter Arbela*, ut recte exponit Raderus, non hanc habet significationem, quasi Arbela inter Alexandrum & Tigrim media fuissent; sed quod Arbelis trans amnem sitis, ipse non ea parte, qua proximum ad eam urbem iter erat, transierit fluvium, sed alio latere, quod non ex directo responderet urbi. Quod ad alterum dubium attinet, illud plane decidit Strabo loco recitato, cujus interpretatio Raderum fefellit, lectio interpretes. Sic enim transtulerunt: *Aturia similis est locis iis, quae circa Arbela sunt.* In textu legitur: Ἡ δ' Ἀτουρία, τοῖς περὶ Ἄρβηλα τόποις ὅμοια ἐστί. & notatur in margine pro ὅμοια, scriptos habere, ὅμοιος. Nihil verius est quam scribendum, ὅμορος. *Aturia finitima est locis iis, quae circa Arbela sunt.* Atque id nulla alia fini praestruxit, quam ut ostenderet, unde plerisque scriptoribus nata sit opinio, Darium apud Arbela fuisse debellatum. Quomodo, praeter citatos à Radero, tradiderunt Dionys. Halicarn. in epist. ad Ammaeum de Demosthene. Polyaen. IV, 3, 6. & 17. Lucian. in Dial. Mortuor. ubi Alexandrum cum Scipione & Hannibale de imperatoria virtute disputantem inducit. Plutarch. Non posse suaviter vivi secundum Epicur. cap. 41. & de fortuna Alex. II, 15. & Apophth. 38. Aelian. Histor. var. III, 23. Frontin. II, 3, 19. Zonaras tom. 1. ubi de vaticinio Danielis. Zosimus lib. 1. Sed Strabo lib. II. Marcellin. XXIII, 20. & Xiphilinus in Trajano Gaugamela nominant. Eademque designare Tacitum XII, 13, 3. ubi bene notat (priori conjectura recte omissa) Lipsius: scribendum, *sedes Assyriae, & castellum &c.* ut intelligantur, non Arbela quidem, nam & ea urbs magna erat; sed *Gaugamela*, quae sita in Aturia, ubi & Ninus. Orosius III, 17. *apud Tharsum* depugnatum scribit, quo auctore, nescio. Epistola, quae fertur Alex. ad Aristot. *ad Gangem amnem.* Sunt & in Galilaea *Arbela*, de quibus Joseph. XII, 18. & Hieron. de locis Hebraicis. item *Gamala*, sic appellata à similitudine cameli. Joseph. de bello Jud. IV, 1. Vitiose ergo apud Zonar. tom. 1. in descriptione hujus proelii legitur Γαυσόμηλα. FREINSH. Ex Diodoro hausit, qui l. XVII, 35. vocat κώμην Ἄρβηλα, non autem vicus erat, sed ut Strabo auctor est sub initium l. XVI. κατοικία ἀξιόλογος, *memorabilis habitatio*, à quo tamquam claro oppido, maluerint Macedones hoc proelium nominare, quam ab ignobili vico *Gaugamelis*, ad quem vere commissum fuerat, non exiguo inde spatio Arbelis remotis. Arrian. l. III. ἐστρατοπεδεύκει Δαρεῖος ἐν Γαυγαμήλοις, πρὸς ποταμῷ Βουμάδῳ, ἀπέχων Ἀρβήλων τῆς πόλεως ὅσον ἑξακοσίους σταδίους. *Darius in Gaugamelis ad flumen Bumadum castra posuerat, sexcentis circiter stadiis ab oppido Arbelis.* CELLAR.

Vicum nobilem] Cur Arbela *vicum* nominat Curtius, quae alii urbem insignem? an hoc argumento est, eum non *Arbela*, sed *Gaugamela* scripsisse? FREINSH.

Per dies quinque, sicut ante Euphratem exercitum traejcit] Purum hoc esse non ipsi fidei crediderim,

etiam

ſicut ante Euphraten, [1] trajecit exercitum. [2] Inde octoginta fere ſtadia [3] progreſſus, ad alterum amnem, [4] *Bumado* nomen eſt, caſtra poſuit. Opportuna explicandis copiis regio erat, equitabilis & vaſta planities. ne ſtirpes quidem & brevia virgulta operiunt ſolum: liberque proſpectus [5] oculorum [6] etiam quae procul receſſere, permittitur: Itaque ſi qua campi eminebant, juſſit *aequari*, *to-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *traduxit.* 2. Amſt. omittit *inde.* 3. Bong. *profectus.* 4 D. Pal. 1. Bong. Leid. Voſſ. 1. *Boamelo* Ald. *Bumodo* B. F. addit *cui Bum.* Voſſ. 2. *cui Boúzamelo* Lugd. Amſt. Baſ. Col. Mer. Frob. *Boumello.* 5. Mer. *occultorum.* 6 B. 1. 2. *& ad ea quae* Fl. Leid. Voſſ. 1. *etiam ad ea quae.*

etiam juratae, nam quid iſta ſibi vult conſtructio tam impedita? ad *Euphratem* quid verbi referes? *trajecit*ne, an *junxit?* illud ex ordine debes, hoc non potes. Atqui jam & illud occupatum, ut cum *exercitum* jungatur. neque igitur poteſt vel cum illo. Quod ſi cum hoc poſſit, ante verba trajicienda fuerint in hunc modum: *Lycum amnem, ſicut ante Euphratem, ponte junxit, & per dies quinque trajecit exercitum.* Verum & audax nimis hoc, & rei parum conveniens. nam id quidem notare non voluit auctor, amnem Lycum à Dario ſic ponte junctum, quemadmodum antea Euphratem. ita enim cur non alios enumerat ſimul, quoſcumque pontibus aliquando ille junxit? & hoc vero quorſum annotari debuit? illud autem nota dignius, quod & voluit omnino, exercitum nunc Lyco per dies adeo quinque, quot diebus ipſis olim Euphrate, trajectum. nam ſic libro III. memorabat: *Ad Euphratem contendit, junctoque eo pontibus quinque tamen diebus trajecit exercitum, Ciliciam occupare feſtinans.* Traductio ergo minimè tentanda. Sed ita ſtructurae manet illud inconcinnum; cui mederi quomodo poſſet, olim varie cogitavi. Duos nunc proponam modos, quorum erit vel uterque bonus, alter indubitato verus. Nam & ſic leviter expediri poſſit: *Lycum amnem ponte junxit, & eo* (vel, *eoque*) *per dies quinque, ſicut ante Euphrate, trajecit exercitum.* quod etſi veriſimile, verum ipſe tamen haud agnoſco. Nunc quod ponam, ita mihi certum, ut ex tripode Delphico credam nihil umquam exauditum certius. Mihi adhuc dico: ſed fore nec aliis dubito, ſi vere aeſtimabunt. Nulla mutatione opus, ſed plane deletione unius vocis, quae ad finem ab inepto gloſſographo, ſive lectore diligente nimis, adjecta. Hac rurſus ejecta turbatrice, quid tranquillius & liquidius iſtis? *Lycum amnem ponte junxit, & per dies quinque, ſicut ante Euphratem, trajecit.* Amnem trajicere non Latinum minus omnes ſciunt, quam amne exercitum. Et in illo ſubintelligitur hic nempe, *cum exercitu*: quod qui expreſſius ſcriptum à Curtio volebat, admonitus gemino, quem paullo ante adduximus, loco, adſcripſit, ſecurus antecedentium, quae non patiebantur. Sed & hunc ſatis res refutat ipſa, & ſententiam noſtram per ſe eadem probat, ne nos hic verbum ulterius perdamus. ACIDALIUS.

Acidalius eliminat *exercitum* & me habet ſuffragatorem, ab Lectore nempe nimium diligente intruſum. RADERUS. *Sicut ante Euphratem.* Non dubito quin haec verba ſint inſiticia. Quis enim credat Curtium monuiſſe tam putida? Acidalius tamen, adſentiente Radero, maluit ultimam vocem, *exercitum*, abundare, quoniam verbum *trajecit*, jam occupatum ab *Euphratem*, non poſſet inſervire alteri accuſativo, *exercitum.* FREINSHEM.

Bumado] Quidam impreſſi *Bumello*: alii *Bumado*, quomodo & in Arriano III, 2, 9. legitur. at Arr. VI, 2, 20. Ptolemaeum & Ariſtobulum ſequutus hunc amnem *Bumelum* vocat. quare non multum intereſt, quae lectio recipiatur. POPMA.

Equitabilis & vaſta planities] Audaculus aliquis, ne nihil moveat, forte mutet *aequabilis*: & hoc ſequentia dicat poſtulare: *ne ſtirpes quidem & brevia virgulta operiunt ſolum, liberque proſpectus oculorum etiam quae procul receſſere permetitur.* Atqui eadem faciunt pro altera voce, quam cave mutari ſinas, elegantem, & cujus gemina, quamquam contraria, habetur l. VIII. *Imber violentius quam alias fuſus campos lubricos & inequitabiles fecerat.* illud autem cujuſvis ſit arbitrium, an malit *equitabili & vaſta planitie* auferendi caſu: Mea parum intereſt, & Curtii fortaſſe nihil. ACIDALIUS. *Equitabilis.* Quaedam edd. habent *aequabilis.* non recte. *Equitabilis eſt* ἱππάσιμος. LOCCENIUS. Non legi hanc vocem apud alios, nam qui Livium auctorem habent, locum non oſtendunt, & verba ex Livio adducta non ſunt Livii, ſed haec eadem Curtii. Acidalius ut elegantem commendat, quamvis *aequabilis* etiam ſubjiciat pro illa, pro hac tamen pugnat. lib. VIII. infra cognoſces idem verbi ſed compoſiti *inequitabilis.* RADERUS. Lego *equiti habilis*, & ſic l. VIII, 14, 4. *equiti inhabiles*, pro *inequitabiles.* HEINSIUS.

Etiam quae procul receſſere] Scripti, *etiam ad ea quae procul receſſere permittunt*, nullo ſenſu idoneo. impreſſi, *quae procul receſſere permittitur*, ne hoc quidem bene, ita tamen, ut proxime à vero abſit, levi enim immutatione pro *permittitur*, legendo *permetitur* conſtabit Curtio ſua ſcriptura. MODIUS. *Permittitur.* Modius, *permetitur*; non male, & fere inclino, ut ſic fuerit. alii vulgarem lectionem fulciunt, inditis voculis, *ad ea quae pr. rec. permittitur.*

11 *totumque fastigium extendi.* Alexandro, qui[1] numerum copiarum ejus, quantum [2] procul conjectari [3] poterant, [4] aestimabant, vix fecerunt fidem, tot millibus
12 caesis, majores copias esse [5] reparatas. Ceterum omnis periculi, & maxime multitudinis contemptor, [6] undecimis castris [7] pervenit ad Euphraten: quo pontibus juncto *equites* [8] *primos ire*, *phalangem sequi* jubet: Mazaeo, qui ad inhibendum transitum [9] ejus, cum sex millibus equitum occurrerat, non auso periculum sui
13 facere. [10] Paucis deinde, non ad quietem, sed ad [11] reparandos animos, diebus datis militi, strenue hostem insequi coepit: metuens, ne interiora regni sui peteret,

VARIANTES LECTIONES.

1. Voss. 2. *numero.* 2. Col. Bas. Frob. Mer. Ald. omittunt *procul.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. aliique *poterat.* 4 Voss. 2. *extim.* 5. Voss. 1. *reperatas.* 6 Ald. *undecim.* 7 Leid. Voss. 1. 2. *ad Euph. perv.* 8. Pal. 1. Voss. 2. *primo.* 9 Vulgo omittunt *ejus.* 10 Voss. 2. *deinde paucis.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. *praeparandos.*

titur. Sed in melioribus & pluribus libris non comparent, *ad ea.* FREINSH. Modius emendat *permetitur*, neque improbat Freinshemius. sed quoniam in τὸ *permittitur* consentiunt libri omnes, idcirco arbitror scripsisse Curtium: *liberque prospectus oculorum etiam in quae procul recessere permittitur.* Ordo, permittitur prospectus in, sc. ea, quae procul recessere. Sane nihil fuit facilius, quam ut praepositio *in* interciperetur à litera finali in vocabuli praecedentis, totidem constante lineolis, sicut & alibi accidit saepissime. SCHEFFER. Florentinus Codex *in ea*, *quae procul &c.* ne putent viri docti τὰ *ad ea* recentiorum fulcrum esse, quod priusquam scirem, quia in Dan. & Pal. erat. *permittitur*, non *permittunt*, ut vulgo, non *permetitur* ut Modius, faciebam; *oculorum & in ea*, *quae:* sed necesse non est. GRONOV. l. 11. Obs. c. 13. Correctionem Gronovii non vidit Cl. Clericus, ideoque sic corrigit hunc locum. Nulla est constructio in his verbis, *etiam quae procul recessere.* legendum ergo: *qua procul recessere*, verbumque hoc conjungendum cum nominativis *planities & solum*, qui antecesserunt. aut legendum: *illorum etiam quae procul recessere.* Conjectura Modii, in quam Freinshemius inclinat, absurda est. Schefferus quidem legit *in quae permittitur.* sed minore mutatione sanari locus potest, ut ostendimus. CLERIC. Judicii de Curtio c. 9. §. 5. Clericus hic legendum arbitratur: *etiam qua procul recessere.* vel, *illorum etiam*, *quae procul recessere.* Neutrum placebit intuenti Curtium. Mihi aliquando videbatur vocula *si* alienum occupasse locum, eaque restituta sic legendum: *liberque prospectus oculorum*, *etiam si qua procul recessere*, *permittitur. Itaque qua* (pro vulgato *si qua*) *campi eminebant*, *jussit aequari.* Pari ferme modo noster loquitur l. v, 4, 25. *Praecipue obscuritas terrori erat: nam etiam si qua sidera internitebant*, *continenti fronde tectae arbores conspicere prohibebant.* sic l. vi, 5, 17. atque iv, 13, 13. Nec minus vii, 3, 10. *Arbores*, *si quae in tanto terrae rigore durare potuerunt.* Sed nunc muto mentem. Licet enim, quod dixi, satis probabile videatur, praeferendam tamen duco lectionem duorum codicum MSS. Bongarsii à Freinshemio laudatorum, cum eisque sic lego, *& ad ea*, *quae procul recessere permittitur. Itaque si qua &c.* Ex *&* *ad* factum fuerat *etiam.* Inde *ea* plane eliminatum, tanquam inutile. In Theocreniano codice scriptum erat; *etiam ad ea*, qua lectione id, quod dixi, confirmatur. HEUMANN. Parerg. Crit. p. 177. Lego: *liberque prospectus oculorum etiam in quae*, pro *etiam quae*; saepissime enim pronomen demonstratuvum per ellipsin omittitur ante relativum. Salluft. Jug. 108. *ob quae praedicabat*, pro *ob ea quae.* Vide ad Min. Sanct. 1. p. 128. 130. &c. PERIZON. Curt. Vind. p. 177.

Quantum procul conjectari poterant] Iterum medium tenui, & cum in scriptis esset, *quantum procul conjectari poterat*, *aestimabat*, in libris editis, *quantum conjectari poterant*, *aestimabant*, nunc hos, nunc illos sequendo apte locum, nisi sciens fallor, constitui. MODIUS.

Pontibus juncto] Vide supra ad iii, 7, 1. ubi ostendi, quo loco Alexander transiverit. Confer cum hoc loco Arrian. iii, 2, 1. De alia expeditione intelligendum est, quod scribunt nonnulli, eum transivisse ad Zeugma, ut Plin. xxxiv, 15. Dio lib. xl. FREINSH. Duos pontes, quibus Persae usi erant, ex parte quidem abruptos, Alexandrum invenisse apud Thapsacum, idem Arrianus auctor est l. iii. CELLAR.

Praeparandos] Malim hoc, quam *reparandos* vulgatum, etsi etiam hoc tolerabile est. MODIUS. Ut se ad proelium pararent, semperque animis essent praesentes, ac si quovis die & loco dimicandum foret. RADERUS. *Ad reparandos animos.* revocandos spiritus, quos amiserant, exhaustos per continua itinera. Nam illi quidem animi, qui significant alacritatem, & ardorem pugnandi, numquam defecerant Macedonas. SCHEFFER.

Ne interiora regni peteret] Hoc enim supra c. 5. minatus erat se facturum. *Transeundum esse Alexandro Euphraten*, *Tigrimque & Araxem & Hydaspen*

ret; ſequenduſque eſſet per loca omni ſolitudine atque inopia vaſta. Igitur quar- 14
to die praeter [1] Arbela [2] penetrat ad Tigrim. Tota regio ultra amnem recenti
fumabat incendio: quippe Mazaeus, [3] quaecumque adierat, haud ſecus quam
hoſtis urebat. Ac primo caligine, quam fumus effuderat, obſcurante lucem, 15
inſidiarum metu ſubſtitit: deinde [4] ut ſpeculatores praemiſſi *tuta omnia* nuntia-
verunt, paucos equitum [5] ad tentandum vadum fluminis praemiſit: cujus al-
titudo primo ſumma equorum pectora; mox, ut in medium alveum ventum
eſt, cervices quoque aequabat. [6] Nec ſane alius ad Orientis plagam tam vio- 16
lentus invehitur; multorum torrentium non [7] aquas ſolum, ſed etiam ſaxa ſecum
trahens. itaque à celeritate, qua [8] defluit, [9] *Tigri* nomen eſt inditum: [10] quia
Perſica lingua [11] *Tigrim* ſagittam appellant. Igitur pedes, velut diviſus in cor- 17
nua, circumdato equitatu, levatis ſuper capita armis, haud aegre ad ipſum alveum
penetrat. Primus inter pedites rex egreſſus in [12] ripam, vadum militibus manu, 18
quando vox exaudiri non poterat, oſtendit. ſed gradum firmare vix poterant,
quum modo ſaxa lubrica veſtigium fallerent; modo rapidior unda ſubduceret.
Praecipuus erat labor eorum, qui humeris [13] onera portabant: quippe quum 19
ſemetipſos regere non poſſent, in [14] rapidos gurgites incommodo [15] onere au-
fere-

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *Ambelam* Voſſ. 2. *Arbelam* Lugd. Amſt. *Arbella.* 2 Fl. Leid. diſtinguunt *penetrat. ad Tigrim tota.* 3 Pal. 1. *quocunque.* 4 Voſſ. 2. omittit *ut.* 5 Pal. 1. *attentandum* Voſſ. 2. *ad contemplandum* Leid. Voſſ. 1. *ad temptandum.* 6 Voſſ. 1. *ne.* 7 D. *equas* correctum *aquas.* 8 Ald. *defuit.* 9 Vulgo *Tigris.* 10 Col. *qui.* 11 Leid. Voſſ. 1. *Tygrin.* 12 Voſſ. 2. *ripa.* 13 Leid. Voſſ. 1. *honera.* 14 B. 1. *rapido gurgitis.* 15 Sic & B. 2. ſed ſuperſcriptum *a* ut eſſet *onera.*

ſpen. In Mediam, Hyrcaniam, Bactra, & Indos, Oceani adcolas; Sogdianos, & Arachoſios ad Caucaſum & Tanaim penetrandum. RADERUS.

Quarto die] Mirum hoc de quarto die. Nam Strabo l. XI. iter ex Eratoſthene à Thapſaco ſeu Euphrate ad Tigrim, numerat ſtadia 1400. quae noſtratia efficiunt milliaria 40. cum triente, ſive paſſuum 255000. RADERUS. Sed notum eſt de celeritate Alexandri: cujus & alia quamplura exempla tradit Curtius. FREINSH.

Praeter Arbela] Vide ſupra ad IV, 9, 8. Sibi non conſtat Curtius, aut vox *Arbela* corrupta eſt. Modo enim n. 9. Arbela trans Tigrim poſuit; heic cis amnem ait Alexandrum illa praeteriiſſe. Sunt Cl. Viri Raderus & Freinſhemius, qui Curtium ita interpretantur, ut notaſſe videatur, Alexandrum non ea parte, qua proximum ad Arbela iter erat, tranſiiſſe fluvium, ſed alio latere, quod non ex directo reſponderet urbi. Verum neque ita difficultas tollitur, quia Arbela non erant Tigri propinquiora, quod tamen neceſſarium eſt interpretationi; ſed ultra Lycum etiam amnem remota. Vide infra c. 16, 8, 9. CELLAR.

Effuderat] Bongarſ. haud male conjecit *offuderat.* FREINSH. Leg. *offuderat.* HEINSIUS. Confer notata à viris Doctiſſ. ad Phaedrum l. II. f. 4, 11.

Perſica lingua] Non ſolum Perſae, ſed & Medi *Tigrim* ſagittam vocant. Plin. l. VI, 27. *Unde concitatus à celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi ſagittam.* POPMA. Mauſſacus in notis ad Plutarch. de Flumin. non Perſica, ſed Medica lingua ſagittam *Tigrim* appellari contendit, idque aliorum auctoritate aſſertum it. nec ego id negaverim. Sed auctores quoque promiſcue Medos pro Perſis & contra ponere ſolent propter utriuſque gentis vicinitatem. Vide Scalig. in Catalecta Virg. pag. 224. LOCCENIUS. *Sagittam Tigrim.* Eadem Strabo l. XI. p. 364. & Plin. l. VI. c. 27. ſed Iſidorus Orig. XIII, 21. *propter velocitatem inſtar beſtiae Tigridis, nimia pernicitate currentis*, fluvio id nominis impoſitum eſſe autumat. Rapiditatem fluminis à tot auctoribus praedicatam in dubium vocat, & vel tardioris eſſe curſus, quam Euphratem, tradit Petrus della Valle epiſt. 17. CELLAR.

Igitur pedes] Diodor. XVII, 55. paullo aliter: *Alexander ut vehementiae undarum obſiſteret, manus inter ſe arcte conſerere, totamque corporum molem veluti jugo connexam habere juſſit.* FREINSH.

Velut diviſus in cornua] Factae acies quaſi duae longae, quibus utrimque appoſitus equitatus, ut equis frangeretur nonnihil impetus fluminis, tranſituſque pediti redderetur facilior. Adde infra c. 12, 3. SCHEFFER.

Incommodo onere auferebantur] Verba conſequa non ipſos, ſed onera abrepta volunt: *& dum ſua quiſque ſpolia conſequi ſtudet, major inter ipſos, quam cum amne orta luctatio eſt; cumulique ſarcinarum paſſim fluitantes pleroſque perculerant.* An ergo mutandum: *incommoda onera?* minime: nam & ipſi ſane

ferebantur. & dum ſua quiſque ſpolia conſequi ſtudet; major inter ipſos, quam cum [1] amne [2] orta luctatio eſt: [3] cumulique ſarcinarum paſſim fluitantes pleroſ-
20 que [4] perculerant. Rex monere, *ut ſatis haberent*, *arma* [5] *retinere*; *cetera ſe redditurum*. Sed neque conſilium, neque imperium accipi poterat: [6] obſtrepe-
21 bat hinc metus; praeter hunc, invicem [7] natantium mutuus clamor. Tandem, qua [8] leniore tractu amnis aperit vadum, emerſere: nec quidquam praeter paucas
22 ſarcinas deſideratum eſt. Deleri potuit exercitus, ſi quis [9] auſus eſſet vincere: ſed perpetua fortuna regis avertit inde [10] hoſtem. Sic [11] Granicum tot millibus equitum peditumque in ulteriore ſtantibus ripa ſuperavit: ſic anguſtis in Ciliciae
23 [12] callibus tantam multitudinem [13] hoſtium. Audaciae quoque, qua maxime vi-

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *amni.* 2 Voſſ. 1. *horta* Voſſ. 2. *exorta eſt luct.* 3 Pal. 1. *cumuli.* 4 Voſſ. 2. *pertulerant.* 5 P. *retinere tantum.* 6 Voſſ. 2. *obſtrepebant.* 7 D. Pal. 1. Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *nutantium* Elz. *notantium* Mer. *mutantium.* 8 Voſſ. 2. *leviore.* 9 Bong. Col. quam Schragius vidit, Leid. *vinc. auſ. eſſet* Pal. 1. Voſſ. 2. omittunt *vincere* B. 2. Voſſ. 1. *vincire.* 10 Amſt. *hoſtes.* 11 Voſſ. 2. *Graneum.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Baſ. Col. Mer. D. Pal. 1. *collibus.* 13 Leid. *hoſtium fugavit.*

ne gurgitibus hauriebantur. Diodorus in hac re: τοῦδε ῥεύματος ἡ ὀξύτης πολλοὺς τῶν διαβαινόντων παρέσυρε, καὶ τὴν βάσιν τῶν σκελῶν παρῃρεῖτο. Τό τε ῥεῦμα τοῖς ὅπλοις ἐμπῖπτον πολλούς τε παρέφερε, καὶ τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις περιέβαλεν. Et noſter antè: *ſed gradum firmare vix poterant, cum modo ſaxa lubrica veſtigium fallerent, modo rapidior unda ſubduceret.* Quomodo ſequentia igitur prioribus aptabis, ut rectius haereant? Me volente ſcribas: *in rapidos gurgites una cum incommodo onere auferebantur.* Inſertum à nobis, *una cum*, abſorberi facile potuit à proximi verbi prioribus ſyllabis, *incom.* Neque pugnem tamen & hic, ſi vulgatum retinere ſe quis malit. ACIDALIUS. *Incommodo onere*, pro ex onere, ſive ob onus, quod erat incommodum, i. e. impediebat ipſos, quo minus libere ſe poſſent regere. SCHEFFER. *Incommodo onere*, forte *iniquo cum onere.* HEINSIUS.

Perculerant] *Percuſſerant* membranae, quae variatio & alibi, & in aliis eſt. MODIUS.

Obſtrepebat hinc metus, praeter hunc invicem natantium mutuus clamor] Ad vivum ajunt non omnia reſecanda: me tamen id non tenet, quin minus concinne putem jungi, *hinc* & *praeter hunc.* Nam non ita quidem, qui diligenter orationem & Curtii exemplo ſtruunt. Alterutro deleto ſcabrum illud facile tollas. Nam elegantius, *obſtrepebat metus, praeter hunc:* & adhuc elegantius, *obſtrepebat hinc metus, hinc invicem natantium mutuus clamor.* Nam utrumque ut retineatur, non ſic auſim interpolare: *Obſtrepebant pariter, hinc metus, hinc in. n. m. c.* ACIDALIUS. Tentat hanc lectionem Acidalius *hinc metus, hinc invicem &c.* Non tamen inſolens eſt ſcriptoribus deflectere nonnumquam ab uſitatis formulis, quod in Tacito praeſertim ſaepe eſt animadvertere. FREINSH.

Invicem natantium] Non intelligo quomodo haec duo verba conjunctim explicari poſſint. plane fuit; *invicem vocantium*, idque volunt quae ſtatim ſubjicit; *mutuus clamor.* FREINSH. Recte ait Freinshemius, ſe hoc non intelligere. quid enim eſt *natare invicem?* ergo ſubſtituit *vocantium*, maxime quum ſequatur de clamore. Verum aliud clamare, aliud vocare ſe invicem, & cur tandem ſe invicem vocaverint? In libris vetuſtis eſt *mutantium*, quod videtur eſſe rectum. intelliguntur enim illi, qui mutabant, ſarcinas ſcilicet, & pro ſuis capiebant alienas, dum flumen tranſeunt, & ad hunc illius, ad illum alterius deferuntur curſu fluminis. SCHEFFER. *Hinc invicem vocantium clamor.* Vulgo: *praeter hunc invicem natantium clamor.* male. nam minus cohaerent, *obſtrepebat hinc metus, praeter hunc* &c. ut recte obſervavit Acidalius. natantium autem non poterat clamor eſſe, quia vado tranſibatur, non natatu. Planum eſt *vocantium*, quod Freinshemii ingenio debetur, & à Tellierio receptum eſt tanquam Curtianum. CELLAR. Valde mihi blanditur lectio optimorum MSS. Florentini nempe, Leidenſis & Voſſiani 1., cum quibus faciunt D. Pal. 1. & Bong. qui hic exprimunt *nutantium*, quae vox literarum ductu propius accedit vulgatae lectioni, quam *vocantium.* Et facilis eſt error librariorum *u* in *a* mutantium, praeſertim in voce, cujus familiarior uſus illis impoſuit. nam quid magis rem ipſam exprimit, quam *nutantium*, i. e. vacillantium & incerto gradu & lubrico vado fluctuantium, *mutuus invicem clamor?* Sic apud Tacit. l. III. Hiſt. 19. *Nutantem aciem victor equitatus incurſat.* & *nutantes Galliae* apud eumdem l. I. Hiſt. c. 2. Cic. l. II. de Fin. 6. *Nunc autem Epicurum dico neſcire, & in eo nutare.* Statius Thebaid. l. VIII. vſ. 614. *Nutat utroque timor.* Val. Flacc. l. VII. Arg. vſ. 153.

- - - - *Nutantem Colchida curis*
Juno videt.

Nec quiſquam melius, quam Plinius Junior l. VI. epiſt.

viguit, [1] ratio minui poteſt; quia numquam in diſcrimen venit, [2] an temere feciſſet. Mazaeus, qui, ſi transeuntibus flumen ſuperveniſſet, haud dubie oppreſſurus

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *raro.* 2 D. Pal. 1. Fl. Leid. *an temere feciſſet Mazaeus. qui ſi* Col. Mer. Voſſ. 1. *an temere feciſſet Mazaeus, qui ſi* Baſ. *an temere feciſſet. Mazaeus qui ſi* Frob. *an temere fecit & Mazaeus, qui ſi* Voſſ. 2. *an temere res feciſſet Mazaeus, qui trans.* Alii *Mazaeus ſi tranſeuntibus &c.*

epiſt. 16. *Crebris vaſtiſque tremoribus tecta nutabant, & quaſi emota ſedibus ſuis, nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur.* Nec vox *invicem* moveat quemquam, quaſi non bene conjuncta cum verbo. Curtius ſic itidem dixit l. III, 8, 8. *In regione vaſta, & invicem à ſuis atque hoſte vexata.*

Ratio minui poteſt] Forte *ratio minime iniri poteſt.* HEINSIUS.

Venit an temere] Inſane bene haec emendavi, cum ante legeretur, *Audaciae quoque, qua maxime viguit, ratio minui poteſt: qui numquam in diſcrimen venit. An temere fecit & Mazaeus, qui ſi tranſeuntibus ſuperveniſſet, haud dubie oppreſſurus incompoſitos. in ripa demum & jam per armatos adequitare coepit.* Inquinatiſſime omnia, & ita ut clamare libeat, pelvim puer, qui vomam: nam quae ſunt hae illuvies? MODIUS. Offendo hic, etſi ſatis capio. Nempe hoc vult: minus audacem videri Alexandrum poſſe, temerarium culpandum, eo quod nullius eventus periculi teſtetur, ullum umquam temere ſuſcepiſſe. Quia feliciter omnia ceſſerant, nihil temerario geſſiſſe probatur. Id etſi clarum ita ſatis, locutione tamen iſta moveor. *Audaciae ratio minui poteſt*, ut ſubeſſe aliquid ſuſpicer. Quid enim illa ſonat? Rationis vox haud ſane opportuna. Quae quomodo minui dicitur? augeri potius: ut in audacia Alexandri plus fuiſſe rationis intelligatur. Sed non hoc ita expugnabimus, nec tentabimus quidem aliter, ut expugnemus. Maneat, ac perſtet, ſi quo modo conſtat ſibi. Mihi quid ea vox ipſa Rationis ſubjecerit, apponam ſaltem, ut alii cogitent diligentius. Venit in mentem leviter exiſtimare, an non rectius ſcripſiſſet Curtius. *Audacia quoque, qua maxime viguit, ratione niti poteſt.* Poteſt, inquit, audaciae iſti ratio ſubeſſe, quando numquam eo per eam deventum, ut temeritas poſſet judicari: perpetua quippe felicitas temeritatem excludit: à ratione proveniat neceſſe eſt. *nihil enim* (ut vere Darius ad milites ſuos hoc libro) *poteſt eſſe diuturnum, cui non ſubeſt ratio. Licet felicitas adſpirare videatur, tamen ad ultimum temeritati non ſufficit.* haec igitur iſta illibata felicitas regis argumentum certiſſimum eſt, non imprudentis audaciae, ſed conſideratae rationis. Atque hoc non vane fortaſſe Curtius: alii tamen & ipſe alias ad Fortunam omnia, aut pleraque ejus refert. Pauca loca non aliorum ſed hujus ipſius vide lib. III. *Jam primum nihil ſine divina ope adgredi videbatur, nam cum praeſto eſſet ubique fortuna, temeritas in gloriam ceſſerat.* lib. VIII. *Fortuna indulgendo ei numquam fatigata.* lib. X. *Fatendum eſt tamen, cum plurimum virtuti debuerit, plus debuiſſe fortunae, quam ſolus omnium mortalium in poteſtate habuit.* Sed in hac lite nihil utilius feceris, nihil rectius, quam ſi Plutarchum conſulas duobus libellis id ipſum proprie argumentum (περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης, ἢ ἀρετῆς) luculenter & egregie perſequentem. Ex quorum poſteriore non mihi tempero pauca verba deſcribere, quibus pulcherrime controverſiam ipſam ita decidit, ut neque adverſum fortunam pronuntiet, & litem magis det tamen ſecundum virtutem & rationem. καὶ γὰρ εἰ διὰ τύχην μέγας γέγονε, μείζων ἐστὶν, ὅτι τῇ τύχῃ καλῶς κέχρηται. καὶ ὅσῳ τις ἂν μᾶλλον αὐτοῦ τὴν τύχην ἐπαινεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον αὔξει τὴν ἀρετὴν, δι᾽ ἣν ἄξιος τῆς τύχης ἐγένετο. ACIDALIUS. Acidalius emendat *A. q. q. m. v. ratione niti poteſt*, Ego tentabam: *Audaciae quoque qua maxime viguit ratio iniri poteſt.* i. e. facile ratiocinari queas, quantae audaciae fuerit Alexander, cum numquam dubitavit ſe temere feciſſe, licet interdum temeritas interveniret. Ut autem non videretur Fortuna ſemper ei favens faciebat, quae omnia temerarium in gloriam vertebat, ut Curtius l. III. dicit & l. IX. *Unum erat temeritatis ſolatium perpetua felicitas.* Et Seneca de Benef. l. I. *cui pro virtute erat felix temeritas.* LOCCENIUS. Placet Modii ſcriptura prae Acidalii, multa hic conantis & permutantis, bene quidem, ſed procul à Curtii verbis. RADERUS. Raderus Exploſa Acidalii conjectura, qui ſic emendabat: *audacia quoque &c. ratione niti poteſt.* retinet *audaciae ratio minui poteſt*, & ſic explicat, ut rationem pro cauſſa, cauſſam pro culpa accipi velit: ut tandem fiat, non magnam fuiſſe Alexandri culpam, in tanto fortunae obſequio temerarios conatus. Sed non admitto, non utique magis, quam alium virum doctum, qui reſcribit: *audaciae ratio iniri poteſt.* hoc eſt, inquit, facile ratiocinari queas, quantae audaciae fuerit Alexander, cum numquam dubitavit ſe temere feciſſe, licet interdum temeritas interveniret. Sed valde fallor, aut longe diverſus eſt Curtio animus: quem olim hac correctiuncula evidentiorem feci: *audaciae &c. admiratio minui poteſt.* nec ſane novum in MSS. exemplaribus, nonnumquam antiquitatem detergere nonnullas literulas, praeſertim ſi temere marginibus haeſerint, quod & Floro II, 7, 8. vitium oblatum fuiſſe exiſtimavi. Senſus igitur eſt: Nullo magis quam audaciae nomine celebris fuit. Sed ita in poteſtate habuit fortunam, ut ejus rei admiratio valde hinc minui poſſit. Nemo enim merito audax

ſurus fuit incompoſitos: in [1] ripa demum, [2] & jam perarmatos, adequitare coepit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *ripam.* 2 Pal. 1. omittit *& jam.*

dax dicitur, qui nullo periculo, quidquid vult, conficit. Jam autem Alexandro ita ſucceſſerunt omnia, ut ex eventu rem aeſtimantibus, omnia ejus opera videantur facilia fuiſſe. Poſſet tamen eadem forte ſententia erui, nihil mutata lectione priſtina, ſi *rationem* capias pro calculo, ſumma, aeſtimatione, notione ſatis uſitata, ut ſcilicet de ea detrahatur nonnihil, nec tanta fuiſſe videatur hominis audacia, quanta utique apparuiſſet, ſi inimicam etiam fortunam ſaepius eſſet auſus laceſſere. Huc credo reſpexiſſe Hermolaum Barbarum, cum in Orat. ad Fredericum Imp. quae eſt edita in lib. XII. Epiſt. Politiani, ſic ſcriberet: *Alexandrum illum Macedonem ſunt qui minus egregium bello ducem fuiſſe praedicent, quod ei nullius pugnae non ſecunda fortuna fuerit.* FREINSH. *Numquam in diſcrimen venit, an temere feciſſet.* Non placet haec ſcriptura. Illud *an* habet notam rei incertae, deſideratque membrum oppoſitum, ut, ſi integre eſſet hic locus proferendus, ſcribi deberet: *an temere feciſſet, nec ne.* Porro id, quod temere non fit, ne quidem in diſcrimen venit. In libris aliis legitur, *an temere fecit & Mazaeus.* Itaque ſuſpicor locum totum ita ſcribendum, diſtinguendumque eſſe: *ratio minui poteſt, quia numquam in diſcrimen venit. At temere fecit & Mazaeus.* Certe codices plerique vocem *Mazaeus* cum praecedentibus connectunt, & eſt lectionis hujus ſenſus longe elegantior. Dicit; poſſe minui rationem audaciae ex eo, quia, utrum fuerit audacia, id ſit incertum ob id, quia fuit ſemper felix, neque umquam incidit in aliquod periculum, ſicut & tum accidit. Nam & Mazaeus cum tranſeuntibus poſſet ſupervenire, ac impeditis in flumine, maluit exſpectare, donec tranſiſſent, ſeque armaſſent, atque tum demum temeritate ſtulta iis occurrere. SCHEFFER. Supra l. III. c. 18. *Quum praeſto eſſet ubique fortuna, temeritas in gloriam ceſſerat*, quippe fortiter aliquid, an temere factum ſit, ex eventu plerumque judicatur, qui quod ſemper felix erat; virtuti tributa ſunt, quae temeritatis fuerant. CELLAR. *An temere feciſſet.* Tria haec verba plane ſunt inſipida, & naſo careat oportet, qui admonitus à me turpiculum emblema non ſubolfaciat. Omitte ea, & tunc dic, an non oratio ſit acuta magis, noſtroque multo convenientior. Scilicet lector aliquis non animadvertit, in iis verbis; *numquam in diſcrimen venit*, ſubaudiendum eſſe, quod praeceſſit, *audacia* (uti Cicero l. I. in Verr. c. I. ait; *Tum demum illa victa videbuntur, cum in contentionem certamenque venerint*) ſed credidit omiſſum quidpiam, quod feliciter, ſi diis placet, ſupplevit. Atqui audaciam regis tum nondum in diſcrimen, hoc eſt, in periculum veniſſe, ſed maxima ſemper felicitate adjutam eſſe, ſentit Curtius, & inde colligi poſſe credit, Alexandrum talia auſum eſſe, non tam ob invictum pectoris robur, quam felicitatis toties expertae fiducia: atque adeo minus eſſe admirandam ejus audaciam; numquam quippe in periculum adductam, hoſtibus ſemper refugientibus. Ceterum tandem in diſcrimen veniſſe audaciam regis, docet Curtius l. V, 3, 17. Cum enim Alexander Suſidas Pylas intraſſet cum militibus, & contemptu hoſtis per arctiſſimas fauces iter pergeret, tum hoſtis, ſaxis ingentis magnitudinis devolutis, & multis impune obtritis, coëgit Macedonem, ut ſigno receptui dato, milites retro evadere ex anguſtiis juberet. *Invictus ad eam diem fuerat*, inquit Curtius, *nihil fruſtra auſus: impune Ciliciae fauces intraverat: mari quoque novum iter in Pamphyliam aperuerat: tunc haeſitabat deprehenſa felicitas; nec aliud remedium trat, quam reverti qua venerat.* Hoc pro illuſtrando ſuperiori Curtii loco ſatis ſit: in quo qui alium inſuper naevum cum Acidalio & Freinshemio ſibi viſi ſunt deprehendere, ab iis plane diſſentio, exiſtimans ſuum huic loco vigorem, ſuam conſtare ſanitatem. Unum adjungo quod Curtius ex παραλλήλυ ſcribit l. VIII, 10, 18. *Quis neget, eximiam quoque gloriam ſaepius fortunae, quam virtutis eſſe beneficium.* HEUMANN. Parerg. Crit. p. 122. Dubito an temere abjiciendum ſit illud *an temere feciſſet.* & contrarium probare mihi videtur locus ex l. V, 3, 17. advocatus. Illud forte impoſuit viro doctiſſimo, quod Curtii ſententiam ad omnem Alexandri vitam & res etiam poſtea geſtas extenderit: Auctor ad hoc uſque tempus, de quo agebat, tantum reſpexerit. nam ſi poſtea *Invictus ad eam diem fuerat, nihil fruſtra auſus*, certe tum antea *nondum in diſcrimen venerat, an temere feciſſet.*

Mazaeus, ſi tranſeuntibus flumen ſuperveniſſet, haud dubie oppreſſurus fuit incompoſitos in ripa: demum etiam per armatos adequitare coepit] Diſſiliit vox in duas, quas in unam coge iterum & compelle, *perarmatos.* Ita ſuperius: *Hoc modo inſtructo exercitu ac perarmato Babylone copias movit.* Itemque eadem forma: *Nondum percurato vulnere.* ACIDALIUS. *Perarmatos.* Alii dividunt, *per armatos.* Sed jungenda in unam eſſe vocem, recte vidit Acidalius. Ego praeterea diſtinctione, & alterius voculae diviſione, alterius additione, perſanabo locum. ſcribe: *Mazaeus, qui* (voculam hanc agnoſcunt merito plerique libri.) *ſi tranſeuntibus flumen ſuperveniſſet* (vide Polyaen. Strategem. I, I, 3. ſ. Caeſarem de bello Gall. II, 10. Livium XXI, 5, 9.) *haud dubie oppreſſurus fuit incompoſitos; in ripa demum, & jam perarmatos, adequitare cepit.* Quod quia

pit. [1] Mille admodum equites praemiſerat. quorum paucitate Alexander explorata, deinde contempta, praefectum [2] Paeonum equitum Ariſtona [3] *laxatis habenis invehi* juſſit. 24
Inſignis eo die pugna equitum, & praecipue Ariſtonis fuit: 25
praefectum equitatus Perſarum [4] Satropatem, directa in gutture haſta transfixit; fugientemque per medios [5] hoſtes conſequutus, ex equo praecipitavit, & obluctanti caput gladio dempſit: quod relatum [6] magna cum laude ante [7] regis pedes poſuit.

Variantes Lectiones.

1 B. 1. *Il.* B. 2. Fl. ∞ Voſſ. 1. *o c.* 2 Pal. 1. Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Mer. *Poenorum* Baſ. *Poenarum.* 3 Voſſ. 2. *laſſatis.* 4 Alii *Satropacem* Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *Satropaten.* 5 Voſſ. 1. *oſtes.* 6 Voſſ. 2. omittit *magna.* 7 Voſſ. 1. *reges.*

quia ſat certa ratione nititur, in textum recipiendum exiſtimavimus. FREINSH.

Paeonum] Vitioſo exemplari deceptus Patricius de regno l. IX. c. 18. *Poenorum* legit, ubi etiam neſcio quo ex Plin. l. III, 1. ait Poenorum reges caput caeſi à ſe hoſtis offerentem aureo poculo donaſſe. Tanta eſt citandi ſecuritas, his fere potiſſimum, qui ſibi fidem in omnibus haberi poſtulant. Ex Plutarchi c. 70. narratiunculam iſtam haurire potuit Patricius: ille enim ſic, *Paeonum praefectus* (non ſane Poeoniae, multum enim intereſt) *Ariſto, cum hoſtem obtruncaſſet, oſtendiſſetque Alexandro caput; hoc donum rex, inquit, apud nos poculo aureo penſatur. Arridens Alexander, nempe vacuo, inquit. Ego vero tibi plenum propinabo.* FREINSHEM.

In gutture] Similis eventus certaminis ſingularis, quo Satibarzanes occidit infra VII, 4, 36. forte etiam ſimilis conditio hic fuit, ut nudo capite pugnaverint. FREINSH. Tan. Faber putat *directa in guttur haſta* ſcribendum, ut apparet ex epiſtolis ejus criticis, ſed mutatione iſta nihil opus eſt. Solent ſcriptores optimi poſt praepoſitionem *in*, ubi vulgo poni quartus ſolet caſus, ſextum uſurpare, quod jam alii ſaepe obſervarunt. Adde quoque, quae notata ſunt nobis ad Phaedrum, & fragmentum Petronii Tragurianum, ipſumque noſtrum infra l. VII. c. 4, 36. SCHEFFER. *In guttur* quarto caſu mavult T. Faber epiſt. 51. & noſter ſane l. VII. c. 4, 37. *haſtam in os dirigit.* CELLAR. At contrarium vindicant auctori noſtri Viri Doctiſſimi ad Phaedrum l. v. fab. 1, 15.

Caput X.

Milites, ob lunae defectum turbatos, per Aegyptios vates confirmat Alexander: Perſas vaſtatores conjicit in fugam. Darii uxor captiva, moerore confecta, ſupremum diem claudit. unde Alexandri lacrimae. Darii ſuſpiciones, luctus, & vota.

Biduo ibi [1] rex ſtativa habuit: [2] in proximum deinde [3] iter pronuntiari juſſit. 1
Sed prima fere vigilia luna deficiens, primum nitorem ſideris ſui condidit; deinde 2

Variantes Lectiones.

1 P. *rex ſtatua* Lugd. Amſt. *ſtativa rex.* 2 Baſ. omittit *in.* 3 Fl. Voſſ. 1. 2. omittunt *iter* Pal. 1. Leid. *pron. juſſit iter.*

Pronuntiare] Alii *iter pronunciari.* MODIUS. Omiſſa hic vocula, quam alii libri bene retinent: *in proximum deinde iter pronuntiare juſſit.* haec neceſſaria, non illa ut *diem* etiam addatur. Ea venuſte ſupprimitur, lib. VI. *Pronuntiare deinde iter in poſterum jubet*, lib. VIII. *Jamque iter parare in poſterum juſſus.* in Tacito id quoque crebrum, & magno Lipſio ſedulo notatum. ACIDALIUS. Codex Auguſtanus antiquiſſimus verius, *in proximum deinde iter pronuntiari juſſit*, quam ſcripturam etiam Acidalius laudavit. in proximum intellige *diem*, τὸ *iter* tamen M. S. omiſit, ſed ſervandum eſt. RADERUS. *Iter.* Vocem hanc merito & MSS. & Editis nonnullis inſeri, praeter Acidalii Raderique conſenſum, docebit etiam Curtianae phraſeos obſervatio, quam exhibet Index, in *pronuntiare.* FREINSH.

Luna deficiens] Illuſtrant has lunæ tenebras nobiliſſimi Scriptores: Cicero de Divinat. 1, 53. Plinius II, 70. Manil. Aſtronom. 1, 220. Lucret. v, 746. Arrian. III, 2, 4. Plutarch. cap. 56. Ptolem,

de sanguinis colore suffuso lumen omne foedavit:[1] sollicitisque sub ipsum tanti dis-
3 criminis [2] casum ingens religio, & ex ea formido quaedam [3] incussa est. [4] *Diis invitis in ultimas terras* [5] *trahi se* querebantur. *jam nec flumina posse* [6] *adiri; nec sidera pristinum* [7] *praestare fulgorem: vastas terras, deserta omnia occurrere:* [8] *in unius hominis* [9] *jactationem tot millium sanguinem impendi. fastidio esse patriam;* [10] *abdica-*
4 *ri Philippum patrem; coelum vanis cogitationibus* [11] *peti.* Jam [12] pro seditione [13] res erat: quum ad omnia interritus, *duces principesque militum frequentes adesse* [14] *praetorio; Aegyptiosque vates,* quos coeli ac siderum peritissimos [15] esse credebat, *quid sen-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *solicitique.* 2 Pal. 1. *causam.* 3 Sic D. sed cum rasura Fl. Leid. Voss. 1. *inconcussa.* 4 B. Leid. Voss. 1. *dis.* 5 Mer *duci* Fl. Leid. *trahi sequebatur.* 6 Bong. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 2. *adire.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *servare.* 8 Voss. 2. *in hominis unius* Lugd. Amst. Mer. omittunt *in.* 9 Lugd. Amst. *jactatione.* 10 Voss. 2. *abdicare.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Bas. Elz. Col. Frob. Mer. *petere.* 12 Frob. Amst. Lugd. *prope seditionem.* 13 Bas. Mer. Col. *rex erat.* 14 Fl. Leid. Voss. 2. D. Pal. 1. Bas. Col. Mer. *praetorio jubet.* 15 Voss. 1. & alii omittunt *esse.*

lem. Geographus 1, 4. Διαγραφὴ τῶν Ὀλυμπιάδων. Quos fere explicat Scaliger de Emend. Temp. lib. v. & Canon. Isagog. lib. III. pag. 293. ubi scribit contigisse hanc defectionem die 20. Septembris. cum quo consentit etiam Buntingus, qui eclipsin illam accurate delineavit. Videndus & Christmannus ad Alfraganum. Ex Radero FREINSHEM. Hujus eclipsios præter auctores, qui Alexandri res tradiderunt, meminere Cicero de Divinat. l. 1. c. 53. Plin. l. II. c. 70. Ptolemaeus Geogr. l. 1. c. 4. CELLAR.

Suffuso] Malim *suffusa.* Virg. Aen. l. 1. vs. 229.

Lacrimis oculos suffusa nitentes.

FREINSH. Forte *suffusa.* vide ad. l. III, 5, 3. HEINSIUS.

Discriminis casum] Sic *fortunae casum* habet Justin. l. XXVII. c. 1. & *casum ancipitis eventus* Liv. l. IV. c. 27.

Trahi se] Grassata erat, & hic quoque more suo sciolorum temeritas: atque cum ruere hoc modo orationem putaret, *querebantur* illud, quod jam per omnes libros pervasit, huc intruserat, legendo *trahi se querebantur*, nihili homines. MODIUS.

Adiri] Vane nimium exaggerant, si ita dixerunt, *adiri*: Neque enim verum, quid enim adire prohibuerit? Sed non id verbi Curtius iis tribuit: à librario affictum querelae augendae. *Vadari*, credo, auctor scripsit, aut *transiri.* sed illud potius, quod ad literas propius. Ad recentem quidem in transeundo Tigri casum respicitur, saltem in quo firmare gradum non potuerant propter & fluminis rapacitatem, & saxorum lubricitatem. ACIDALIUS. *Adiri* tamen mihi suspectum est, & fuit Acidalio, qui *vadari* putavit reponendum, aut *transiri.* RADERUS.

Servare] A libris scriptis est hoc. in editis erat *praestare.* MODIUS.

Unius hominis jactatione] Et hoc à libris scriptis est. vulgo *in unius hominis jactationem*, in quo, ut non disputem, illud tamen ferendum minime videtur, quod mox iidem *petere* pro *peti* scribunt. MODIUS. Modius ita maluit è libris, ut ait, scriptis. mihi vulgati probiores, *in unius h. jactationem*, etsi aeque & illud facias bonum, si *jactationi* substitueris pro *jactatione.* ACIDALIUS. Vetera exemplaria non improbe *in jactationem.* RADERUS. *In &c. jactationem*, recte hanc scripturam praeferunt Modianae; *unius hominis jactatione.* Acidalius & Raderus. At enim,

Humanum paucis vivit genus.

ut adseverat apud Lucan. v, 343. Julius Caesar. De qua re nos uberrime locuti sumus ad illud Taciti H. v, 25, 6. FREINSH.

Petere] Malim *peti*, ut prioribus respondeat, expressum ex Horatio *Coelum ipsum petimus stultitia.* LOCCEN. Melius alii *peti*, forte fuit *peti & jam*, ut ex isto & praecedenti verbo adcreverit syllaba. FREINSH.

Prope seditionem] Scripti, *pro seditione.* MODIUS. *Pro seditione.* Faber. l. 1. epist. 51. suadet *prope seditionem rès erat*, hoc est, parum absuit, quin seditio inter milites oriretur. Noster l. x, 6, 12. *jamque prope seditionem pervenerant.* Tacit. Hist. l. III. c. 21. *prope seditionem ventum.* Quod Ann. l. VI. c. 13. dixerat, *juxta seditionem ventum.* CELLAR. *Pro seditione* eleganter dictum Curtio vindicabitur in Indice.

Peritissimos] Aegyptii enim sibi sideralis scientiae inventionem arrogarunt. Astronomiae certe Theutem Plato in Phaedro nominat auctorem; Aristoteles Aegyptiis tribuit Mathematicas disciplinas, hoc est, Astrologiam, nam & Plato adstipulatur. Pythagoras, Plato, Democritus aliique complures Aegyptum petivere Astrologiae & Geographiae caussa. Plato x. de Legibus Aegyptum opportunam adfirmat astris considerandis. Idem Picus Mirandula propter plana camporum docet. Diod. 1, 69. etiam Aegyptiis hanc Astrologiae laudem tribuit. Alii Chaldaeis primam siderum cognitionem adsignant

ſentirent, *expromere* jubet. At illi, qui ſatis ſcirent, temporum orbes implere de- 5
ſtinatas vices: lunamque deficere, quum aut [1] terram ſubiret, aut [2] ſole premeretur: rationem quidem ipſis [3] perceptam non edocent vulgus; ceterum adfir- 6
mant, *ſolem Graecorum*, *lunam eſſe Perſarum*: [4] *quoties illa deficiat*, *ruinam ſtragemque illis gentibus* [5] *portendi*. [6] veteraque exempla [7] percenſent *Perſidis regum*, *quos*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 1. *terra*. 2 Voſſ. 1. *ſolem* B. 2. Baſ. *ſola*. 3 Leid. *praeceptam*. 4 Fl. Leid. Voſſ. 1. Ald. Baſ. Frob. Col. Mer. *quotieſque* Voſſ. 2. *quotieſcunque* Pal. 1. *quotienſque* Amſt. *quotiens*. 5 Baſ. *portus portendi*. 6 Voſſ. 1. *utraque*. 7 Alii *recenſent*.

ſignant. Joſeph. contra Apion. l. 1. ab Abrahamo ſiderum diſciplinam Aegyptiis traditam narrat: ab his ad Chaldaeos, inde ad Graecos profectam. Pherecydes, Pythagoras, Thales Aegyptiorum & Chaldaeorum fuere diſcipuli. Poëtae Atlantem conditorem fingunt Aſtrologiae, eoque pingunt humeris ſuſtinere coelum. De eodem Plin. l. VII, 56, 12. qui tamen l. VI, 26. Belum Jovem ſideralis ſcientiae inventorem fuiſſe refert. Servius ad Virg. Ecl. VI. vſ. 42. Prometheum laudat repertorem. Joſeph. 1, 3. Setho primam omnium ſiderum cognitionem adſcribit. Certum eſt ex coeleſtium literarum Doctoribus & Joſepho, cognitionem ſiderum ab ipſo primum Adamo traditam literis, à Setho & poſteris ad Noë, ab hoc etiam ad Abrahamum perveniſſe; à quo ad Aegyptios, ab his ad Chaldaeos, Phoenicas & Graecos. Videatur Clavius ad 1. J. de Sacroboſco. Habes ergo cauſſam, quid ſit quamobrem Alexander Aegyptios potiſſimum ſacerdotes & Vates ad interpretandas ſiderum naturas adhibuerit, quod illis in ea, utpote inventoribus & magiſtris Aſtrologiae, maxime fides adjungeretur. RADERUS. Id autem Alexandrum credo feciſſe, non quod ipſe verae ejus cauſſae ignarus eſſet, ut poſtulat Vir doctiſſimus III, 9. de Legation. qui enim poſſet, Ariſtotelis diſcipulus, ejuſque diſciplinis plures per annos imbutus? Sed ut militi eo magis eximeretur metus, quanto à pluribus, & peritioribus, ut ipſe quidem opinari poterat, res ea non ominoſa judicaretur. FREINSH.

Qui ſatis ſcirent] Qui germanas & certas defectionum Solis & Lunae cauſſas ex Mathematicorum diſciplina diſcere & pernoſſe deſiderat. Joh. Sacroboſc. evolvat. Lucret. l. V. Lucan. l. I. Ciceronem de Nat. Deor. RADERUS. Adde ex Veteribus Juſtin. l. XXII, 6. Senec. de Benef. 5. Plutarch. de Superſt. c. 13. Auguſtin. ep. 19. Dion. c. 60. Marcellinum l. XX, 3. Berneg. Orat. 7. Acad. Non praetereundum, quod Arrian. III, 2. traditum Loccenius ex hac cauſſa fuiſſe recte notat: Alexandrum Lunae, Soli & Terrae feciſſe, ut nimirum omnes placaret, qui iſtius deliquii auctores fuiſſe viderentur. FREINSH.

Lunam deficere] In oppoſitione. Hinc Alexander Lunæ, Soli, & Terræ fecit, ut omnes placaret. Arrianus. ἔθυε τῇ τε Σελήνῃ, καὶ τῷ Ηλίῳ, καὶ τῇ γῇ. LOCCENIUS.

Terram ſubiret] Terram ſubire luna Curtio dicitur, cum in umbram terrae incidens ſolis luce privatur; cum alioqui numquam infra terram proprie dicatur exſiſtere, quae ipſa potius infra lunam eſt. TELLIERIUS.

Sole] Aut falſo, aut improprie dictum. Improprie, ſi deficere lunam voluit Curtius, quoties ſoli ſubjecta, qua parte nobis adverſa eſt, luce caret: id enim lunae *ſilentium*, non *defectio* dicitur. Falſo, ſi lunae eclipſin eam vocat, cum ſolis lumen interpoſitu ſuo nobis eripit. Neque enim haec lunae, ſed ſolis eclipſis eſt. TELLIERIUS. Hanc Aſtronomiae ignoratam rationem, quam demonſtrare occupaverat Tellierius inclementius exagitat Clericus Judicii de Curtio c. 2. §. 2.

Solem Graecorum] Xerxes quoque, cum è Sardibus caſtra moveret, & ſol defeciſſet, defectu ejus territus magos conſuluit, quid oſtentum illud portenderet: Οἱ δὲ, ut Herodotus l. VII. narrat, ἔφασαν ὡς Ἕλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων λέγοντες Ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, Σελήνην δὲ σφέων. POPMA. *Solem Graecorum*. Ex Herodoto VII, 37. apud quem hebeſcente ſole Xerxi Vates reſponderunt, defectionem Graecarum urbium ſignificari, quod Sol eſſet praeſes Graecorum, luna Perſarum. Quod autem ſolis deficientis labores Graecis exitium portenderint, Lunae Perſis & barbaris, non ſemper uſuvenit. perinde enim ſub defectionibus lunae Graecos fuiſſe adflictos ac barbaros intelligo. ut hoc vatum Ægyptiorum commentum videri poſſit ab Alexandro fortaſſe dictatum, ut antea Hammonis ſacerdotes monuerat, quid ſibi vellet ſciſcitanti reſponderi. RADERUS. Ut ſunt vana & temporaria ominantium ludibria, dum ſemper in rem ſuam *fatis contraria fata rependunt*. nam ſic Curtius hoc loco, & alii plures *ſolem Graecorum*, & ſic Macedonum, *lunam Perſarum*, hoſtium illorum interpretantur. at contra apud Juſtin. l. XXXIII, 1. *pridie quam Æmilius Paulus eum Perſeo Macedonum rege proelium confereret Luna nocte defecit*; *triſte id oſtentum Perſeo cunctis praeſagientibus*, *finemque Macedonici regni portendi vaticinantibus*.

Lunam eſſe Perſarum] Neſcio an probe ex hoc loco conjiciat Vir doctus de coron. IX, 16. Perſicum diadema lunatum fuiſſe. Quod enim hic dicitur,

7 *quos* [1] *adverſis diis pugnaſſe, lunae oſtendiſſet defectio.* Nulla res [2] efficacius multitudinem regit, quam ſuperſtitio : [3] alioqui [4] impotens, ſaeva, mutabilis; ubi [5] vana religione capta eſt, melius vatibus quam ducibus ſuis [6] paret. Igitur [7] edita in vulgus Aegyptiorum reſponſa rurſus ad ſpem & fiduciam erexere torpen-
8 tes. Rex impetu animorum utendum ratus, ſecunda vigilia caſtra movit: dextra
9 [8] Tigrim habebat; [9] à laeva montes, quos [10] *Gordaeos* vocant. Hoc [11] ingreſſo iter ſpeculatores, qui praemiſſi erant, ſub lucis ortum, *Darium* [12] *adventare* nuntia-
10 verunt. Inſtructo igitur milite, & compoſito agmine, antecedebat. Sed Perſarum [13] exploratores erant mille ferme, qui ſpeciem [14] agminis magni fecerant, quip-

VARIANTES LECTIONES.

1 Lugd. Amſt. *averſis* Voſſ. 1. *adverſus deos* Leid. Voſſ. 2. *adv. dis.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Amſt. Lugd. *multitud. effic.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Baſ. Lugd. Amſt. Col. Frob. *alioquin.* 4 B. 1. *potens.* 5 D. *una* correctum *vana.* 6 Pal. 1. *parent.* 7 Voſſ. 1. *aedita.* 8 Leid. Voſſ. 1. *Tygrin.* 9 Amſt. Lugd. omittunt *a.* 10 D. *Scordeos* Bong. Pal. 1. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Baſ. Col. Mer. *Cordeos* Ald. *Gordei* Amſt. Lugd. *Cordacos* alii *Gordyaeos.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. D. *ingreſſus.* 12 Pal. 1. *advenere.* 13 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Bong. *moratores.* 14 Leid. Voſſ. 1. 2. *magni agminis.*

citur, *lunam eſſe Perſarum*, non ſic accipiendum eſt, ut intelligatur ſymbolum, aut inſigne, aut omen. FREINSH.

Nulla res efficacius] Superſtitio eſt religio vana atque falſa, cui plus vulgus tribuit, quam rationibus & argumentis. CELLAR.

Impetu animorum utendum] Hoc ipſo libro c. 1. n. 29. *ille utendum animis, dum ſpe calerent, ratus.* CELLAR.

Dextra Tigrim] Cum trajiceret Tigrim Alexander, & progreſſus eſt ulterius, Tigrimque à tergo reliquerit, quomodo potuit à dextra habere Tigrim? idem tamen narrat Arrianus. flexit ergo iter ſecundum Tigrim, quaſi alveum ſecutus. RADER.

Quos Gordaeos vocant] Codex vetuſtus Cordeos. Junii Gordaeos, & Gordeos, dictos Stephano Gordiaeos. legunt alii Gordyaeos, nullo, ad rem quod attinet, diſcrimine. Quos enim Strabo paſſim Gordyaeos vocat, hi Ptolemaeo Gordaei ſunt. Sed uterque Armeniae montes intelligit, de quibus infra l. v, 2. At hos non à laeva, ſed à tergo potius habet, qui ſecundo Tigri progreditur. Gordyaeam quoque regionem Perſidis agnoſcit Stephanus, ſed ad Tigris oſtia procul hinc diſſitam. Gordaeos vero montes circa Arbela qui reponat video neminem, niſi Curtium, cujus dubia eſt in Geographicis auctoritas. Sogdianos Arrianus vocat, qui Curtio Gordiaei. non minus aperto errore. procul hinc Sogdiana, de qua Curt. l. VII. TELLIERIUS.

Exploratores] Membranae *moratores*, quod niſi à moro aliquo eſt, plane quid ſibi velit neſcio, niſi forte *moratores* ſunt, qui velitando hoſtem morantur, ejuſque primos impetus frangunt, ſed de hac re nihil memini legere alibi. nugae igitur. MODIUS. *Exploratores.* MSS. Modii, & unus Gruteri, *moratores.* quod veriſſimum putat amicorum noſtrorum unus: explicatque, qui legitimum exercitum praecederent, & primum impetum hoſtis tardarent atque hebetarent. Idque confirmatum it locis Caeſaris de bello Gall. II, 19. & IV, II. item de bello Civ. II, 26. & neſcio quo Hirtii: *equites praemittit, ſic paratos, ut confligerent, atque omne agmen morarentur.* quibus locis legimus praemiſſos equites, qui hoſtilem impetum morarentur. At hoc loco ſic accipi non poſſe manifeſtum eſt ex eo, quod tum temporis nondum adveniebat Darius, nec illi mille de ejus exercitu erant, ſed ex Mazaeanis; qui ad urendam regionem dimiſſi erant. Praeterea hoc cuivis poteſt eſſe perſpectiſſimum, Darium, qui & copiis abundaret, & quam cum ſtrenuo res eſſet, non ignoraret, utique mille admodum equites non fuiſſe praemiſſurum, ad ejus hoſtis impetum inhibendum. ſed & manifeſtum eſt ex antecedentibus & ſequentibus, hos homines ne animo quidem pugnandi ibi fuiſſe. Itaque credam ex iſtorum MSS. auctoritate legendum eſſe *moratores*, ſed longe alio ſenſu, eo nimirum quo vocem eam ponit Livius XXI, 47, 3. *Prius Placentiam pervenere, quam ſatis ſciret Annibal ab Ticino profectos : tamen aliquot moratorum in citeriore ripa ſegniter ratem ſolventes cepit.* & XXI, 48, 5. *quum jam tranſgreſſos Trebiam Romanos, metanteſque caſtra conſpexiſſent, paucos moratorum occiderunt circa flumen interceptos.* Quibus certe locis, ſi recte examinas, moratores ſunt qui moram nectunt, non qui ad morandum hoſtem relicti ſunt, ut forte nonnemo velit intelligi. Poſſit tamen videri *moratorum* in Livio eſſe à Nominativo *moratus.* Thuanus tamen etiam uſurpat *moratores* noſtro ſenſu. Sic & hoc Curtii loco, quod ex ipſa re claret. Mazaeus trans Tigrim erat ſupra IV, 9, 14. relictus, ut totam eam regionem vaſtaret, per quam iter futurum erat Alexandro. Ergo à ripa Tigridis ad uſque interiora, omnia vaſtabant, & ut quaeque corruperant, recedebant. Alexander contra ſummopere contendebat, ut quanta maxima celeritate poſſet, ſuperveniret hoſtibus, priuſquam omnia cor-

quippe ubi [1] explorari vera non possunt, falsa per metum [2] augurantur. His co- 11
gni-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. & alii *explorare.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. *augentur.*

corrumperent. ita accidit, ut reliquis cedentibus, mille isti tardi deprehenderentur ab Alexandro. FREINSH. Quidam libri MSS. *moratores*, hoc est, qui ceteris tardius recedunt. quo sensu videtur Livius usus l. XXI. c. 47. nisi Livius à moratus casum hunc formavit, sive (ut Gronovius observ. l. II. c. 8. non spernendam illam codicum scripturam interpretatur, qui legitimum exercitum praecedebant, praesidebantque in locis, ad insidias aptis, ut primum impetum hostis tardarent, atque hebetarent). Atque ita verbo morari usus est Caesar Civ. l. II. c. 26. & Hirtius de B. Gall. VIII. c. 28. CELLARIUS. Lege, *Persarum metatores.* lib. VII, 5, 10. *ex iis, qui praecesserant ad capiendum locum castris.* HEINSIUS.

Falsa per metum augurantur] Coloniens. & Sigebergens. scripti, *falsa per metum augentur*, non male etiam, si tantum *falso* pro *falsa* legas. sed nihil demuto tamen. Quid ni etiam liceat uti Curtio verbo *augurantur*, quum alii omnes pro lubidine ejusdem naturae aliis ita delectentur, ut prope interdum etiam abutantur. MODIUS. *Per metum augurantur.* Modius ex MS. docet scriptum, *falsa per metum augentur.* Codex Augustanus S. Udalrici: *Quippe ubi vera explorare non possunt, falsa per metum augurantur.* Certe *augurantur* παθητικῶς ego non memini legere. quamvis enim *auguro* apud Ciceronem & alios reperiatur, non perinde tamen patiendi figura *auguror* dici deprehendatur. RADERUS. Activum, *auguro*, est apud Virg. VII, 273. ubi Servius: *auguro dicimus secundum Plinium, cum praesagio mentis futura colligimus: auguror vero tunc, cum futurum veris captamus auguriis.* Sed vides ex locis, quae monstrat Index, hoc discrimen à Curtio non attendi. Mihi prope compertum est, fuisse; *falsa per metum figurantur.* Sic infra VII, 1, 36. *Utinam non inanes quoque species anxio animo figuraret.* Sic apud Caesarem de bell. Gall. I, 22. legimus; *Considium timore perterritum, quod non vidisset, pro viso sibi renuntiasse.* Ea enim natura metus: unde Tacit. II, 24, 6. *miracula narrabant, vim turbinum, & inauditas volucres &c. vera, sive ex metu credita.* Adde VII, 7, 24. FREINSH. *Augurantur.* Passive positum videtur hoc. sed quia tali sensu alibi non invenitur, ideo Freinshemius sibi prope ait compertum fuisse quondam *falsa per metum figurantur.* non male. quia tamen paullo longius hoc recedit à scriptura veteri, praeterea τὸ *augurantur* est in libris omnibus, ideo sic mallem totum locum emendare. *Sed Persarum exploratores erant mille ferme. Qui speciem agminis magni fecerant, quippe ubi explorare vera non possunt, falsa per metum augurantur*, illi nempe speculatores. *explorare* etiam occurrit in libris vetustis. SCHEFFER. Quamvis *auguro* active inveniamus, vix tamen *augurari* invenias passive usurpatum, quae caussa est, ut Modius ex MS. quodam *augentur* commendet; Freinshemius *figurantur* ex conjectura, quemadmodum l. VII. c. 1, 36. *non inanes species anxio animo figuraret.* CELLAR. *Augurantur.* Freinshemius substituit *figurantur.* Utrumque perperam. Nam utique germana est, quam ex MS. quodam codice commendant Modius & P. Danielis lectio, *augentur.* Hoc *augentur* etiam liquido exstabat in codice MS. Theocreniano. *Falsa augentur*, hoc est, iis multa adduntur, ex natura famae, quam describit Poëta Aeneid. IV. vs. 174. Quo autem illa Curtii lectio satis stabiliatur, alia expromam loca duplicis generis. In alteris enim occurret ipsa vox *augendi* eodem sensu: in alteris apparebunt phrases idem aliis verbis significantes. En loca, in quibus ipsum augendi verbum sic usurpatur. Curtius l. IV, 7, 30. *Jovis filium se non solum appellari passus est, sed etiam jussit; rerum gestarum famam dum augere vult tali appellatione, corrumpit.* Plin. l. IV. ep. 20. *Nec defuerunt, qui fictis mentitisque terroribus vera pericula augerent.* Caesar de b. Civ. l. III. c. 80. *sed eo fama jam praecucurrerat de proelio Dyrrachino, quod multis auxerat* (nempe *fama*) *partibus.* Cicero post red. ad Quirit. 2. *neminem umquam tanta eloquentia fuisse, qui magnitudinem beneficiorum non modo augere, sed enumerare aut consequi possit.* Idem l. II. de Offic. c. 20. *Neque vero verbis auget suum munus, si quo forte fungitur; sed etiam extenuat.* Livius l. IX, 38. *Ob hoc etiam aucta fama.* Duo adjungam loca, quae eumdem cum Curtianis superioribus verbis sensum habent, iisdemque propemodium verbis consignata sunt. Alter Livii est l. III, 3. *Agrestes omnia vano augentes timore.* Alter Virgil. Aeneid. VIII. vs. 556.

Vota metu duplicant & major Martis imago
Apparet.

Concludam alio loco Taciti, qui simul hinc lucem accipiet. Nempe in Agricola 25, 2. inquit. *Saepe iisdem castris pedes equesque, & nauticus miles mixti copiis, & laetitia, sua quisque facta, suos casus attollebant: ac modo silvarum & montium profunda, modo tempestatum ac fluctuum adversa, hinc terra & hostis, hinc auctus Oceanus militari jactantia comparabantur. Auctus* (sic enim omnes codices MSS. editique veteres legunt Bosio teste) id est, à militibus nauticis pericula laboresque maris, & res in eo gestae majores praedicabantur rebus terra gestis. Ita militari jactantia de Oceano magnificentiora praedicabantur, quam pro vero, & omnia in majus celebrabantur. Erravit proinde laudatus J. A. Bosius, qui aliam adfert explicationem in

Hh 2 prae-

gnitis, rex cum paucis suorum adsequutus agmen refugientium ad suos; alios cecîdit, [1] alios cepit: equitesque praemisit [2] simul speculatum; simul ut ignem,
12 quo barbari cremaverant vicos, exstinguerent. quippe fugientes raptim tectis acervisque frumenti injecerant flammas: quae quum in summo haesissent, [3] ad infe-
13 riora nondum penetraverant. Exstincto igitur igne, plurimum frumenti repertum est: copia aliarum quoque rerum [4] abundare coeperunt. Ea res [5] ipsa militi ad persequendum hostem animum incendit. quippe urente & populante eo terram,
14 festinandum erat, ne [6] incendio cuncta [7] praeriperet. In rationem ergo necessitas [8] versa; quippe Mazaeus, qui antea per otium vicos incenderat; jam fugere con-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 1. 2. *cepit alios.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. omittunt *simul.* 3 Voss. 2. *nondum ad infer.* 4 Leid. Voss. 1. *habundare.* 5 Fl. *ipsi.* 6 Voss. 2. *incendium.* 7 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. Lugd. *praeciperet.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. *versa est.*

praefatione illi praemissa: *Auctus*, inquit, *Oceanus dicitur, quod ad eum, prout antea cognitus erat, Romanisque parebat, magna tum accessio facta.* Nec audiendi sunt Lipsius & Berneggerus, qui pro *auctus* legere malunt *victus.* Nam idem Tacitus Ann. l. II, 82. *Romae postquam Germanici valetudo increbuit, cunctaque ut ex longinquo aucta in deterius adferebantur.* Sed haec hactenus. Redibo ad propositum, alias ejusdem generis, ejusdemque sententiae dictiones producturus in medium. Curtius semet simili loquendi genere elucidans IX, 2, 14. *Numquam*, inquit, *ad liquidum fama perducitur, omnia illa tradente majora sunt vero*, id est augentur. l. IV, 7, 8. *Haec vero majora jactabant.* Pari modo Ovid. Trist. l. V. el. 7. vs. 42.

Crede mihi, vero est nostra querela minor.

Idem I. Trist. el. 4. vs. 49.

Multaque credibili tulimus majora.

Seneca in Troad. v. 165. *Majora veris monstra vix capiunt fidem.* Rursus Ovid. Trist. l. IV. el. 3. vs. 78.

Addebat veris multa faventis amor.

Tullius l. IV. ad Fam. ep. 9. *cum idem illud auribus percipias, quod etiam majus videri solet, minus laborare*, subaudi, ἀπὸ κοινοῦ, *solet.* Idem in Cat. 3. c. II. *memoria vestra nostrae res alentur, sermonibus crescent.* Tacitus de Mor. Germ. 42. *sonum insuper emergentis* (solis) *audiri persuasio adjecit.* Idem Agric. 15. *Britanni conferre injurias, & interpretando accendere.* Ovid. Heroid. ep. I. vs. II.

Quando ego non timui graviora pericula veris?

Hinc scitissime Cæcina ad Ciceronem scribens VI. Fam. ep. 7. *calumniam timori* tribuit, quod is falsa saepius fingit pericula, interdum vero gravius, quam pro re proponit. Iterum Tacitus Agric. 25. *Paratu magno, majore fama, uti mos est de ignotis.* Idem Ann. III. *Cuncta, ut mos famae, in majus credita.* Livius l. IV, 34. *Aliquarum navium concursum in majus (ut fit) celebrantes, navalis victoriae vanum titulum appetivere.* Justin. l. II, 13, I. *Fama in majus omnia extollens.* & l. XIV, I, I. *ne fama rem in majus extolleret.* Verendum mihi est, ne lectoris patientia sim abusus. sed Curtii locus uberioribus vindiciis mihi dignus visus. HEUMANN. Parerg. Crit. p. 101.

Simul speculatum; simul] Prius simul à nonnullis exemplaribus abest, ut monuit Junius. RADERUS. Eleganter id quidem. Vide ad l. III, 11, 4. Sed eam vocem non meminit hoc modo ante omnia positam videre Hotomann. ad Caes. l. IV. B. G. c. 13. sic tamen Curtius l. VI, 7, 15. *simul gratias agit, simul gratulatur.*

Plurimum frumenti repertum est: copia aliarum quoque rerum abundare caeperunt] Cave interpoles, quo libri fortasse quidam te inducant, *pl. f. receptum est: copiam aliarum quoque rerum abunde repererunt.* ACIDALIUS.

Festinandum] Polyaenus Strateg. IV, 3, 18. *Alexander Tigrim trajiciens, Persis terram igni populantibus, misit qui omni vi & contentione eos persequerentur, ut suae saluti consulentes, regionem intactam relinquerent.* FREINSH.

Praeciperet] Iterum *praeriperet* vulgo, qua de re jam ex animi sententia dixi. MODIUS. Qui hujus vocis elegantiam in hac significatione non adsecuti sunt, legendum existimarunt *praeriperet*, non male quidem; sed illud nitidius. Junii tamen editio retinuit *praeriperet*, quae alia hujus vocis significata sint, contra Lambinum alibi disputabimus, si locus admonebit. RADERUS.

In rationem necessitas versa] Necessitas prohibendi hostis, ne omnia incendio corrumperet, in rationem versa est propius urgendi. TELLIER.

Quippe Mazaeus] Suspectum videri potest hoc *quippe*, non solum quia paucis lineis jam tertio repetitum, sed etiam quia parum apte cohaeret. Neque enim properavit Alexander, quia Mazaeus jam inviolatam relinqueret regionem; sed potius idcirco Mazaeus reliquit, quod instantem videret Alexandrum. Verum facilius est reponendae vocis sensum indicare, quis esse debeat, quam vocem ipsam certo definire. TELLIERIUS.

Re-

contentus, pleraque [1] inviolata hosti reliquit. Alexander *haud longius centum* 15
[2] *quinquaginta stadiis* [3] *Darium abesse* compererat. itaque ad satietatem quoque
copia commeatuum instructus, quatriduo in eodem loco [4] substitit. Interceptae 16
deinde Darii literae sunt; quibus Graeci milites sollicitabantur, *ut regem* [5] *interfi-
cerent, aut proderent:* dubitavitque, *an eas* [6] *pro concione recitaret*, satis [7] confisus
Graecorum quoque erga se benevolentiae ac fidei. [8] Sed Parmenio [9] deterruit; 17
[10] *non esse talibus promissis imbuendas aures militum:* [11] *patere vel unius insidiis regem:*
[12] *nihil nefas esse avaritiae.* Sequutus consilii auctorem, castra movit. Iter fa- 18
cienti spado [13] unus ex captivis, qui Darii uxorem [14] comitabantur, *deficere eam*
nuntiat; *& vix spiritum ducere.* Itineris continui labore, animique aegritudine 19
fatigata, inter socrus & virginum [15] filiarum manus conlapsa erat; deinde & ex-
stincta. id ipsum nuntians alius supervenit. Et rex haud secus, [16] quam si pa- 20
rentis [17] suae mors nuntiata esset, [18] crebros edidit gemitus: lacrimisque [19] obor-
tis,

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *violata.* 2 Voss. 2. *quadraginta.* 3 D. Pal. 1. *Darion* Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *Dareum à se abesse.* 4 Fl. Voss. 1. *subsistit.* 5 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *aut interf.* Mer. *interciperent.* 6 Mer. omittit *pro.* 7 D. *confusis* correctum *confisus* à manu diversa. 8 F. P. Mer. *sed &c.* 9 Amst. Lugd. *terruit.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Baf. Col. Frob. Mer. omittunt *non.* 11 Fl. Leid. Voss. 2. D. Pal. 1. Ald. Baf. *adfirmans patere* Voss. 1. *adfirmanti patere.* 12 Voss. 2. *vel.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. omittunt *unus* Voss. 2. *spado egiptius qui.* 14 Voss. 2. *comitabatur.* 15 P. *filiarumque.* 16 Voss. 2. *quam parentis mors.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *suae.* 18 Voss. 2. *& crebros dedit.* 19 Voss. 2. *abortis.*

Recitaret] Callidum est Eumenis illud apud Justin. XIV, 1, 10. qui, conjectis in ejus castra hujusmodi libellis, *vocatis ad concionem militibus* persuasit, *confictas has à se epistolas ad experiundos suorum animos esse. Hoc facto & in futurum providit, ut si quid simile accidisset, non se ab hoste corrumpi, sed ab duce tentari arbitrarentur.* FREINSH.

Terruit, non esse] Et hic quoque mihi cum nebulonibus istis res fuit, qui interpolarunt, ut etiam hodie vulgo legitur, *sed Parmenio deterruit esse talibus promissis imbuendas aures militum: affirmans patere vel unius insidiis regem.* malam rem. MODIUS.

Vel unius] Tacit. H. II, 75. *fluxam militum fidem, & periculum ex singulis. Quid enim profuturas cohortes alasque, si unus alterque praesenti facinore, paratum ex diverso praemium petat? Facilius universos impelli, quam singulos vitari.* Eumenes apud Justin. XIV, 1, 12. *Salutem suam in omnium potestate esse.* FREINSH.

Avaritiae] Adeo splendens hoc *aurum praestringit oculos.* Varro Fragm. & alte impressum omnibus μηδὲν εἶναι σὺν κέρδει κακόν. *nihil esse cum lucro malum.* Sophoc. apud Athen. lib. XII. Lipsius Polit. IV, 11. Vide Reusneri Symbola in symb. Justiniani 2. *Multi nimium, nemo satis.* FREINSHEMIUS.

Nihil nefas avaritiae] Cicero pro Quinctio c. 6. *nullum est officium tam sanctum atque sollemne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat.* Sallust. B. Catil. c. 10. *Avaritia fidem, probitatem, ceterasque artes bonas subvertit.* CELLAR.

Spado] Liquet his verbis eunuchos quoque circa reginas fuisse, & infra IV, 10, 25. Idem probatur Esther 4, 5. *Accitoque Athach eunucho, quem rex ministrum ei dederat.* Eoque respexisse videtur Terentius Eunucho 1, 2, 97. cum ait:

Eunuchum dixti velle te: quia solae utuntur his Reginae.

Hos etiam pellicibus & concubinis regis custodes adhibitos, supra ostendimus. Brisson. lib. 1. pag. 139. Adde supra ad III, 12, 17. Et Augustin. contra Faustum 30, 3. qui huc alludit his verbis: *significans virgines & pueros, qui nubendi ipsa à cordibus suis execta cupiditate, spadonum vice in ejus ecclesia semper, tanquam in domo regia conversentur.* Pertinet eodem Philostrat. in Apollon. 1, 23. FREINSHEMIUS.

Itineris] Plutarch. cap. 52. & Justin. XI, 12, 6. scribunt, ex partu obiisse. Et potest, ut animi aegritudo doloribus partus addita malum duplicarit. LOCCENIUS.

Haud secus quam si parentis mors nuntiata esset &c.] Audi iterum Cl. Clericum culpantem auctorem nostrum, Jud. c. 8, 5. quod declamatoribus nihil modicum placeat. *nemo non videt*, inquit, *haec nimia esse, quod si Alexander usque adeo humanus erat, debuisset ad virum uxorem remittere, ad patrem filias, ad filium matrem, quod tamen non fecit. Certe mulieres Darium non adjuvissent, ad bellum reparandum, nimis durus hac in re fuit Alexander, in lacrimis vero nimis humanus.* Perspicax acumen! an, quod Alexander egit, Curtius invertere potuit? namque id testantur omnes auctores, qui de eo memoriae prodidere. An, quod ne humanitatem quidem hanc vitio vertat Alexandro? id nemo fecisset, nisi qui morosam

 crisin

tis, [1] quales Darius profudisset, in tabernaculum, in quo mater [2] erat Darii, de-
21 functo adsidens corpori, venit. Hic vero renovatus est moeror, ut prostratam
humi vidit. recenti malo priorum quoque admonita, receperat in gremium adul-
tas virgines, magna quidem [3] mutui doloris solatia; sed quibus ipsa deberet esse
22 solatio. In conspectu erat nepos parvulus, ob id [4] ipsum miserabilis, quod non-
23 dum sentiebat calamitatem, [5] maxima ex parte [6] ad ipsum redundantem. Credere-
res, Alexandrum inter suas [7] necessitudines flere, & solatia non adhibere, [8] sed
quaerere. cibo [9] certe abstinuit: omnemque honorem funeri, patrio Persarum
more, servavit: dignus hercule, qui nunc quoque [10] tantum mansuetudinis &
24 continentiae ferat fructum. Semel omnino eam [11] viderat, quo die capta est;
nec ut ipsam, sed ut Darii matrem videret: eximiamque pulchritudinem formae
25 ejus non libidinis habuerat [12] incitamentum, sed gloriae. E spadonibus, qui circa
re-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. D. *qualis.* 2 P. omittit *erat.* 3 Voss. 2. *mortui.* 4 Voss. 2. omittit *ipsum.* 5 Bong. Leid. Voss. 1. 2. *ex parte max.* 6 Voss. 2. *in.* 7 Pal. 1. Mer. *necessitates.* 8 Fl. *sed se quaerere.* 9 Voss. 1. *certa.* 10 Alii *tamen* Voss. 1. 2. *tantum &.* 11 Frob. Col. Ald. Lugd. Amst. *videret.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Frob. *invitamentum.*

crisin exerceat ita, ut humaniorum hac in parte persuadeat nemini.

Priorum quoque admonita] Lege, quemadmodum & emendaram, si operae suum officium fecissent, & nunc etiam emendo. *hic vero renovatus est moeror, ut prostratam humi vidit, recenti malo priorum quoque admonitam. Receperat in gremium* &c. vulgo male: *hic vero renovatus est moeror, ut prostratam humi vidit: recenti malo priorum quoque admonita receperat in gremium adultas virgines.* MODIUS.

Ipsa deberet esse solatio] Nihil habere videtur hic locus, cur suspectari debeat; nescio tamen quomodo mihi non satisfacio: maxime cum in scriptis sit, *sed quibus ipse esse solatio.* considerent alii. MODIUS.

Inter suas necessitudines] Inter cognatos & consanguineos suos. Justin. l. XI. c. 15, 9. *Tanta illi magnitudo animi fuit, ut quum Herculem filium, quum Aridaeum fratrem, quum Roxanem uxorem praegnantem relinqueret, oblitus necessitudinum, dignissimum nuncuparet haeredem.* Sueton. Tiber. c. 50. *odium adversus necessitudines in Druso primum fratre detexit.* CELLAR.

Tantum] Bong. conjiciebat, *tantae*, me consentiente. De re simili est locus Diodor. XVII, 38. *Itaque Alexander, etsi hanc vitae nostrae tempestatem multis aetatibus praecessit; justam tamen etiam à posteris, dignamque suis virtutibus praedicationem nanciscatur.* Et sane cum Tacito III, 65, 1. *praecipuum munus* historiae *reor, ne virtutes sileantur, utque pravis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit.* FREINSH.

Semel omnino] Meminere hujus historiae A. Gellius VI, 8. & Athenaeus XIII, 8. Ceteras autem captivas ut vidit Alexander, specie, & statura eximias, dixit joco, *ὡς εἰσὶν μεγάλαι ἀλγηδόνες ὀμμάτων αἱ Περσίδες. Quam magni oculorum dolores sunt Persides.* POPMA. ex Plutarch. Alex. c. 36.

Sed ut videret] Male alii *viderat*, ut olim vidi, & postea consensu unius atque alterius impressi confirmatus sum. Sic enim & ipse Alexander conciliabitur Curtio, cujus verba Plutarch. cap. 37. refert in hunc sensum. *Ego enim non solum non vidisse inveniar Darii uxorem, aut videre cogitasse: verum nec verba facientes de ejus decore, sustinuisse audire.* Concilia, inquam, visam esse semel, non data opera, sed obiter, quia aderat matri Darii, ad quam visendam Alexander venerat. Quomodo etiam explicanda videntur illa Plutarchi de Curiositate cap. 21. *Alexander Darii uxorem, quia formosissima dicebatur, noluit in suum venire conspectum: sed ad matrem ejus anum accedens, videre juvenem & pulchram non sustinuit.* Sic Julianus *ex virginibus quae speciosae sunt captae, ut in Perside, ubi feminarum pulchritudo excellit, nec contrectare illas voluit, nec videre; Alexandrum imitatus & Africanum.* Marcellin. XXIV, 16. & ex eo Fulgosus IV, 3. FREINSHEMIUS.

Invitamentum] Ita membranae, quod probo, alii omnes *incitamentum*, minus recte. Cicero Hortensio. *Voluptates nulla ad res necessarias invitamenta adferunt senibus.* Idem de Finibus 5. *invitamenta naturae prima.* Livius 2. A. U. C. *Patres satis superque gratuiti favoris in multitudine credentes esse, largitionis temeritatisque invitamenta horrebant.* MODIUS. Ita etiam legit & corrigit Nobiliss. Heinsius ad Vellej. Paterc. l. II. c. 67.

E spadonibus] Stephanus de urbibus à Spado vico Persico Spadones dici tradit, in quo primum homines castrari coeperunt. Unde Donatus in Eunuch. Act. 1. sc. 2. *Eunuchos*, inquit, *à Persis institutos putant ex captivis. à Babyloniis enim Hellanicus auctor*

reginam erant, [1] Tyriotes, inter trepidationem lugentium elapſus per eam por-
tam, quae, quia ab hoſte [2] averſa erat, levius cuſtodiebatur, ad Darii caſtra per-
venit: exceptuſque à vigilibus, in tabernaculum regis perducitur; gemens & ve-
ſte lacerata. Quem ut conſpexit Darius, [3] multiplici exſpectatione [4] commotus, 26
[5] & quid potiſſimum timeret, incertus; *Vultus* [6] *tuus*, inquit, *neſcio quod in-
gens malum praefert: ſed cave miſeri hominis auribus parcas. didici* [7] *enim eſſe infelix:
& ſaepe calamitatis ſolatium eſt, noſſe ſortem ſuam.* [8] *Num, quod maxime ſuſpicor*, 27
& loqui timeo, ludibria meorum nuntiaturus es; mihi, [9] *&,* [10] *ut credo, ipſis quo-
que, omni* [11] *graviora ſupplicio?* Ad haec [12] Tyriotes, *iſtud quidem procul abeſt*, in- 28
quit: *quantuſcumque enim* [13] *reginis* [14] *honor ab iis qui parent, haberi poteſt; tuis
à victore ſervatus eſt: ſed uxor tua paullo ante exceſſit è vita.* [15] Tum vero non ge- 29
mi-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *Thiriotes* P. *Tyriothes.* 2 Frob. *verſa.* 3 Voſſ. 2. *multiplicis doloris aſpectatione* Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. & vulgo *multiplici doloris exſpect.* 4 D. *commeatus* correctum ab alio. 5 Voſſ. 2. omittit *& q. p. t. incertus.* 6 Leid. Bong. *inq. tuus* Voſſ. 1. *tuens.* 7 D. Pal. 1. Leid. p. Voſſ. 1. 2. omittunt *enim.* 8 Pal. 1. P. *num quid maxime* Ald. Baſ. Col. Mer. Frob. *num quid quod max.* 9 Mer. omittit *&.* 10 Voſſ. 2. omittit *ut credo.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 2. Bong. Lugd. Amſt. *triſtiora* B. 2. Voſſ. 1. *triſtitiora.* 12 Voſſ. 2. *Thiriotes* P. *Tyriothes* ſic deinceps. 13 D. *regnis* correctum *reginis.* 14 Fl. Leid. Bong. *honos ab his* Voſſ. 1. Mer. *honor ab his.* 15 Fl. Leid. Voſſ. 1. *tunc.*

auctor eſt id habuiſſe. Quod & Joſeph. l. x. Ant. c. 16. teſtatur, cum ait Nabuchodonoſorem Babyloniorum regem ex Judaica gente quoſdam, nec non & ex aliis gentibus bello captos, in ipſo aetatis flore caſtrari curaſſe. Semiramidem vero omnium primam mares caſtraſſe Ammian. Marcell. l. XIV. refert his verbis: *Poſtremo multitudo ſpadonum à ſenibus in pueros deſinens, coloris obluridi, diſtortaque lineamentorum compage deformis: ut quaqua inceſſerit quiſquam, cernens mutilorum hominum agmina, deteſtetur memoriam Semiramidis, reginae illius veteris, quae teneros mares caſtravit omnium prima, velut vim injectans naturae.* Cauſſam caſtrandi Medis & Perſis fuiſſe ajunt, ut forma & levitas vultus in longius tempus proferretur, formoſioreſque diutius permanerent, atque ut Petronius arbiter Satyrico

- - - - - - - *Ut fuga mobilis aevi*
Circumſcripta mora properantes differat annos.

Et Claudianus,

- - - - - *Naſci lanuginis umbram*
Servatoque diu puerili flore &c.

& *Arte retardatam Veneri ſervare juventam.* Barthius ad Claudianum, & Georgius Erhardus in Symbolis ad Petronium. POPMA.

Tyriotes] Variat paulliſper Suidas in Ἀλέξανδρος. Plutarch. cap. 52. *Tireon* appellat, quem Curtius *Tyrioten.* FREINSH.

Veſte lacerata] Vide l. III. c. 11, 25. notata. CELLAR.

Didici eſſe infelix] Ovid. lib. v. Triſt. eleg. 11. v. 4.

Jam pridem didici fortiter eſſe miſer.

RADERUS.

Noſſe ſortem] Scripti, *non noſſe*, quod etiam verum eſt, ſed illud vult dicere Curtius. MODIUS.

Num quod] Paullo aliter editi, ſed minus eleganter. *numquid quod maxime ſuſpicor, & loqui timeo, ludibria meorum nunciaturus es mihi, & (ut credo) ipſis quoque omni graviora ſupplicio.* MODIUS. Propertius l. II. el. 18. vſ. 50. *Quem, quae ſcire timet, dicere plura jubet.*

Ludibria meorum] Uxoris aut filiarum dedecora, Terent. Hecyra 1, 2, 74. *eam ludibrio haberi.* ubi Donatus: *honeſto*, inquit, *verbo & pudoris pleno uſus eſt, & nove pro vitiari.* Adde noſtri l. III. c. 12, 22. *ne quis captivo corpori inluderet.* ſed haec de contumelioſa vitiatione, non quae per amorem fit, plerumque intelliguntur. CELLAR.

Mihi] Alium longe horum eſſe ſenſum quam vulgata diſtinctio pariat, oſtendit mihi amantiſſimus Socer, ſi ſic diſtinguas, *nuntiaturus es; mihi, &, ut credo ipſis quoque, omni graviora ſupplicio.* Ut iſtud *mihi*, non pertineat ad praecedentia *nuntiaturus es*, ſed ad haec *graviora omni ſupplicio.* Confirmatur haec diſtinctio verbis Diodori XIX, 8. δεινότερα γὰρ θανάτου τοὺς μὲν ἄνδρας καὶ πατέρας εἰκὸς ἦν πείσεσθαι, γυναικῶν ὕβρεις, καὶ παρθένων αἰσχύνας ἀναλογιζομένους. *Ipſa enim morte acerbiora paſſuros viros & patres, ſi uxorum & virginum ſtupra per contumeliam illata conſiderarent.* FREINSH.

Uxor tua] Haec Statira dicta eſt, ut Plutarchus ait: οὔτε γὰρ ζώσῃ τῇ δεσποίνῃ Στατείρᾳ, καὶ μητρὶ σῇ, καὶ τέκνοις, ἐνέδει τῶν πρόσθεν ἀγαθῶν καὶ καλῶν, ἢ τὸ σὸν ὁρᾷν φῶς. Quæ cum ſoror Darii eſſet, eamdem tamen & uxorem ſibi conjunxit. Plutarchus in Alexandro: Φεῦ τοῦ Περσῶν Δαίμονος, εἰ τὴν βασιλέως γυναῖκα, καὶ ἀδελφὸν, οὐ μόνον αἰχμαλωτὸν ἔδει γενέσθαι ζῶσαν, ἀλλὰ καὶ τελευτήσασαν ἄμοιρον κεῖσθαι ταφῆς βασιλικῆς. Bardanes Syrus legem fuiſſe Perſis refert, qua ſorores, filias, & matres quoque in connubii jura admittere

non-

mitus modo, sed etiam ejulatus, [1] totis castris exaudiebantur: nec [2] dubitavit Darius, [3] quin interfecta esset, quia nequisset contumeliam [4] pati. [5] exclamatque amens dolore; *Quod ego tantum nefas commisi, Alexander? quem tuorum propinquorum necavi, ut hanc* [6] *vicem saevitiae meae* [7] *reddas?* [8] *Odisti me, non quidem pro-*
30 *vocatus: sed* [9] *finge, justum intulisse te bellum; cum feminis ergo agere debueras?* Tyriotes adfirmare *per deos patrios,* [10] *nihil in eam gravius esse consultum: ingemuisse*
31 *etiam Alexandrum morti, & non parcius flevisse: quam ipse* [11] *lacrimaretur.* Ob haec [12] ipsa amantis animus in sollicitudinem suspicionemque revolutus est; desiderium
32 captivae profecto à consuetudine stupri ortum esse conjectans. Submotis [13] igitur arbitris, [14] uno dumtaxat [15] Tyriote retento, jam non flens, sed suspirans; *videsne in te, Tyriote, locum* [16] *mendacio non esse? tormenta jam hic erunt; sed ne exspectaveris per deos, si quid tui tibi regis* [17] *reverentiae est: num, quod & scire expe-*
33 *to, & quaerere pudet, ausus est & dominus, & juvenis?* Ille, [18] *quaestioni corpus*
34 obferre; *deos testes* invocare; *caste sancteque habitam esse reginam.* Tandem, ut fides facta est, vera esse quae adfirmaret spado; capite velato diu flevit: [19] manantibusque

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *castris totis.* 2 Pal. 1. *dubitabat.* 3 Fl. *qui inter facta.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *perpeti.* 5 Voss. 2. *exclamat quoque dolore amens.* 6 P. F. Voss. 2. *vicem restitueres.* 7 Fl. Bong. D. omittunt *reddas* D. in margine exstat *restitueres* Leid. *redderes.* 8 Voss. 1. *hodisti.* 9 Leid. *fingis.* 10 *Nihil in eam* horum in loco in B. 1. vacuum spatium relictum. 11 Fl. Leid. D. Bong. *lacrimaret.* 12 Fl. Leid. D. Voss. 2. *ipse* Mer. *ipsi.* 13 Voss. 2. *ergo.* 12 Pal. 1. *imo.* 15 D. *Tyriotum* sed correctum *Tyriote* Fl. Leid. *Tyriotum.* 16 P. *mendacii.* 17 Vulgo *reverentia.* 18 Voss. 2. *& quaest.* 19 Bong. Voss. 2. *manantibus* Ald. *manibusque.*

non diceretur impium ominosumque. Sic Atossa Cyri filia Cambysi fratri nupsit, ut Herodotus l. III. at qui & unde sororem in uxorem ducere, in usum venerit, eodem libro narrat. Atheniensibus etiam licebat eodem patre natas uxores ducere. Nepos in Cimone c. 1. *Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen, non magis amore, quam more ductam. Nam Atheniensibus licet eodem patre natas ducere.* De incestu Cimonis cum sorore Cyrillus l. VI. contra Julianum: *Cimon*, inquit, *Elpinicen, eodem semine & sanguine ortam, pro uxore habuit, & Persas, immo & ipsum summum Jovem imitatus eodem cum sorore toro usus est.* Vide Rutgers. l. 1. Var. Lect. c. 9. Ab Assyriis vero ad Persas hunc nefandum morem transisse Constant. Manasses in Annalibus, & Lucianus περὶ θυσιῶν de Jove tradunt. POPMA.

Totis castris] Hoc ego vix concoquam. quomodo statim ejulatus *totis castris?* dum ejus caussa in tabernaculo regis, & ut credibile est, tantum non soli regi, adhuc exponitur. sequitur tamen mox n. 32. *submotis arbitris*, qui forte ejulatum concitaverunt. FREINSH.

Contumeliam pati] Jam in *ludibrio* exposuimus. gravior autem est *contumelia*, quam *injuria*. Pacuvius in Peribaea apud Nonium: *patior facile injuriam, si est vacua à contumelia.* CELLAR.

Agere] Malim *gerere*, sic mox l. IV. c. 11, 17. *bellum cum captivis & feminis gerere non soleo.* FREINSHEM. Frustra hic malunt *gerere*. Mela l. 1. c. 16. *genus* (sic enim, non gens) *usque adeo quondam armorum pugnaeque amans, ut aliena etiam bella mercede agerent.* GRONOVIUS. Lib. 11. observ. c. 3. Forte, *cum feminis ergo sic agere.* HEINSIUS.

Ob haec ipsa] Sic feci, ex quibusdam editis, conjecturam adjuvantibus Berneggerianam, manifesto melius, quam alii, qui legunt; *Ob haec ipse amantis animus.* FREINSH.

In sollicitudinem] Sic Tacit. H. II, 21, 4. *Dum atrociora metuunt, in levi cetera habentur.* IDEM.

Submotis arbitris] Excedere jussis, qui arbitrari, & audire arcana possint. infra lib. V. c. 11, 4. *remotis arbitris loqui velle cum eo.* CELLAR.

Tormenta] Persas quaestionem de reis per tormenta habuisse, testis est & Epiphanius lib. II. contra Haereses cap. de Manichaeis. POPMA.

Si quid tibi] Ratio loquendi postulare videtur: *Si qua tibi tui regis reverentia est.* Quomodo apud Senec. de Brevit. vitae; *Si quis inferis sensus est*, & similia. Deleam etiam duo verba; *in te.* FREINSHEMIUS.

Num quod] Scripti *nunc dic*, quod glossam sapit, aut si quid glossis ineptius. MODIUS.

Et dominus & juvenis] Qui potestatem ex victoria, incitamentum libidinis ex juventute habebat. Castissimi autem sermonis exemplum his verbis Curtius reliquit, praeter alias imprimis hac virtute commendandus. CELLAR.

Quaestioni] Id est examini tortoris. Cicero pro Mil. c. 21. extr. *facti in equuleo quaestio est, juris in judicio.* IDEM.

Capite velato] Velabant & operiebant se veteres parte

busque adhuc lacrimis, veste ab ore [1] rejecta, [2] ad coelum manus tendens; *dii patrii*, inquit, *primum mihi stabilite regnum: deinde, si de me jam transactum est; precor*, [3] *ne quis Asiae rex sit, quam iste, tam justus hostis, tam misericors victor.*

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *rejectas.* 2 Voss. 2. omittit *ad coel. man. tend.* 3 Fl. Voss. 2. Bong. *ne quis potius.*

parte vestis, vel propter sacra, vel ob desperatam aliquam rem, aut malum. Plaut. Amphitryone 5, 1, 41.

Invocat deos immortales, ut sibi auxilium ferant,
Manibus puris, capite operto.

Seneca Herc. Furente versu 355.

Namque ipsa tristis, vestis obductu caput
Velata, juxta praesides adstat deos.

POPMA.

Ad coelum] Veteres orasse manibus ad coelum sublatis, Apulejus in libro de Mundo tradit. *Nam habitus*, inquit, *orantium hic est, ut manibus extensis ad coelum precemur.* Unde Virg. Aen. 1, 97.

Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert.

& Aen. 11, 688.

- - - *coelo palmas cum voce tetendit.*

Idem 111, 264.

- - - - - *passis de litore palmis*
Numina magna vocat.

POPMA.

Dii patrii] De his vide Brisson. l. 11. de regn. Pers. à principio.

Justus hostis] Non qui jure gerit bellum, sed pro miti & clementi, ut eleganter apud Latinos haec vox sumitur. Terent. And. Act. 1. sc. 1. vs. 9. *quam tibi justa & clemens fuerit servitus.* Nepoti Miltiad. c. 8. *Tyrannus Justus* dicitur qui *summam potestatem bonitate erat consecutus.* sic apud Ovid. l. IV. Metam. vs. 671.

- - - - *injustus jusserat Ammon*,

i. e. severus & immitis.

CAPUT XI.

Pacem tertio quaesitam Darius non impetrat. imo ad deditionem, aut ad bellum, ab Alexandro provocatur.

Itaque quamquam [1] pace frustra bis petita, omnia in bellum consilia converte- 1
rat; victus tamen continentia hostis, ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos cognatorum principes misit: quos Alexander consilio advocato, *introduci* jussit. E quibus maximus natu; *Darium*, inquit, *ut pacem* [2] *à te jam hoc tertio* 2
peteret, nulla vis [3] *subegit: sed justitia &* [4] *continentia expressit. Matrem, conjugem,* 3
[5] *liberosque ejus*, [6] *nisi quod sine illo sunt, captos esse non* [7] *sensit: pudicitiae earum quae supersunt*, [8] *curam haud secus quam parens agens*, [9] reginas *appellas: speciem* [10] *pristinae fortunae retinere pateris. Vultum tuum video, qualis Darii fuit, quum di-* 4
mitteremur ab eo: & ille tamen uxorem; tu hostem luges. Jam in acie stares, nisi cura

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. *frustra pace.* 2 Voss. 2. *à te tertio quaereret* alii *à te jam tertio pet.* 3 Voss. 2. *obegit.* 4 Voss. 2. & vulgo *continentia tua.* 5 D. Pal. Voss. 2. *liberos.* 6 Voss. 2. omittit *nisi quod sine illo sunt.* 7 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. *sensimus.* 8 Voss. 2. *curas.* 9 Pal. 1. *reginam.* 10 Voss. 2. *fort. prist.*

Pace bis petita] Primum post pugnam Issicam l. IV. c. 4. iterum capta Tyro l. IV. c. 5. RADERUS.

Consilio advocato] Consiliariis, ut etiam l. IV. c. 13, 3. *consilium adhibet, quid optimum factu esset exquirens.* IDEM.

Jam hoc tertio] Non adverbium est *tertio*, sed subauditur nomen sexti casus, *loco, tempore*, aut *numero.* GRONOVIUS. l. 11. obs. c. 8.

Non sensimus] Vulgo, *non sensit*, ut ad Darium referatur. & quid ni ita legatur? MODIUS.

Agens] Acidalius malebat, *agis*, ut omnia sint eodem flexu. FREINSH.

Vultum tuum video, qualis Darii] Luctum adhuc prae se ferebat, qui tanquam inter necessitudines suas fleverat c. 10. num. 23. CELLAR.

Luges] At Diodorus XVII, 54. uxorem Darii vult exstinctam post hanc legationem, vel certe inter eam: eoque nullo verbo ejus meminit, dum exponit mandata legatorum. FREINSH.

cura te ſepulturae ejus moraretur. [1] *Et quid mirum eſt, ſi tam ab amico* [2] *animo pa-*
5 *cem petit? quid opus eſt armis, inter quos odia ſublata ſunt? Antea imperio* [3] *tuo deſti-*
nabat [4] *Halyn amnem, qui* [5] *Lydiam terminat.* [6] *Nunc, quidquid inter Helleſpontum*
6 *& Euphraten eſt, in dotem filiae obfert, quam* [7] *tibi tradit: Ochum filium, quem ha-*
bes, pacis & fidei obſidem retine: matrem & duas virgines filias redde: pro tribus cor-
7 *poribus* [8] *triginta millia talentum auri precatur accipias. Niſi moderationem animi tui*
notam haberem, non dicerem hoc eſſe tempus, quo pacem non dare ſolum, ſed etiam
8 [9] *occupare deberes. Reſpice, quantum poſt te reliqueris: intuere, quantum* [10] *petas!*
Periculoſum eſt praegrave imperium: [11] *difficile eſt continere, quod* [12] *capere non poſ-*
9 *ſis. Videſne, ut navigia,* [13] *quae modum excedunt, regi nequeant? Neſcio, an Darius*
ideo

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulgo *ecquid.* 2 Mer. omittit *animo.* 3 Fl. Leid. & editt. pleraeque *tuo finem deſtinabat* Voſſ. 2. *imp. tuo Eufraten.* 4 Ald. Col. Mer. Frob. Baſ. *Alym* D. Leid. Voſſ. 2. *Alim* Lugd. Amſt. *Alyn.* 5 Fl. Leid. *Ludiam* Voſſ. 2. *Lidiam.* 6 Pal. 1. *hinc.* 7 Pal. 1. *tibi tradit Ochum.* 8 B. 1. *III talentum* P. *talentorum* Mer. *trigeſimum talentum.* 9 Voſſ. 2. *occupares* omiſſo *deberes.* 10 Fl. *potes.* 11 Bong. Fl. Leid. *difficile enim eſt.* 12 Pal. 1. *carere.* 13 Pal. 1. *quemadmodum.*

Obfert. Tibi tradit] Ita correxi haec ex membranis, vulgo, *offert, quam tibi tradit. Ochum filium* &c. ineptiſſime, ſed nec illud mihi placet. MODIUS. *In dotem filiae obfert. Tibi tradit Ochum filium, quem habes, pacis & fidei obſidem retine. Matrem &c.* Placuit Modio ſic edere: cui vulgatum viſum ineptiſſimum. Mihi contra tolerabile, quod in aliis: nihil hoc ineptius, quod ſubſtituit. Etenim quid eſt, *Tibi tradit, quem habes?* Si habet jam alter, quid alter tradat? Exemplaria reliqua vulgo: *in dotem filiae offert, quam tibi tradit. Ochum filium quem habes,* &c. Amplector. filiam in matrimonium nempe tradit. Si quid omnino mutandum tamen, aliud quidvis potius admittam prae Modiano. Vel ſcribe: *in dotem filiae offert. Tibi credit Ochum filium, quem habes: pacis & fidei obſidem retine: matrem,* &c. Vel: *in dotem filiae offert, tibi cedit. Ochum filium,* &c. quod firmari videatur Alexandri reſponſo: *Hinc me depellite, ut ſciam veſtrum eſſe, quod ceditis.* Me tamen in vulgari juvet conquieſcere. ACIDALIUS. *Quam* intellige filiam, fruſtra haec mutatum ivit Modius. FREINSHEMIUS.

Pro tribus corporibus] Pro tribus *hominibus*, ſive ut noſtrates non ſatis Latine dicunt *perſonis*. Synecdoche. Seneca quoque Epiſt. 90. pro integro animali uſus. *Mutis,* inquit, *gregibus, aut maxima corpora praeſunt, aut vehementiſſima. non praecedit armenta degener taurus* &c. CELLAR.

Triginta millia talentum] Diodorus XVII, 54. tria millia, Plutarch. vero cap. 51. 10000. talentum oblata fuiſſe auctor eſt, non adjecto, auri vel argenti. Unde Budaeus lib. IV. de Aſſe, corruptum eſſe hunc locum putat, aut certe *argenti* legendum; non *auri*, quod nullae opes eam ſummam aequare poſſint. Verum, cum varia genera talentum ſint, non ejuſdem pretii; & immenſae fuerint Perſarum opes, longa jam aetate cumulatae, vulgatam lectionem veterum codicum auctoritate confirmatam ſervavimus. POPMA. Leg. *tria millia*, ut Diodorus habet, quod & probat Glareanus. nam 30000. nimis amplus numerus, licet defendat Popma. Sed & amplior in Valerio Max. VI, 4. extr. *decies centum millia.* Puto τὸ *centum* abundare. *Decem millia* quoque habet Arrianus III, 5. Scriptores autem haec referunt ad ſecundam Darii legationem ad Alexandrum, cum tertia ſit: prima l. IV. c. 1. ſecunda l. IV, 5. haec eſt tertia, unde & legatus Darii ad Alexandrum: *Darium, ut pacem à te jam hoc tertio peteret, nulla vis ſubegit.* LOCCENIUS.

Non dicerem] Vir doctiſſimus mihique longe amiciſſimus expunctum ibat negativam: ego puto neceſſariam. Idque evidens eſt ex iis quae ſequuntur. ſi enim legas *dicerem*, certe intelligeres eum non fuiſſe tam operoſe dicturum, ut vero facit, per omnem reliquam orationem. Senſum eſſe credo: Niſi ſcirem moderationem tuam, nollem verba tecum hac de re facere, quippe conſtaret, apud animum ambitione & cupidine praecipitem nihil me profecturum. at cum ita moderatus ſis, ſpes eſt, ſi monearis & docearis fortunam non amplius eſſe tentandam, locum te daturum eſſe meis adhortationibus. Ideoque loquar apud te, ut hominem moderatum, quod apud alium, qui ita comparatus non eſſet, non facerem. Retinenda igitur hic eſt particula *non*, quam contra obiter inducendam eſſe moneo apud Hirtium de bello Alexandr. cap. 70. in his: *neque provinciarum publicas injurias condonare iis poſſe, qui non fuiſſent in ſe officioſi.* Vult enim dicere quod apud Juſtinum XXXI, 7, 5. Scipio: *privata beneficia à publicis ſecreta eſſe.* FREINSH.

Periculoſum eſt praegrave imperium: difficile eſt continere, quod capere non poſſis] Neſcio an fruſtra malim *praegrande.* Cauſſam quidem habeo verba, quae

ideo tam [1] *multa amiserit, quia nimiae opes magnae jacturae locum faciunt. Facilius*
[2] *est quaedam vincere, quam tueri: quam hercule expeditius manus nostrae* [3] *rapiunt,*
quam continent. Ipsa mors uxoris Darii [4] *te admonere potest; minus* [5] *jam misericor-*
diae tuae licere, quam licuit. Alexander, legatis *excedere tabernaculo* jussis, *quid* 10
placeret, [6] ad consilium refert. [7] Diu nemo quid sentiret ausus est dicere: incer-
ta regis voluntate. [8] Tandem Parmenio, [9] *ante* [10] *suasissem,* ait, [11] *ut captivos* 11
apud Damascum redimentibus redderes; ingentem pecuniam [12] *potuisse redigi ex* [13] *iis,*
qui multi vincti virorum fortium [14] *occupaverant manus. Et nunc magnopere* [15] *cense-* 12
rem,

Variantes Lectiones.

1 Voss. 2. omittit *multa.* 2 Fl. Leid. Pal. 1. Bong. omittunt *est.* 3 Voss. 2. *capiunt.* 4 D. Fl. Leid. Voss. 2. *admonere te.* 5 Voss. 2. *jam nunc.* 6 Alii *ad concilium.* 7 Voss. 2. *Tum.* 8 Voss. 2. *tum.* 9 Fl. Leid. Voss. 2. *antea.* 10 P. *suasisset.* 11 Ald. *aut.* 12 Voss. 2. *posse.* 13 Fl. Leid. Voss. 2. Mer. *his.* 14 D. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *occuparant.* 15 Fl. Leid. D. Bong. *censere.*

quae subjiciuntur, *capere,* & *continere:* quibus magnitudo potius respicitur quam pondus. Etiam ipsa probare comparatio videtur: *vides ne ut navigia quae modum excedunt, regi nequeant?* quae tamen ambigue trahi pariter ad gravitatem potest. ACIDALIUS. *Periculosum est,* &c., Sic Apulejus Apolog. *Immodicae divitiae, velut ingentia & enormia gubernacula facilius mergunt quam regunt.* Tum *omnibus ad vitae munia utendis, quicquid aptam moderationem supergraditur, oneri potius quam usui exuberat.* quod Curtius mox ita exprimit: *Nimiae opes magnae jacturae locum faciunt.* Et Phaedrus fab. 38. *Magnae periclo sunt opes obnoxiae.* LOCCENIUS. Cicero pro Dejot. c. 13. *Antiochus Magnus ille rex Asiae, cum posteaquam à Scipione devictus, Tauro tenus regnare jussus esset, omnemque hanc Asiam, quae est nunc nostra provincia, amisisset, dicere est solitus, benigne sibi à populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur.*

Facilius est quaedam vincere] Illud *quaedam* mihi admodum suspectum est. Quaenam illa *quaedam?* & si certa aliqua, cur non adjicit? intererat enim sententiae integritatis, ut sciretur, ne si alterius essent generis, de quibus hic agitur, sententia illa evaderet frustranea: sed & vulgo alii, cum similia proferunt, nullam adhibent distinctionem, quod ex Floro, Ovidio, aliis, Freinshemio laudatis patet. Itaque eo inducor, ut existimem scripsisse Curtium; *facilius est quidem vincere,* ita enim eleganter usurpat alibi quoque illud *quidem,* ut paullo ante. *Odisti me non quidem provocatus.* SCHEFFER. Livius l. XXXVII. c. 35. *Parari singula adquirendo facilius potuisse, quam universa teneri posse.* CELLAR.

Tueri] Lipsius Polit. IV, 9. hunc locum citans scribit *tenere,* ex memoriae, ut opinor, lapsu. Sed ad sententiam eamdem pertinent, quam & Florus firmat II, 17, 8. *Plus est provinciam retinere, quam facere.* ubi nota nostra. caussam ejus aliquam ostendunt illa Ovidii de arte II, 21.

Non minor est virtus, quam quaerere, parta tueri:
Casus inest illic; hic erit artis opus.

Aelianus Hist. var. IV, 14. elegantem similitudinem excogitavit de pecuniae adquisitione & custodia, quae pari ratione ad regnum transferri potest. *Quemadmodum,* inquit, *echinum, sic etiam nummos capere facilius est, retinere vero difficile.* FREINSH.

Ante suasissem] Evidens est, quamquam non omnibus, recte censuisse Budaeum de Asse pag. 165. orationem hanc oblique referri à Curtio, ut ostendit indubitabili argumento n. 13. hoc capite, & vero hic ipse, in voce *potuisse:* legique debere: *Ante suasisse,* & convenienter in seqq. *redderet: censere: permutet.* Non accedo Acidalio qui legit, *Et ante.* Vide etiam Varias Lect. quae nonnihil hic juvant. FREINSH. Recte Budaeus & Freinshemius censent, *suasisse.* item in sequentibus, *redderet,* & sic deinceps scribendum *Macedoniam quoque respiceret.* Puto autem totum locum ita esse formatum olim; *Tandem Parmenio ante suasisse se ait, captivos apud Damascum redimentibus redderet.* nam libri veteres quidam illud *ut* non agnoscunt, sed pro eo habent *aut,* quod ex *ait* deformatum. SCHEFFER.

Occuparent] Editi *occupaverant,* verum si dicendum est hercule, nec illud *multi vincti* satis probum mihi videtur, quid dicam tamen aliud nescio. MODIUS. Modio non probum satis illud *multi vincti,* nec quod dicat tamen habet. Ego etiam dubito, an non scribendum potius, *qui simul vincti,* expedito magis & claro sensu illo. qui nunc vincti occuparent, & quasi vincirent simul illorum manus, qui in custodiis dediti nihil adjuvare ulla opera possent ipsum bellum. Ita vinctos illos aliud esse nihil, nisi vincula suorum custodum, certe impedimenta, per quae non liceret alibi melius uti strenua virorum fortium manu. fit tamen haec sententia ipsa & ex recepta lectione. quam parum nunc abest, quin esse veriorem, & retinendam censeam. Latet fortasse vis ejus in oppositione, qua *multi* illi non invenuste opponantur *uni* isti *anui & duabus puellis,*

 de

rem, ut unam anum, & duas puellas, itinerum agminumque impedimenta, [1] *triginta*
13 *millibus* [2] *talentis auri* [3] *permutes.* [4] *Opimum regnum* [5] *occupari posse conditione, non bello: nec quemquam alium inter Istrum & Euphraten possedisse terras ingenti spatio intervalloque* [6] *discretas. Macedoniam quoque* [7] *respiceret potius; quam* [8] *Bactra &*
14 *Indos* [9] *intueretur.* Ingrata oratio regi fuit. Itaque, ut finem dicendi fecit; *& ego*, inquit, [10] *pecuniam quam gloriam mallem,* [11] *si Parmenio essem. Nunc Alexan-*
15 *der, de paupertate securus sum: & me non mercatorem memini* [12] *esse, sed regem. Nihil quidem habeo venale; sed fortunam meam utique non vendo. Captivos si placet reddi;*

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *XXX* Fl. Leid. *XXXB.* Voss. 2. *triginta millia talenta auri per opim.* Col. Bas. Mer. omittunt *millibus.* 2 Voss. 2. *talenta* B. Fl. Leid. Lugd. Amst. *talentum.* 3 D. Bong. Voss. 1. *permutet.* 4 Voss. 2. *per opimum.* Alii *optimum.* 5 Bong. D. Fl. Leid. *occupare* Col. Mer. Bas. *occupare se.* 6 Fl. Leid. Voss. 2. Ald. Col. Mer. Bas. Lugd. *desertas* Frob. *disertas.* 7 Fl. Leid. Bong. *pot. resp.* Lugd. Amst. *potius respiceres.* 8 Voss. 2. semper *Batra.* 9 Voss. 2. *tueretur* Amst. Lugd. *intuereris.* 10 Mer. *si pecuniam.* 11 D. Fl. Leid. *Parmenion* Mer. omittit *si.* 12 Lugd. Amst. omittunt *esse.*

de quibus mox subinfertur. atque hoc sane placet, quod ipsum ut placeat, clareatque magis, addendam initio copulam ajo, quae totam comprehensionem in hunc modum nectat. *Tandem Parmenio, & ante suasissem ait* &c. huic enim respondet deinceps: *& nunc magnopere censerem.* Aptandae igitur & distinctiunculae. quod per se quilibet jam poterit, ne longa nos otiosaque verborum serie chartam occupemus. ACIDALIUS. *Qui multi vincti.* Non immerito hic offendunt viri docti. mirum enim, si Curtius ita scripsit. Acidalius aliquando volebat; *simul vincti.* ego faciebam *qui inulti*, ita transpositis vocibus; *qui vincti viror. fort. manus inulti occup.* LOCCENIUS. Dubius locus Modio & Acidalio, ille nescit quid emendet; hic pro *multi vincti* reponit *simul vincti*, caute tamen, quod Curtius multos opponat tribus. itaque idem omnibus exemplaribus loquentibus servo *multi vincti*, suadetque Acidalius retinenda. Sed quid tamen aptius conjici potest: duo illa *multi vincti* expungenda puta, cum videantur tantum ex ora libri ab aliquo explicationis caussa notata in Curtium irrepsisse. RADERUS. Raderus putat duo verba *multi vincti* ex ora libri ab aliquo explicationis caussa notata, in Curtium irrepsisse. Idem tamen cum Acidalio dubitat retineri posse vulgatum. quod ibi *multi* videantur opponi *tribus corporibus*; de quibus nunc agitur. Ego suspicor librarios pro *vincti*, quod fortasse non bene expressum erat, putasse scriptum fuisse *multi*, idque deinceps peperisse variam lectionem, quae postea à describentibus addita sit verae. Sensum tamen videre facile est, idque sufficit. FREINSH. *Qui multi vincti.* Viri fortes, quorum usus poterat esse in bello, custodiendis captivis distinebantur. Sic sensus facilis & expeditus est, non autem verba Curtii, quem ita scripsisse, *qui multi vincti &c.* nemo crediderit, nisi cui elegans illius stilus ignotus est. Freinshemius bene suspicatur *multi* additicium esse, & demta illa voce salva & sana sunt omnia. CELLAR. Forte *inutiles.* HEINSIUS. Addimus & aliud forte: *ut ut vincti*, quam conjunctionem etsi nusquam geminet noster, eadem tamen vi significationis imbuit l. VII, 8, 21. *nam ut major fortiorque sis quam quisquam, tamen alienigenum dominum pati nemo vult.*

Desertas] Non injuria suspecta mihi vox *desertas*. nec scio tamen satis, quam reponam, cogito *dissitas*, item *dissептas*, itemque *discretas*, una harum non dubie vera. Quam mallet quisque sibi legat; vel aliam ipse inveniat magis commodam, si potest. ACIDALIUS. Locus merito suspectus Acidalio, & mihi fuit prius quam Acidalium inspicerem, conjectat ille vel *dissitas* vel *disseptas*, vel *discretas*, quod ultimum proximum ductui literarum arripui & ipse conjeci. RADERUS.

Macedoniam quoque respiceres potius] Sic membranae. excusi libri: *Macedoniam quoque respiceret potius, quam Bactra & Indos intueretur.* Male. ut & praecedentia evincunt, & Gualterius satis ostendit. MODIUS.

Si Parmenio essem] Hoc inter apophthegmata Alexandri, maximi regum, dictum plane regium à Plutarcho cap. 51. & Apophth. cap. 38. Arriano II, 5, 2. Diod. XVII, 54. relatum. Val. Maximus VI, 4, 3. ext. vocat *vocem, nobiliter editam:* item *vocem duabus victoriis respondentem, dignamque cui tertia, sicut evenit, tribueretur.* Injuriam Plutarcho facit Patricius de Regno VIII, 20. ubi de fide agit: Dum quasi ex eo, scribit Alexandrum hoc respondisse Parmenioni *suadenti quippiam quod praeter fidem esset.* & subjungit plura in hanc sententiam. Melius Amiratus Differt. polit. V. 10. qui hoc refert inter exempla, quibus adstruit, *non eadem omnibus decora esse.* Imitatus autem videri possit Alexander Callicratidam Lacedaemonium, cui cum ex consiliariis Cleander quidam diceret, *Ego hoc facerem, si tu essem? & ego, inquit, si tu.* Plutarch. Apophth. Lacon. cap. 70. Simile Demosthenis dictum Lucianus in Encomio illius refert: *Ego persua-*

di; honestius dono dabimus, quam pretio remittemus. Introductis deinde legatis ad 16
hunc modum respondit: *Nuntiate Dario,* [1] *[gratiarum actionem apud hostem super-*
vacaneam esse: &] me, quae fecerim clementer & liberaliter, non amicitiae ejus tri-
buisse; sed naturae meae: [[2] *nec adversus calamitates; sed adversus hostium vires con-* 17
tendere.] *Bellum cum captivis & feminis gerere non soleo. armatus sit oportet, quem*
oderim. Quod si saltem pacem bona fide peteret; deliberarem forsitan an darem. ve- 18
rum enim vero, quum modo milites meos literis ad proditionem; modo amicos ad perni-
ciem [3] *meam pecunia sollicitet: ad* [4] *internecionem mihi persequendus est, non ut justus*
hostis; sed ut [5] *percussor veneficus. Conditiones vero pacis, quas* [6] *fertis, si accepero;* 19
victo-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Pal. 1. D. & Col. quam Schragius vidit, atque ego nunc comperio Modianam esse, porroque sic citabo Mod. Amst. Lugd. omittunt haec uncinulis inclusa. 2 Iterum Fl. Leid. Mod. Bong. D. Pal. 1. Amst. Lugd. haec omittunt. 3 Pal. 1. *meam modo.* 4 Voss. 2. *internictionem* Fl. Leid. *internitionem.* 5 Fl. Leid. D. Pal. 1. *perculsor.* 6 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. *adfertis.*

suaderi mihi paterer, si Archias essem: sed quia sum Demosthenes, ignosce mihi ô infelix, ad ignaviam non nato. FREINSH.

Nunc Alexander] Haec appendix enervat praecedentis dicti venustatem. IDEM.

Honestius dono dabimus] Pari magnanimitate Pyrrhus apud Ennium lib. VI. de captivis redimendis:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro, veitam cernamus utreique &c.
Dono ducite, doque volentibus cum magneis Dis.

Et Aeneae suo applicat Virg. Aen. X, 827.

Arma quibus laetatus, habe tua: teque parentum
Manibus & cineri (si qua est ea cura) remitto.

Loquitur de Lauso, cujus cadaver gratis remittit: honestius certe, quam Achilles Homericus. FREINSH.

Nuntiate Dario] Siccine interdum obrepere in probos scriptores glossas; ut nisi manu scriptorum librorum indicio prodantur, convinci falsi, & furtive invasae possessionis aegre possint? vel haec enim quis non hactenus credidit sana omnia, cum hoc modo legerentur? *Nuntiate Dario, gratiarum actionem apud hostem supervacaneam esse, & me quae fecerim clementer & liberaliter, non amicitiae ejus tribuisse, sed naturae meae: nec adversus calamitates, sed adversus hostium vires contendere. Bellum &c.* cui inquam heic vitii aliquid subesse, umquam vel suspicari incidit? & tamen primum illa; *gratiarum actionem apud hostem supervacaneam esse,* mox haec, *nec adversus calamitatem, sed adversus hostium vires contendere* ex Justino hic sunt intrusa. apte quidem fateor, sed tamen fide pessima. MODIUS. *Gratiarum actionem apud &c.* Toto hoc capite irrepserunt Justini verba à Glareano & Junio, aliisque compluribus pro legitimis admissa. In MS. Constantiensi non apparent, & à Modio quoque ut spuria rejecta sunt. vere. nisi Justinus (nam posterior fuit) ex Curtio est ad verbum mutuatus, quod vero simile non est, cum sua ex Trogo acceperit. Nec Gualterus, qui Curtium in carmen (saepius ipsis quoque Curtii verbis in numerum coactis) transtulit, haec pro Curtianis agnovit. RADERUS. Ea igitur insiticia quo dignosci possint à genuinis & legitimis, uncis includi curamus. FREINSH.

Calamitates] Quid de hoc loco senserim notatum est ad Justin. l. XI, 12, 13. Non vult Alexander durus esse in hostem, qua calamitosus est, sed qua superbus & viribus minax. Denique paratus est, ut Virg. Aen. VI, 858.

Parcere subjectis, & debellare superbos.

Quem sensum amplectitur, qui olim *caritates* legebat: suffragantibus mihi, praeter eam rationem, quod *caritatum* nomine venirent utique & adulti liberi, quibus arma in se ferentibus haud equidem pepercerit Alexander. praeterque omnium codicum consensum, etiam Liv. XLII, 8. *Claram victoriam vincendo oppugnantes; non saeviendo in adflictos, fieri.* Istud *calamitates* accipiendum non absolute, sed cum voce sequente *hostium.* Se contendere, non adversus calamitates hostium, sed adversus eorumdem vires. Justinianus plane loquendi modus. nec enim usquam Curtio similis. FREINSH.

Et feminis] Vide Grotium de jure Belli l. III, 11, 9. Gentil. II, 21. & Clapmar. Arcan l. V, 7. FREINSH.

Armatus sit oportet] Livius V, 27. *Arma habemus non adversus eam aetatem, cui etiam captis urbibus parcitur; sed adversus armatos.* Item XXVIII, 23. *Jure belli in armatos repugnantesque caedes edebatur.* Tacit. I, 59. *Non enim se proditione, neque adversus feminas gravidas; sed palam adversus armatos bellum tractare.* FREINSH.

Amicos] Philippum medicum videtur intelligere, ac Sisenem. l. III. c. 6. & 7. CELLAR.

Percussor veneficus] Inferenda copula, *ut percussor, & venef.* [Idem ego conjeceram] nisi iterandum potius ipsum *ut.* Nam diversi veneficus & percussor, & utrumque increpat Darium diversa

victorem eum faciunt. Quae post Euphraten sunt, [1] *liberaliter donat: ubi igitur me* [2] *adfamini? nempe ultra Euphraten sum. summum ergo dotis quam promittit terminum*
20 *castra mea transeunt. Hinc me depellite, ut* [3] *sciam vestrum esse,* [4] *quod ceditis. Eadem* [5] *liberalitate dat mihi filiam suam: nempe quam scio alicui* [6] *servorum suorum nu-*
21 *pturam. multum* [7] *vero mihi praestat, si me Mazaeo generum praeponit! Ite, nuntiate regi vestro; & quae amisit, & quae adhuc habet, praemia esse belli:* [8] *hoc regente utriusque terminos regni, id quemque habiturum, quod proximae lucis adsignatura fortuna*

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *liberalitate* B. 1. *liberalitati* Ald. *liber. don. u. i. m. a. nempe obliti estis nam ultra Euph. sum* D. pro *liberaliter* habet *liberalitate* reliqua margini addita hoc modo. *ubi igitur me adfatis, nempe obliti estis, nempe ultra Euph. sum* & sic habent etiam Codd. Fl. & Leid. At Voss. 2. Col. Mer. Frob. Bas. *affamini? nempe obliti estis nempe ultra.* 2 Fl. Leid. Bong. *adfatis.* 3 Voss. 2. *sentiam.* 4 Fl. Leid. F. P, *quo ceditis* Mer. *quod creditis.* 5 Col. Mer. Bas. *libertate.* 6 Bong. *servorum suorum ejus* Ald. Col. Mer. Frob. Bas. *suorum servorum.* 7 Voss. 2. omittit *vero.* 8 Alii *hoc repente* B. 1. *hoc regem te* Pal. 1. *hoc regem esse & utr.*

versa caussa: percussorem, quia milites; veneficum, quia medicos sollicitaret. Ac vide ne pro *amicos* hic plane scribendum etiam *medicos:* de quo non pugnabo tamen. ad Philippum certe medicum, sed eumdem & amicum, respicitur, quem pecunia ingenti à Dario corruptum Parmenio lib. III. regi nuntiabat: quod ad milites, hi & alias alii, & nunc paullo ante Graeci literis tentati, non ut proderent modo, sed etiam vel interficerent. ACIDALIUS. *Et* inseruit Acidalius sensu postulante. nam *Percussor* ad milites sollicitatos pertinet, *Veneficus* ad Philippum medicum. CELLAR.

Liberaliter donat] Haec ironice dicta accipe: idemque eorum sensus est cum eo quem expressit Justinus XI, 12, 4. *sua sibi dari.* Athenienses apud Thucyd. IV, 20, 11. negant Boeotiorum esse agrum, quem ipsi armis obtinerent Atticis. Sic Archiepiscopus Nicaeae Nicolaus τὴν ἀνάγκην ἐς τὸ φιλότιμον διατίθησι, quae defendi non poterat urbe Andronico ultro dedita. Nicetas in Andronico. FREINSH.

Ubi igitur me adfamini? nempe ultra] Etsi nihil aliud toto hoc libro emendassem, tamen operae pretium fecisse mihi viderer: adeo corrupte haec vulgo ita legebantur: *ubi igitur me adfamini? nempe obliti estis. nam ultra Euphratem sum.* O! sed moderabo me verbis, & quod in veteri libro erat perscriptum, apponam, sic igitur ille: *ubi igitur me affaris? nempe obliti estis. nempe ultra Euphratem sum.* pessime quidem, sed tamen unde satis apparet, illud *obliti estis* à glossa manare. MODIUS. *Nempe ultra Euphratem sum.* Haec oratio non respondet reliquo vigori. Veteres quidam habent ita: *ubi igitur me adfamini? nempe obliti estis, nam ultra Euphratem sum.* Item *u. i. m. adfamini? nempe obliti estis. nempe ultra E. s.* ex quibus conjicio scripturam veram ita habuisse. *Ubi ergo me adfamini? nempe obliti estis. summum ergo dotis &c.* illud *sum* post *Euphratem* in vulgatis natum ex initialibus literis sequentis vocis *summum.* Verba autem *nempe ultra Euphratem* sunt ex glossa, qua quis sensum interrogationis, *ubi igitur me adfamini* explicaverat. SCHEFFER. Lego *ubi igitur me adfamini, nempe, quod obliti estis, ultra Euphraten.* HEINSIUS.

Eadem libertate dat mihi filiam suam: nempe quam scio alicui servorum ejus nupturam] Typographicum puto saltem mendum *libertate* pro *liberalitate.* Nam sic libri alii habent, recte. Praecessit: *Quae post Euphratem sunt, liberaliter donat.* Utrumque εἰρωνικῶς. Iidem etiam libri melius *scit,* ubi Modiani *scio:* quod nec opinor operarum σφάλμα. Tu corrige, qui vides vel à proximis verbis id flagitari: *Multum vero mihi praestat, si me Mazaeo generum praeponit.* ACIDALIUS.

Scio alicui servorum ejus] Impressi, *quam scit alicui servorum suorum nupturam.* facessant solita, dum meliora. MODIUS. *Scit,* quod etiam Tellierius tenet, elegantius est, quam vulgare *scio,* ceterum in barbaris regnis principes quoque & satrapae servi sunt, & à domini arbitrio pendent. CELLAR.

Servorum] Sic appellat Persicos proceres à re ipsa, quam licet & alias certam, ex lepida narratione colliges, quae est apud Victor. de Caesar. cap. 5. *Legatus Parthorum* ad Neronem, *forte inter epulas, aulicis, uti mos est, canentibus, cum sibi citharistam poposcisset; responso dato, liberum esse, adjecerat: sumeret ipse quem vellet è suis, ostentans qui convivio aderant, quod liber sub imperio nullus haberetur.* Idque notum est & hodie de Imperiis ad Orientem: quorum reges subditis utuntur in modum mancipiorum. Quod aliter apud Romanos se habuisse, ostendit Piso apud Tacit. II, 57, 6. & H. 1, 16, 7. memorabilibus his verbis Galba: *Neque enim hic, ut in ceteris gentibus quae regnantur, certa dominorum domus, & ceteri servi: sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possunt; nec totam libertatem.* FREINSH.

Hoc regente, utriusque terminos] Leviter interpunctum peccat in Modianis, quod tolle, ut jungantur *hoc regente utriusque terminos.* Qui de regno certant, eorum fines belli fortuna regit. ACIDALIUS. *Hoc regente. Hoc,* id est bello, *regente,* id est

tuna est. [[1] *Et me in Asiam non venisse, ut ab aliis acciperem; sed ut aliis darem.* 22
Si [2] *secundus, & non par mihi vellet haberi; facerem forsitan quae petit. ceterum, nec mundus duobus solibus potest regi: nec duo summa regna salvo statu terrarum potest habere. Proinde aut deditionem hodie; aut in crastinum bellum paret: nec aliam sibi* 23
quam expertus est, polliceatur fortunam.] Legati respondent; *quum bellum in animo* 24
sit, facere eum simpliciter, quod spe pacis non [3] *frustraretur. ipsos petere,* [4] *quamprimum dimittantur ad regem: eum quoque bellum parare debere.* Dimissi nuntiant, *adesse certamen.*

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Bong. Mod. Pal. 1. D. Lugd. Amst. omittunt *& me* usque ad *polliceatur fortunam.* 2 Voss. 2. *secundus tamen.* 3 Ald. Col. *frustrarentur.* 4 Fl. Leid. Bong. Pal. 1. *ut quamprim.*

est determinante, definiente terminos. Solet quippe illud *regere* sic sollemniter de finibus usurpari. quod ex titulo *de finibus regundis* apertum est. SCHEFFER. *Hoc regente utriusque terminos regni.* Quam longe à Curtiana venustate abest illud: *bellum regit utriusque terminos regni!* igitur intrepide lego, *urgente*, quam vocem saepe noster eodem sensu adhibuit. En l. III, 5, 10. *Animum regis aegritudo corporis urgebat.* III, 7, 13. *Cum tot curis apparatuque belli regem videret urgeri.* l. VI, 1, 11. *Laconum acies pedem referre coepit, urgente hoste, ac apertius fugere.* addatur l. VIII, 4, 15. l. IX, 5, 16. l. IX, 9, 9. & 16. l. III, 8, 27. l. III, 11, 6. & 13. Sic l. V, 3, 11. *anceps oppidanos malum urgebat.* Et l. V, 9, 4. *Pertinax fortuna Persas urgere non destitit.* Pariter l. IX, 10, 7. *Ceteros ipse rex, & ab alia parte Leonnatus urgebant.* Ita enim omnino ibi legendum pro *urebant*, ut l. IX, 5, 16. qui locus est παράλληλος. Non desunt gemina aliorum auctorum exempla, maxime Virgilii, quae omnem mihi dubitationem eximunt. Verum cumulare talia nolo: nisi forte solus audiendus est Cicero l. IX. Fam. ep. 1. *Tot*, inquiens, *tantisque rebus urgemur, ut nullam allevationem quisquam sperare debeat.* Idem l. II. de Offic. c. 14. *Qui potentis alicujus opibus circumveniri urgerique videatur.* Ciceronis mentio me alius mendae admonet, quam in ejus Orat. pro Ligario c. 7. feliciter sustulit Freigius. *Scio igitur*, inquit, *Tuberonem domi manere voluisse. Sed ita quidam urgebant &c.* Male vulgo legitur, *agebant.* HEUMANN. Parerg. Crit. p. 105.

Et me &c.] Haec inclusa peregrina sunt, & omnia de verbo ad verbum Justini lib. XI. c. 12. Et non vobis, nebulones, praepostere munificos istos articulos praetruncari continuo jubetis. MODIUS.

Ut ab aliis acciperem] Seneca epist. LIII, 10. *cuidam civitati partem agrorum, & dimidium rerum omnium, promittenti*; respondisse refert Alexandrum: *Eo proposito veni in Asiam, non ut id acciperem quod dedissetis: sed ut id haberetis, quod reliquissem.* Pertinet huc Caesar de bel. Civ. III, 10. negans *esse usurum conditionibus pacis eum, qui superior videretur: neque fore aequa parte contentum, qui se omnia habiturum confideret.* Idem apud Hirt. de bel. Hisp. cap. 13. Cordubensibus *respondit, se conditiones dare, non accipere, consuevisse.* Atque eodem modo Helvetii, de quibus Caesar. bel. Gal. I, 14. FREINSH. Scribit Freinshemius ad lib. VI, 5, 6. se putare his verbis unum excidisse, & ita hunc locum legendum: *ut ab aliis leges acciperem.* Quod N. Heinsius ad marginem hoc loco etiam adnotaverat.

Facere eum simpliciter] Ingenue, sine dolo. Phaedrus l. III. f. 8, 7. *canis simpliciter.* CELLAR. Immo quod paullo ante n. 18. dixit *bona fide; si bona fide pacem peteret.* sic. l. VII, 2, 10. *erit hoc simpliciter etiam mihi reconciliati animi tui pignus.*

Caput XII.

Ad proelium dum Persarum ingens exercitus paratur, Macedones Panico quodam defuncti terrore, arma alacriter capessunt.

1 Ille quidem confestim Mazaeum cum tribus [1] millibus equitum, ad itinera,
2 quae [2] hostis petiturus erat, occupanda praemisit. Alexander, [3] corpori uxo-
ris [4] ejus justis [5] persolutis, omnique graviore comitatu intra eadem munimenta
3 cum modico praesidio relicto, ad hostem contendit. In duo cornua [6] diviserat
peditem; [7] in utrumque latus equite circumdato: [8] impedimenta sequebantur
4 agmen. Praemissum deinde [9] concitis equitibus [10] Menidan jubet *explorare*, *ubi*

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Bong. *equit. mill.* 2 Voss. 2. *hospitaturus erat.* 3 Mer. *corporis.* 4 Voss. 2. *Darii.* 5 Fl. *prosolutis.* 6 Vulg. *divisa erant* Mer. *diversa erant.* 7 Bong. *utrimque latera* Fl. F. *utrimque lateri* Leid *utrimque latera equitae* Voss. 2. omittit *in.* 8 D. P. *impedimento.* 9 D. P. *cum Scythis* Leid. F. *cum Scitis* Voss. 2. *conscitis* B. 1. *cum scutis.* 10 Sic MSS.

Graviore comitatu] Non gratis additur, *graviorem* comitatum relictum, impedimenta leviora secuta, ut sequitur. RADERUS. Graviorem comitatum interpretor, qui valde moraturus erat agmen, quo numero sunt pecuniae, & quidquid multis jumentis opus habet: item captivorum multitudo. eos enim in quibus plurimum erat momenti, ut matrem, liberosque Darii secum duxisse ex sequentibus patet. FREINSH.

Duo cornua diviserat peditum] Correxi locum ex membranis, ut emendandum ipse quoque judicabis. Vulgo erat; *duo cornua divisa erant peditum, in utrumque latus equite circumdato.* sed quis malum ita loquitur? MODIUS. Correxisse è membranis ait Modius, si credemus adeo correxisse. nam ego priora sic adhuc corrigenda puto: *in duo cornua diviserat peditem.* posteriora nego fuisse corrigenda, *in utrumque latus equite circumdato.* aut certe ajo non necessario fuisse. Nisi enim venusta sic etiam, certe non invenusta, quantumvis idem clamet, quem (malum) ita loqui. ACIDALIUS. Secutus sum Acidalii correctionem. FREINSHEM. *In utrumque latus.* Pulcherrime alter MS. *utrimque latera equite circumdato*, Graecismo usitato. Ita scripsisse Curtium putem. Nam illud vulgatum *in utrumque latus*, nec in Modianis, nec in alterutro nostrum reperitur. GRONOVIUS. Dubitabam tamen leviter, legendumne esset, *utrimque alario equite circumdato.* Bongarsius sic voluit: *utrimque equite circumdato.* bene, si libri patiantur. BLANKARD. Gronovius ita ex MS. restituit Observ. l. II. c. 8. *& utrimque latera circumdato*, id est circa latera constituto equite. CELLAR.

Praemissum] Sic conjunxi quae male hactenus dividebantur. Vox enim *praemissum* rectius respondet sequenti *Menidam*, quam praecedenti *agmen.* FREINSH.

Cum Scythis] Sic emendo ex eo quod libri habent *concitis*, & Musis gratia, cum bene ita emendo. MODIUS. *Concitis.* Omnia, ante Modianum, exemplaria praeferunt hanc scripturam: Modius reponit, *cum Scythis: sic emendo*, inquit, *ex eo quod libri habent* concitis, *& Musis gratia, cum bene ita emendo.* Modianae emendationi favet MS. Constantiensis & editio Antverpiensis anno 1546. ante Modium vulgata, quae ad oram habet *cum Scythis.* Quid si legas *concitis equis?* ut alibi Curtius loquitur. Quid enim hic Scythae equites, cum nullos in exercitu suo Scythas habuerit Alexander? Lego ergo hoc loco, *Menidas cum equitibus*, erat enim praefectus equitum: vel *concitis equis.* RADERUS. Posset tamen defendi lectio Modiana, nec enim opus est, ut *Scytharum* nomine intelligantur inde oriundi, sed & qui eo armatu utuntur. Sicut reperimus equites *Tarentinos*, sic Astrologis *Chaldaei*, rectoribus elephantorum *Indi* nomen dedere. Alia quoque exempla similia reperies infra ad v, 1, 22. voce *Chaldaei.* De Scythis expresse Aelianus Tact. II, 13. *οἱ δὲ τῶν ἱππέων τόξοις χρώμενοι, ἱπποτοξόται λέγονται: ὑπ' ἐνίων δὲ Σκύθαι. Equites qui arcu utuntur, equites sagittarii dicuntur; à nonnullis Scythae.* Inter quos tamen fuisse Curtium vix mihi persuadeo, potius, scripsisse *cum citis equitibus.* Sic Plaut. Amphit. I, I, 90.

Equites parent citi.

quamquam paullo diverso sensu. propiore Livius XXVI, 15, 9. *eques citus ab Roma venit.* Ovid. Fast. II, 372.

Inde cito passu petitur Lucretia.

Sic Tacit. XIV, 26, 1. FREINSH. Bene illi, qui *concitis equis* restituerunt. HEINSIUS. Sic l. VII, 4, 36. *equo calcaribus concito.*

Nun-

ubi Darius [1] *eſſet.* At ille, quum Mazaeus haud procul conſediſſet, non auſus
ultra procedere; nihil aliud, quam *fremitum hominum hinnitumque equorum exau-
diſſe* nuntiat. Mazaeus quoque, conſpectis procul exploratoribus, in caſtra ſe 5
[2] recipit; [3] adventus hoſtium [4] nuntius. Igitur Darius, qui in patentibus cam-
pis decernere optabat; *armari militem* jubet, aciemque diſponit. In laevo cornu 6
Bactriani ibant equites, mille admodum; [5] Dahae totidem: & [6] Arachoſii [7] Suſii-
que quatuor [8] millia explebant. Hos quinquaginta falcati currus ſequebantur.
[9] proximus quadrigis erat [10] Beſſus, [11] cum octo millibus equitum item [12] Bactrianis.
Maſſagetae duobus millibus agmen ejus claudebant. Pedites [13] his plurium gen- 7
tium non [14] mixtas, [15] ſed ſuae quiſque nationis [16] junxerant [17] copias. Perſas
dein-

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *conſiſteret.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 2. Bong. *recepit.* 3 Leid. *adventum.* 4 Leid. Ald. Col. Mer. Baſ. *nuncians.* 5 Ald. *Dahae vero* Pal. 1. Voſſ. 1. 2. Baſ. Col. Mer. *Dachae* alii *Dacae.* 6 Pal. 1. *Argichoſii* Mer. *Aracoſii* alii *Archaſii.* 7 Ald. *Suſii* Pal. 1. omittit Bong. *Suavique* Fl. Leid. Voſſ. 2. *Suanique* Voſſ. 1. *Suſanique* Col. *Suevique* Mer. *Suevi* Baſ. *Suzii.* 8 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 2. omittunt *millia.* 9 P. ed. Lugd. Rouſſini *proximus.* 10 Ald. Col. *Baſſus.* 11 Pal. 1. *octo millium eq.* P. B. 1. Voſſ. 1. 2. *octo equitibus* F. *octo millibus equitibus* Leid. *Bes cum octo* Fl. *Bes ſed octo equitibus.* 12 Voſſ. 2. *Batricanis.* 13 F. Pal. 1. *his plurimum* Ald. Col. *plurimum his* Mer. Baſ. *plurimi his.* 14 Voſſ. 2. *mixtos* Bong. Ald. Lugd. *immixtos* Fl. Leid. *inmixtos.* 15 Pal. 1. *ſe ſuae.* 16 Voſſ. 2. *junxerat* & ſic Pal. 1. D. Bong. Lugd. Rouſſ. 17 P. omittit *copias.*

Nuncius] Hoc malui, quam illud *nuncians*, quod membranae laudabant tamen. MODIUS.

Decernere] Dimicare, proelium committere. Vide ſupra l. III. c. 2, 1. CELLAR.

Aciemque diſponit] *Deſcriptionem aciei poſt pugnam repertam*, ex Ariſtobulo refert Arrianus III, 2, 20. ubi vide. FREINSH.

Suanique] Valde vereor, ut ſatis proba ſit haec lectio, etſi à ſcriptis libris eſt. Lugdunenſem ſane ſcripturam, quae erat *& Arachoſii Suſiique*, confirmat Arrianus. MODIUS. *Suſiique.* Secutus Modium in prima Curtii editione, ſcripſi *Suanique.* Sed dum volvo ſcriptores Strabonem, Ptolemaeum, Aethicum, Melam, Plinium, Arrianum, Solinum, & alios, nullos uſquam lego Suanos. [apud Plin. tamen VI, 11. & Ptolem. V, 9. ſunt *Suani*] Antverpianus Curtius anno 1546. invulgatus, *Suſios* in contextu ſcripſit: in ora *Suavi*, *Suani*, *Suzii.* Beatus Rhenanus ante annos quinque ſupra centum Argentorati *Suevos* expreſſit. Quid Suevis cum Indis, Bactrianis &c.? Colonienſis tamen codex vetus etiam *Suevos*, edidit; novus, *Suavos*; noviſſimus *Suſiiſque.* MS. Conſtantienſis *Vanique*, aeque vanum. Ego ex Suanis facio *Suſianos*, ut ab regione Suſia *Suſiani* dicantur, quemadmodum cum Plinio VI, 27. Mela I, 2. appellat. ita ſyllaba haud dubie interjecta operarum negligentia extrita eſt. Hos infra V, 3, 16. Curtius ipſe *Suſianos* appellat. Ex vitioſa illa Argentina editione Aventinus, Bojaricae mirus conditor hiſtoriae, occaſionem ſumpſit fingendi Suevos Germanos fuiſſe in exercitu: & ulterius progreſſus Bojos & Noricos Alexandro M. bellum indixiſſe. *Alexander*, inquit lib. I. *popularibus noſtris etiam imperitis notior eſt, quam ſui reges & imperatores: quorum ne nomina quidem norunt. Saxones & Suevi tum ſe ſtipendia feciſſe praedicant. Noricos Bojoſque eidem bellum indixiſſe antiquis canitur carminibus.* Et ſupra: *Ea tempeſtate Germanos in Aſia militaſſe praeter famam vulgatiſſimam antiqua carmina, domeſtica videlicet teſtimonia, auctorem habeo Q. Curtium, qui inter auxilia Darii Regis Perſarum, Suevos commemorat.* RADERUS. Idem Aventinus, eodem mox loco meros Germanos facit eos, qui Macedoniae Regem profligaverunt. Ridicule ſane omnium prope nationum hiſtorici trahunt ad ſuam quique gentem, ſi qua antiquitatis gloriam conciliare poſſe videantur; aut notam habere virtutis. Ita haec una prope ſupereſt aemulatio decoris, ut quam nobis haud audemus tribuere laudem, vel per mendacium majoribus noſtris vindicemus. FREINSH. *Bactriani Dahae, Arachoſii.* Hi ex ultimis finibus regni Perſici ad orientem, *Suſii* autem Perſis ab occaſu adjacent, ſive inter Tigrim & Perſidem. CELLAR.

Item Bactrianis] Optime ita. impreſſi antea, *cum octo millibus equitum Bactrianis.* Peſſime. MODIUS.

Non immixtos] Iterum impreſſi, *non mixtas*, ineptiſſime. MODIUS. Damnat iterum Modius impreſſos, qui habeant *mixtas*, ineptiſſime. quomodo tandem hoc vel inepte? inepte membranae potius, niſi ſcribas etiam *immixtas*, verba enim qui aliter ſtrues, niſi copias junxeris mixtas, ſive immixtas? ACIDALIUS. Ego ſcripturam hanc in variis exemplaribus deprehendo. In editis omnibus antiquioribus. *Pedites his plurium gentium non mixtas, ſed ſuae quiſque nationis junxerant copias*, vel *non immixtas.* Modius ex MS. *non im-*

mix-

8 deinde cum [1] Mardis [2] Sogdianisque [3] Ariobarzanes & [4] Orobates ducebant. [5] Illi partibus copiarum; summae Orsines praeerat; à septem Persis oriundus, ad Cy-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. *Margdis* Col. Mer. Bas. Mod. *Marsis.* 2 Voss. 2. *Sodianis.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *Oriobarz.* S. P. *Oriob.* superscripto tamen *a* ut esset *Ariob.* 4 Pal. 1. Bong. *Oriombates* D. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *Orionibates* Lugd. Amst. Col. Mer. Bas. *Oriobates.* 5 Vulgo *illis partibus copiarum Orsines p.* Voss. 2. legit *illi partibus copiarum legionis duo summae autem Ors.*

mixtos damnata impressorum lectione emendavit editos. Modio etiam suffragatur Constantiensis codex MS. jam Acidalius damnat MSS. mihi, ut fatear, quod sentio, videtur Modius mulgere hircum, Acidalius supponere cribrum, utraque enim scriptura justa est, & eruditorum, & MSS. codicum. sententia quippe eadem est auctoris, sive legas *non mixtas*, sive *non immixtas*, sive *non immixtos*, attendendum est ad duo nomina *pedites* & *copias* per appositionem accipienda. RADERUS. *Pedites.* Accipe hoc primo casu; ordo est: *Pedites plurium gentium his* (praedictis) *junxerant copias*, *non mixtas*, *sed quisque suae nationis* sc. copias. Vides non perinde esse, *non mixtas* quis legat, sive *non immixtos*, quod postremum Modius volebat, merito repugnante Acidalio. Raderus qui utramque lectionem idem velle putat, vocem *pedites* quarto casu accepisse videtur. FREINSH.

Persas cum Mardis] Nescio quid in mentem fuerit Modio, quod hic *Marsos* ex Italia & Appulia accersierit, quodque Acidalii calamus eosdem non in suum locum remiserit. Quid enim hic *Marsi? Mardi* haud dubie reponendi hoc loco: *Mardae* Arriano, Latini *Mardos* dicunt. fuere *Mardi* circa Hyrcanum mare populi, qui per juga Caucasi montis sparsi ad Bactros usque protenduntur; gens fera & sui juris. Plin. l. VI, 16. RADERUS.

Orobates] Hic Arriano III, 2, 8. est Κονδοβάτης. sicut *Orsines* Ὀξίνης, vitiose. nam apud eumdem VI, 5, 19. scribitur Ὀρξίνης. FREINSH.

Illi partibus copiarum] Adhuc impressi, *illi partibus copiarum summae Orsines praeerat.* Quae haec monstra, aut unde? MODIUS. Etiam nunc vulgatos libros acerbo judicio, si judicio tamen, damnat Modius, unde, ait, aut quae haec monstra? *illi partibus copiarum summae Orsines praeerat.* Nescio equidem unde: sed obsecro monstra tu audes ista? Tua magis, quae produxisti è membranis. quae si tibi pro Apolline Delphico semper, age vaticinare indidem, quibus copiarum partibus praefuerit Orsines. Scribunt, *illis.* quibus? inquam ego. nempe quae proxime nominatae, Persis, Mardis, Sogdianis. Abi cum isto oraculo. Non vides datos jam iis ipsis duces Ariobarzanem & Oriobatem? Si id non videras, ipsa te haec verba monere poterant insulsissimae sententiae. Cur enim partibus, & indefinite illis, non uni alicui certae dicatur praefuisse? Verum quid diutius & meo & lectoris otio abutar? Isto meridie clarius est, veram lectionem vulgatorum: qui partibus earum copiarum Ariobarzanem & Oriobatem, summae earumdem diserte praeficiunt Orsinem: aut si non hanc usquequaque veram, certe falsissimam membranarum, quae nec ipsae suis verbis sententiam bonam explicant, & optimam praecedentium implicant, tum universam turbant prorsus & corrumpunt. ACIDALIUS. *Illi partibus.* Merito vapulat ab Acidalio Modius, qui foede corrupit hunc locum, deceptus à nescio quibus manuscr. legit enim: *Illis partibus copiarum Orsines praeerat.* ut verbo dicam, pessime. Sic apud Procop. 1. Pers. ἄρχοντες δὲ ἄλλοι τε ἦσαν, &c. στρατηγὸς δὲ εἷς ἅπασιν ἐφεστήκει. FREINSH.

A septem Persis] Cyrus ademptum Medis & Lydis imperium primus in Persidem intulit, cujus successor Cambyses filius à Magis, qui dolo Persarum regnum occupaverant, sublatus est. Septem vero Persae, qui Magos interemerunt, ex primatibus Persarum hi erant. Otanes, Jutaphernes, Gobrias, Megabyzus, Aspathines, Hydernes, & Darius Hystaspis filius, qui postea Oebaris equisonis commento Persarum imperium adeptus est, ut fuse in Thalia refert Herodotus. Strabo etiam l. XV. sic meminit. ὁ μὲν οὖν εἰς τὴν ἡγεμονίαν καταστήσας αὐτοὺς Κῦρος ἦν. Διαδεξάμενος δὲ τοῦτον Καμβύσης υἱὸς ὑπὸ τῶν Μάγων κατελύθη. Τούτους δὲ ἀνελόντες οἱ ἑπτὰ Πέρσαι Δαρείῳ τῷ Ὑστάσπου παρέδοσαν τὴν ἀρχήν. Ad hunc Cyrum Persarum regem, & septem Persas Orsines genus suum referebat, ut & l. X. Curtius tradit. POPMA. *A septem Persis.* A septem regni Satrapis per stirpem longa serie ductam ortus, quoad Cyrum ipsum Persarum regem primum attingeret. sed qui illi septem Persae fuerint, quod sciam, prodidit nemo. Ipse Pasargadarum Persicae gentis Dynasta per longas temporum successiones accisam provinciam obtinuerat. Arriano *Orxines* dicitur; Latini mollierunt vocem, dixeruntque *Orsines*, in crucem demum actus est. RADERUS. *A septem Persis.* Errat scriptor Explanationum, & nescio quos sibi *septem regni Satrapas* fingit, *per quorum stirpem longa serie ductam ortus Orsines, quoad Cyrum ipsum Persarum primum attingeret.* Qua re merito negat, qui illi septem Persae fuerint, quemquam prodidisse. Nec enim de talibus Satrapis sentit Curtius, sed de septem Persis nobilissimo Magicidii facinore decantatissimis. Ab horum aliquo (potest & à pluribus: quid enim vetat cognatione & affinitate fuisse junctos? & vero fuisse, partim scimus) hunc Orsinem

Cyrum quoque nobiliſſimum regem originem ſui referens. Hos aliae gentes, [1] ne 9
ſociis [2] quidem ſatis notae, ſequebantur. Poſt [3] quas quinquaginta quadrigas
[4] Phradates magno [5] Caſpianorum agmine [6] antecedebat. Indi, ceterique rubri
maris adcolae, nomina verius quam auxilia, poſt currus erant. Claudebatur hoc 10
agmen [7] aliis falcatis curribus [8] quinquaginta: quîs peregrinum militem [9] adjun-
xerat. Hunc Armenii, quos minores [10] vocant; Armenios Babylonii; utroſque
[11] Belitae, & qui montes [12] Coſſaeorum [13] incolebant, ſequebantur. Poſt hos 11
ibant Gortuae, gentes quidem [14] Euboïcae, Medos quondam ſequuti; ſed jam
de-

Variantes Lectiones.

1 P. *nec.* 2 Col. Mer. Baſ. *ſatis quidem* Voſſ. 2. *ſatis notae quidem.* 3 Pal. 1. *aquas.* 4 Pal. 1. *Pharadates* Ald. Col. Mer. *Bradates* Baſ. *Bardates.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. *Caſpiorum* Col. *Caſpaniorum.* 6 Pal. 1. *antecedebant.* 7 Pal. 1. *alii.* 8 Bong. Voſſ. 2. omittunt *quinquaginta.* 9 Bong. *adjunxerant.* 10 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Lugd. Amſt. *appellant.* 11 Ald. Col. Mer. Baſ. *Bellitae.* 12 Pal. 1. Voſſ. 2. Mer. *Coſſeorum* Fl. Leid. Voſſ. 1. Ald. Col. Baſ. *Quoſſeorum* P. *Segorum* B. 2. *Quoſteorum.* 13 Col. Mer. Baſ. *incolunt.* 14 Fl. *Euboeiae* Voſſ. 2. *Roboicae.*

nem vult originem habuiſſe; ſed & Cyrum inter majores ſuos numeraſſe: cujus forte filiarum aut neptium aliqua cuidam ex Orſinis majoribus denupſerit. Atque ut video, idem de hoc loco ſenſit Popma. De ratione autem iſta loquendi vide noſtrum Indicem, in *Numerus integer pro imminuto poſitus.* Ab iiſdem VII. Perſis deducebant etiam genus Cappadociae Reges, Diodor. XXXI, 3. & Pontici, Florus III, 5, 1. & Armenii, Strabo lib. XI. f. FREINSH.

Originem ſui] Vidi Davieſium ad Caeſarem l. 1. de b. Gall. c. 4, 2.

Poſt quas L. quadrigas Phradates] Valde dubito ſcripſiſſe Curtium, nec ſeorſum memoraſſe iſtas quadrigas, ſicut fecit alibi. Ut ſupra: *hos quinquaginta falcati currus ſequebantur*, & paullo poſt: *claudebat hoc agmen aliis falcatis curribus quinquaginta.* Mallem igitur ſic legere hoc loco: *poſt quas quinquaginta quadrigae. Eas Phradates.* Et poteſt fieri, ut ex male conjunctis duobus vocabulis, *quadrigae eas*, poſtea ſit ortum illud *quadrigas.* SCHEFF.

Phradates] Sic legendum. *Bradates* legitur in quibuſdam vulgatis, in aliis *Cradates*, ſed perperam. Orſinis enim & Phradatis, quos hic Curtius refert partibus copiarum praeeſſe, l. x, 1, 35. ſic meminit. *Quem Orſines intuens, audieram,* inquit, *in Aſia olim regnaſſe feminas, hoc vero novum, regnare caſtratum. Hic fuit exitus nobiliſſimi Perſarum, nec inſontis modo, ſed eximiae quoque benignitatis in regem. Eodem tempore Phradates regnum adfectaſſe ſuſpectus fuit.* POPMA.

Caſpianorum agmine] Maris Caſpii accolae. Mela l. III. c. 5. *intus ſunt ad Caſpium ſinum Caſpii, & Amazones, quas Sauromatidas appellant.* CELLAR.

Nomina verius] Illud *verius* cum in membranis non ſit, etiam hic non eſſet, ſi operae mihi paruiſſent. MODIUS. Videſis Lipſ. Polit. l. v. D. 8.

Falcatis curribus] In excuſis eſt, *aliis falcatis curribus quinquaginta*, qui numerus cum in veteribus libris nullus ſit, rectius meo judicio aberit; nihil refert tamen. MODIUS.

Hunc Armenii, quos minores vocant Armenios, Babylonii, utroſque Belitae, & qui montes Coſſaeorum incolebant, ſequebantur] Diſtinctiuncula & hic in vulgatis integra, apud Modium vitioſa. Res ita poſcit: *Hunc Armenii, quos minores vocant; Armenios Babylonii; utroſque Belitae.* In iiſdem forſan etiam rectius *incolunt*, quam apud hunc *incolebant.* ACIDALIUS.

Utroſque Belitae] Belitarum nomen ignotum Geographis, incertum etiam, an *Belus* Syriae fluvius hoc nomen fecerit accolentibus. CELLAR.

Montes Coſſaeorum] Coſſaei Perſis, & Uxiis à Septentrione finitimi, montana inhabitantes, Ptolemaeo. IDEM.

Poſt hos ibant] Vox *ibant* in editis non erat. at erat in non editis codicibus. MODIUS.

Gentes Euboïcae] Non videtur hic Curtius de Euboea Graeca inſula quidquam cogitaſſe, ſed de Indica regione, circa quam tam feraces vites ajunt eſſe, ut quotidie uvas proferant. Quia tamen Curtius Euboicos hoſce cum Phrygibus conjungit in exercitu, rem mihi dubiam facit, Graecine ſint Euboici origine, an Arabes & Indi, quomodo enim degeneres, niſi ab Graecis & politis gentibus deſciſſent, & Medorum linguam, vitam, barbariem ſecuti eſſent? Certe Graecos hic intelligo jam bilingues, ut Branchidae & barbarizontes. RADERUS. *Gentes Euboïcae.* Malim *gentis:* Quae unde ſequuta ſit Medos, neſcio quam cauſſam dubitandi habuerit auctor Explanationum. Apparet enim ſermonem eſſe de Euboea Graeca inſula. FREINSH. Graeci genere, ex inſula Euboea, Darium quondam aut Xerxem Graecis bellum inferentem ſequuti: jam vero poſt diuturnam barbarorum conſuetudinem Graecos mores obliti. Alii in India hanc Euboeam quaerunt. Ceterum *gentis*, quam vulgare *gentes* mavult lectum Freinshemius. CELLAR.

degeneres, & patrii moris ignari. Adplicuerat his Phrygas & [1] Cataonas. [2] Par-
thorum deinde gens, incolentium terras, quas nunc Parthi Scythia profecti te-
12 nent, claudebant agmen. Haec finiſtri [3] cornu [4] acies fuit. Dextrum [5] tenebat
natio majoris Armeniae, [6] Caduſiique, Cappadoces, [7] & Syri, [8] & Medi. his
13 quoque falcati currus [9] erant quinquaginta. Summa totius exercitus, equites
[10] quadraginta quinque millia: [11] pedeſtris acies [12] ducenta millia [13] expleverat. Hoc
modo

VARIANTES LECTIONES.

1 Ald. Col. Mer. Baſ. *Cathaones.* 2 Fl. Leid. *Parthoirum* Pal. 1. *Parthiorum Parthoirum* & ſubdito literae *i* puncto *Parthorum* Lugdd. ambae Amſt. *Parthienorum.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 2. B. 1. 2. *cornus* in F. *s* exſculptum. 4 Voſſ. 1. *facies.* 5 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *tenebant.* 6 Pal. 1. *Caduſchique & C.* Ald. Col. Mer. Baſ. *Caduſiique Cap.* 7 Voſſ. 2. *& Sirii* Ald. Col. Mer. Baſ. *Syrii.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *ac Medi.* 9 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *L erant.* 10 Vulgo *CXLV millia* MSS. omnes Col. Mer. *XLV* omiſſo *millia.* 11 Pal. 1. *pedeſtres.* 12 Vulgo *ſexcenta millia* P. *exercitus CC m.* 13 Pal. 1 *expleverant.*

Degeneres] Vide quae notavi ad iſta Flori l. II. c. 11. 4. *frugum ſemina mutato loco degenerant.* FREINSHEM.

Phrygas & Cataonas] Forte *Phrygas, & Sitacinos*, vel *Sitacenos*, ut Ptolemaeus habet. LOCCENIUS. *Cataonas.* De his Strabo lib. XII. ſub ipſum initium. non accedo viro docto, qui malit hoc loco *Sitacinos*, vel *Sitacenos*, quando nihil ita mutare jubet. FREINSHEM. *Phrygas & Cataonas.* Phryges noti: Cataonia eſt Cappadociae regio inter Taurum & Antitaurum finitima Ciliciae. CELLAR.

Parthienorum] Et hoc quoque loco verius fortaſſe eſt legere, ut in excuſis eſt: *Parthorum*, quam ut in membranis *Parthienorum*, praeſertim ſi Arriano credis, ad quem te remitto. MODIUS. Parthienorum regionem deſcribet Curtius l. VI. c. 3. Plerique codices habent pro *Parthienorum*, *Parthorum*, utraque ſcriptura non eſt loco inidonea. RADERUS. *Parthorum.* Non ſatis expedio me ex hoc loco, praeſertim illud turbat, quod ſubjicit: *terras, quas nunc Parthi, Scythia profecti tenent.* quae vix eſt ut aliter accipi poſſint, quam Parthos qui nunc ibi ſunt, poſt tempora Darii eo veniſſe. Sed id non patiuntur praecedentia, in quibus & eam gentem quae tunc iſta loca tenebat, diſerte vocat *Parthorum gentem.* & infra VI, 2, 12. eamdem proponit ſententiam. Quin & certum eſt; *etiam inter antiquos barbaros genus eorum fuiſſe: nam nomen Parthorum etiam ſub Perſico regno geſſerant.* quae fere verba ſunt Dionis lib. XL. nec quiſquam aliorum, quod meminerim, diſſentit. Quare videndum, ſi ita poſſit conſtitui ſenſus verior: *terras, quas nunc Scythia profecti tenent.* Verum quidem eſt, Parthos etiam ex Scythia deduci auctoribus. Juſtin. XLI, 1. vide. Sed cum illi ſedes jam fixiſſent, & à conditoribus ſuis locis, nomine, & inimicitiis diſſiderent, orta inter eos fuiſſe bella, quorum & Juſtinus XLI, 1, 9. obiter meminit, per quae bella haud dubie *Scythae regionem campeſtrem ac fertilem occupaverunt, graves adhuc*, aetate Curtii, *adcolae.* Si verum eſt quod ille ſcribit VI, 2, 13. quiſquis es,

- - - - *ſi quid noviſti rectius iſtis,*
Candidus imperti.

FREINSH. Torquet hic locus interpretes ob manifeſtam Curtii ἐναντιολογίαν, qui jam tum *Parthorum* gentem vocat, quam nondum è Scythia profectam videtur indicare. Expedita res eſſet, ſi legeremus *quas nunc Parni Scythia &c.* ſic enim nec ſecum, nec cum hiſtoria pugnaret Curtius, ut conſtabit ex iis, quae dicemus l. VI. TELLIERIUS. Haud dubie animo Curtii, quum haec ſcriberet, obverſabatur magna illa differentia, quae erat inter Parthos, tempore Darii, & ſuo ſeculo, *Penes quos*, ut ait Juſtin. l. XLI, 1. *velut diviſione orbis cum Romanis facta Orientis imperium erat.* At tempore Darii *inter Orientis populos obſcuriſſimi*, quorum campi *Aſſyriorum & Medorum temporibus à Scythis exſulibus* occupati Parthorum nomen ab iis accepere. *Nam Scythico ſermone Parten exſules dicuntur.* Adeo ut, ſi vocem *nunc* ad Darii tempora referam, intelligere locum videar; *incolentium* nempe *terras, quas nunc Parthi Scythia profecti tenent*, id eſt, contractam Parthienen *campeſtrem illam regionem* l. VI. c. 2, 15. non illorum Parthorum, quos tam potentes & late diffuſos noverant poſteriores.

Caduſiique] Mediae Atropatenae populus juxta Caſpium mare. CELLAR.

Summa totius exercitus equites XLV. *millia*] Quid igitur illud fuit, quod ipſe Curtius, ut de Diodoro, Plutarcho, Arriano ſit ſilentium, ante dixit? *Ceterum quum dimidio ferme major eſſet exercitus, quam in Cilicia fuerat.* Quid inquam? nam in Cilicia ad centum millia equitum, trecenta millia peditum habuiſſe in exercitu Darium, ipſe quoque auctor eſt. Omnino igitur legero. *equites centum quadraginta quinque millia, pedeſtris acies ſexcenta millia expleverat.* Verum ego, quod prius dixi, malo. etſi enim poſterius hoc notae ut dixi ſuadent recipiendum, ipſeque Arrianus plane confirmet. Tamen ſemper memores eſſe debemus, & in notis facilem eſſe errorem, & verecundius ſem-

modo instructi decem stadia procedunt: jussique *subsistere*, armati hostem exspectabant. Alexandri exercitum pavor, cujus caussa non suberat, invasit: quippe 14
[1] lymphati trepidare [2] coeperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. Coeli fulgor [3] tempore aestivo ardenti similis internitens, ignis praebuit speciem; flammasque ex Darii castris splendere, velut [4] inlati temere praesidiis, credebant. Quod

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 1. *Lymfati* Voss. 2. *Linfati.* 2 B. 1. *fecerunt.* 3 P. *tepore.* 4 Vulgo *illatas* Voss. 2. *elati temere* alii & Lugd. ambae Amst. *latis tenderent.*

semper mentiri Curtium, quam Graeculos, historiarum, sive fabulae suae, scriptores. MODIUS. *Summa.* Demirari satis non possum, quo pacto error in omnia antiquiora exemplaria & edita & inedita irrepserit, fieri enim non potest, ut numerus iste exercitus Dariani, vel ipso Curtio teste, sit justus. 245000. hic censa sunt. In Cilicia 311200. numerati. Ad Arbela seu Gaugamela dimidio fere major exercitus erat, ut Curt. IV, 9, 3. recensuerat, & IV, 9, 11. majores prioribus copias fuisse ostendit. Itaque editio Colon. Allobrogum, equitum numerat 145000. peditum 600000. nullo tamen alio codice Curtiano suffragante. Justinus XI, 12. 5. narrat Darium postremum occurrisse cum 100000. equitum, 400000. peditum. Oros. III, 17. 404000. peditum, 100000. equitum recenset. Diodor. XVII, 39. & 53. 200000. equitum, 800000. peditum. Arrian. III, 2, 8. equitum 40000. peditum 1000000. sub signis habuisse Darium affirmat. Plutarch. Alex. cap. 54. universim indistincte 1000000. ponit. Cum ergo in 1000000. consentiant, non absque ratione apud Curtium numerum emendes, & tres nobilissimos scriptores sequaris. Vulcanius in equitibus vehementer aberravit à numero Arriani. nam *τετρακισμυρίους* non valet 400000. ut ille transtulit, sed 40000. ut recte vertit ante Vulcanium Barth. Facius. Is vero numerus verusne an falsus sit, penes Arrianum esto. quando scriptores inter se variant. RADERUS.

Alexandri exercitum pavor, &c.] Miles Alexandri licet intrepidus adversus hostem; tamen hic Panico terrore percellitur. Hoc est, quod Tacitus XV. Annal. dixit: *Etiam fortes viri subitis terrentur.* LOCCENIUS. Paullo aliter Polyaenus IV, 3. hanc historiam enarrat: *Alexander ad fluvium Tigrim praevertere Darium festinabat: Panicum ab extrema acie pervasit universum exercitum. Rex mandavit tubicini, ut securitatis signum promulgaret, & antesignanis militibus, ut ante pedes arma projicerent, atque idem sequentibus se dicerent. Sic omnes ex ordine hoc facientes, caussam terroris cognoverunt. Cum Panicum cessasset, milites sublatis armis processerunt.* Ex quo loco discis, pavorem illum subitum Graecis Πανικὸν appellari, cujus caussam idem Polyaenus I, 2. aperit: *Pan Bacchico exercitui noctu signum dedit, ut maximum & inconditum clamorem tolleret. His vero clamantibus petrae sonum exceptum referebant, & cavitas saltus longe majorum copiarum fremitum hostibus reddebat. Quare metu perterriti, se in fugam conjecerunt. Cum igitur Pan hoc stratagema usurparit, Echo Pani gratam & amicam esse fingimus: atque vanos nocturnosque terrores exercituum Panicos appellamus.* RADERUS.

Lymphati] Subito furore correpti, quod evenire illis credebant, qui speciem Nymphae in aqua conspexissent. CELLAR.

Tempore aestivo] In quibusdam legitur *tepore aestivo*, quod mihi quidem vehementer placet prae altero, quia tepor ille solet esse caussa illius fulgoris, ut est notum. SCHEFFER.

Latis tenderent] Manifestaria res est, locum esse corruptum. nec, quamquam pro meis copiis operam sedulo dederim, qui ei medicinam facerem, satis mihi adhuc ipse in ejus emendatione placeo. vulgo erat. *Flammasque ex Darii castris splendere, velut illatas temere praesidiis credebant.* pessime, & sine sensu. membranae habebant, *velut illatis temere praediis credebant*, unde fortasse suspicetur aliquis legendum; *flammasque ex Darii castris splendere, velut illatas temere praediis credebant.* Alius inquam hoc forte putet; sed mihi quod ex scripturae vestigiis in Dias luminis oras edidi magis impendio placet. MODIUS. Hic vero quae vulgo corruptissima, fecit Modius ut essent multo meliora. nam optima necdum ego puto, nec ipse fuit ausus affirmare. fluctuat imò me ipso magis, & nescio quid alterius scripturae confingit etiam è membranis. hanc ipsius caussa vellem omisisset, nec erat periculum, ne praeter eum alius de illa suspicaretur. nos autem, quid habemus? Olim argutati sumus, atque ita conabamur: *flammasque ex Darii castris splendere, velitatis temere radiis, credebant.* Id adeo ex iisdem Modii membranis, quae habent; *velut illatis temere praediis.* ac nostrae lectionis sensus erat iste; credebant è Darii castris flammas scintillantes exsplendere, cum radios fulgoris coelestis inter se temerario concursu quasi velitarentur. Ita enim videtur hoc fulgorum genus: quod ad illa referebam Aristotelica in libello de Mundo, si is Aristotelis est, tamen satis certo, τῶν δὲ σελάων ἃ μὲν ἀκοντίζεται· ἃ δὲ στηρίζεται. ὁ μὲν οὖν ἐξακοντισμός ἐστι πυρὸς γένεσις ἐκ παρατρίψεως ἐν ἀέρι φερομένου ταχέως καὶ φαντασίαν μήκους ἐμφαίνοντος διὰ τὸ τάχος, quae sic Apulejus noster vertit: *Horum pleraque jaculari credas, alia labi,*

15 Quod ſi perculſis Mazaeus, qui praeſidebat itineri, ſuperveniſſet; ingens [1] clades
accipi potuit. [2] ille ſegnis in eo quem occupaverat tumulo [3] ſedet: contentus non
16 laceſſi. Alexander, cognito pavore exercitus, *ſignum ut* [4] *conſiſterent dari*; [5] *ipſos*
arma deponere, *ac levare corpora* jubet: admonens, *nullam ſubiti cauſſam eſſe* [6] *timoris*;

Variantes Lectiones.

1 B. 1. 2. *cladis.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *nunc dum ille.* 3 Lugd. Ambae Amſt. *ſedit.* 4 Voſſ. 2. *obſiſterent* Pal. 1. *conſtiterat.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Lugd. Amſt. *ante ipſos* P. F. *ante ipſos coram* D. *ante ipſi* ſed ſubditis punctis deletum *ſi.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Lugd. ambae Amſt. *terroris.*

bi, ſtare alia: Jaculatio igitur tunc fieri putatur, cum meatu aëris impulſi generatus ignis celeritatem ſui curſumque rapidae feſtinationis oſtendit. De his quidem ardoribus indubitatim locus interpretandus: at de *velitatis*, ſive *jaculatis*, quod etiam ipſum exinde conjiciebam, valde nunc haeremus. Diſplicet argutiola in verbis tota, quae magis jam ſobrie tractamus, & veſtigia propius legimus vulgatae lectionis. Sic tamen duplex quoque ſcriptura nata nobis. harum prior non contemnenda: *veluti laxis tenderet praeſidiis. Tenderet* enim de Dario capi volo, non de caſtris *tenderent. Laxis* etiam in hac re melius: atque ita lib. III. in re ſimili: *Ignes deinde totis campis collucere coeperunt, omniaque velut continente incendio ardere viſa, cum incondita multitudo maxime propter jumenta laxius tentoria poneret.* Jam *veluti* non ob aliam cauſſam, niſi ne inſuperhaberetur ſyllaba prior in *illatis*, quae ſcilicet orta ex iſto *i*, loco ſuo moto. Sed altera magis mihi probata, quae quamvis licentior, eſt tamen aptior: *veluti laxius tenderent praeſidia.* Ac praeſidia capies hic de ipſo toto exercitu, novo more, ſed apud Curtium non plane novo. Sic enim etiam ſuperius hoc ipſo libro: *Multis tamen ſaluti fuere Sidonii, qui intra Macedonum praeſidia erant:* id eſt, qui erant in exercitu, ſive pars exercitus Alexandri. Alias praeſidia ſtrictioris intellectus, qui vulgo adhuc ſolus notus. Hunc & hinc notemus, & porro alibi inquiramus. ACIDALIUS. Varia hic variorum codicum eſt ſcriptura, quae librariorum vitio irrepſit. MS. Conſtantienſis habet: *velut in latis temere praeſidiis.* Aliae membranae, *velut illatis temere praediis*, ubi Modius *illatas* putat ſcribendum. Editus, *velut illatas temere praeſidiis.* Alius, *velut latis tenderent praeſidiis*, quae lectio Modio arriſit, itaque edidit, nec diſplicuit Acidalio, qui primum argutatus putavit legendum, *velitatis temere radiis*, ſed non immerito hanc ipſe argutationem mox reprehendit, & locum aliter emendavit, ut legeret, *velut laxius tenderent praeſidia.* Germana lectio videtur: *veluti latis tenderent praeſidiis.* RADERUS. *Inlati temere praeſidiis.* Prae hac lectione valide ſperno aliorum commenta. haeret enim proxime membranis, & ſenſum habet commodiſſimum: Fulgore eo conſpecto Macedones crediderunt Darii caſtra in propinquo eſſe, ſeque in praeſidia hoſtium temere & nec opinantes incidiſſe. quidquid alii hoc loco comminiſcuntur. Hanc meam conjecturam validiſſime confirmari poſtea vidi, Doctiſſimi Gronovii literis ad Amant. Socerum ſcriptis, ubi ſic reperi: *Memini me tentaſſe apud te locum Curtii lib.* IV. *ſed poſtea devenerunt in manus noſtras excerpta aliquot MSS. Cod. ex quibus ita legendum eſt*; Coeli fulgor ae. t. i. i. p. s. flammaſque ſplendere ex Darii caſtris velut inlati temere praeſidiis credebant. *Eam lectionem multis firmant miſcella noſtra. inſtar omnium ſit locus ex epiſt. ad Attic.* VIII, 15. *Neque enim eos ſolos arbitrabamur capi, qui in armatorum manus incidiſſent, ſed eos nihilo minus, qui regionibus excluſi, intra praeſidia, atque intra arma aliena veniſſent:* Ego nunc etiam video plane ſic eſſe in editione Aldina. Adde ejuſdem Obſervation. lib. II. c. 8. ubi pluribus haec expenduntur. FREINSH. *Veluti illati temere praeſidiis.* Illapſi caſtris & praeſidiis Perſarum. Adeo fulgor internitens propinqua illa repraeſentabat. Nam Ciceroni etiam caſtra *praeſidia* ſunt. pro Roſcio Am. c. 43. *eorum bona venerant, qui in adverſariorum praeſidiis occiſi ſunt* (hactenus Corneliae legis verba; ſubdit orator) *dum praeſidia ulla fuerunt, in Syllae praeſidiis* (Roſcius) *fuit.* De ipſa lectione, quae à multis editis non nihil diſcrepat, Gronovium conſulas l. II. Obſerv. c. 8. qui tam ex MSS. quam Aldina defendit. CELLAR. Fuit etiam, quum & nos ſecuti ductum literarum, legeremus, ſi liceret. *veluti tactipraeſtigiis temere credebant.* ſed nunc remittimus.

Nunc dum ille] Saepe etiam parva res magnas turbas dat; & corrumpendis libris eſt. veluti hic quoque, ubi antea erat: *ingens clades accipi potuit. Ille ſegnis in eo, quem occupaverat, tumulo ſedit, contentus non laceſſi. Alexander &c.* inficete, atque adeo inepte. MODIUS.

Contentus &c.] Et alibi *contentus* cum modo infinito componitur. Plin. epiſt. l. VI. ep. 31. *quaſi contentus aemulum removiſſe.* CELLAR.

Ante ipſos arma deponere] In vulgatis *ante* non eſt, & abeſſe ſane poteſt. in membranis autem ſi fuit, *inde* fortaſſe debuit emendari. ACIDALIUS. *Ipſos arma deponere.* Ex chartis aſſumpſi vocem: *ante ipſos*, quae in editis deeſt. Acidalius pro *ante* legendum putat *inde*, ſed retineo ſcripturam ex ſcripto, & Polyaeno ſuffragante, qui hanc hiſtoriam IV, 3, 26. attingit & ſcribit, θέσθαι τὰ ὅπλα πρὸ τῶν ποδῶν, *ante pedes arma ponere.* RADERUS. Iſta lectio leviter me movebat, ut dubitarem fuiſſe,

ris; *hostem procul stare*. Tandem compotes sui pariter arma & animos [1] recepe- 17
re. nec quidquam ex praesentibus [2] tutius visum est, quam [3] eodem loco castra
munire. Postero die Mazaeus, [4] qui cum delectis equitum in edito colle, ex quo 18
Macedonum [5] prospiciebantur castra, [6] consederat; sive quia *speculari modo* jussus
erat, ad Darium [7] rediit. Macedones [8] eum ipsum collem, quem deseruerat, oc- 19
cupaverunt: nam & tutior [9] planitie erat; & inde acies hostium, quae in campo
[10] explicabatur, conspici poterat. Sed caligo, quam circa humidi [11] effuderant 20
montes; universam [12] quidem rei faciem [13] non abstulit: ceterum agminum discri-
mina atque ordinem prohibuit perspici. Multitudo inundaverat campos: fremi-
tusque tot millium etiam procul [14] stantium aures impleverat. [15] Fluctuari animo 21
rex,

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. *recipere*. 2 Voss. 2. *totius*. 3 Alii *in eodem*. 4 Fl. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. Mer. omittunt *qui*. 5 Voss. 2. *prospiciebat*. 6 Voss. 2. *conscenderat*. 7 Voss. 2. *reddit*. 8 Voss. 2. *tum*. 9 Voss. 1. *planitia* Pal. 1. *planities*. 10 Pal. 1. *explicabantur* & sic Voss. 2. 11 Bong. *montes effud*. 12 Bong. Fl. Leid. Voss. 2. *equidem*. 13 Col. Mer. Bas. omittunt *non*. 14 Fl. Leid. *adstantium*. 15 Vulgo *fluctuare*.

se, *antesignanos arma depon.* cum idem ille Polyaenus hoc quoque nominatim tradat. FREINSHEM.

Levare corpora] Ipsa armorum depositione levarunt corpora. Quia tamen adhuc mihi displicebat ea verborum structio, divinabam, *levari torpore*. Metu enim *torpere* dicuntur, qui pertimuere. IDEM.

In edito colle &c.] Ad haecce iterum notat censor Cl. Clericus. *Haec contraria sunt, nam collis & montes impediunt prospectum.* Judicii de Curtio c. 4. §. 5. Egregie vero! Videtur autem respicere superiora, *liberque prospectus oculorum etiam in ea, quae procul recessere, permittitur*. Quasi scilicet vasta non possit esse planicies, nec permittere liberum prospectum oculorum etiam in remota procul loca, nisi eadem planicies sit infinita, & nullis usquam collibus aut montibus terminetur. At vero consederat jam Darius in illius extrema parte; ad alteram accedebat Alexander, sed superare debebat prius montes vel colles, quibus illa claudebatur. Quum in iis esset collibus, interjecta fuit inter ipsum & Darium ista planicies, adeo late patens, ut caperet aciem tam immensi exercitus, quem ducebat Darius, supra aciem centenorum millium, immo aciem & concursum duorum exercituum. Ista ergo an non satis ampla fuit, nec satis liberum habere potuit prospectum, nisi removeantur etiam illi colles, per quos transeundum erat Alexandro, ut in istam planiciem descenderet? Haeccine ergo *contraria sunt*; *vastam esse planitiem*, *quae liberum permittat prospectum etiam in ea, quae procul recessere*, eamque tamen terminari tandem *collibus* quibusdam? PERIZONIUS, Curtius Vindic. p. 180.

Sive quia] Magis per pleonasmum quam ellipsin vox *sive* adhibetur, nec tamen alteram comparationis partem desiderat. Sic Horat. l. 1. od. 32, 7.

Qui ferox bello, tamen inter arma,
Sive jactatam religaret udo
Littore navem.

Propert. l. II. eleg. 20. vs. 28.

Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Hanc sequar, & fidos una aget aura duos.

Speculari modo] *Modo* in hoc significatu paullo rarius & inusitatius est, cum pro *tantum*, *duntaxat*, *tantummodo*, *solum* ponitur. RADERUS.

Effuderant] Lego *offuderant*. HEINSIUS.

Fluctuare] Vulgo minus bene, *fluctuabatur*, & mox *aestimatione* pro *existimatione*. MODIUS. Omnia exemplaria ante Modium edita, & nobis cognita hanc scripturam ostendunt, non *fluctuare*, ut Modius, non *fluctuabatur*, ut idem. Sed *fluctuari animo rex.* manu quoque exaratus, *fluctuari* habet. ita veterem scriptionem retineo, neque melius Modius scripsit *fluctuare*. sunt enim nonnulla verba, Fabio teste, quae utroque modo efferuntur. *Quod mirum minus est*, inquit Quinctil. Inst. l. IX. c. 3. *quod in natura verborum est, & quae facimus patiendi modo saepe dicere, ut arbitror, suspicor, & contra faciendi, quae patimur, ut vapulo. Ideoque frequens permutatio est, & pleraque utroque modo efferuntur: luxuriatur, luxuriat, fluctuatur, fluctuat, assentior, assentio.* RADERUS. *Fluctuare.* Sic Modius, qui vulgo ait lectum *fluctuabatur*. suppositum utrumque pro vera lectione, quae in Aldina, & omnibus, quas appellavi membranis, *fluctuari animo rex*, ut Livius lib. XXIII. *incertis adhuc viribus fluctuatus animo fuerat.* lib. XXXII. *ibi stativis rex aliquot dies habitis fluctuatus est animo, utrum protinus in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam praestaret.* Seneca, alii. GRONOVIUS. lib. II. Observ. c. 8.

Existimatione] Sic recte Modius, hoc est consideratione, judicio. eleganter enim verbum *existimo* pro judico, sentio, ut ex Cicerone disces. plerique tamen Codices *aestimatione* habent, nec hujus significatus est alienus à Curtio, dummodo non accipiatur pro litis aestimatione. RADERUS.

Sera-

rex, & [1] modo ſuum; modo Parmenionis conſilium ſera [2] aeſtimatione perpendere. quippe eo ventum erat, unde recipi exercitus niſi victor, [3] aut ſine clade
22 non poſſet. [[4] Movebat [5] etiam eum multitudo hoſtium, reſpectu paucitatis ſuae gentis: ſed interdum reputabat, quantas res cum hac gente geſſiſſet, quantoſque populos fudiſſet. Itaque, [6] quum ſpes metum vinceret, periculoſius bellum differre ratus, ne deſperatio ſuis creſceret;] [7] diſſimulato eo, *mercenarium equitem*
23 *ex* [8] *Paeonia* [9] *praecedere* jubet. Ipſe phalangem, ſicut antea dictum eſt, in duo cornua extenderat: utrumque cornu equites tegebant. [10] Jamque nitidior lux, diſcuſſa caligine, aciem hoſtium oſtenderat: & Macedones, ſive alacritate, ſive taedio exſpectationis, ingentem, pugnantium more, edidere clamorem. redditus
24 & à Perſis, nemora valleſque circumjectas terribili ſono impleverat. Nec jam contineri Macedones poterant, [11] quin curſu quoque ad hoſtem [12] contenderent. Melius adhuc ratus [13] in eodem tumulo caſtra [14] munire; *vallum jaci* juſſit: ſtrenueque opere perfecto, in tabernaculum, ex quo tota acies hoſtium conſpiciebatur, [15] ſeceſſit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 1. *modum.* 2 Voſſ. 2. *extim.* Lugd. *exiſtim.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. omittunt *aut.* 4 Bong. omittit uſque ad *creſceret* Fl. Leid. Voſſ. 1. *non poſſet. itaque diſſimulato eo* Lugd. amb. Amſt. *non poſſet. itaque diſſimulato pavore mercenarium militem.* 5 Voſſ. 2. omittit *etiam.* 6 Mod. Bong. omittunt uſque ad *creſceret.* 7 Voſſ. 2. *itaque diſſim.* 8 Voſſ. 1. D. B. 2. *Poenia* B. 1. F. *Penia* Pal. 1. *exponi* & Voſſ. 2. *ex Peoni* & Mer. *Peonia.* 9 Lugd. ambae *procedere.* 10 Pal. 1. *namque.* 11 Fl. Voſſ. 1. *qui in.* 12 Mer. *extend.* 13 Vulgo addunt *ratus Alexander* Voſſ. 2. *Alexander melius adhuc ratus.* 14 Pal. 1. *muniri.* 15 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. Lugd. ambae Amſt. *ſucceſſit.*

Sera aeſtimatione. Etiam hic libri quidam MSS. habent *exiſtimatione* ſicut ſupra lib. III. c. 6. ubi vide quae notavi. SCHEFFER.

Movebat &c. itaque diſſimulato] Editiones omnes haec interpolarunt, quae quidem qualia qualia, ſi officium noſtrum faciamus, & quod juſtitiae proprium eſt, ſuum cuique tribuamus, Juſtino reddentur, unde ſumta huc ab aliquo, non nimis docto, ſed male ſedulo inculcata ſunt: quod mirum videri poteſt, quum ſaepius acciderit, à Glareano, ipſiuſque adeo Glareani praeceptore Eraſmo non eſſe animadverſum. MODIUS. *Movebat.* Hanc periodum uſque ad vocem *diſſimulato*, ex Juſtino XI, 9, 2. huc fuiſſe tranſcriptam inter omnes conſtat: etiam MSS. falſum prodentibus: itaque incluſi uncis, ut prius alia. FREINSH.

Diſſimulato eo] Pronomen *eo* non habet, unde ſuſtineatur, editi nonnulli ſubſtituunt; *diſſim. pavore*, ſi *diſſ. metu* legas eodem retento ſenſu, propius aberis à veſtigiis antiquae lectionis. FREINSH.

Ex Paeonia] Pro *Paeonia* alii codices habent *Paeones*, alii *Paenas*. vitioſe. RADERUS. Arrian. III, 2, 27. *Ante Agrianos poſiti erant equites antecurſores & Paeones, quos Aretes atque Ariſto ducebant. Univerſis autem praeſtituti erant equites mercenarii, Menida duce.* FREINSH. Quae Macedoniae regio mediterranea erat, in ſeptentriones vergens, nec tum forſan ſub Macedonum imperio, aut non tota. unde *mercenarii* dicuntur Paeones. CELLAR.

Melius adhuc ratus] Oratio hiulca, nec cohaerens praecedentibus, quippe in quibus agebatur non de Alexandro, verum Macedonibus. Deſunt ergo aliqua. Nam vocem *Alexander*, quam praemittunt quidam, MSS. non agnoſcunt. SCHEFFER. Praeter Voſſ. 2. qui clare habet, *Alexander melius adhuc ratus.*

Vallum jaci] Aggerem circum caſtra duci. CELLAR.

Seceſſit] Puſillum eſt, ſed moneo tamen vulgo hic legi, *ſucceſſit.* MODIUS. Plerique omnes libri impreſſi, *ſucceſſit.* Conſtantienſis MS. *ſeceſſit*; quod etiam Modio placet. RADERUS.

Caput XIII.

Consilia de nocturno proelio Parmenionis & Polypercontis Alexander damnat: somnoque refectus, interrito vultu suos ad pugnam accendit.

Tum vero universa [1] futuri discriminis facies in oculis erat: armis insignibus 1
equi [2] virique splendebant: &, omnia [3] intentiore cura [4] praeparari apud ho-
stem, sollicitudo praetorum agmina sua interequitantium [5] ostendebat. ac pleraque 2
inania; sicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium
fulgor, [6] sollicitam exspectatione mentem turbaverant. Igitur sive [7] dubius ani- 3
mi, sive ut suos experiretur; consilium adhibet: [8] *quid optimum factu esset*, ex-
quirens. Parmenio, [9] peritissimus inter duces artium belli, [10] *furto, non proelio* 4
opus esse censebat: *intempesta nocte opprimi posse hostes.* [11] *discordes moribus,* [12] *lin-*
guis; [13] *adhaec* [14] *somno & improviso periculo* [15] *territos,* [16] *quando in* [17] *nocturna*
trepidatione coituros? [18] *At interdiu primum terribiles occursuras facies Scytharum Ba-* 5
ctrianorumque: [19] *hirta illis ora, & intonsas comas esse; praeterea eximiam vastorum*
ma-

Variantes Lectiones.

1 Mer omittit *futuri*. 2 Voss. 2. *virique undique*. 3 B. Voss. 1. *intentione*. 4 Ald. D. Pal. 1. *praeparari. Apud hostem* vulgati omitt. *apud hostem*. 5 B. *ostendebantur* Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Mer. Col. Bas. *ostendebatur*. 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Mer. *sollicita*. 7 Fl. *de bubiis*. 8 MS. p. L. *quod*. 9 Fl. *Paratissimus*. 10 Voss. 1. *futuro* Amst. omittit *furto*. 11 Bong. D. Leid. Voss. 1. *discordis*. 12 Leid. *linguisve*. 13 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *ad hoc* Pal. 1. *adhuc*. 14 Alii *&* *somno* Leid. *summo*. 15 Pal. 1. *territis*. 16 Col. Mer. *quin*. 17 Voss. 2. *nocturnam trepidationem*. 18 Fl. *aut*. 19 Voss. 1. *hyrta*.

Futuri discriminis] Proelii, conflictus. supra lib. III. c. 11, 26. *quae fortuna discriminis fuisset, requirebant.* & l. v. c. 4, 28. *integros quoque antea, quam discrimen experirentur, in fugam avertit.* CELLAR.

Omnia intentiore cura] Mutavi interpunctionem vulgatam, & quae non necessaria videbantur exegi. erat enim in excusis, *& omnia intentiore cura praeparari. Apud hostem solicitudo &c.* pessime, qua à distinctione, qua à locutione. MODIUS. Quid dicemus? consulto Modium hoc quoque, ut alia in eodem isto loco mutasse, an operas errasse? nam *intentiore* & libri reliqui habent, & plane sic legendum. praeter autem illud, quod corrigi aliunde poterat, aliud est etiam in hoc loco, quod ex aliis non potest. Scribunt omnes eodem modo, & ferri sane possunt: nec me fallit tamen, sic legendum potius & interducendum: *armis insignibus equi virique splendebant: & omnia intentiore cura praeparari sollicitudo Praetorum agmina sua interequitantium ostendebat. ac pleraque inania, sicut fremitus* &c. melius istud qui negabit, eum vere bonum quid sit nego scire. ACIDALIUS.

Furto non proelio] Variat nonnihil in circumstantiis Arrian. III, 2, 16. quem ipse conferes. Porro ejusmodi furta non licita tantum & honesta, sed & laude digna probat Lipsius Polit. v, 17. FREINSH.

Hostes. discordes] Distinctione vera lucem reddidi sententiae. minus apte prius cohaerebat; *hostes discordes &c.* FREINSH.

Nocturna trepidatione] Tacit. IV, 48, 3. *tenebrae insuper delectae, augendam ad formidinem.* cum seqq. FREINSH.

Intonsas comas] Plutarch. Crasso cap. 44. *cum reliqui Parthi Scythico adhuc more, ad perterrendos hostes comam alerent.* Ita *Lycurgus Lacedaemonius cives adsuefecit ad alendam comam, inquiens, ea formosos, pulchriores: deformes terribiliores reddi.* Plut. Apophth. 76. FREINSH. *Hirta illis ora &c.* Plutarch. in Crasso p. 557. Parthorum aliquas comam σκυθικῶς, *Scytharum more*, aluisse tradit, ἐπὶ τὸ φοβερὸν, *ut terribiliores hostibus essent.* CELLAR.

Eximiam] Vox haec à sacrificiis desumta, in quibus pecora eximia dicuntur majora, quae ad sacrificandum uberius pasti eximuntur. Donatus ad Terent. Hec. act. 1. sc. 1. vs. 9. & sic Virgilium l. IV. Georg. vs. 538.

Quatuor eximios praestanti corpore tauros

explicat Macrob. l. III. Saturn. c. 3. hinc numquam non de pulchritudine. Cic. in Verr. *Nice erat eximia facie.* Silius Ital. l. XVII. Punic. vs. 71.

Virgo erat eximia specie claroque parente.

& sic passim. At vero hoc loco ea significatione sumi non puto, sed potius de terribili, & formidando; ut proinde hic locus Curtii sit singularis; nam quod Cicero alicubi *eximiam injuriam* dicit, non respicit corpus aut faciem, sed magnitudinem, quae hic additur. Explico ergo; *eximiam*, quasi *extimendam*

(vel

magnitudinem corporum. vanis & inanibus militem magis quam [1] *justis formidinis caus-*
6 *sis moveri. Deinde tantam multitudinem circumfundi paucioribus posse. non* [2] *in Ciliciae angustiis, & inviis callibus; sed in aperta & lata planitie* [3] *dimicandum fore.*
7 Omnes ferme Parmenioni [4] adsentiebant: Polypercon *haud dubie in* [5] *eo consilio po-*
8 *sitam victoriam* arbitrabatur. quem intuens rex; namque Parmenionem nuper acrius quam vellet increpitum, rursus castigare non sustinebat: *latrunculorum*, inquit, *& furum ista sollertia est, quam* [6] *praecipitis mihi: quippe illorum votum unicum est fal-*
9 *lere. Meae* [7] *vero gloriae semper aut absentiam Darii; aut angustias locorum; aut* [8] *furtum noctis obstare non patiar; palam luce adgredi certum est. malo* [9] *me* [10] *fortunae*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. omittit *justis*. 2 Voss. 2 omittit *in*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. D. Pal. 1. *dimicarent*. 4 Vulgo ediderunt *assentiebantur*. 5 Voss. 2. *in eo dicto cons.* 6 B. 1. *praeitis* P. *praecipis*. 7 Voss. 2. *autem*. 8 Mer. *fructum*. 9 D. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *meae*. 10 Mer. *fortuna*.

(vel potius extimescendam) *vastorum corporum magnitudinem.* ut l. IV. c. 14, 3. *nomina modo vana gentium ne extimescerent.* l. IV. c. 16, 30. *si multitudinem equitum extimuissent.*

Circumfundi] Inferendum puto *non*, ut legatur *circumfundi paucioribus non posse*, secutus non meam conjecturam sed Gualteri lectionem, qui ante cccc. annos, & quod excedit, vixit, ac meliore forte quam nos codice Curtii à se ferme ad verbum in versus transcripti usus est, & sic habet:

Addit & à paucis hominum tot millia gentis
Hoc circumfundi, nec bello posse moveri.

A paucis Macedonum tot millia militum non posse circumdari. Sed lector eligat sensui convenientius, nihil repugno. LOCCENIUS. *Circumfundi.* Livius XXXI, 21, 10. de Gallis: *circumvenire à cornibus, & amplecti hostium aciem (quod multitudini adversus paucos facile videbatur) conati sunt.* Ceterum hunc Curtii locum tuitus sum adversus virum doctum, qui legebat, *circumfundi paucioribus non posse*; in Indice Floriano, voce *Circumfundere.* FREINSH.

Et lata planitie dimicandum fore] MSS. plerique habent *dimicarent*, unde suspicor scripsisse nostrum *dimicari* pro *dimicandum fore*, hocque posterius esse natum ex glossa. SCHEFFER.

Acrius increpitum] Lib. IV. c. 11, 14.

Latrunculorum] An ex hoc loco descriptus est Jambus?

Latrocinio clam vincas, proelio palam.

& qui sequitur:

Latrunculorum ac furum votum, fallere est.

ex verbis sequentibus. Apud Maronem Aen. IX, 150. Turnus Latinorum dux contra Aeneam & Trojanos, contemptis Graecis, haec subjicit:

- - - - *tenebras, & inertia furta*
Palladii, caesis summae custodibus arcis,
Ne timeant: nec equi caeca condemur in alvo.
Luce palam certum est igni circumdare muros.

[Quo loco obiter indicabo, quatuor verba post vocem *Palladii*, videri spuria] Potuit Curtius respexisse locum Virgilii Aen. II, 390.

- - - *dolus an virtus quis in hoste requirat?*

inquit Choroebus in nocturno proelio.

Multi victoriam quacumque gloria malunt.

Et occurrunt passim apud nobiles rerum scriptores nocturna proelia: apud Florum III, 5, 23. Plut. in Pompejo cap. 53. Orosium V, 19. Appian. de bell. Mithrid. Dionem lib. XXXVI. Eutropium lib. VI. singulare est propter umbram lunae, quae Romanis contra Mithridatem peperit victoriam. Adde Vespasianarum & Vitellianarum copiarum proelium nocturnum, apud Tacit. Hist. III, 23, 6. RADERUS.

Praeitis mihi] Elegans hoc, & Latinum hoc sensu, melius certe quam vulgatum, *praecipitis*, & sunt tamen, qui hoc malunt, sed quid nobis istos curatio est? MODIUS. *Quam praecipitis.* Gruterus dicto loco, & Gebhard. Crepund. I, 11. citant: *quam praeitis:* approbata etiam à MS. Bong. altero lectione. Et sane id verbi non raro simili sensu reperitur. ut observavit Brisson. lib. I. de Formulis. Mihi tamen praeplacet Pithoeani cod. scriptura, *praecipis.* modo enim praecessit, Alexandrum noluisse Parmenionem increpare, igitur intuitum fuisse Polyperchontem. at certe si plurali numero fuit usus, non, ut voluit, pepercisse videatur Parmenioni. FREINSH.

Absentiam] Uti in proelio ad Granicum. *aut Angustias locorum*, ut altero proelio juxta Ciliciae fauces. CELLAR.

Furtum noctis obstare] Transtulit haec in suum Panegyricum Claudianus in VI. Honorii consulatum versu 477.

Ecce virum, taciti nulla qui fraude soporis
Ense palam sibi pandit iter, remeatque cruentus,
Quantum nox tenebris, manifestaque proelia furtis &c.

Nec solum inglorium sic vicisse: sed etiam sic cecidisse. Statius Theb. III, 160.

- - - *Sed nec bellorum in luce patenti*
Conspicui fatis, aeternaque gentibus ausi,
Quaesistis miserae vulnus memorabile matri:
Sed mortem obscuram, miserandaque funera passi,
Heu quantus furto cruor, & sine laude jacetis!

Geb-

nae poeniteat, quam victoriae pudeat. Ad haec illud [1] *quoque accedit, vigilias agere* 10
barbaros, & in armis stare, ut ne decipi quidem [2] *possint, compertum habeo. itaque ad*
proelium vos parate. Sic incitatos ad corpora curanda dimisit. Darius [3] illud, 11
quod Parmenio suaserat, [4] hostem facturum esse conjectans; *frenatos equos stare,*
magnamque exercitus partem in armis esse, ac [5] *vigilias intentiore cura servari* jusserat.
ergo [6] ignibus [7] tota ejus castra fulgebant. Ipse cum ducibus propinquisque a- 12
gmina in armis stantium [8] circumibat; *Solem* [9] *Mithren, sacrumque & aeternum*
invocans *ignem, ut illis dignam* [10] *vetere gloria* [11] *majorumque monumentis fortitudi-*
nem [12] *inspirarent. Et profecto, si* [13] *qua divinae opis auguria humana mente* [14] *con-* 13
cipi possent; deos stare secum. illos nuper Macedonum animis subitam incussisse formidi-
nem: adhuc lymphatos ferri agique, arma jacientes: expetere praesides Persarum im-
perii [15] *deos debitas* [16] *è vecordibus poenas. Nec ipsum ducem saniorem esse. quippe ri-* 14
tu ferarum praedam [17] *modo, quam expeteret, intuentem; in perniciem, quae* [18] *ante*
praedam posita [19] *esset, incurrere.* Similis apud Macedones quoque sollicitudo erat:
no-

Variantes Lectiones.

1 P. omittit *quoque.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. D. Mer. Elz. Lugd. Amst. Col. Bas. *possint compertum habeo* D. *possunt compertum habeo* Pal. 1. *possit compertum habeo*, alii omittunt *comp. hab.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. *id.* 4 Voss. 2. omittit *hostem.* 5 Pal. 1. *vigilia.* 6 P. *in ignibus.* 7 Col. omittit *tota.* 8 Voss. 1. *circumhibat* P. omittit. 9 Fl. Leid. Voss. 1. D. *& Mithrem* Pal. 1. Voss. 2. *& meridiem* Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *& Martem* in B. 1. exsculpto *Martem Mithren.* 10 Voss. 2. *veteri* Pal. 1. *verere.* 11 Fl. Leid. Voss. 2. D. Bong. Mer. Col. *majoremque.* 12 Voss. 1. *inspicarent.* 13 Mer. *quae.* 14 Lugd. Amst. Mer. Bas. Col. *conspici.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. omittunt *deos.* 16 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Col. Bas. D. *de vecord.* deletum in eodem *de*, vulgo *à vecord.* 17 Voss. 2. *quam modo.* 18 Col. *ut praedam.* 19 P. *erat.*

Gebhard. Crepund. I, II. Porro quem hic animum Alexandro, Justinus XI, 6, 8. Dario tribuit, eum *adfirmasse suis, occulta consilia victoriae furtivae convenire.* Ubi notam vide. FREINSH.

Vigilias agere barbaros, & in armis stare] Post vocem *barbaros* mallem collocari punctum minus. cohaeret enim illud, *in armis stare* cum sequenti *compertum est*, non praecedenti, *illud quoque accedit.* Sunt autem illa distincta, nec alterum ab altero dependet. SCHEFFER. De vigiliis Persarum videsis, quae observat Brisson. l. III. p. 346.

Ne decipi quidem possint] Sequitur vulgo *compertum habeo*, quod quidem ego à glossa esse, tam habeo compertum, quam me istum calamum tenere. MODIUS. Abesse possint haec nullo sententiae damno. sed quando in longe pluribus reperi, reliqui. FREINSH.

Solem Mithren] Haec est veterum librorum scriptura, & eo nomine Solem, quem pro Deo colebant, appellabant Persae, qui igitur in editis omnibus *Martem* substituerunt, iis, ut verba maxime conferam ad compendium, pectus non sapit; multo minus cor, quod non habent. in hoc tamen malo illud boni est, quod etiam cum fallunt nos adjuvant, ostenduntque scribendum, ut dixi, aut certe quod perinde est, sed vulgatius, *Mithram*, quod ex transpositione literarum vocis *Martem*, si adspirationis notam, quae in veteribus libris saepe omitti solet, inseras & *e* litteram in *i* mutes, conficitur. Verum esse autem, quod dixi, Mithrae nomine Solem à Persis adorari multi testantur, & in multis Strabo l. XV. his verbis: τιμῶσι (Πέρσαι) δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν, atque hinc est, quod ait Claudianus: *Et vaga testatur volventem sidera Mithram.* & Statius: *Indignata sequi torquentem cornua Mithram.* ubi etiam Lutatius Grammaticus, *Sol*, inquit, *apud Achaemenios Titan, apud Assyrios Osiris, apud Persas, ubi in antro colitur, Mithra vocatur.* Scriptor vitae Alexandri, de quo jam saepius dixi, *Persis tamen multa contentio erat, cupientibus regem* (Alexandrum) *in regno Persico sepelire, proque Deo Mithra religionibus consecrare.* atque haec quidem de hoc loco dicta sint, nunc ad alia. MODIUS.

Concipi] Sic melius habet MS. quam vulgatum *conspici.* RADERUS.

Adhuc] Vide infra l. IV, 14, 14.

Arma jacientes] Quam hoc cum probro conjunctum sit, docet Gruterus ad ista Livii l. I, 27. *arma foede jactantes.* Cujus observationi adjici potest exemplum illustre ex Val. Max. l. III, 2, 24. de Scaeva viro fortissimo. FREINSH.

Praesides Persarum imperii] Editi *praesides Persarum imperii Deos.* perinde est. MODIUS.

Expeteret] Simplex isto loco convenientius, *peteret*, neque composito Curtius hic usus. ACIDALIUS. *Quam expeteret.* Acidalius praepositionem abjicit, &, *peteret*, contra omnium codicum fidem

15 noctemque, velut [1] in eam certamine [2] edicto, metu egerunt. Alexander, non alias magis territus, *ad vota & preces* [3] *Ariſtandrum vocari* jubet. ille in candida veſte verbenas manu praeferens, capite velato praeibat preces [4] regi, [5] Jovem,
16 Minervam Victoriamque propitianti. [6] Tunc quidem ſacrificio rite perpetrato, reli-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voſſ. 1. 2. D. Mer. Baſ. Col. *in ea.* 2 Pal. 1. Mer. Baſ. Col. *edito.* 3 D. *Ariſtandum* B. 1. Voſſ. 2. *Ariſtantum.* 4 Alii *regis.* 5 D. 1. Leid. *Jovem Minervamque victoriam propitianti* Fl. *Jovem Minervam quae victoriam propitianti* Pal. 1. *Jove Minervaque victoriam propitianti* Voſſ. 2. Mer. Baſ. Col. Ald. *Jove Minervaque victoriam propitiante.* 6 Voſſ. 2. *tunc vero.*

dem cenſet: nec male ſentit, quod compoſitum idem paullo ante praeceſſerit. Sed nihil muto, cum & hoc ferri poſſit. RADERUS.

In Candida veſte] Solennis mos Romanis ſacra ſic peragi. Ovid. Faſt. 1, 79.

Veſtibus intactis Tarpejas itur ad arces,
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.

Etiam ſpectaculis intererant candidati. Martial. Epigram. IV, 2.

Spectabat modo ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis;
Cum plebs, & minor ordo, maximuſque,
Sancto cum duce, candidus ſederet.

Apud Graecos quoque plurimus uſus albae veſtis. In Panathenaeis nefas atra veſte ſpectare. RADERUS.

Verbenas] *Sagmina* & *verbena* eadem herba. Plin. XXII, 2. *Non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris, legationibuſque verbenae. Certe utroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt, gramen ex arce cum ſua terra evulſum: ac ſemper & legati cum ad hoſtes, clarigatumque mitterentur, id eſt, res raptas clare repetitum, unus utique verbenarius vocabatur.* Ad quem Dalecampius: *Livio* XXX, 44, 6. *Nevio, Servio, Turnebo verbenae, non herbae privatum genus dicuntur, ſed rami, virgae, frondes, omnium ſacrarum arborum, ut lauri, olivae, myrti: quin etiam herbas ex puro loco decerptas, quibus feſtis diebus arae coronantur.* Terent. in And. IV, 4.

Ex ara hinc ſume verbenas tibi.

Myrtum apud Menandrum fuiſſe, ex quo illa Comicus tranſtulit, conſtat. Virg. Ecl. 8, 65.

Verbenaſque adole pingues & maſcula tura.

Verbenas, *quaſi* herbenas *dictas volunt, illaſque facile accendi, & flammam concipere ob pinguedinem. Apud Tranquillum in Veſpaſ.* 7, 2. *Serapidis templo verbenae, coronae, & panificia fuerunt.* Guilland. Graecis ἱεροβοτάνη, id eſt, *ſacra* dicitur *verbenaca.* RADERUS.

Capite velato] Et hic ritus erat ſacra facientium. Livius l. II. c. 39. *Sacerdotes quoque ſuis inſignibus velatos, iſſe ſupplices ad caſtra hoſtium traditum eſt.* CELLAR.

Praeibat preces regi] Ita manu exaratus docet legendum, non ut vulgares habent *regis*, quod vel ex ſolennibus precum formulis Romanorum conſtat, quas apud Briſſonium legis; & Curtius ad res Graecanicas, ut alibi quoque, tranſtulit lib. VI. *quorum alia ductu meo*, inquit Alexander, *alia imperio auſpicioque perdomui.* RADERUS. *Praeibat preces regi.* Sic olim conjeci, quomodo poſtea & Acidalium vidi conieciſſe, & vero Raderum ex MS. edere: qui vere adſtruit ex Briſſonio de Formulis lib. 1. pag. 61. ubi multa hujus phraſeos exempla, conſtare, non aliter legendum eſſe. FREINSH.

Jovem, Minervam, & Victoriam] Liquido liquet hoc modo haec eſſe ſcribenda. nec recedunt longe à vulgatis, qui habebant: *Jove Minervaque victoriam propitiante*, quae quidem Glareanus ita & interpungit, & interpolat, ut riſum etiam mihi & invito & occupato extorſerit. pro *propitiantis* autem, ut hoc etiam addam, quod Glareanum tam graviter offendit, habebant membranae *propitiantes.* verum ego & illum cum ſuo *propitiantibus*, & has cum ſuo *propitiantes* nihil moror. MODIUS. Debet hic locus Modio non modice, qui nec vidit unum tamen, quo viſo, nae ille miſerum Glareanum vehementius inceſſiſſet, cujus nunc induſtriam acerbe ridet, & ridiculum nobis omnibus modis facere ſtudet. Sed id, quod reliquum dico, quam erat cuivis facile tollere! niſi ſi dedignati forſan alii huc ſe demittere. Nos Curtii cauſſa & minora velimus, tam hercle, quam majora. Scribimus *regi*, & *propitianti.* Verba, preces, juramentum alicui praeire Latinum: alterum nec ipſum non Latinum, illo tamen eodem ſenſu vix Latinum. De cetero, *Jovem* quod hic addit, inſolitum. Nam alibi *Minervam* ſaltem jungit, & *Victoriam* infra VIII, 2, 32. *Victimis Minervae Victoriaeque caeſis.* VIII, 11, 24. *Arae in petra locatae ſunt Minervae Victoriaeque.* An ergo Jupiter ex hoc dearum collegio excludendus, alii vidento. ACIDALIUS. *Propitianti.* Ita lego cum Acidalio, non *propitiantis.* *Jovem* Acidalius tollit, quod *hunc* alibi infra Curtius omiſerit; ſed MSS. habent *Jovem*, ut ſummum deorum, Minervam repertricem belli, Victoriam, cujus cauſſa bellum fit. RADERUS. *Victoriamque.* Hanc ut Deam cultam fuiſſe, praeſertim à Romanis, ex monumentis innumeris patet. Tantummodo Symmachi epiſtolam ad Auguſtos pro reſtituenda victoriae ara, quam Conſtans diruerat, memoramus, & ex illa haec ſolum verba: *quis ita familiaris eſt barbaris, ut aram Victoriae non requirat.* CELLAR.

Al-

reliquum noctis [1] adquieturus in tabernaculum rediit. Sed nec somnum capere,
nec quietem pati [2] poterat. modo è jugo montis aciem in dextrum Persarum cor-
nu [3] demittere agitabat; modo [4] recta fronte concurrere hosti: interdum haesi-
tare, an potius in laevum [5] torqueret agmen? tandem gravatum animi anxietate 17
corpus altior somnus oppressit. Jamque luce orta duces ad accipienda imperia
[6] convenerant; [7] insolito circa praetorium silentio adtoniti. quippe alias [8] accer- 18
sere ipsos, [9] & interdum [10] morantes castigare [11] adsueverat; tunc ne ultimo qui-
dem [12] rerum discrimine excitatum esse mirabantur; & non somno quiescere, sed
pavore [13] marcere credebant. Non tamen quisquam [14] è custodibus corporis in- 19
trare [15] tabernaculum audebat: & jam tempus instabat; nec miles injussu ducis,
aut arma capere poterat, aut in ordines ire. Diu Parmenio cunctatus, *cibum ut* 20
caperent, [16] ipse pronuntiat. Jamque exire necesse erat: tunc demum intrat ta-
bernaculum: [17] saepiusque nomine [18] compellatum, quum voce non posset, tactu
excitavit. *Multa lux*, inquit, *est*, *instructam aciem hostis admovit: tuus miles ad-* 21
huc inermis exspectat imperium. Ubi est vigor ille animi tui? [19] *nempe excitare vigiles*
soles. Ad haec Alexander; [20] *credisne*, [21] *me prius somnum capere potuisse*, *quam* 22
exonerarem animum sollicitudine, *quae quietem morabatur? signumque pugnae* [22] *tu-*
ba dari jussit. Et quum in eadem admiratione Parmenio [23] perseveraret [[24] *quod* 23
se-

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *acquietus*. 2 Voss. 1. *poterant*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *dimittere*. 4 Voss. 2. *rejecta*. 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *detorqueret*. 6 P. omittit *convenerant*. 7 P. *insolita*. 8 Voss. 2. *axersere* Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *accersire* Pal. 1. *arcessire*. 9 Col. omittit *&*. 10 Voss. 2. *castigare morantes*. 11 Pal. 1. *asseverat*. 12 P. *disc. rer.* 13 Fl. *marcessere*. 14 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *ex cust.* 15 P. omittit *tabernaculum*. 16 Voss. 2. *ipsum* Bas. Amst. Lugd. *ipsi*. 17 Pal. 1. *saepius nimiaeque*. 18 Voss. 2. *appellatum*. 19 Pal. 1. *semper*. 20 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Ald. *credesne*. 21 P. *prius me*. 22 Voss. 2. *tube*. 23 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *adseveraret* Mer. *asseveraret*. 24 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *quod solutum se curis somnum cepisse dixisset* Voss. 2. *quod solutum securis somnus excepisset*.

Altior somnus] Justin. l. XI, 13, 1. Sueton. de Augusto in vita c. 16, 3. *sub horam pugnae tam arcto repente somno devinctus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur*. FREINSH. *Altior somnus oppressit*. Diodorus l. XVII, 56. ἐκοιμήθη βαθέως. CELLAR.

Luce orta] Indicandum, quaenam illa fuerit, qua Persarum opes concidere. Ludovic. Dulc. & Reusnerus in Diario historico referunt ad VII. Kal. Septembris sive 26 Aug. anni mundi 3634. cum his consentit in die Zwinger. Vol. 24. l. 1. ubi tamen notat alios 25 Septemb. statuere diem hujus pugnae. Buntingus in Chronol. id refert ad diem 2 Octobr. a. m. 3638. Raderus in fine Explanat. ad hunc Curtii librum ponit a. m. 3724. & Kal. Octobres, ex Scalig. de emend. Temp. l. V. ubi de initio Olympiad. & imprimis lib. eod. ubi de anno primo Calippi, & initio imperii Asiatici Alexandrei. Vide etiam quae de Lunae defectu (unde haec dies quam proxime & certissime deprehendi potest) adnotata sunt ad l. IV, 10, 2. FREINSH.

Ad accipienda imperia] Mandata, ut mox n. 21. *miles exspectat imperium*. CELLAR.

Alias] De vigilantia Alexandri singulare est, quod narrat Marcellinus l. XVI, 6. *Ille namque aenea concha supposita, brachio extra cubile praetento, pilam tenebat argenteam, ut cum nervorum rigorem sopor laxasset infusus, gestaminis lapsi tinnitus abrumperet somnum*. Hinc Sidonius Carm. V. vs. 262. Majoranum à vigilantia commendaturus sic ait:

- - - - *Totus dormitat ad istum*
Magnus Alexander.

FREINSH.

Cibum ut caperent ipsi pronuntiat] Multo melius hic quoque vulgati, *cibum ut caperent ipse pronuntiat*, ipse ultro jubet, non exspectato amplius Alexandro. ACIDALIUS. *Ipse pronuntiat*. Multo melius sic vulgati, quam Mod. *cibum ut caperent ipsi*, *pronunt.* ipse ultro jubet, non exspectato amplius Alexandro. RADERUS.

Excitare] Sic vulgatum, sed multo melius, quod edidi, visum *exercitare*. MODIUS.

Exonerarem animum] Idem l. VI. c. 8, 22. *conscientiam suam exonerare*. CELLAR.

Et cum in eadem] A me haec non sunt, ne forte erres, sed à membranis. editi habebant: *& cum in eadem admiratione Parmenio perseveraret*, *quod securus somnum cepisset*. sed nimium quantum meliora sunt illa, nisi quod illud *perseveraret* retinendum censeo. MODIUS. *Et cum in eadem admiratione*

Par-

securus somnum cepisset]; *minime*, inquit, *mirum est. ego enim, quum Darius* [1] *ter-*
24 *ras ureret, vicos* [2] *excideret, alimenta corrumperet, potens mei non eram: nunc vero quid metuam, quum acie decernere paret? Hercule votum meum* [3] *implevit. Sed hujus* [4] *quoque consilii ratio postea reddetur: vos ite ad copias, quibus quisque praeest.*
25 *ego jam adero, & quid fieri velim, exponam.* [5] Raro admodum [6] admonitu amicorum,

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *terram.* 2 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *excinderet* P. *extenderet* Voss. 2. *incenderet* alii *exscinderet.* 3 Vulgo *implevi.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. D. *consilii postea quoque rat. redd.* 5 Fl. Leid. D. *ratio.* 6 Bong. D. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 2. *admon. agens amicor. quam metu discriminis adeundum erat uti* Voss. 1. *adm. agitis amicor. quam metu discr. adeundum erat utique* Mer. *adm. amic. quin metu discr. adeundum erat ut.*

Parmenio asseveraret, quod solutum se curis somnum cepisse dixisset; Minime, inquit, mirum est. Illud vero maxime mirum est, ex diversitate scripturae hujus in membranaceis, & vulgo cusis libris, qui habent, *quod securus somnum cepisset*, non subvenisse Modio, utrumque glossam esse: ego fidenter esse pronuntio, deberique jam nunc & rescribi jubeo simul *perseveraret*, quod item melius in vulgatis: *& cum in eadem admiratione Parmenio perseveraret, minime, inquit, mirum est.* Quae sit admiratio ista, jam ante satis scimus, ne inculcandum nobis iterum inepti scioli putent. ACIDALIUS. *Quod securus somnum cepisset.* Observa cum Acidal. illa verba per glossema irrepsisse in contextum. Sed cum in omnibus exemplaribus apparerent, malui illa parenthesi claudere quam omittere, cum incertum sit irrepsisse, quamvis omnino id factum judicem. RADERUS. Glossema haec inclusa Acidalio aliisque videntur. CELLAR. Forte, *solitum securis somnium cepisset.* lib. V, 10. *mihi securitatem innocentia mea obtulit*, de dormiente Philota. Vel lege *solutum curis somnus cepisset.* l. VI, 8. *Illum sive securitate animi sive fatigatione resolutum somnus oppresserat.* HEINSIUS. Probabiliorem utramvis lectionem ut admittas, vestigia ejus exhibebit Cod. Voss. 2. *quod solutum securis somnus excepisset.* ut optime divinasse Nob. Heinsius videatur.

Quid metuam] Tet igit eleganter hanc historiam Sidonius Carmin. IX, 57. ubi de Dario sic:

Qui cum maxima bella concitasset,
Tota & Persidis undique gregatae
Uno constituisset arma campo;
Hoc solum perhibetur assecutus,
Dormire ut melius liberet hosti.

Quod fallor, si hactenus ita intellectum est vulgo. certe praeteriit Vir Doctiss. cujus solidi exstant in id opus commentarii. FREINSH.

Ad copias quibus quisque praeest] Non mutamus, sed mutari si quis velit, facile patimur, *praeestis.* ACIDALIUS. *Praeestis* mallet Acidalius, sed codicum omnium consensus mutare vetat, cum Acidaliana emendatio ad ligatam magis, quam solutam inclinet orationem. RADERUS. Cum Acidalio lego, *praeestis.* HEINSIUS.

Admonitu amicorum] Delirant hic membranae, quae habent: *Raro admodum admonitu egens amicorum, dum metu discriminis adeundum erat* &c. MODIUS. Neque rectum, neque verum, discrimine imminente, raro amicorum admonitu usum Alexandrum, si modo loqui nobis etiam ita licet. nam quid adeo est hoc ipsum, *uti admonitu amicorum?* tum illa, quid volunt sibi; *Tunc quoque munimento sumto?* nimirum egregie nos emendasse, parva traductione, minore unius voculae mutatione, imo minima syllabulae unius recisione legimus ad hoc exemplum: *tunc, quo raro admodum, admonitu amicorum, cum metus discriminis erat, uti solebat, munimento corporis sumto processit ad milites.* verum id ex multis patet historiae hujus locis. Unum dabo, qui sit prae omnibus. Supra hoc ipso libro: *Jamque ad regem proeliantium clamor pervenerat, cum denuntiati periculi haud sane memor, loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus* (an & hic hortantibus? quia illic *admonitu amicorum:* nihil tamen mutem.) *adsumsit, & ad prima signa pervenit.* De sententia clarum nunc & liquidum: de verborum ordine si quis turbet, haud equidem negarim, leviori trajectione sic defungi posse: *Raro admodum, admonitu amicorum, cum metus discriminis erat, uti solebat, quo tunc munimento corporis sumto processit ad milites.* Denique ne hoc omittam, vox *admodum* non superflua quidem prorsus, & tamen videri possit, ex sequenti, *admonitu*, per repetitionem earumdem literarum temere nata. ACIDALIUS. *Raro admodum.* Sententia est, raro Alexander, cum discrimen etiam ultimum impenderet proelii, induere arma solebat, nisi ab amicis moneretur, quorum admonitu tunc quoque munimento corporis sumto processit ad milites. Acidalius hunc locum ita legendum censet: *tunc quo raro &c.* sensus idem cum nostro, sed magna verborum trajectio contra omnium codicum fidem, necessaria tamen, ut sensus constet, quem confirmat locus similis supra in oppugnatione Tyri: *Jamque ad regem proeliantium clamor pervenerat, cum denuntiati periculi, haud sane memor, loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus, adsumsit.* nec placet Acidalio vox *admodum*, propter sequentem *admonitu*, sed Curtius saepe sine cultu cultus est, & has minutias negligit.

rum, quum metus discriminis [1] aderat, uti solebat. Tunc quoque munimento corporis sumpto processit ad milites. Haud alias tam [2] alacrem viderant regem & [3] vultu ejus interrito, [4] certam spem victoriae augurabantur. Atque ille [5] *prorupto vallo exire copias* jubet, aciemque disponit. In dextro cornu locati sunt 26
equites, quos [6] *agema* [7] appellant. praeerat [8] his [9] Clitus: cui [10] junxit Philotae tur-

VARIANTES LECTIONES.

1 Lugd. Amst. *erat.* 2 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *alacres.* 3 Pal. 1. *vultus.* 4 Voss. 2. *tam.* 5 B. 2. V. C. Fl. Leid. Voss. 1. *proruto.* 6 Pal. 1. Voss. 2. Mer. Bas. Col. *agmina* Bong. P. Fl. Leid. Voss. 1. *agima.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. *appellabant.* 8 Mer. *hic.* 9 Fl. *Citus.* 10 Voss. 2. *adjunxit.*

git. Alioqui obscura existit oratio. quamvis etiam cum Acidalio leviori trajectu vocum scribas, *Raro admodum admonitu amicorum, cum metus discriminis erat, uti solebat, quo tunc munimento corporis sumto processit ad milites.* Prior Acidalii lectio, quamvis trajecta, clarior & melior, vulgata tam intricata, ut vix ferenda sit. RADERUS. *Raro admodum.* Hanc lectionem merito suo traducunt Acidal. & Rader. ut intricatam & vix ferendam. Ille vero multa cum violentia, vix tamen verum Curtii sensum deprehendit; quem credo me assequutum esse ex scriptura Vett. Codd. quam inter varias redegimus, verbis etiam proxime verum constitutis: *Raro admodum, admonitu magis amicorum, quam metu discriminis, quod adeundum erat; uti solebat munimento corporis. tum quoque sumpto, processit &c.* quo loco ablativus *sumpto* eadem forma ad praecedentia refertur, quomodo *omissis*, supr. III, 13, 9. *At illi, qui sub oneribus erant, omissis per metum, capessunt fugam.* FREINSH. Freinshemius hunc locum depravatissimum ut vides emendat. in qua emendatione illud saltem monebo, videri *τὸ magis*, quoniam in nullis libris comparet, delendum. scilicet abesse potest salva sententia. sic enim & alii. Tacit. l. III. Ann. c. 17. *miseratio, quam invidia augebatur.* ipseque noster infra c. 16, 27. *Rex majore ex parte virtuti, quam fortunae suae debuit victoriam.* Deinde pro, *quod adeundum erat* propius ad scripturam veterem mutandum in, *si aderat*, denique locum totum minima mutatione ita corrigendum: *raro admodum admonitu amicorum, quam metu discriminis, si aderat, uti solebat: at tum quoque munimento corporis sumto processit.* SCHEFF. Luxatam, quae vulgo legebatur, periodum restituit Freinshemius, in contextum recepit Tellierius, quos duces sequi quam in tenebris errare, satius fuit. *sumto* autem absolute positum ad praecedens referendum est, sicut l. III. c. 13, 9. *omissis.* CELLAR.

Vultu ejus] Tersius inserta praepositione *& ex vultu ejus.* ACIDALIUS. *Et vultu.* Ita omnes edd. & membranae. Acidalius contendit legendum esse; *& ex vultu ejus*, clarius quidem hic & liquidius. Sed possis ita accipere verba Curtii, ut intelligas; milites conspecto ejus vultu, victoriam auguratos esse. RADERUS. Sic apud Hirtium de B. Afric. cap. 10. milites Caesaris nihil *solatii in praesentia, neque auxilium in suorum consilio animadvertebant, nisi in ipsius Imperatoris vultu, vigore, mirabilique hilaritate.* FREINSH.

Prorupto vallo] Mirum est, quum lectio Bong. Cod. 2. nostrorumque MSS. manifeste legant *proruto*, in mentem huc usque non venisse viris doctis, qui Curtio consuluerunt, eam optimam & veram esse lectionem, quod observavit, & exemplis adseruit Cl. Drakenborg. ad Silium Ital. l. I. vs. 373. Contrarium tamen, *prorupto*, in aliis etiam locis ex hoc eodem contra Cl. J. Fr. Gronovium, ad Tacitum ita legentem, defendit Davies. ad Caesar. de B. C. l. III. c. 25. ubi vulgo legebatur *perruptis.*

Aciemque disponit] Proderit his Curtianis conferre Diodor. XVII, 57. & Arrian. III, 2, 23. FREINSHEM.

Agema appellant] Infra *alam* ipse Curtius l. V. interpretatur. Livius duo agemata legionem appellat. l. XLII. *Delecta deinde & viribus & robore aetatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata, hanc ipsi legionem vocabant.* Optime. Suidas in voce ἄγημα, inquit, τὸ προϊὸν τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων, καὶ ἱππέων, καὶ πεζῶν. *Agema est acies, quae regem praecedit, elephantorum, equitum, & peditum.* οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως κραταιὸν ὁπλίσει καὶ σωμάτων ἐυεξίᾳ. *Alii dicunt esse lectissimam Macedonici exercitus partem, cum genere armorum tum robore corporis.* Eustathius Odyss. α. p. 1399. Ἄγημα τάγμα ἱππέων καὶ πεζῶν ἐπιλέκτων παρὰ Μακεδόσι, διὰ τὸ ἀγητὸν ὅ ἐστι θαυμαστὸν εἶναι οὕτω λεγόμενον. *Agema est acies equitum & peditum selectorum apud Macedonas, eo quod esset* ἀγητὸν, *hoc est admiranda.* Idem Ἄγημα λέξις τακτικὴ, παρὰ τὸ ἄγω, ἢ παρὰ τὸ ἀγῶ ἀγήσω, τὸ θαυμάζω. *Agema est vox militaris ducta ab* ἄγω *duco*, vel potius ab ἀγῶ ἀγήσω *admiror.* Accurate hoc observandum, Agema nunc peditum, nunc equitum agmen. hoc loco Curtius equites pro agemate exerte accipit. Infra vero diserte *alam peditum* agema appellat. l. V. 4, 21. *Ipse vero cum armigeris & ala, quam agema appellabant, ardua semita,* & quae sequuntur. Ubi equiti invia via, necessario pedes tantum intelligendus est. Nec est quod haereas in voce *ala*, tam ea vox pro pedite, quam equite usurpatur apud Latinos scriptores, quod multis scriptorum locis testatur Lipsius l. II. de Mil.

27 turmas, ceteroſque praefectos equitum [1] lateri ejus adplicuit. Ultima [2] Meleagri ala ſtabat: quam phalanx ſequebatur. Poſt phalangem Argyraſpides erant.
28 his Nicanor Parmenionis filius praeerat. In ſubſidiis cum manu ſua [3] Coenos: poſt eum [4] Oreſtes [5] Lynceſteſque. Poſt illos [6] Polypercon, dux peregrini militis. hujus [7] agminis Amyntas princeps erat. [8] Philagus Balacros

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *lateris.* 2 Fl. *Maleagri.* 3 Fl. *Çenes* Voſſ. 2. & alii *Cenus* Mer. Baſ. Col. Voſſ. 1. *Cenos.* 4 Vulgo *Horeſtes* Voſſ. 2. *Horreſtes* Lugd. *Oroſtes.* 5 Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *Lynceſtaque* Bong. Fl. Leid. *Lynceſtaeque ſunt* Voſſ. 1. 2. D. *Lynceſteſque ſunt* Pal. 1. *Lync. ſint.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *Polipercon.* 7 Fl. Voſſ. 1. *agmeis princeps Amyntas* Pal. 1. *agminis Amyntas dux.* 8 Pal. 1. *& Phaligrus Balacriſe os regebat* D. B. 2. Voſſ. 2. *Phaligrus Balacrieos* Fl. Leid. Voſſ. 1. *Phaligrus Baracrieos regebant* P. *Barachieos* B. 1. F. *Baracrieos.*

Mil. Rom. D. 7. Itaque non eſt, quod mireris, etiam apud Arrianum nunc *agema* pro pedite, nunc pro equite ſumi. RADERUS. Vide Indicem.

Argyraſpides] At hos demum fecit Alexander in Indiam moturus. Vide Notam ad VIII, 5, 4. FREINSH.

Oreſtes Lynceſteſque] Non ſunt haec virorum nomina, ſed populorum, qui alias Graeca terminatione *Oreſtae*, *Lynceſtaeque* appellantur. Clarum id ex Diodor. XVII, 57. De ipſis populis vide Strab. lib. VII. Stephanum in *Λύγκος*. qui gentile format *Lynciſtae* per *i*. Plinium IV, 10. & Ptolemaeum. FREINSH.

Peregrini militis] Diodor. Polyperchonta Stymphaeorum ducem facit. Certe ſi qua in alia re, in acierum deſcriptione non ſatis fido Curtio, vel ejus librariis. FREINSH.

Amyntas princeps] Crudum admodum hoc ſit oportet, neque enim concoqui à me ullo modo poteſt, & qui aut quomodo erat hujus agminis princeps Amyntas, cum proelio huic interfuiſſe eum diſerte neget Arrianus, Philotamque equitum praefectum, ut & Curtius, ibi faciat, nam quod mox ſequitur, *inter haec Amyntas praefectus equitum Alexandri &c.* id vero huc non pertinet, haec propter, quod ibi etiam *Menidas* non Amyntas ex veteribus libris eſſe legendum didicimus. MODIUS. Venimus ad locum, qui Modio crudus, mihi crucius, & ipſa crux. Concoquere ille non poteſt *Amyntae* nomen, quem proelio huic certum eſt non interfuiſſe. Teſtis illi Arrianus, ſed & noſter mihi, qui ſupra in Macedoniam eum ablegavit: *Amyntas cum decem triremibus in Macedoniam ad inquiſitionem* (forte, *anquiſitionem*) *novorum militum miſſus.* & poſt reducit demum lib. V. *Ceterum quo minus damnum ſentirent identidem incremento novabantur, namque Amyntas Andromenis ab Antipatro Macedonum peditum ſex millia adduxit, quingentos praeterea ejuſdem gentis equites.* Convenit hoc nobis: Illud minus; quid reponendum? atque ex illo conjicere vix poſſis, quid ſtatuerit: ita ambigue ſententiam perſcripſit. Dubitet, *Philotam*, an *Menidam* ſubſtitui velit; Etſi quidem ego de Menida ſenſiſſe penitus opinor. Quod niſi eſt, vanum illud & exſenſum totum annotamentum. Ille praecipue, verba ejus turbant; *Philotamque equitum praefectum, ut & Curtius ibi facit.* Scimus ex Arriano, nec tamen item ex Curtio, ſed certe & ex Diodoro, ducem Philotam univerſi equitatus amicorum: ſed quid huc ille? mentis ejus aut manus aberratio fuit, Philotam pro Menida ſcribentis. Nam hic praefectus equitum mercenariorum, Arriano ajente, nec Curtio negante. Quamquam hic ſimpliciter equitum ſcribit, non addit mercenariorum. Ac ponit eum Arrianus in dextro ſane cornu, in quo collocatur & à Curtio, ſi nomen ejus hic recipimus, quod voluiſſe plane Modius videtur. Diodorus in aciei tota diſpoſitione verbulo ejus non meminit, ad finem perſtringit leviter in enumeratione amicorum, & ducum illuſtrium hoc proelio vulneratorum. Sed recipiamus ſane Modii ſuaſu *Menidam*, ac legamus, *hujus agminis Menidas princeps erat:* age dic modo cujus ille agminis princeps ejuſne qui proxime praeceſſit? ita debebat, ſed ibi dux aperte Polyperchon nominatus. Quid igitur? an deeſſe quaedam hic putabimus, in quibus agmen ipſum, cui ille princeps, ſit expreſſum? An potius, uti Modius hinc Amyntam, ſic nos indidem ipſum quoque Menidam una cum agmine ſuo expellemus, ut verborum eorum alibi ſedem in ſequentibus faciamus? Ita quidem videatur: quoniam aliquot infra loca, ubi agmina quaedam memorantur, locis quaeque ſuis in acie diſpoſita, non memorantur una eorum duces. Ubi tamen inferantur commode ſatis, haud perſpicio: niſi ſi poſt illa forte verba: *Sed ne circumiri poſſet à multitudine, ultimum agmen valida manu cinxerat. Hujus agminis Menidas princeps erat.* Verum neque hoc firmat hiſtoria, & vereor magis ne refellat. Diodorus quidem nullum & ipſe ducem his aſſignat: nec adeo validae manus illius meminit, niſi quod poſt Theſſalos ſub Philippo, Cretenſes ſagittarios & ſtipendiarios ex Achaja ponit. Jam id contra hiſtoriam fortaſſe, quod in laevum cornu traduximus hoc agmen, quod relinqui melius erat in dextro, & ordine plane ſuo. Relinquamus, & jam ibi videamus, an quoquo modo verba liceat interpre-

cros regebat, in societatem nuper adscitos. Haec dextri [1] cornu facies erat. In 29
lac-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. B. 1. 2. *cornus* & sic mox.

pretari. Vult ne igitur illud auctor, inter omnes, quos recensuit, primum & in fronte Menidam stetisse? Nam ita certe *principem* melius accipiamus, quam pro *duce*, cujus non habet ille vim genuino significatu. Atque hoc de voce bene: de re suadere videtur Arrianus, qui universis ad hoc ipsum cornu praestitutos ait equites mercenarios, quibus hic Menidas praefectus. En verba lib. III. ξυμπάντων δὲ προτεταγμένοι ἦσαν οἱ μισθοφόροι ἱππεῖς, ὧν Μενίδας ἦρχε. Sed suadet hic, non etiam persuadet. An ergo emendatiuncula tentanda è Diodoro? hic Polyperchonti, qui ipsi Polysperchon, Stymphaeos subjicit, cui noster ἀνώνυμον, peregrinum militem. Vide ne in Amynta damnato hi Stymphaei latitent, qui literis ab illo non penitus abhorrent. Quod si est, concinnare verba possis: *post illos Polyperchon dux peregrini militis, cujus agminis Stymphaei principes erant.* Diodorus. τῶν δὲ συνεχῆ ταύτης Πολυσπέρχων τεταγμένων, ὑπ' αὐτὸν τῶν ὀνομαζομένων Συμφαίων. Dubium hoc quoque tamen aeque. nec illud istis certius, an ex Arriano rursus immutandum in hanc faciem: *hujus agminis manus Amyntae princeps erat.* nam ille ecce, ἐπὶ δὲ ἡ Πολυπέρχοντος τοῦ Σιμμίου. ἐπὶ δὲ ἡ Ἀμύντου, τοῦ Φιλίππου, ταύτης δὲ ἡγεῖτο Σιμμίας, ὅτι Ἀμύντας ἐπὶ Μακεδονίας ἐς ξυλλογὴν στρατιᾶς ἐσταλμένος ἦν. Aestuo, aestuo, ac vere *velut minuta magno Deprensa navis in mari vesaniente vento.* Nec est inter historiae hujus omnes scriptores, qui ulla ratione tranquillet, aut leniat hunc aestum, quin ultro pro se quisque magis accendit, ac fluctus acriores movet. Ubique in iis video non leves dissensus, nusquam majores, crebrioresque, quam in ista parte, ut sint ipsi prorsus in hac τάξει ἄτακτοι. Paene mihi conspirasse videntur, ut nemo hic idem cum alio dicat. Neque in ordine solum rei turbant, etiam in nominibus ipsis mirifice. Ut unum atque alterum modo tangam, Orestas & Lyncestas populos facit Diodorus, cum ait: ἑξῆς δὲ τὴν τῶν Ὠρεστῶν καὶ Λυγκεστῶν τάξιν ἔστησε, Περδίκκου τὴν στρατηγίαν ἔχοντος. Hi Curtio sunt duces: *Post eum Orestes Lyncestesque.* De iisdem Arrianus plane silet. Jam Curtius ait *Philagrum Balacros* (ita enim ex priscis editionibus legendum Modio assentiamur, non ut idem edidit tamen. *Phaligrum Balacrisaeos*) *rexisse:* Diodorus horum loco nescio quid de Philippo quodam Balacri (qui sane Balacrus inter Alexandri duces apud Curtium non semel nominatus) filio suggerit: Φίλιππος δ' ὁ Βαλάκρου τὴν συνεχῆ ταύτης στρατηγίαν ἐπλήρου (emendo transiens, ἐκλήρου,) καὶ τῆς μετ' αὐτὴν Κράτερος ἡγεῖτο. ubi & Craterus in cornu dextro, qui apud Curtium & Arrianum in laevo. Balacros quidem & Arrianus memorat, jaculatores appellans, qui locati fuerint ante amicorum equitatum. Sed piget haec talia vel diligentius inquirendo, vel enotando prolixius consectari. Neque fructum id habeat, neque si habeat, est loci hujus aut instituti nostri. ACIDALIUS. *Hujus agminis.* Mirum in modum hic aestuant Acidalius & Modius, incerti quid nominis pro *Amynta* reponant. nam illum plane ex hoc censu ejiciunt, & in Macedoniam relegant. Acidalius modo *Menidam*, modo *Stymphaeos*, modo nescio quem vel quos substituit Amyntae, nullo tamen auctore. Mihi pro *Amynta* placet *Simmias*, quem Amyntae locum supplere jubeo, usque donec alius sese offerat. & sic jubet Arrian. III, 2, 24. *ab hoc Amyntae Philippi F.* (agmen) *Hujus agminis dux erat Simmias, quod Amyntas in Macedoniam ad conscribendum militem missus esset.* Miror quomodo sese adeo torqueant Modius & Acidalius, cum haec plana sint omnia. Confirmat nostram lectionem, quod Polyperchontem & Amyntam in uno ordine se invicem subsequentes ponit Arrianus, aeque ac Curtius. Quamvis hic quoque ferri posset *Amyntas*, si per Modium & Acidalium liceret. Nam cum legatio in Macedoniam ipsi commissa esset, jam dux factus erat sui agminis, ut colligere est ex Arriano. Cum autem in eo esset ut obiret legationem, transtulit agminis sui praefecturam in Simmiam. interim nihilominus forte à veteribus Historicis respectu prioris officii in ducum numerum relatus est. Sed malo abesse *Amyntam* in gratiam Acidalii & Modii. LOCCENIUS. Recte vidit Acidalius haec nullo modo cohaerere praecedentibus: deinde illud *princeps* novo more accipi pro duce: denique *Amyntam* hic nominari, qui tamen ei proelio non interfuerit. Postremum tamen omnium optime ordinasse videtur Loccenius. Nec alia fere Raderus adfert, quam quae viderat Loccenius. FREINSH.

Phaligrus Balacrisios] Lege *Philagus Balacros*, quemadmodum alibi emendamus, & in Lugdun. editionibus erat. MODIUS. Justa haec scriptura etiam membranis firmata. Iidem sunt quos Graeci Phalacros vocant. Strabo. Stephanus. in voce Μύκονος Arrianus. RADERUS. Diodorus non *Philagum* sed *Philippum* vocat, & non *Balacros* rexisse, sed *Balacri* filium fuisse. Mira Metamorphosis ex tota gente unum hominem facere. Φίλιππος ὁ Βαλάκρου τὴν συνεχῆ ταυτῆς στρατηγίαν ἐπλήρου. Acidalius hic emendat ἐκλήρου. sed quid est hic ἐκλήρου? Diodorus dicit supplevisse Philippum exercitum, vel succenturiasse suum agmen agmini Polyperchontis. Arrianus autem Balacros ἀκοντιστὰς *jaculatores* recenset, mox tamen, καὶ οἱ ξὺν Βαλάκρῳ ἀκοντισταὶ, & *jaculatores quibus Balacrus praeerat.*

rat.

laevo, Craterus Peloponnensium equites habebat [1] Achaeorumque: & Locrensium, & [2] Maleôn turmis sibi adjunctis. hos Thessali equites [3] claudebant, Phi-
30 lippo duce. Peditum acies equitatu [4] tegebatur. frons laevi cornu haec erat. Sed ne circumiri posset [5] à multitudine, ultimum agmen valida manu [6] cinxerat. cornua quoque subsidiis firmavit, non [7] recta fronte, sed à latere positis: ut, si ho-
31 stis circumvenire aciem [8] tentasset, [9] parata [10] pugnae forent. [11] Hic Agriani erant, quibus Attalus praeerat; adjunctis sagittariis Cretensibus. Ultimos ordines avertit à fronte, ut totam aciem [12] orbe muniret. [13] Illyrii [14] hic erant: adjun-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. Ald. Lugd. Frob. Mer. Col. Bas. *Acheorumque* Fl. D. *Acheorum.* 2 Vulgo *Marcon* Pal. 1. *Malconum* Frob. *Maleanensium* Col. Bas. *Malconensium.* 3 Pal. 1. *claudebant: Philippo duce peditum.* 4 Voss. 1. *tegebantur.* 5 Fl. Leid. *è.* 6 P. *circuerat.* 7 D. *re acta* sed deleta priori *a.* 8 Leid. Voss. 1. *tempt.* 9 Alii *paratae.* 10 Voss. 2. omittit *pugnae.* 11 Bas. *hi.* 12 Bas. *urbe.* 13 Ald. Frob. Bas. Mer. Col. *Illyrici.* 14 Voss. 1. *hinc* Bas. *hi.*

rat. ita sibi ipse non constat. Nisi ubi ἀκοντιςὰς Βαλάκρȣς legendum sit Βαλάκρȣ, sed in hoc nomine mira varietas. LOCCENIUS. *Philagus Balacros.* Omnia haec sunt obscurissima, nec mirum si palpamus in his tenebris. At cum idem & alii fecerint, quid vetat, ut & nos tentemus si qua eluctari detur. Nec enim largiar Radero justam hanc esse scripturam: nec si quaedam membranae sic servent, reliquas consciscere video. Et Raderus nullam gentem, quod hic oportuit, ostendit Balacrorum nomine notam: nec quisquam scriptorum eos prodit, si Arrianum III, 2, 27. excipias, mendosum tamen. nam quod ibi leguntur οἱ Βάλακροι ἀκοντιςαὶ, re ipsa sunt οἱ Βαλάκρȣ ἀκοντιςαὶ, *jaculatores quos ducebat Balacrus:* ii inquam ipsi, de quibus mox III, 3, 4. idem auctor. οἱ ξὺν Βαλάκρῳ ἀκοντιςαὶ, *jaculatores quibus Balacrus praeerat.* Erat autem iste Balacrus Amyntae filius, praefectus auxiliaribus copiis ἐπὶ τȣ̀ς συμμάχȣς, hi sunt, quos noster vocat, *in societatem nuper adscitos*, ut me docet Arrian. I, 8, 27. eam praefecturam in Phrygia nactus est; ut inde suspicio incesserit, Curtium scripsisse, *Phrygas Balacrus regebat, in soc. nup. adscitos.* Certe hominis hoc nomen esse, non nationis, vel ex ipso Curtio constat, qui eum nominat IV, 5, 13. & VIII, 11, 22. Philam Antipatri filiam in matrimonio ejus fuisse, ex Antonio Diogene apud Photium Cod. CLXVI. didici, quod alibi vix reperias, nam de Cratero & Demetrio, quibus postea nupsit, exploratum est. Diodor. XVII, 57. filium ei tribuit Philippum, eumque proximum à Polyperchonte locum obtinuisse scribit. Qui haec recogitantem admodum animi dubium facit, an non de illo potius accipiendus sit Curtius, praesertim cum Balacrum in Aegypto fuisse relictum, scribat Arrian. III, 1, 20. & accedat lectio quorumdam Codd. *Philacrus Balacriseos regebat:* ut credas scriptum fuisse *Philacrus Balacri*, sic appellato per Curtium homine, & expresso nomine parentis, ut in reliquis lateat vocabulum gentis in fidem adscitae, quod non expedio, & ineptiarum piget. Sabellicus Enn. IV, 5. mire retulit haec Curtiana: *Subsidio his esset*, inquit, *Cenos Orestes, & Lycesta: Peregrinum inde agmen sequi, cujus Amyntas erat princeps. Aderant Philagus & Balatros nuper in societatem asciti, & ipsi quidem moderatores.* Est & alius apud Arrian. II, 3, 2. *Balacrus Nicanoris F. Ciliciae satrapa.* Alius praeterea Nicandri F. Pyrrhi amicus, apud Dionys. sub fin. Excerpt. Valesianor. FREINSH. Locus fere insanabilis. certum autem ex Diodoro, l. I. & Arriano, & nostro alibi l. IV. c. 5, 14. VIII, 11, 22. *Balacrum* esse viri nomen, & ducis militum, non gentis. Freinshemius conjectat scriptum fuisse *Phrygas Balacrus regebat.* Tellierius ex Diodoro *Philippus Balacri*, (filius φίλιππος ὁ βαλάκρȣ) *regebat* amisso gentis nomine, cujus vestigia putat quosdam Codices adjectis syllabis *Balacriseos* obscure significare. CELLAR.

Dextri cornus] Mox infra, *frons laevi cornus*, suffragante MS. Constantiensi, & docent Grammatici cornu ἄκλιτον, & *cornus*, *cornus*, quarto ordine, quomodo Plinius quoque non semel usurpat, ut tonitrus, tonitru. RADERUS. Si fides MS. Constantiensi sit, commoda lectio esset, *dextri cornus acies*, ut saepe hae voces commiscentur cognatione, & significatione in loco simili. sic l. III. c. 3, 26.

Mallewn] Scribe *Malewn*, quod erit pro vulgato illo *Maleanensium.* MODIUS. *Maleôn.* Graeca terminatione, pro *Maliensium*, hos enim equis tum meruisse constat ex Diodoro lib. XVIII. c. 11. FREINSH. *Malieôn.* Μαλιεων. Μαλιεῖς autem Phtiotidis vel pars vel finitimi, ad sinum Maliacum habitantes. Livius l. XLII. c. 40. *Per Thessaliam & Maliensem agrum cum exercitu isti.* CELLAR.

Cretensibus] Nam hos sagittarios optimos fuisse videre est ex auctoribus, quos citat Tiraquell. ad Alex. Dies Geniales. l. VI. c. 22. FREINSH.

Aciem orbe munirent] Orbis militare verbum, sonans

juncto milite mercede conducto. Thracas quoque simul [1] objecerat leviter arma-
tos. adeoque aciem [2] versatilem [3] posuit, ut, qui ultimi stabant, ne circumiren- 32
tur; verti tamen, & [4] in frontem circumagi possent. Itaque non prima quam
latera; non latera [5] munitiora fuere, quam terga. His ita ordinatis, [6] prae- 33
cipit *ut*, *si falcatos currus cum fremitu barbari emitterent*; *ipsi* [7] *laxatis ordinibus im-
petum* [8] *occurrentium silentio exciperent:* haud dubius sine noxa transcursuros, si ne-
mo se opponeret. *sin autem sine fremitu immisissent*; *eos ipsi clamore terrerent*; *pavi-
dosque equos telis utrimque suffoderent.* Qui cornibus praeerant, *extendere ea* jussi, 34
ita [9] *ut nec circumvenirentur*, *si artius starent*; *nec tamen* [10] *mediam aciem exinani-
rent.* Impedimenta cum captivis, inter quos mater liberique Darii custodieban- 35
tur, haud procul [11] acie in edito colle constituit; modico praesidio relicto. Lae-
vum

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *abj.* 2 Leid. Voss. 1. Bong. *versabilem.* 3 Voss. 2. *ponit.* 4 Col. Mer. omittunt *in.* 5 Voss. 2. *minora.* 6 Voss. 2. Amst. Lugd. *praecepit.* 7 Voss. 2. *lassatis.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. *incurr.* 9 Voss. 1. & alii *ut ne.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Bas. Col. *ultimam.* 11 Voss. 2. & aliae edd. *ab acie* P. *aciem.*

nans militum ordinem, quo circulus componatur, ut eos omni ex parte adversos hostis inveniat. Caesar B. G. l. IV. c. 37. *quum illi orbe facto sese defenderent.* Sallust. Jugurth. c. 97. *Orbes facere, atque ita ab omnibus partibus simul tecti.* Livius l. IV. c. 39. *tumulo quodam occupato in orbem se tutabantur.* CELLAR.

Versabilem] Ita membranae. vulgo *versatilem.* utrumque recte. Seneca *omnem eruditionem scito versabilem esse.* Lucretius, *magnum & versatile templum mundi.* MODIUS. *Versatilem.* Hujus verbi vim ipse Curtius exponit, *versatilis acies*, quae verti & circumagi potest: ubi ubi usus postulet. Atque ea accedit quidem quam proxime ad ἀμφίστομον Arriani, de qua, indice Radero, copiose Aelianus Tactic. cap. 38. & Sixtus Arcerius ad eumdem locum. Frontinus II, 3, 19. de hac ipsa Alexandri acie: *Alexander ad Arbela, cum hostium multitudinem vereretur, virtuti autem suorum fideret, aciem in omnem partem spectantem ordinavit, ut circumventi, undique pugnare possent.* FREINSH. *Versatilem.* Quae, si opus est, verti, & circumagi potest. vide lib. III. c. 2, 14. CELLAR.

Falcatos currus] Romani aliam rationem adversus falcatos currus pugnandi habuerunt, ut docet Veget. III, 24. Front. II, 3, 17, 18. Macedonas autem primos usos esse non persuadet Aelianus. RADERUS. Locum Aeliani non reperio. FREINSH.

Occurrentium] Tolerari quidem potest haec vox, nec sine exemplo esset etiam apud nostrum. sed cum MSS. codd. omnes nostri & Bong. insuper habeant *incurrentium*, cur id loco motum sit non video. l. IV, 15, 19. *ferociter in hostem incurrunt.* l. VIII, 1, 14. *quum leo magnitudinis rarae regem invasurus incurreret.* l. IX, 2, 19. *Elephanti in suos vehementius, quam in nos incurrerunt.*

Nec tamen &c.] Ita ut singuli militum latius spatium in sua quisque statione occuparent, ne densius & artius comprimerentur & circumvenirentur. e. c. miles, qui prius tres pedes occuparat, sex occupare jussus, manente eodem ordine & numero, in latum & longum, ita fiebat, ut media acies non exhauriretur, sed par ubique esset spatium, quamvis laxius starent. RADERUS.

Ultimam aciem] Editi, *mediam*, & recte sane. sequitur postea: *videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam, exhaustam*, ita enim ibi legendum, non *variam*, pro *vanam*, ut quidam. MODIUS. Membranas secutus *ultimam* Modius edidit, cum in editis tamen rectum agnoscat *mediam.* Culparem factum, nisi eo ipso occasionem dedisset mihi verioris quaerendae lectionis, & fortassean inventae. Credo enim corruptum in membranis *ultimam* fuisse pro *intimam*, quod plane idem est, ac *mediam*, & hoc εὔλογον sit istius fuisse interpretationem, atque inde in vulgatos irrepsisse. De media quidem vel interiore acie probant, & intelligi hic omnino volunt, quae Darius paullo post ad suos: *videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam & exhaustam.* Idemque ante ista: *contemserat paucitatem hostis, vanam aciem esse extentis cornibus ratus.* ACIDALIUS.

Haud procul aciem] Lapsus operarum & iste forsan est. Nam Modium puto *acie* voluisse: cui vulgati addunt, *ab acie*, qua particula nihil opus. non aciem constituit in collem, sed haud procul acie impedimenta. Sic enim jungenda verba: non, ut accipias, *impedimenta custodiebantur.* ACIDALIUS. *Haud procul acie.* Vulgo *ab acie* legitur, apud Modium *haud procul aciem*, quod Acidalius lapsum operarum censet, & *acie* rescribit. Pro scriptura Modiana exempla ex Livio lib. XXXI. Plinio IX, 53. & Curtio ab recentioribus Grammaticis adferuntur, sed testimonia sunt intestabilia. nullus veterum ita locutus, nec Priscanus annotavit, nec ullus

36 vum cornu, ſicut alias, Parmenioni tuendum datum: ipſe in dextro ſtabat. Nondum ad [1] teli jactum pervenerant; quum [2] Bion quidam transfuga, quanto maximo curſu [3] potuerat, ad regem pervenit: nuntians, [4] *murices ferreos in terram* [5] *defodiſſe Darium, qua hoſtem equites emiſſurum eſſe* [6] *credebat: notatumque certo ſi-*
37 *gno locum, ut fraus evitari à ſuis poſſet. Adſervari* transfuga [7] juſſo, duces convocat: expoſitoque quod nuntiatum erat, monet; *ut regionem monſtratam declinent,*
38 *equitemque periculum edoceant.* Ceterum, [8] hoc [9] tantus exercitus [10] exaudire non poterat; uſum aurium intercipiente fremitu duorum [11] agminum: ſed [12] in conſpectu omnium duces & proximum quemque interequitans [13] adloquebatur.

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. *jactum teli pervenerat* Voſſ. 2. *jactum teli convenerant.* 2 Ald. *Bio.* 3 Vulgo *poterat.* 4 Pal. 1. *inurices.* 5 Fl. Voſſ. 1. 2. Bong. Mer. *diffodiſſe.* 6 Pal. 1. B. 1. *credebant* P. *crederat.* 7 Voſſ. 2. *juſſus convocat duces* alii *evocat.* 8 Voſſ. 2. *hec.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Ald. Mer. Baſ. Col. *tandem*, ſed Ald. in fine editionis veterem lectionem eſſe ait *tantus.* 10 Voſſ. 2. Col. *audire.* 11 Voſſ. 2. *exercituum.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. omittunt *in* B. 1. ſuperſcriptum habet *Rex in conſpectum.* 13 Voſſ. 1. *adloquebantur.*

ullus priſcorum. Dicamus ergo *procul acie*, non *aciem.* Apud Livium *procul muros*, reſcribendum *procul muro*, ut emendatiores codices docent, ut & apud Plinium *procul Neapoli*, non *Neapolim.* Grammatici recentiores etiam hunc Curtii locum addunt, & mendum mendo confirmant. RADERUS. Adde Sanctii Minervam l. 1. c. 16.

Murices ferreos] Quae de muricibus (ſive, ut ibi aliquoties ſcribitur, neſcio qua cauſſa, *rumicibus*) & tribulis ſparſis, item ſudibus defixis, Lipſius Poliorc. v, 3. & 11, 2. de ſtylis caecis: item Rittershuſ. ad iſta Salviani lib. VI. *exercitus pugnaturi ea loca, per quae venturas hoſtium turmas ſciunt, aut foveis intercidere, aut ſudibus praefigere, aut tribulis infeſtare dicuntur.* & Stew. ad Veget. III, 24. tradunt. addi poſſunt illa Herodoti VIII, 28. de Phocenſibus, qui *juxta urbem Hyampolim, depreſſa ingenti foſſa, amphoras illic inanes depoſuerunt.* in quas Theſſalorum equi incidentes, crura fregerunt. Cui ſimile Dio, lib. XL. de Gallis ad Alexiam: *conati noctu per munitiones Rom. in urbem pervenire magnum detrimentum paſſi ſunt, in iis enim locis, quae equitatu accedi poterant, occultas foſſas Romani duxerant: defixiſque in eas ſtipitibus, ſuperficie tenus texerant, ut aequales reliquo circumpoſito ſolo eſſent: in eas foſſas equi virique imprudentes delapſi peribant.* FREINSH. Murices ita parati erant, ut in quam partem inciderint, aliquot aculeos protendant, fere ut *tribuli*, quos Vegetius lib. III. c. 24. deſcribit. CELLAR.

Expoſitoque] Eleganter noſter participium hoc modo abſolute ponit. nam iterum lib. V. c. 12, 7. *Darius Artabazum acciri jubet, expoſitiſque, quae Patron detulerat.* adi J. Fr. Gronovium ad Livium l. 1. c. 42. & ſi deſideras exempla, G. J. Voſſium de Conſtruct. c. 49. & 50.

CAPUT XIV.

Alexandri ad Graecorum, Dariique ad Perſarum exercitus, ante pugnam, orationes.

1 E*menſis tot* [1] *terras in ſpem victoriae,* [2] *de qua dimicandum foret, hoc unum ſupereſſe diſcrimen. Granicum* hic [3] *amnem, Ciliciaeque montes, & Syriam Aegyptum-*
2 *que* [4] *praeeuntibus* [5] *raptas,* ingentia ſpei gloriaeque incitamenta, [6] referebat. *Repre-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *terris.* 2 Fl. *deaque.* 3 Pal. 1. *agmen.* 4 Alii *praetereuntibus.* 5 Mer. omittit *raptas.* 6 Mer. *refert.*

Praetereuntibus raptas] Recte ita. editiones *praeeuntibus* peſſime. ſimile eſt Troadae Senecae, in verbis Pyrrhi ad Agamemnonem, ſed nec verba ſuccurrunt, nec liber Senecae ad manum eſt, alias agitur hoc proferetur. MODIUS. Male, & contra fidem omnium MSS. damnat Modius *praeeuntibus*, quod recte dictum eſt. HEINSIUS.

Reprehenſos ex fuga] Tac. Agric. 34. *quoſquos tandem inveniſtis, non reſtiterunt, ſed deprehenſi ſunt noviſſime. ideo extremo metu corpora defixere in his veſtigiis,*

prehensos [1] *ex fuga Persas pugnaturos, quia fugere non possent. tertium* [2] *diem jam metu exsangues, armis suis oneratos, in eodem vestigio* [3] *haerere. nullum desperationis illorum majus* [4] *indicium esse, quam* [5] *quod urbes, quod agros suos urerent: quidquid non corrupissent, hostium esse* [6] *confessi. Nomina* [7] *modo* [8] *vana gentium ignotarum ne* 3
extimescerent. neque enim ad belli discrimen pertinere, qui ab [9] *his Scythae, quive* [10] *Cadusii* [11] *appellentur. Ob id ipsum, quod ignoti essent, ignobiles esse. numquam* 4
[1] *igno-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. omittit *ex.* 2 Bong. Leid. *tert. jam diem* Pal. 1. *tertio jam die* Voss. 1. omittit *jam.* 3 Voss. 2. *jam. haerere.* 4 Col. *judicium.* 5 Bong. *quod agros quod urbes.* 6 Voss. 2. *confoxi.* 7 Frob. Ald. *vero.* 8 P. *gent. ign. vana.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. *iis Scytarum* Ald. Mer. Col. *Scytharum* F. habet superscriptum *Scithae* Ald. etiam leg. vult *Scythae.* 10 B. 1. *Adusii* F. *Gadusii.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Mer. *appellantur.*

stigiis, &c. uter ab utro sumpsit? nec enim, opinor, in idem incidit uterque fortuito: praesertim, cum similitudinem Taciti de feris, noster quoque retulerit supra III, 8, 10. Porro affine est illud Arrian. I, 5. de mercenariis Persarum ad Granicum: *quorum agmen eodem loci ubi consistere jussum erat, stupore potius inopinati eventus, quam certa aliqua ratione se continebat.* FREINSH. *Reprehensos.* Retractos, per vim reductos. Plaut. Bacch. a. 2. sc. 3. vs. 130. *si ergo reprehensus, macto illum infortunio*, id est revocatus à fuga. CELLAR.

Quod agros suos urerent] Just. XI, 6. Alexander *hostem petens milites à populatione Asiae prohibuit, parcendum suis rebus praefatus. nec perdenda ea, quae possessuri venerant.* Adde Arrian. III, 4. Nullo enim certiore indicio se prodit obtinendi quae occupaveris desperatio, quam exactionibus, rapinis, atque vastationibus, quae edi tum solent maxime, ut à festinantibus. Sic apud Plutarchum Demetrius cap. 8. cum alteram Babylonis arcium, duae enim erant, occupavisset, & praesidio firmasset, *militibus permisso, ut quantum possent ex agris praedam agerent, confirmavit Seleuco regnum, quod tanquam alienum infestans, videbatur ipsi concedere.* Ceterum, Alexander factum illud Persarum callide detorquet in alienam interpretationem. ipse enim satis noverat, & modo IV, 13. Parmenioni confessus erat, hac ratione Persas vastatione paucorum reliqua conservaturos esse. Id ipsis consilium initio belli dederat Memnon, approbante Curtio supra III, 4. Fecerant id ipsum Persae contra Cyrum minorem, apud Xenoph. Ἀναβάσ. I. Et Fabius dictator bello Punico secundo. Liv. XXII, 11. FREINSH.

Non corrupissent] In scriptis libris deest *non.* MODIUS.

Nomina vana gentium] Supra l. III. *ignota etiam ipsi gentium nomina ante neglecta, huc undique excita*; ut paullo ante: *Hos aliae gentes ne sociis quidem satis notae sequebantur.* RADERUS.

Qui ab his Scythae, quive Cadusii appellentur] Sic ubique: sed vera lectio, *qui ex his.* Quod sequitur *Scytharum* vocabulum mihi suspectum. Neque enim hi Alexandro vel militibus esse potuerunt adeo de nomine etiam ignoti. Quin aliud potius nomen latet alterius ignobilioris generis. ACIDALIUS. Non immerito Acidalius suspectam habet vocem Scythae, quomodo enim Macedonibus Scythae ignoti, gens Graecis auctoribus, iisque antiquissimis celebratissima, Scylaci, Herodoto, aliis, qui ante Alexandrum vixerunt, & scripserunt. nota fuere Scytharum cum Persis proelia contra Cyrum, Darium, & mox contra Zopyrionem Alexandri ducem. non fuerunt ergo ignoti Macedonibus. itaque pro *Scythis*, alia vox, sive *Dacae*, sive *Dahae*, sive *Bilthae*, aliave gens sufficienda est Scythis. RADERUS. *Scythae.* Nomen id suspectum Acidalio & Radero, quia Scythae, inquiunt, satis noti fuerant Macedonibus. Sed idem etiam de Cadusiis possit dici, quorum & ipsorum mentio est apud vetustiores Alexandro scriptores, siquidem hoc ad rem pertineat, & sane dum ait nihil interesse, *qui ab his* (sic rectius, quam Acidalii *ex his*) *Scythae appellentur*, non vult etiam ipsa nomina esse incognita, sed gentes quibus ea tribuantur. & quam late patuerit appellatio Scytharum neminem fugit. ideo praecedit, *vana ignotarum gentium nomina.* ut nomina ipsa non sint ignota, sed gentes quibus ea induntur: quae tamen quocumque vocabulo appellentur nihilo meliores sint futurae. Ipsae, inquit, gentes ignotae sunt, sed appellantur formidolosis nominibus Scytharum atque Cadusiorum, quid hoc ad discrimen belli, quomodo appellentur: num ideo fortiores erunt si his vocentur nominibus, quam si quibusvis aliis? Haec istorum, ni fallor, mens est. Quod autem hos populos nominat, verissimam ex Arriano III, 4, 11. caussam adsigno: quod eo tempore magna de his gentibus fuerit opinio, apud Asiaticos, eorumque robur haud dubie multum extulerint Persae. legimus enim ibi fuso jam ad Arbela Dario, rumorem increbuisse, *Darium Alexandro obviam ire statuisse, denuoque proelii fortunam experiri velle, Scythas enim & Cadusios ei auxilio venire.* FREINSH.

Quod ignoti essent] Bene sic ratiocinatur Macedo, solent enim viri fortes, Virg. Aen. VI, 806.

- - - - - - *virtutem extendere factis.*

& hercle raro *nobilissimi in ipsis penetralibus siti* sunt, ut de se jactant Britanni in Agric. Taciti 30, 3.

[1] *ignorari viros fortes:* [2] *at imbelles,* [3] *ex latebris* [4] *suis erutos, nihil praeter nomina* [5] *adferre. Macedones virtute adsequutos, ne quis toto orbe locus esset, qui taleis viros*
5 *ignoraret. Intuerentur barbarorum inconditum agmen: alium* [6] *nihil praeter jaculum habere; alium funda saxa* [7] *librare: paucis* [8] *justa arma esse. Itaque illinc plures*
6 *stare: hinc plures dimicaturos. Nec postulare se, ut fortiter capesserent proelium,* [9] *ni ipse ceteris fortitudinis fuisset exemplum. se ante prima signa dimicaturum.* [10] *spondere* [11] *pro se,* [12] *quot cicatrices,* [13] *totidem corporis decora: scire ipsos, unum pene* [14] *se praedae*

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *ignari.* 2 Fl. *aut.* 4 Pal. 1. omittit *ex.* 3 Pal. 1. *ejus.* 5 Pal. 1. *ferre.* 6 Voss. 2. omittit *nihil.* 7 Voss. 1. *liberare.* 8 B. 1. P. Fl. *juxta.* 9 Voss. 2. *ni cum* Frob. Amst. Col. Lugd. *nisi* Mer. *ne.* 10 Sic D. Pal. 1. sed Bong. adscripserat in suo libro abundat P. *sponderis* Lugd. Amst. omittunt. 11 Voss. 2. *se tot vel quot.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. Bong. *tot.* 13 Bong. *corp. tot.* 14 Voss. 1. omittit *se.*

sed fere cum nomine dominatum quoque protulerunt. Accidit tamen, in armata quidem virtute perraro, in aliis frequentius, ut alii habeant famam, alii mereantur: & quidam *noti magis, quam nobiles sunt*, ut loquitur Seneca de benef. III, 28. 2. Sic in libris antiquae sapientiae legitimae, Justiniano in §§. 17. constitutionum de Confirm. Dig. attestante, *multi fuerant & ipsis eruditissimis hominibus incogniti.* FREINSH.

Nihil praeter nomina] Supra c. 12, 9. *nomina verius quam auxilia.* RADERUS.

Tales viros] Hinc patet legendum apud Justin. esse lib. XI. quo loco est. *Macedones autem nunc Europae victae admonet, nunc Asiae expetitae, nec inventas illis toto orbe pares vires gloriatur &c. nec inventos illis toto orbe pares viros glor.* quamquam hoc etiam scripta duo Justini exemplaria nos monuerunt. nec hoc tantum, sed posterius quoque eodem libro, ubi legitur, *& quemadmodum Dario majorem turbam hominum esse, sic virium sibi*, reponendum *sic virorum sibi.* Atque illud quidem, non quod in illis ita legatur, sed quod, cum pro *virium*, *virorum* haberent, facilem nobis hujus loci emendationem fecerunt. MODIUS.

Nihil praeter jaculum] Vide Herodotum in Polymnia haec describentem in exercitu Xerxis. RADERUS.

Saxa librare] Qua de caussa jactus eorum non admodum longe pertingebat, multumque superabant, qui plumbeas glandes jaculabantur. Vide Brisson. de regno Pers. lib. III. pag. 297. FREINSH.

Justa arma] Quorum momentum attigimus supra ad IV, 9, 2. IDEM.

Illinc plures stare] Hoc sic expressit Justinus XI, 13, 10. *Dario majorem turbam hominum esse; virorum sibi.* Ubi vide. IDEM.

Nec postulare se, ut fortiter capesserent proelium, ni ipse ceteris fortitudinis fuisset exemplum. se ante prima signa dimicaturum: pro se quot cicatrices, totidem corporis decora] Darius similiter ad suos de se ante hanc ipsam pugnam: *Nec recuso, quo minus imitemini me, sive fortitudinis exemplum sive ignaviae ero.* Sed quid quaerit hic sibi illud *pro se.* Distinguendumne aliter dicemus? *se ante prima signa dimicaturum pro se: quot cicatrices* &c. an delendum, ut quod in eadem caussa sit cum deleto jam *spondere*? Videantur enim & hoc addidisse, qui alterum: ut Alexandrum fecerint pro se spondentem. Neutrum mihi probetur. quin & voculâ, & distinctiunculâ relictâ mutandum ajo *prorsus*. *Prorsus, quot cicatrices, totidem corporis decora.* Particulae ejus elegantem hunc usum elegantes homines sciunt, & nos alibi fortasse magis illustrabimus. ACIDALIUS. *Nec postulare se.* Omnibus magnis Impp. *res* potius quam *verba* cordi fuere, ut Scipioni apud Livium XXVIII, 27, 1. & apud eumdem XXVIII, 40, 7. Fabio Maximo. Annibal, Dione teste in Excerpt. Vales. *militibus* (οὐχ' ὅπως ἰσοδίαιτος, ἀλλὰ καὶ ἰσοκίνδυνος ἐγίγνετο, πάνθ' ὅσα ἀπῄτει παρ' αὐτῶν πρῶτος ἐκπονούμενος.) *similem se praestabat non in victu modo, sed etiam in periculis: primus tolerando, quae ab ipsis postularet.* Hinc ergo maxime solebant hortari suos: ut & Valerius Cos. apud Liv. VII, 32, 11. *Facta mea, non dicta vos milites, inquit, sequi volo: nec disciplinam modo, sed etiam exemplum à me petere.* & Julianus apud Marcellin. XXIII, 14. *Adero ubique vobis adjumento numinis sempiterni Imperator, & antesignanus, & conturmalis.* Philippus apud Liv. XXXI, 24, 3. *se intuentes pugnarent.* Andronicus apud Nicetam lib. II. *Me sequimini paratum una vobiscum perpeti, quidquid sors dederit. Neque enim committam, ut quisquam dicat, Andronicum solertem esse ad verba facienda, & acuendos militum animos: sed ducem ignavum, & ulciscendi hostis rudem. Imo & in prima acie stabo, ut decebit; & extremum agmen claudam, ubi oportuerit.* Qualem quidem hortationem perspicuum est altissime penetrare militares animos. FREINSH.

Pro se] Haec mutat Acidalius in *prorsus*, expuncto *spondere.* Mihi nec lectio satis placet, nec correctio, illam tamen explicem, sibi nihil deposcere praeter gloriam ex vulneribus, quae propter illam non sit refugiturus. & juvent sequentia. Idem autem animi statim in pueritia habuisse memoratur. nam *patri Philippo hasta femur in Triballis transfixo,*

praedae [1] *communis exsortem, in illis* [2] *colendis ornandisque usurpare victoriae prae-*
mia. Haec se fortibus viris dicere. si qui dissimiles eorum essent; illa fuisse dicturum: 7
pervenisse [3] *eo, unde fugere non possent.* [4] *tot terrarum spatia emensis; tot amnibus*
montibusque post tergum [5] *objectis; iter in patriam & penates manu esse faciendum.*
Sic duces, sic proximi militum [6] instincti sunt. Darius in laevo cornu erat; ma- 8
gno [7] suorum agmine, [8] delectis equitum peditumque stipatus: contempseratque
paucitatem hostis; [9] vanam aciem esse, [10] extentis cornibus ratus. Ceterum, sic- 9
ut curru eminebat, dextra laevaque ad [11] circumstantium agmina oculos manus-
que

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. omittit *communis.* 2 Voss. 2. *tollendis.* 3 Alii *eos.* 4 Mer. omittit *tot.* 5 P. *relictis* Voss. 2. *abjectis.* 6 Voss. 2. Ald. Col. Bas. Frob. Mer. *instructi.* 7 Voss. 1. Ald. Frob. Elz. *agmine suorum* Voss. 2. *suorum agminum.* 8 Pal. 1. *electis.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. *variam.* 10 Mer. *extinctus.* 11 D. Bong. Fl. Leid. Voss. 1. *circumstantia.*

fixo, cum is evitato mortis periculo claudicationem iniquius ferret, Bono animo es pater mi, inquit, ac palam progredere, ut ad singulos gressus virtutis tuae recorderis. Plutarch. de fort. Alex. 11, 13. Multa in hunc sensum congesserunt Savaro ad illa Sidonii Carm. XXIII, 75.

- - - - in corpore fortium virorum
Laus est amplior, amplior cicatrix.

& Dempster. in antiqu. Rosini x, 10. Confer mores Tarquinii Prisci descriptos à Dione in Excerptis Vales. pag. 578. FREINSH. *Nec postulare pro se &c.* Verbum *spondere* sustulit Modius, credo, quia sic visum est, quando nullam MS. facit in notis mentionem. Tollit & Acidalius, & *pro se* mutat in *prorsus.* Quorum penes nos excerpta sunt, omnes habent. Doctissimus Freinshemius, cui nec lectio placet nec correctio, lectionem tamen sic tentat explicare, sibi nihil poscere Alexandrum praeter gloriam ex vulneribus, quae propter illam non sit refugiturus. Itaque distinxit: *se ante prima signa dimicaturum. Spondere pro se, quot cicatrices, totidem corporis decora.* Recte hoc quidem: sed longe alia sententia: nempe quas gerat in corpore cicatrices, totidem decora corporis, militibus esse debere testes, vades & obsides regiae virtutis. Quod alterum argumentum est, quo confirmat, quod se militibus exemplum fortitudinis proposuerat. sic Cicero Agraria II. *Nulli pop. Romano pro me majores mei spoponderunt.* Lib. VII. Fam. ep. 5. *casus vero mirificus quidam intervenit vel testis opinionis meae, vel sponsor humanitatis tuae.* Neque aliter ipse Curtius l. IX. *vestras manus intueor; vestram virtutem rerum, quas gesturus sum, vadem praedemque habeo.* Eodem pertinent illa apud Ciceronem pro Cluent. *At condemnavit: hanc enim damnationem dederat obsidem Balbo, & ceteris, ut destitutus ab Oppianico videretur.* Catilin. IV. *Habemus à Caesare sententiam, tamquam obsidem perpetuae in rempl. voluntatis.* Pro Cael. *Habet à M. Caelio respl. duas accusationes vel obsides periculi, vel pignora voluntatis.* Divinat. extr. in Caecil. *à nobis multos obsides habet populus Rom.* Thucydides l. I. μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε τὴν γῆν αὐτῶν ἢ ὅμηρον ἔχειν. idem lib. III. οὐκοῦν χρὴ οὔτε τῷ θανάτῳ τῇ ζημίᾳ ὡς ἐχεγγύῳ, πιστεύσαντας χεῖρον βουλεύσασθαι. Sic etiam cicatrices Alexandri spondent pro virtute ejus apud milites. *Spondere*, inquit, *pro se* vulnerum, quae cominus proeliando acceperit, *cicatrices*, quarum quot vestigia sint, totidem in suo *corpore decora* & virtutis notas numerari. Ne quis miretur, nos alibi tres Flor. alibi unum advocare, monemus; tres illos tantummodo consultos nobis de locis antehac tentatis: unius vero excerpta perpetua optimi & antiquissimi contigisse beneficio Amplis. Nic. Heinsii. GRONOVIUS. L. II. Observ. c. 8. Lectionem puto haud ineptam, si primum post *dimicaturum* ponatur punctum; deinde pro *totidem corporis* inverse legatur praeeuntibus MSS. *quot cicatrices corporis, totidem decora.* SCHEFFER. Antea *spondere* ad *dimicaturum* adnectebatur, melius inde sejunctum cohaeret vocibus *pro se*, ut praeclare monstravit Gronovius. sensus autem est, se nihil quam gloriam concupiscere. Cetera relinquere militibus. CELLAR.

Totidem corporis decora] In adverso nempe corpore. nam cicatrices in averso ignaviae & fugae indicia sunt. Ovid. l. XIII. Met.

- - - sunt & mihi vulnera, cives,
Ipso pulcra loco.

LOCCEN.

Usurpare] Forte *usurpari.* HEINSIUS.

Pervenisse eos] Editi *pervenisse eo.* MODIUS.

Sic duces, sic proximi militum instincti] Vulgo, *sic duces, sic proximi militum instructi sunt.* MODIUS.

Vanam] Forte legendum *raram.* HEINSIUS. Vides Fl. Leid. Voss. 1. & Bongarsium denotavisse *variam*, quae lectio etiam nota Modio, qui eam tangit supra c. 13, 34. sed forte magis satisfaceret, si per MSS. liceret legere cum nob. Heinsio *raram aciem*, quod explicatur *extentis cornibus.* Virgil. lib. IV. Aen. *retia rara plagae*, & mox n. 14. *videtis ordines raros*, & cap. 15, 20. *rarior acies erat.* Paullo post tamen iterum

que circumferens; [1] *Terrarum*, inquit, [2] *quas Oceanus hinc* [3] *adluit*, *illinc claudit*
[4] *Hellespontus*, *paullo ante domini*, [5] *jam non de gloria*, *sed* [6] *de salute*, *&*, *quod sa-*
10 *luti* [7] *praeponitis*, *de libertate pugnandum est. Hic dies imperium*, *quo* [8] *nullum am-*
plius vidit aetas, *aut constituet*, *aut finiet. Apud Granicum minima virium parte cum*
hoste certavimus: *in Cilicia* [9] *victos Syria poterat excipere*: *magna munimenta regni Ti-*
11 *gris atque Euphrates erant. Ventum est eo*, *unde pulsis ne fugae quidem locus est. omnia*
tam diutino bello exhausta post tergum sunt: *non incolas* [10] *suos urbes*; *non cultores ha-*
bent terrae. Conjuges quoque & liberi sequuntur hanc aciem: *parata hostibus praeda*,
12 *nisi pro carissimis pignoribus corpora* [11] *opponimus. Quod mearum fuit partium*; *exer-*
citum, *quem pene* [12] *immensa planities vix caperet*, *comparavi*: *equos*, *arma distri-*
bui: *commeatus*, *ne tantae* [13] *multitudini deessent*, *providi*: *locum*, *in quo acies expli-*
13 *cari posset*, *elegi. Cetera in vestra potestate sunt*: *audete modo vincere*; *famamque*,
infirmissimum adversus fortes viros telum, *contemnite. Temeritas est*, *quam adhuc pro*
virtute [14] *timuistis*: *quae ubi primum impetum effudit*, *velut quaedam animalia* [15] *a-*
14 *misso aculeo* [16] *torpet. Hi vero campi deprehendere paucitatem*, *quam Ciliciae montes*
abscon-

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *terrarumque.* 2 Leid. Mer. omittunt *quas.* 3 Pal. 1. *abluit.* 4 Pal. 1. *Hellespontum.* 5 Voss. 2. omittit *jam.* 6 Pal. 1. bis omittit *de* semel Fl. & Voss. 1. 7 Voss. 1. *praeponitas* Voss. 2. *praepositis.* 8 Col. *nulla* Voss. 2. *quo vel nulla.* 9 Leid. *victo.* 10 Leid. Pal. 1. Col. *suas.* 11 Editt. aliae *opponitis.* 12 Pal. 1. *immensam.* 13 Voss. 2. omittit *multitudini.* 14 Voss. 1. *timuisti.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *emisso.* 16 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. Pal. 1. *torpent.*

rum *vanam aciem* habet, adeo ut variata tantum videatur esse Curtio *vana acies*, & *rara.*

Oceanus] Indicus, ad quem demum penetravit Alex. infra IX, 9, 1. quemque hodie navigant quotidie Lusitani & Hispani, Batavi, Britanni, multo longius progressi, quam Alex. qui auream Chersonesum, seu Malacam, Molucas & Japonas & Sinas numquam vel vidit, vel auditione perceperit. RADERUS. Hoc loco pro *domini*, malim *dominis.* FREINSH.

Nulla amplius] Mutarat hoc vulgo in *nullum* malo exemplo mehercule. nam quid est corrumpere bonos scriptores, nisi hoc est corrumpere. MODIUS. Forte *nil ulla amplius*, vel *nullum amplius ulla.* HEINSIUS.

Minima parte virium] Atqui sexcenta millia Persarum ibi fusa. RADERUS.

Diutino bello] Quadriennali, nam Olymp. CXI. anno 3. ad Granicum pugnavit, sequenti ad Issum, tertio Tyrum, Gazam, Palaestinam, Aegyptum occupavit: quarto ad Gaugamela. RADERUS.

Conjuges & liberi] Xenophon Παιδ. IV. ubi in pugna cum Croeso tradit fuisse *intercepta carpenta cum praestantissimis mulieribus*, addit: *Nam Asiatici cum expeditiones instituunt*, *sic eas hodieque suscipiunt*, *ut res maximi pretii secum sumant.* Ajunt enim, se pugnandi avidiores esse, quum eae res *adsunt*, *quas sibi carissimas habent.* Forte ex veteri instituto id fecerint, postquam Persarum aciem duce Cyro trepidantem, feminarum interventus restituit. Justin. I, 6, 14. Similia de majoribus nostris memorat Tacitus Germ. cap. 7. & 8. Brissonium vide de regno Pers. lib. III. p. 312. Maximum Tyr. Dissert. XIV. FREINSH.

Pro pignoribus corpora opponimus] *Pignora* conjuges & liberi sunt: *corpus opponere*, est tueri ita, ut periculum alterius in nos convertamus. Cicero pro Marcello c. 10. *non modo excubias & custodias*, *sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur.* CELLAR.

Pene immensa] Lege *plene immensa haec.* HEINSIUS.

Locum] Hoc enim vel praecipue ad curam ducis pertinere expertus erat malo suo Darius. Vere Vegetius III, 13. *Bonum ducem convenit nosse magnam partem victoriae ipsum locum*, *in quo dimicandum est*, *possidere.* Et similia praecipit Onosander Strateg. cap. 31. Ergo Civilis apud Tacit. H. V, 17, 3. similiter hortatur suos; *Quae provideri astu ducis oportuerit*, *providisse*: *campos madentes*, *& ipsis gnaros*, *paludes hostibus noxias &c.* Adde Florum II, 6, 16. n. Sallust. Jug. 49, 3. & Caesar. de bell. Gall. III, 23. ibi: *loca capere.* item VII, 52. *exposuit*, *quid iniquitas loci posset*, *quid ipse ad Avaricum sensisset &c.* de bel. Civ. III, 73. in quo mendum tollo, certe indico: *quod esset acceptum detrimenti*, *ejus* (fortunae) *juri potius*, *quam suae culpae debere tribui*: *locum se tum ad dimicandum dedisse &c.* Scribam: *locum se aptum* (aut *tutum*) *ad dim. legisse.* Adde supplementa mea Liv. VIII, 23. ubi de Xanthippo & Regulo. FREINSH.

Primum impetum] Quem & Germanis tribuunt Tacit. Germ. c. 4, 2. Cattos tamen excipiens, ibid. 30,

absconderant. videtis ordines raros; cornua extenta; mediam aciem vanam [1] *&* [2] *exhaustam. nam ultimi, quos locavit* [3] *aversos, terga jam praebent.* [4] *Obteri mehercule equorum ungulis possunt; etiamsi* [5] *nil praeter falcatos currus emisero. Et bello vicerimus, si* [6] *vincimus proelio: nam* [7] *ne illis quidem ad fugam* [8] *locus est. hinc Euphrates;* [9] *illinc Tigris prohibet inclusos.* [10] *Et quae antea pro illis erant, in contrarium* [11] *conversa sunt. Nostrum mobile* [12] *& expeditum agmen est; illud praeda grave. implicatos ergo spoliis nostris trucidabimus: eademque res & caussa victoriae* [13] *erit, & fru-*

15

16

VARIANTES LECTIONES.

1 Col. Voss. 1. omittit &. 2 Voss. 1. *exhausta* & sic utrumque etiam Fl. & Leid. 3 P. Fl. *adversos* Voss. 2. *adverse.* 4 Bas. *obtuli.* 5 Voss. 2. *nichil* B. 1. *nihil.* 6 Col. *vicimus.* 7 Voss. 2. omittit *ne.* 8 Voss. 2. *locus non est.* 9 Pal. 1. *illic.* 10 Voss. 2. omittit &. 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *versa.* 12 Fl. omittit &. 13 Fl. Leid. Voss. 1. *erit victoriae* Voss. 2. omittit *erit.*

30, 3. & Seneca de Ira I, II. cum Floro l. III, 3, 5. & imprimis Gallis Livius l. X, 28, 4. & ceteri. Quin & secundum Justinum l. XLI, 2, 8. *Parthi intolerandi forent, si quantus his impetus est, vis tanta & perseverantia esset.* FREINSH.

Amisso aculeo] Aristoteles de hist. Animal. III, 12. testatur, apiculam, si percutiat & infigat aculeum alteri, vel illi evellatur, mori: cui Menander accinit:

Κέντρον γὰρ πληγῇ περὶ κάλλιπεν ἐμματέουσα
Κέντρον δὴ ζώητε φέρει θανατόντε μελίσση.

Alii negant mori, sed torpere, & fucos fieri: Plinium XI, 17. consule. RADERUS. Atque hanc opinionem praeter Curtium, amplecti videtur Livius XXIII, 42, 4. eodem simili utens, & hinc absque dubitatione corrigendus: *te ad unum modum ictum figentem, velut jaculo emisso torpere,* pro *velut jaculo,* inquam, scribe *veluti aculeo.* FREINSH.

Hi vero campi deprehendere] Non video quis adversativae conjunctioni hic sit locus, nec si expletive poni dicas, ullam habet elegantiam, consuetudini Latinorum convenientem. Mallem ergo; *hi vere campi deprehendere. Vere* deprehendere, est, aperte, manifeste. SCHEFFER.

Nam ultimi] Oratorium videatur hoc, & imprudenti Curtio excidisse, dum ingenio indulget in oratione fingenda. Sane suspectum ea dubitatio facit, qui Darius scire potuerit de ordinibus aversis. Bonis enim oculis & vix humanis necesse est fuisse, qui totam aciem visu permetiretur, & ad ultimos ordines ita penetraret, ut discrimina etiam agminum & positus eorum pervideret. Nisi si à transfugis accepisse credemus, quod solum excusando Curtio dici possit. Ac in eadem plane caussa superius etiam illud est IV, 13, 13. *adhuc lymphatos ferri agique.* Dubites enim & ibi, unde idem tam cito de formidine hostium cognoverit. Sed esto apud transfugas & exploratores Curtio perfugium. Ita tamen omnia debebant temperari, ut nihil nisi verisimile dicatur: nihil admittatur, quod vel minimam excitare suspicionem queat dubiae veritatis. ACIDALIUS. Vel ex hoc loco pateat, orationes plerasque ducum fictas à Curtio, quamvis subinde dicat summam orationis ejus ab Graecis non traditam, ac proinde non referat, ut aliarum argumenta ab illis accepisse credi possit. Sed reapse hic deprehensus inficiari vix possit ab ipsomet excogitatam hanc fortasse omnem paraenesin; nec immerito Acidalius idem suspicatur. RADERUS.

Bello vicerimus, si vincimus proelio] Livius. *uno proelio victus Alexander bello victus esset.* MODIUS. *Bello vicerimus.* Hanc sententiam Alexandro tribuit Modius, ad illa Livii IX, 19, 10. *proelio victus Alexander, bello victus esset.* Item alius Vir sane doctus in notis Polit. ad Tacit. II, 21. tamquam Curtius id hoc libro prodidisset. quod adnotare placuit propter duplex genus hominum: quorum alii leves hujusmodi hallucinationes ingenti fastu atque acerbitate exagitare solent, humanitatis obliti; alii contra ab ejusmodi viris prolata, nulla infirmitatis humanae memoria, ne examinata quidem, statim arripiunt, deinde vulgant: unde fecundissima fere errorum seges in his arvis. FREINSH. En distinctum *proelium à bello:* ita etiam Livius l. IX, 19. *uno proelio victus Alexander bello victus esset.* CELLARIUS.

Hinc Euphrates illinc Tigris] Quasi inter utrumque amnem acies stetisset, quae vero longe ultra Tigrim erat transmota. CELLAR.

Implicatos ergo] Ergo sciendum est, nimiam impedimentorum multitudinem, necessario maxima comitari incommoda. Apud nostrum infra VI, 6, 15. Alexander impedimentis ignem subdit, quippe futuris moram agminum itinerumque. Noverat enim patrem suum Philippum, cum praeda ex Scythis redeuntem à Triballis opportuna loca insidentibus paene caesum, certe graviter vulneratum fuisse. Noverat quid ipsi accidisset supra IV, 9, 19. quando in transitu Tigris *dum sua quisque spolia, amnis impetu provoluta, consequi studet, major inter ipsos quam cum amne orta luctatio est.* Noverat, se ipsum contemnendo sarcinarum damnum summam rerum tenuisse, supra IV, 15, 7. *Magno consilio,* ut judicat noster IV, 16, 28. Vide Justin. IX, 3, 2. & Plutarch. de fort Alex. I, 13.

 atque

17 *fructus. Quod si* [1] *quem e* [2] *vobis nomen gentis movet; cogitet, Macedonum illic arma esse; non corpora. multum enim* [3] *sanguinis invicem hausimus; & semper gravior in*
18 *paucitate jactura est. Nam Alexander,* [4] *quantuscumque ignavis & timidis videri potest; unum animal est: &, si quid mihi creditis, temerarium & vecors; adhuc*
19 [5] *nostro pavore, quam sua virtute felicius. Nihil autem potest esse diuturnum, cui non subest*

Variantes Lectiones.

1 Voss. 1. *quidem.* 2 Voss. 2. *nobis.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *sanguinem.* 4 Voss. 2. *quantumcumque magnanimus.* 5 Voss. 2. *meo.*

atque simile aliquid diu post accidit Manlio exercitum ex Gallograecorum bello reducenti, in iisdem fere locis, in quibus & Philippus periclitatus fuerat: nam in latrunculos Thracas incidens paene caesus, fugatus, exutus impedimentis est, Livius XXXVIII, 40, 6. juncto XXXVIII, 46, 5. Arminius insidiatus Caecinae locis opportunis ante captis *non statim prorupit, sed ut haesere caeno fossisque impedimenta, turbati circum milites; incertus signorum ordo: utque tali in tempore sibi quisque properus, & lentae adversum imperia aures: irrumpere Germanos jubet.* Tacit. I, 65, 4. est enim, ut apud eumdem II, 5, 4. recte existimat Germanicus, *longum impedimentorum agmen opportunum ad insidias, defensantibus iniquum.* Caesar bell. Gall. VII, 66. *relictis impedimentis suae saluti consulant.* Annibal Alpes maximo cum periculo transiit, vide Liv. XXI, 33. quamquam impedimentorum magnam partem in Hispania reliquisset. sic enim Livius l. XXI, 60, 7. *omnibus fere caris rebus* (*ne gravia impedimenta ferentibus essent*) *circa* (scribo *citra*) *Pyrenaeum relictis.* Eumenes, quem paucissimis ducibus postpono, cum videret suos se ire implicitum impedimentis hostium, quorum diripiendorum consilium ceperant; cum apud ipsos monendo parum proficeret, clam misit ad hostes, ut impedimenta sua tuerentur, hortatus, eoque astu praevenit exitiale suorum lucrum. Poliaen. IV, 8, 5. Plutarch. Eumen. c. 17. Sed haec indigitasse sufficiat, cum in omnibus fere antiquis atque recentibus historiis, plures occurrant pugnae ob impedimenta male pugnatae. Quin & ipsa nominis notio prae se fert, quid ea res habeat incommodi. Sane ad usum quotidianum sobria & frugali sarcinarum copia maxime opus est: praesertim in hostico, aut omnium rerum sterili solo. Inde merito veritus est Annibal, sollers imperator, si quis alius, *ne exutum impedimentis exercitum nequicquam incolumem traduxisset.* Livius l. XXI, 33, 9. FREINSHEM.

Non corpora] Macedones omnes bellis prioribus attritos, praesentem Alexandri militem peregrinum esse, non Macedonicum. RADERUS.

Multum enim sanguinem] Editi, *sanguinis*, sed ignorant illud eleganter dici, qui hoc ei substituunt. MODIUS.

In paucitate] Eumdem in sensum Diod. l. XI. Galli *ob abundantiam suorum ne sentiebant quidem, si quos amisissent; contra Romani, quorum & ante numerus non ita magnus fuerat; & tunc subinde idem decrescebat, facile obsidione coërcebantur.* Idem vult Tacit. Hist. IV, 28, 7. paucis ut solet verbis, *superante multitudine & facili damno.* Liv. l. II, 64, 5. *Romani, quia paucitas damno sentiendo propior erat, gradum retulissent.* Idque eleganti similitudine demonstrat l. XXII, 8, 3. *ut in affecto corpore, quamvis levis caussa magis quam valido sentitur, ita quum paucis & invalidis quodcumque adversi incidit, non rerum magnitudine, sed viribus extenuatis, quae nihil quod adgravaret, pati possunt, aestimandum est.* Sic Marcellin. l. XIV, 11. *atque aegrum corpus quassari etiam levibus solet offensis, ita* &c. FREINSH.

Unum animal] Livius IX, 18, 7. de eodem Alex. *Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit. Animal* per contemptum appellat Darius: sed hircus iste Graecus, arietem Persam in terram dicerem *hircavit*, si fas, Curtius, *arietavit*, dixit. RADERUS.

Quam sua virtute] Id inculcare solent callidi Imperatores, ut eo alacrius fortunam denuo tentent victi. Quousque enim nostra culpa cladem nobis accidisse credimus, remedium aut cautelam in posterum itidem in nostra potestate sita esse opinamur. sic apud Tacit. Agric. 32, 2. *Nostris illi dissensionibus ac discordiis clari, vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt.* Sic Hist. II, 76, 7. *Ne Othonem quidem ducis arte, aut exercitus vi, sed praepropera ipsius desperatione victum.* Ergo Agric. 27, 3. *Britanni non virtute sed occasione, & arte ducis se victos rati, nihil ex arrogantia remittere, quominus juventutem armarent* &c. Syphax apud Liv. XXX, 4, 8. *Scire incendio, non proelio cladem acceptam; eum bello inferiorem esse, qui armis vincatur.* sic Vercingetorix consolatus suos Avarico amisso: *ne se admodum animo demitterent, neu perturbarentur incommodo, non virtute neque acie vicisse Romanos; sed artificio quodam, & scientia oppugnationis, cujus rei ipsi fuerint imperiti.* Caesar de bell. Gall. VII, 29. Contra ubi confessio imbecillitatis semel expressa est hosti, ut nulla adversarii praerogativa victus nesciat infortunii sui culpam, in quamvis aliam rem, quam suammet infirmitatem conferre, non cogitabit amplius de resistendo, sed libenter imperata faciet, exemplo pari infra VIII, 14, 42. Carthaginenses tum demum bona fide pacem oraverunt, postquam Annibal *fassus in curia est, non proelio modo se, sed bello*

subest ratio. licet felicitas adspirare videatur; tamen ad ultimum temeritati non suffi-
cit. Praeterea breves & mutabiles vices rerum sunt: [1] *& fortuna numquam simplici-*
ter indulget. Forsitan ita [2] *dii* [3] *fata* [4] *ordinaverunt, ut* [5] *Persarum imperium, quod se-* 20
cundo cursu per ducentos triginta annos ad summum fastigium evexerant; magno motu
concuterent [6] *magis, quam adfligerent: admonerentque nos fragilitatis humanae, cujus*
nimia in prosperis rebus oblivio est. Modo Graecis ultro bellum inferebamus: nunc in 21
sedibus nostris propulsamus inlatum, jactamur invicem varietate fortunae. Videlicet
imperium, [7] *quod mutuo adfectamus, una gens non capit.* [8] *Ceterum, etiamsi spes non* 22
subesset; necessitas tamen stimulare deberet: ad extrema perventum est. matrem meam;
duas filias; Ochum in spem hujus imperii genitum; [9] *illos principes; illam subolem re-*
giae stirpis; duces [10] *vestros regum instar,* [11] *vinctos habet:* [12] *nisi quod in vobis est, ipse*
ego

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. omittit *&*. 2 Vulgo *deorum*. 3 B. 1. F. *facta*. 4 Fl. Leid. D. *ordinaverint*. 5 Fl. *per sacrum*. 6 Voss. 2. *potius*. 7 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. *quia*. 8 Alii *ceterum si*. 9 Fl. Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. omittunt *illos* F. P. *principem* habent. 10 Voss. 2. *nostros*. 11 B. 2. Voss. 1. 2. *victos*. 12 Sic Pal. 1. sed Fl. Leid. P. *quid* F. habet superscriptum *quae* Fl. Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. omittunt *est* Mer. *nihil quidem in nobis est*.

lo victum. Liv. xxx, 35, 8. Nobiliter apud eumdem xlii, 47, 9. melior pars senatus; *ejus demum animum in perpetuum vinci, cui confessio expressa sit, se neque arte, neque casu, sed collatis cominus viribus justo ac pio bello esse superatum.* quod expressum sentio ex Polybio xiii, 1. qui Achaeis suis id tribuit. quibus concinit Claudian. in vi. consulatum Honorii vs. 248.

- - - - nulla est victoria major,
Quam quae confessos animo quoque subjugat hostes.

Atque ideo Parmenionis consilium à rege spretum Arrianus l. iii, 2, 13. putat, *ne victo rursum Dario, clancularia nocturnaque à suis irruptio facta, in caussa esset, quo minus Darius confiteretur, se pariter & milites suos Alexandro & Macedonibus bellica virtute inferiores fuisse.* Vide Buchanani Hist. Scot. p. 210. FREINSH.

Nihil autem potest esse diuturnum, &c.] Idem effatum Livii: *Non semper temeritas est felix: & fraus* (f. fors) *sibi fidem in parvis praestruit, ut cum operae pretium sit, eam mercede magna fallat.* Fabius apud eumdem lib. xxii. de Minutio magistro equitum temere rem aggrediente: *Nam celerius quam timui, deprehendit fortuna temeritatem.* LOCCENIUS.

Mutabiles vices rerum] Ergo ut sapienter monet Seneca Thyeste iii, 3, 70.

Nemo confidat nimium secundis.

Willerm. Tyrius histor. Hierosol. 1, 12. *Ignorat mortalis infirmitas quid sibi pariat dies.* Laberius apud Agell.

Non possunt primi esse omnes omni tempore.
Summum ad gradum quum claritatis veneris,
Consistes aegre: & citius, quam adscendas, decides.

Bene Tiberius apud Tacit. i, 72, 2. *Cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico.* Exemplum notat idem Tacit. H. ii. 12, 1. FREINSH.

Deorum fata] Vulgo, *Dii fata ordinaverunt*. MODIUS. *Dii fata.* pro *Dii* alii habent *Deorum*, & profecto insolens, *Dii ordinavere fata, ut imperium concuterent.* quia tamen illud *Dii* agnoscunt plerique, puto Curtium scripsisse *fato*, non *fata*. SCHEFFER.

Secundo cursu] Haud dubie, nec enim aliter intra tempus istud tam immensam potentiam comparassent. nihil enim ad rem, si interim regum quidam privatim infelices, vel etiam cum modica imperii clade. FREINSH.

CCXXX. Annos] Non tamen ultra ducentos annos regium hoc imperium stetisse, Dionys. Halicarn. lib. 1. scribit. Curtio consentiens D. Hieron. ad Daniel. cap. 9. (ubi tamen aliorum diversa computatio) continua xiv. regum serie regnatum in Perside per ccxxx. annos, notat. At Strabo lib. xv. permixtis Persarum Macedonumque temporibus, Imperii illius annos paullo longius profert. Clemens vero Alexandrinus lib. 1. Stromat. accuratius subductis temporum rationibus, summam efficit annorum ccxxxv. In quo & variari inter alios quoque video. Nam D. Augustin. de Civit. DEI xii, 10. annos colligit ccxxxiii. Sulpicius autem Severus lib. ii. sacrae Histor. ccl. Est & inter Constantinum Manassem, & Georg. Cedrenum, non parva dissensio: quorum hic, in suis Annalibus, non nisi ccxiv. annos Persarum imperio adscribit: ille *τὴν Περσῶν βασιλείαν ἐφ' ὅλους παρατείνασαν ἔτεσι τριακοσίοις*, ait. A quibus etiam discedens Agathias lib. ii. annos ccxviii. Persarum Monarchiae tribuit. Brissonius pr. lib. 1. de regno Persico. FREINSH.

Ultro bellum inferebamus] Dario Hystaspis, & Xerxe ducibus. CELLAR.

Quia mutuo affectamus] Iterum vulgo, *quod mutuo affectamus.* MODIUS.

 Una

ego [1] *majore parte captivus sum. Eripite viscera mea ex vinculis: restituite mihi pignora, pro quibus* [2] *ipse mori non* [3] *recuso; parentem, liberos, nam conjugem in* [4] *illo car-*
23 *cere amisi. Credite, nunc* [5] *omnes* [6] *tendere ad* [7] *vos manus; implorare patrios deos; opem vestram, misericordiam, fidem exposcere:* [8] *ut servitute, ut compedibus, ut precario victu ipsos liberetis. An creditis aequo animo* [9] *iis servire, quorum reges esse fa-*
24 *stidiunt? Video admoveri hostium aciem: sed* [10] *quo propius discrimen accedo; hoc minus iis quae dixi, possum esse contentus.* [11] *Per ego vos deos patrios; aeternumque ignem, qui praefertur altaribus; fulgoremque Solis intra fines regni mei orientis; per aeternam memoriam Cyri, qui ademptum Medis Lydisque imperium primus in Persidem intulit:*
25 [12] *vindicate ab ultimo dedecore nomen gentemque Persarum.* [13] *Ite alacres &* [14] *spe pleni, ut, quam gloriam accepistis à majoribus vestris, posteris relinquatis. In* [15] *dextris*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. *majore mei parte* Voss. 1. *majore in parte.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. *ipsi.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. *recusatis.* 4 B. 1. *illa.* 5 Pal. 1. omittit *omnes.* 6 Fl. Voss. 1. *hos tendere* Leid. *ostendere* Voss. 2. Pal. 1. Ald. Mer. Bas. Col. *extendere.* 7 Voss. 2. *nos.* 8 Bong. Leid. Voss. 1. *ut comp. ut serv.* Voss. 2. ter *ut* omittit. 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. *his* sic mox. 10 Pal. 1. Voss. 2. F. P. *qua.* 11 Pal. 1. & vulgo *precor vos per deos patrios.* 12 Ald. *vendicate.* 13 Leid. *ita.* 14 Bong. Voss. 1. *Sps* Fl. Leid. Lugd. Amst. *spiritus.* 15 Voss. 2. *manibus.*

Una gens non capit] Capax non est, ut universale orbis imperium, aut majoris partis sine certamine possideat, ac tueatur. CELLAR.

Ochum in spem hujus imperii genitum, illos principes, illam sobolem regiae stirpis, duces vestros regum instar vinctos habet] Concinnius videri possit alio verborum positu: *Ochum in spem hujus imperii genitum, illam sobolem regiae stirpis, illos principes, duces vestros regum instar.* ACIDALIUS.

Regum instar] Quippe opulentis provinciis cum amplissima potestate praefectos. adde infra l. v. 1, 37. FREINSH.

Vinctos habet] Iterum impressi, *victos habet, nisi quod in vobis est ipse ego majore parte captivus sum.* insulse. MODIUS. *Duces vestros regum instar,* satrapas amplissimis provinciis & quasi regnis praefectos, *vinctos habet,* subaudi, *hostis. nisi quod in vobis est,* si vos excipio, qui quasi pars mei estis, *majore parte* in matre & liberis *captivus sum.* CELLAR. Lege ex MSS. *nisi quid in vobis spei est.* HEINSIUS.

Ipsi mori non recusatis] Editi, *ipse mori non recuso,* & vereor ne ita legendum sit. MODIUS. Valde metuo, ne legendum sit cum vulgatis, quod & Modius subverebatur. ACIDALIUS. Equidem legendum censeam, *mori non recuso,* ut Junianum exemplar habet & Coloniense. RADERUS. MSS. *recusatis* forte *recusarim.* HEINSIUS.

Omnes] In Bong. fuit; *omnes hos,* quae res facit ut sic ab auctore concepta credam ista: *restituite mihi pignora, pro q. m. non recuso; parentem, liberos, nam conj. in i. c. amisi. Credite nunc omnes hos &c.* FREINSH. Forte *omnes obtendere.* HEINSIUS.

Precario victu] Necessitate emendicandi victus à Macedonibus. CELLAR.

Fastidiunt] Malim *fastidiant.* FREINSH. *Quorum reges esse fastidiant.* Qui ita oderunt Graecos, ut vel reges ipsorum esse dedignentur, tantum abest ut aequo animo illis serviant. CELLAR.

Per ego vos Deos] Vulgo, *precor vos per Deos patrios,* inepte. nam quis ita agit, aut loquitur? Apulejus certe ait. *Per ego te Maternae caritatis foedera deprecor.* & iterum, *per ego te frugiferam tuam dextram istam deprecor.* MODIUS. Male edidit Freinshem. *Precor vos per Deos patrios,* sic noster l. v, 8, 16. *per ego vos decora majorum.* HEINSIUS.

Aeternum ignem] De quo prolixe Brisson. lib. II. de regno Pers. p. 164. & noster supra l. III. c. 3, 9. Adde eruditissimum opus Cunaei de republica Hebraeorum l. II, 13. FREINSH.

Solis intra fines regni mei orientis] Plebeja loquendi consuetudo, vetustis scriptoribus valde amata. Vulgus enim terrarum orbem ut discum imaginatur, cujus extremitates coelum contingant. Ad easque sidera tum oriantur, tum ex adverso occidant. Darius ergo tantum Persarum imperium esse dicit, ut ab ortu terminos, quos vulgus soli orienti constituit, longe excedat, atque ita intra fines regni Persici hoc sidus oriatur. sic l. IV. c. 8, 3. Memnonis regia *pene extra terminos solis* fuisse dicitur, id est extra fines, quos vulgus ab austro credebat terris coeloque statutos esse. Adde quae in appendice Geographiae antiquae de hac loquendi figura diximus. CELLAR.

Spe pleni] Sic edidit Freinsh. MSS. omnes *spiritus.* l. v, 8, 13. *idemque erit regni mei, qui & spiritus finis.* HEINSIUS.

Quam gloriam] Idem inculcaverat suis Xerxes apud Herod. VII, 53. *Viri praestantes existatis, neve res hactenus gestas à Persis magnas praeclarasque dedecoretis.* Hoc & in proverbium abiisse disci-

tris vestris jam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis. Effugit mortem, [1] *quis-*
quis contempserit: timidissimum quemque consequitur. Ipse non patrio more solum, sed 26
etiam ut conspici possim, curru vehor: nec recuso, quo minus imitemini me, [2] *sive for-*
titudinis exemplum, sive ignaviae fuero.

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. *quisque.* 2 Voss. 2. *fortitud. sive.*

discimus ex Polybio I, 54. *Φυλάξαι καὶ τὴν παροιμίαν, πατέρων δ' εὖ κείμενα ἔργα. ut veteri verbo dicitur, majorum exempla tueri.* Sic Philippus hortatur suos apud Justin. xxx, 4, 6. & 13. FREINSH.

In dextris vestris] Sic Aelian. Hist. Var. XI, 9. Sallust. Cat. 58, 10. *memineritis, vos divitias, decus, gloriam, praeterea libertatem, atque patriam in dextris vestris portare.* Simile his est istud ex Liv. XXI, 41, 17. *Unusquisque se non corpus suum, sed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet. nec domesticas solum agitet curas, sed identidem hoc animo reputet, nostras nunc intueri manus Senatum Populumque Romanum* &c. IDEM.

Quisquis contempserit] Sallust. Jug. 87, 3. *Videre fugientes capi, aut occidi fortissimum quemque tutissimum.* Item Cat. 58, 9. *Semper in proelio his maximum periculum esse, qui maxime timent.* Livius XXII, 5, 2. *Quo timoris minus, eo minus ferme periculi esse.* IDEM.

Curru vehor] Vide supra ad III, 11, 7. & infra ad V, 12, 16. FREINSH.

Fortitudinis exemplum] Nam utraque acie ipse quoque depugnasse legitur, apud nostrum, ex quo Brisson. l. III. pag. 340. notat sua ad tempora respexisse Marcellinum XIX, 15. cum sic scriberet: *Rex enim ipse Persarum, qui numquam adesse certaminibus cogitur, his turbinum infortuniis percitus, novo & nusquam antea cognito more, proeliatoris militis ritu, prosiluit in confertos.* IDEM.

CAPUT XV.

Cruenti ad Arbela proelii descriptio. Victor Alexander Darium victum persequitur.

Interim Alexander, [1] ut & demonstratum à transfuga [2] insidiarum locum [3] cir- 1
cumiret; & Dario, qui [4] laevum cornu tuebatur, occurreret: [5] agmen *obli-*
quum incedere jubet. Darius quoque [6] eodem suum obvertit; Besso admonito, *ut* 2
[7] *Massagetas equites in laevum Alexandri* [8] *cornu à latere invehi juberet.* Ipse ante 3
[1] se

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulgo *ut est* Voss. 2. omittit *&*. 2 Vulgo *cum insid.* 3 B. 1. Fl. Leid. Voss. 1. *circumirent* Lugd. Amst. Frob. Mer. Col. Bas. *circuiret.* 4 Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. 2. omittunt *laevum.* 5 Sic Pal. 1. sed B. 1. omittit *agmen* D. *obliquum agmen* F. *agmen oblicum.* 6 Voss. 2. omittit *eodem* D. inter lineas adpictum habet *dextro.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. Mer. Bas. Ald. Col. *Massagetes.* 8 Sic Mod. Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. *cornu latere* Voss. 2. *cornu lateri* vulgo *cornu invehi.*

Ut & demonstratum] Ita scribo. editi, *ut est demonstratum à transfuga, cum insidiarum locum circuiret, & Dario, qui laevum cornu tuebatur, occurreret, agmen obliquum incedere jubet*, sed haec quam recte, ipsi viderint. MODIUS. *Ut & demonstratum.* Sic edidi locum, adjutus excerptis Bongars. Codicum: quae verissima & aptissima est lectio. Pessime omnes alii: *ut est demonstr. à transf. cum insid. &c.* FREINSH.

Insidiarum locum] Quo murices defossi erant. c. 13. n. 36. CELLAR.

Laevum cornu] Supra ad III, 9, 4. notavimus, Persarum ex more regem mediam aciem tenuisse. Quod si laevum cornu hic rexit, eo accidit, quod Curtius totam aciem non in tres partes, sed duas tantum dispertitus, reperit eum propiorem fuisse laevae. Possit etiam extra ordinem in id transgressus videri ea caussa, quod Alexandrum in dextro pugnaturum esse compererat. Sic contra Vejentes, tamquam acriores hostes, in dextro cornu collocatos, constitit Tullus in sinistro suo, Metio in dextra parte Fidenatibus opposito. Liv. I, 27, 5. FREINSH. At Bessus cum Massagetis steterat in Darii laevo cornu. c. 12, 6. quomodo ergo ferri potuerat in laevum Alexandri? nisi in *à latere* subsidium conciliationis fortasse quaesiveris. CELLAR.

Agmen obliquum] Polyaen. IV, 3, 17. *ἐπὶ δορὺ παρήγγειλεν ἀκολουθεῖν.* hoc est, *obliquato in latus dextrum agmine sequi se jussit:* non ut reddit interpres: *recta jussit sequi.* FREINSH.

A latere] Haec in editis nulla erant. MODIUS.

[1] ſe falcatos currus habebat: quos ſigno dato univerſos in hoſtem effudit. ruebant
laxatis habenis aurigae, quo [2] plures nondum ſatis proviſo impetu [3] obtererent.
4 Alios ergo haſtae multum [4] ultra temones eminentes; alios ab utroque latere [5] di-
miſſae falces laceravere. nec ſenſim Macedones [6] cedebant; ſed [7] effuſa turbaverant
5 fuga ordines. Mazaeus quoque [8] perculſis metum incuſſit: mille equitibus *ad di-*
ripienda hoſtis impedimenta circumvehi juſſis: [9] ratus, captivos quoque, qui ſimul
6 adſervabantur, [10] rupturos vincula, quum ſuos [11] adpropinquantes vidiſſent. Non
feſellerat Parmenionem, qui in laevo [12] cornu erat: propere igitur Polydamanta
mittit [13] ad regem, qui & periculum oſtenderet; &, *quid fieri juberet*, conſule-
7 ret. Ille audito Polydamante, *abi*, *nuntia*, inquit, *Parmenioni*, *ſi* [14] *acie viceri-*
mus, *non noſtra ſolum* [15] *nos recuperaturos*; *ſed* [16] *omnia*, *quae hoſtium ſunt*, *occupa-*
8 *turos. Proinde non eſt* [17] *quod quidquam virium ſubducat ex acie: ſed*, *ut me* [18] *&*
9 *Philippo patre dignum eſt*, *contempto ſarcinarum damno fortiter dimicet.* Interim bar-
bari impedimenta turbaverant; caeſiſque pleriſque cuſtodum, captivi, vinculis
ruptis, quidquid obvium [19] erat, quo armari poſſent, [20] rapiunt: & adgregati
ſuo-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. D. omittunt *ſe.* 2 Voſſ. 1. *pules.* 3 Pal. 1. *obterrerent.* 4 Sic Bong. & MSS. ſed Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *ſupra.* 5 Vulgo *demiſſae.* 6 Mer. Col. *caed.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Lugd. Amſt. *eff. fuga turb.* 8 Voſſ. 2. *percuſſis.* 9 Voſſ. 2. *raptus captivis.* 10 Voſſ. 2. *ruptores.* 11 Mer. *propinq.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. Pal. 1. Bong. D. omittunt *cornu.* 13 Fl. Leid. Pal. 1. Voſſ. 1. Bong. D. omittunt *ad regem.* 14 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. D. *aciem.* 15 Pal. 1. omittit *nos.* 16 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *etiam.* 17 Leid. *quo q.* Voſſ. 1. Bong. Lugd. Amſt. *quod virium quicq.* 18 Sic Pal. 1. ſed Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *ut Phil.* Voſſ. 2. *ut Fil.* 19 Ald. *eſt.* 20 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. *arripiunt* Lugd. Amſt. *corripiunt.*

A latere, Sic edidit Modius adſtipulantibus etiam MSS. nec ſane ſupervacua ſunt haec duo vocabula: ideo poſtliminio reducimus. FREINSH. Recte legit Freinsh. *à latere.* HEINSIUS.

Signo dato] *Perſarum uſus invenit, quomodo quod ſolus dux utile judicaſſet, per ſigna totus agnoſceret & ſequeretur exercitus.* Briſſon. lib. III. p. 343. ubi ſigna iſta dividit in vocalia, ſemivocalia, & muta, quorum ſingula deinceps latius exſequitur. FREINSH.

Ultra temonem] Excuſi, *ſupra temones.* MODIUS.

Laceravere] Arrian. III, 3, 4. nullum effectum habuiſſe currus iſtos aſſerit: Diodor. XVII, 58. fere cum noſtro conſentit, circa prima ſigna terrorem atque damnum intuliſſe, à phalange fuiſſe eluſos, quod ait noſter infra IV, 15, 14. crudele porro fati genus, quod intulerint quibus inciderunt, apud eumdem Diodorum & noſtrum hic, & mox IV, 15, 17. deſcribitur. Quo pertinet Plutarchi Artaxerxes cap. 8. qui *ante ſuam phalangem Graecae aciei oppoſuit falcatorum curruum robuſtiſſimum quemque, ut nimirum priuſquam manus confererentur, vi impetus eorum Graecos ordines diſſiparet.* FREINSH.

Mille equitibus] Imo *tribus millibus*, ſecundum Diodor. XVII, 59. & colligi poteſt ex noſtro infra IV, 15, 12. majorem aliquanto numerum fuiſſe. IDEM.

Abi, nuntia] Valde laudat hoc conſilium Alexandri Curtius infra IV, 16, 28. apud Plutarch. cap. 59. vehementer exagitatur Parmenio, quod impedimentorum cauſſa turbaretur in conflictu. RADERUS. Adde Polyaen. IV, 3, 6. Sic apud Liv. VIII, 38, 17. in pari cauſſa A. Cornelius Arvina: *Sine modo, inquit, ſeſe praeda praepediant &c.* & Plutarchi Eumenes cap. 32. ſuos argyraſpidas cordate monet, *non in impedimentis, ſed in armis eſſe victoriam.* Pertinent huc quaecumque de praeda ante victoriam non perſequenda, de praeceptis prudentium, & magnis utramque in partem exemplis, paſſim monent eruditi. Affine dictum eſt Catonis apud Plutarch. cap. 19. qui, Celtiberis in auxilium vocatis, cum illi ducenta talenta mercedis nomine poſcerent; ceterique Romani id aſpernarentur: *nihil eſſe mali affirmavit. victoria enim parta, non de ſuo, ſed de hoſtilibus bonis mercedem iis ſoluturum: ſin ſecus eveniſſet, neque qui poſcerent ſuperfuturos, neque unde exigerent.* IDEM.

Sed etiam quae] Iterum excuſi, *omnia quae.* & pro *acie*, quod praecedit, legebatur in membranis *aciem*, ſed minus recte. MODIUS.

Ut me ut] Adhuc impreſſi, *ut me &*, venuſtior eſt repetitio τῦ *ut.* IDEM.

Philippo patre] Oblitus hic eſt Curtius Alexandro non amplius Philippum fuiſſe patrem; ſed Hammonem. FREINSH.

Captivi] Confer. Arrian. lib. III. duobus locis, ubi nimirum Alexandri conſultationem ante proelium, & ubi proelium ipſum deſcribit. IDEM.

Lae-

ſuorum equitibus Macedonas, ancipiti [1] circumventos malo, invadunt. [2] laetique 10 circa Syſigambim, *viciſſe Darium: ingenti caede proſtratos hoſtes*; *ad ultimum etiam impedimentis exſutos* [3] *eſſe*, nuntiant. quippe eamdem fortunam ubique eſſe credebant, & victores Perſas ad praedam diſcurriſſe. Syſigambis, hortantibus capti- 11 vis, *ut animum à moerore* [4] *adlevaret*; in eodem, [5] quo antea fuit, perſeveravit. non vox ulla excidit ei: non oris color, vultuſve mutatus eſt: [6] ſed ſedit immobilis (credo, [7] praecoce gaudio verita [8] fortunam inritare) adeo ut quid mallet, intuentibus fuerit incertum. Inter haec [9] Amyntas, praefectus equitum Alexandri, 12 cum paucis turmis opem impedimentis laturus advenerat; [10] incertum ſuone conſilio, an regis imperio. ſed non ſuſtinuit [11] Caduſiorum Scytharumque impetum: quippe vix [12] tentato certamine [13] refugit ad regem, amiſſorum impedimentorum teſtis magis, quam vindex. Jam conſilium Alexandri [14] vicerat dolor: & ne cu- 13 ra recuperandi ſua militem à proelio averteret; non immerito verebatur. Itaque [15] Areten, ducem [16] haſtatorum, [17] quos *ſariſſophoros* vocabant, adverſus Scythas mit-

Variantes Lectiones.

1 Ald. *circumventus.* 2 Voſſ. 2. *laeti circa Syſ. erant* Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Pal. 1. Bong. *l. c. Siſ. erant.* 3 Voſſ. 1. & vulgo omittunt *eſſe.* 4 Voſſ. 2. *levare.* 5 Leid. *quod.* 6 Fl. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. omittunt *ſed* Leid. *ſed ſtetit.* 7 Ald. Voſſ. 2. *praecoque* Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *praecoqui* Mer. *prae.* 8 MSS. & Bong. *inrit. fort.* 9 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *Minidas.* 10 Pal. 1. *at incertum* Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Mer. Baſ. Col. *&* *incert.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Mer. Baſ. Col. Ald. *Caucaſiorum.* 12 Leid. Voſſ. 1. ut ſemper *temptato.* 13 Alii *effugit.* 14 MSS. & Bong. *dol. vic.* 15 P. *Arethen* Mer. *Arotem* vulgo *Aretem.* 16 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. D. *aſtarum* Pal. 1. Voſſ. 2. *haſtarum.* 17 MSS. & aliae edd. omittunt *quos* Bong. D. *ſariſoph.* Pal. 1. *quae ſariſoph.* Ald. *quos* Σαρισσοφόρυς Voſſ. 2. *ſariſſophores* Mer. *quem ſariſſophoron.*

Laetique circa Syſigambim] Decurtata formula, qua ſpadones notantur, ſicut *à pedibus* ſervi ſunt; *à latere* ſatellites, domeſtici. l. III. c. 5, 15. integra exſtat l. IV. c. 11, 25. *è ſpadonibus qui circa reginam erant.* CELLAR. MSS. *laeti circa Syſigambim erant*, forte *errant.* HEINSIUS.

In eodem] Sive ad *animum*, ſive ad *moerorem* referas, dura conſtructio eſt. Si nihil excidit, quod magis credo, tentem; *eadem quae antea fuit, perſeveravit.* FREINSH.

Verita fortunam irritare] Huic reſpondet fere illud P. Syri

Irritare eſt calamitatem, cum te felicem vocas.

& illud Senecae preſſius in Thyeſte vſ. 935.

Proprium hoc miſeros ſequitur vitium,
Numquam rebus credere laetis,
Tamen afflictos gaudere piget. LOCCENIUS.

Praecoce gaudio fortunam inritare. Metuens ne fortunam infeſtam ſibi redderet praematuro & intempeſtivo gaudio. CELLAR.

Menidas] Hic, ut dixi, in excuſis *Amyntas* legitur. ſed non bene. quantum judicare valeo. examinabimus tamen rem omnem cum otio diligentius. MODIUS. Hic vero Menidam recte Modius vicarium fecit Amyntae. Sed unde aut quare *&* intruſit, quod nulli rei, nec in ullis aliis libris? Spongiam huc, ut deleatur. ACIDALIUS. Libri omnes *Amyntam* pro *Menida* habent, qui Vicarius Amyntae fuit. RADERUS. *Amyntas.* Modius *Menidam* ſubſtituit, approbante Acidalio & Radero. & certe Menidam eo in proelio vulneratum fuiſſe diſcimus mox IV, 16, 32. ſed quando *Amyntam* omnes libri praeferunt, nihil hic mutandum cenſuimus. quippe ex multis qui tum eo nomine vocari potuerunt, etiamſi unum alterumve huic pugnae non interfuiſſe probemus, qui excludemus ceteros? de *Amynta* diſputatum etiam ſupra ad IV, 13, 28. FREINSH. MSS. noſtri *Menidan* praeferunt, & Alexander ſupra l. IV, 12, 4. *concitis equitibus Menidan jubet explorare, ubi Darius eſſet.*

Non ſuſtinuit impetum] Verbum militare *ſuſtineo*, ſonans impetum incurrentium hoſtium fortiter ferre; non recedere. Nepos Hann. 11, 4. *quorum vim quum rex ſuſtinere non poſſet.* Caeſar. B. G. l. II. c. 6. *niſi ſubſidium ſibi mittatur, ſe diutius ſuſtinere non poſſe.* CELLAR.

Caucaſiorum] Corrige *Caduſiorum*, & vide Arrianum. MODIUS. Horum tamen ſupra meminit. ubi omnes Darium ſecutae gentes memorantur, mentio nulla eſt. Occurrit *Caduſiorum* reſcribendum, quod apud Siculum diſerte duo millia Caduſiorum, & totidem Scytharum ad diripienda impedimenta à Mazaeo ſunt immiſſa. Juniana Curtii editio exerte *Caduſiorum* praefert, in ora vero *Caucaſiorum.* RADERUS.

Refugit] Sic legendum, ex fide MSS. male edidit Freinshemius *effugit.* HEINSIUS.

Sariſſophoros] Vulgo, *quos Sariſſophoros.* mirum ni antiquum obtinuerunt. MODIUS. [illegible]

14 mittit. Inter haec currus, [1] qui circa prima ſigna turbaverant aciem; in phalangem invecti erant. Macedones confirmatis animis in medium agmen accipiunt.
15 Vallo ſimilis acies erat: junxerant haſtas; & ab utroque latere temere incurrentium ilia ſuffodiebant. circumire deinde [2] currus, & propugnatores praecipitare coepe-
16 runt. Ingens ruina [3] equorum aurigarumque aciem compleverat. hi territos regere non poterant: [4] equi crebra jactatione cervicum non jugum modo excuſſerant; ſed etiam currus everterant. vulnerati interfectos trahebant: nec conſiſtere territi,
17 nec [5] progredi debiles poterant. Paucae tamen evaſere quadrigae in ultimam aciem, [6] iis, quibus inciderunt, [7] miſerabili morte conſumptis. quippe amputata virorum membra humi jacebant; & quia calidis adhuc vulneribus aberat dolor, [8] trunci quoque & debiles [9] arma non omittebant: donec [10] multo ſanguine effu-
18 ſo, exanimati procumberent. Interim [11] Aretes, Scytharum, qui impedimenta diripiebant, duce occiſo, gravius territis [12] inſtabat. Supervenere deinde [13] miſſi à Dario Bactriani, pugnaeque vertêre fortunam. Multi ergo Macedonum pri-
19 mo impetu obtriti ſunt: plures [14] ad Alexandrum refugerunt. Tum Perſae, clamore ſublato, qualem victores ſolent [15] edere, ferociter in hoſtem, quaſi ubique profligatum, [16] incurrunt. Alexander territos caſtigare; adhortari; proelium, quod jam [17] elanguerat, ſolus accendere: confirmatiſque tandem animis, *ire in*
20 *hoſtem* jubet. Rarior acies erat in dextro cornu Perſarum, namque inde Bactriani [18] deceſſerant ad opprimenda impedimenta. itaque Alexander [19] laxatos ordines invadit,

Variantes Lectiones.

1 Voſſ. 2. omittit *qui circa prima.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. *& currus.* 3 Ald. *quorum.* 4 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Mer. *hi* Ald. Pal. 1. Col. Baſ. *qui* D. *hic.* 5 Pal. 1. *progredibilis.* 6 Leid. Voſſ. 2. Mer. *his.* 7 P. *miſerabiliter.* 8 Leid. *truncique.* 9 Alii *arma tamen non* D. P. F. Leid. Fl. Voſſ. 2. *arma quidem non* B. 1. 2. Voſſ. 1. *quidem arma non.* 10 Pal. 1. *multi ſanguinis effuſi.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. B. 1. 2. *Aretis* F. P. *Arethis* Mer. *Arete.* 12 Mer. *inſtabant.* 13 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. omittunt *miſſi.* 14 Voſſ. 1. omittit *ad.* 15 Pal. 1. *cedere.* 16 D. Pal. 1. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *incurrerunt.* 17 Voſſ. 1. *elanguerant.* 18 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *diſceſſerant.* 19 Voſſ. 2. *laſſatos.*

c. 42. *impeditus uſus praelongarum haſtarum: ſariſſas Macedones vocant.* adde notata l. 111. c. 3, 5. CELLAR.

Vallo ſimilis] Vallum inquit Iſidorus eſt, quod mole terrae erigitur, ut cuſtodia praetendatur, dictum à *vallis*, nam valli fuſtes ſunt, quibus munitur. Lipſ. de Milit. Rom. Stewech. ad Veget. l. IV. c. 27. Phalanx ergo Macedonica in duas diviſa partes falcatis quadrigis ſpatium medium transcurrendi dedit, utrimque ſariſſas longas in modum valli compoſuit, ut ſi currus in latus conarentur declinare, in aciem valli & praefixas haſtis cuſpides & ſpicula, quae velut tergum echini efficiebant, & horrebant, incurrerent. RADERUS. *Vallo ſimilis acies.* Haſtis ita varie junctis, ut rami in vallo ſolebant. CELLAR.

Hi territos regere] Colinaei editio, quae facile omnium optima eſt, *hi territi regi non poterant*, alii omnes excuſi, *his territos regere non pot.* nimirum rectum eſt, quod expreſſi. MODIUS.

Amputata virorum membra] Appianus Mithridatico p. 182. Δρεπανηφόροι ἅρματα διέκοπτε καὶ διέτεμνε τοὺς μὲν ἀθρόως εἰς δύο, τοὺς δὲ ἐς μέρη πολλά. τὸ, τε γιγνόμενον ἐξέπληττε τὴν στρατιὰν, ὅτι ἴδοιεν ἡμιτόμους, ἄνδρας ἔτι ἐμπνέους, ἢ ἐς πολλὰ διερρίμένους, ἢ τῶν δρεπανηφόρων ἀπηρτημένους. *Falcati currus alios in duas, alios in plures partes lacerabant, quod exercitum conterruit, dum vidit dimidiatos viros ſpirantes adhuc, aut in multa fruſta diſcerptos, aut artus pendentes à curribus.* CELLAR.

Debiles arma tamen] Illud *tamen*, etſi in vulgatis libris non erat, neſcio quomodo tamen recipiendum viſum fuit. MODIUS. *Arma non omittebant.* Lege ex MSS. *arma quidam non omittebant.* HEINSIUS.

A Dario] *Miſſi à Dario* impreſſi, non male etiam, niſi membranas ſequi verius eſſet. MODIUS. Ego cum Bongarſ. vocem *miſſi* expunxerim. FREINSH.

Jubet] Admodum velim exeſſe hanc vocem. FREINSH.

Rarior acies erat in dextro cornu Perſarum. namque inde Bactriani deceſſerant ad opprimenda impedimenta] Siccine nunc demum ad opprimenda? Quin alii jam oppreſſerant, id eſt, invaſerant. Nam eam vim id verbi habet, ut ſit improviſo adoriri. Malim igitur hic *obtinend* . Res ita eſt. Venerant Bactriani ſubſidio Scythis, qui cum impedimenta diri-

vadit, & multa caede hostium invehitur. [1] At qui in laevo cornu erant Persae, 21
spe posse eum includi, agmen suum à tergo [2] dimicantis opponunt: ingensque periculum in medio haerens adisset, ni equites [3] Agriani calcaribus subditis [4] circumfusos regi barbaros adorti essent, [5] aversosque [6] caedendo in se [7] obverti coëgissent.
Turbata erat utraque acies. Alexander [8] à fronte, & à tergo hostem habebat: 22
qui averso ei instabant, [9] ab Agrianis [10] militibus premebantur: [11] Bactriani, impedimentis hostium [12] direptis reversi, ordines suos [13] recuperare non poterant: plura simul [14] abrupta à ceteris agmina, ubicumque alium alii [15] fors miscuerat,
[16] dimicabant. Duo reges junctis prope agminibus proelium [17] accendebant. plu- 23
res Persae cadebant; par [18] ferme utrimque numerus vulnerabatur: curru Darius,
Alexander equo vehebatur: [19] utrumque [20] delecti tuebantur, [21] sui immemores. 24
quippe amisso rege nec volebant salvi esse, nec poterant. [22] ante oculos sui quisque regis

Variantes Lectiones.

1 Sic D. sed cum litura Voss. 1. *atque.* 2 Voss. 2. *dimicantes.* 3 Voss. 2 *gregarios.* 4 Ald. Mer. Col. *fusos* Frob. *offusos.* 5 Voss. 2. *adversosque.* 6 Voss. 1. *cedendo.* 7 Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *converti* F. *everti.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. *& à fronte.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Col. Bas. *& ab Agr.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. alii *equitibus.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Mer. Bas. Col. Ald. *& Bactr.* 12 Voss. 2. P. *d.rectis.* 13 Bong. *reciper.* 14 Pal. 1. *obrupta* Voss. 1. *arupta.* 15 Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *fors.* 16 Ald. Mer. Bas. Col. Lugd. Amst. *dimicabat.* 17 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. Mer. Col. *accenderant.* 18 Frob. Amst. Lugd. *fere.* 19 Fl. Leid. Voss. 1. B. 2. F. *utrimque* Ald. Frob. *utrumque regem.* 20 Mer. Amst. *dilecti.* 21 Pal. 1. omittit *sui immemores.* 22 Aliae edd. *nam ante* & sic Voss. 2.

diriperent, occiso ipsorum duce, jam territi erant ac paene profligati. His inquam subsidio venerant illi tantum, ut quae ab aliis occupata, cum amittendi periculum esset, obtinerent. Liquet ex praecedentibus his maxime: *Interim Aretes, Scytharum, qui impedimenta diripiebant, duce occiso, gravius territis instabat. Supervenêre deinde à Dario Bactriani, pugnaeque vertêre fortunam.* ACIDALIUS. Acidalius pro *opprimendis* scribit, *obtinendis*, sed cum omnes membranae & editiones alteram scripturam praeferant, religioni fuit Acidalium sequi, praesertim cum etiam auctori, veteri quoque scriptura retenta, justa sententia constat. Aretae enim inexspectatus erat Bactrianorum adventus, sicut Scythae Aretae. Ceterum Bactrianos non omnes qui cum Dario erant, ad impedimenta excurrisse existimo, sed illud *mille* quod in laevo cornu Darii erat, de quo supra. erant in acie Bactriani admodum novem equitum millia, octo ducebat Bessus, mille separata erant, quae missa Scythis suppetias credo, quando de Besso hic nulla mentio, & Darius se ipsum nimis nudasset, amissis à se omnibus Bactrianis. RADERUS. *Ad opprimenda.* Acidalius legebat, *ad obtinenda*, quod jam alii oppressissent, id est, invasissent: ego mutandi recepta caussam hic non video. utique enim hi quoque opprimendis impedimentis abscesserant, cum ii qui prius id egerant, tenendo proposito impares essent. *opprimere* enim non tantum est invadere, sed etiam effectu conatus potiri. FREINSH.

Adisset] *Adesset* vulgo, pessime. MODIUS.

Obverti] Alii *converti*, & paullo ante *offusos* pro *circumfusos.* MODIUS.

Et ab Agrianis equitibus] Editiones, *ab Agrianis militibus premebantur: & Bactriani* &c. non aeque concinne. MODIUS. *Alexander & à fronte & à tergo hostem habebat; qui averso ei instabant, & ab Agrianis equitibus premebantur. Bactriani impedimentis hostium direptis reversi ordines suos recuperare non poterant.* A Modio sic haec edita, quae non paullo melius in vulgatis: atque in his tamen etiam distinctiuncula simul & copula peccat in verum sensum. Scribe & interstingue: *Alexander & à fronte, & à tergo hostem habebat. Qui averso ei instabant, ab Agrianis equitibus premebantur. Bactriani impedimentis direptis* &c. ACIDALIUS. Non male distinxit Acidalius, verborum intellectus non est obscurus, Agriani à tergo Alexandrum defendebant, ipse se ipsum à fronte. RADERUS.

Utrumque delecti] Quidam, *utrumque regem.* sed haec vox melius abest. MODIUS.

Amisso rege nec volebant &c.] Sic Craterus ad Alexandrum l. IX, 6, 8. *quum tam avide manifestis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in casum? quis enim tibi superstes aut optat esse aut potest?* Ita prisci Germani animati erant, *quibus infame in omnem vitam ac probrosum, superstites principi suo ex acie recedere.* Tacit. Germ. 14, 2. LOCCENIUS.

Ante oculos] Vide l. III. c. 6, 3. & 11, 9. Arrian. l. IV. Virgil. IX. Aen. vs. 70.

Tum vero incumbunt; urguet praesentia Turni.

Notavit Herodot. VIII, 86. in pugna ad Salaminem barbaros *exstitisse longe se ipsis praestantiores, Xerxem reformidantes, quod ab eo singuli conspici arbitra-*

 ban-

25 regis mortem occumbere [1] ducebant egregium. maximum tamen periculum [2] adibant, qui maxime [3] tuebantur; quippe ſibi quiſque caeſi regis [4] expetebat decus.
26 Ceterum, ſive ludibrium oculorum, ſive vera ſpecies fuit; qui circa [5] Alexandrum erant, vidiſſe ſe crediderunt, [6] paullulum ſuper caput regis placide volantem aquilam, [7] non ſonitu armorum, non gemitu morientium territam: diuque circa
27 equum Alexandri pendenti magis, quam volanti ſimilis adparuit. Certe vates Ariſtander, alba veſte indutus, & [8] dextra praeferens lauream, militibus in pugnam
28 intentis [9] avem [10] monſtravit, *haud dubium victoriae auſpicium.* Ingens ergo alacritas ac fiducia paullo ante territos accendit ad pugnam. utique poſtquam auriga Darii, qui ante ipſum ſedens equos regebat, haſta transfixus eſt. nec aut Perſae,
29 aut [11] Macedones [12] dubitavere, quin ipſe rex eſſet occiſus. [13] Lugubri ergo ululatu [14] & incondito clamore gemituque totam fere aciem adhuc aequo Marte pugnantium turbavere cognati Darii & armigeri; [15] laevoque cornu in fugam [16] effuſo,

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Frob. Mer. Ald. *ducebat.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Pal. 1. Bong. *adhibebant quos* Voſſ. 2. *adhibebant quidem* Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *adibat qui.* 3 Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *tuebatur.* 4 Pal. 1. Voſſ. 1. *exſpectabat.* 5 Frob. Mer. Ald. Baſ. Col. *regem Alex.* 6 B. 1. *paulum.* 7 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *non ſono* Ald. Frob. Voſſ. 2. Mer. Baſ. Col. *nec ſonitu arm. nec* 8 P. *dextram.* 9 F. P. omittunt *avem* D. *autem.* 10 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Lugd. Amſt. *monſtrabat.* 11 Fl. *per Mac.* 12 Frob. Ald. Mer. Col. *dubitare.* 13 Leid. Voſſ. 1. Bong. *ergo lug.* Voſſ. 2. omittit *ergo.* 14 Mer. *ex incond.* 15 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Mer. *levumque* alii *laevumque tuentes.* 16 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *effuſum* alii *effuſi.*

bantur. Item ad Thermopylas acriter ab iis pugnatum fuiſſe ſcribit Diodor. XII, 7. *dum virtutis inſpectorem & teſtem haberent regem ipſum.* Monet Imp. Conſtantius Julianum Caeſ. prudentiſſime, apud Ammian. XV, 21. ut neceſſitate exigente interſit proeliis, *turbatos ſubſidiis fulciens, modeſte increpans deſides, veriſſimus teſtis adfuturus induſtriis & ignavis.* Apud Salluſt. Jug. *qua in parte rex pugnae adfuit, ibi aliquamdiu certatum: ceteri omnes ejus milites primo congreſſu pulſi fugatique.* Livius XXXI, 37. *eo quoque ſuperiores Macedones erant, quod & rex ipſe hortator aderat.* FREINSH.

Ducebant] Ita v. l. & mox, *adibant, tuebantur,* quibus locis erat vulgo *ducebat, adibat, tuebatur.* MODIUS.

Expetebat] Forte *expetebant.* HEINSIUS.

Sive ludibrium oculorum] Quum Annibal ante agmen ſuum praemiſiſſet boves accenſas ſtipulas capitibus praeferentes, iiſque terruiſſet è longinquo Romanos, Livius illud quoque *ludibrium oculorum* appellat. Quale & illud eſt, quum incenſis funiculis & ex arboribus noctu ſuſpenſis hoſti ſpecies imminentis exercitus terrorque objicitur. LOCCENIUS.

Aquilam] Eamdem hiſtoriam Plutarchus quoque memorat, ſed id ait contigiſſe, antequam Alexander proelium iniret. RADERUS. Seneca Natur. Quaeſt. II, 32. *Aquilae hic honos datus eſt, ut magnarum rerum faceret auſpicia.* Exempla plura collegit Alexander Dier. Genial. V, 13. Sidonius Carm. XI, 127.

Multos cinxerunt aquilae, ſubitumque per orbem
Luſit venturas ſamulatrix penna coronas.

Ubi doctiſſimum Savaronem conſule. FREINSH.

Alba veſte] De more, ubi vel ſacrificandum, vel publice quid agendum erat. RADERUS.

Monſtravit] Sciens gratum id Alexandro fore. nam & ipſe, *cum ab aruſpicibus cognoviſſet, deos omnia fauſta portendere, circumferri hoſtias juſſit, & militibus ob oculos demonſtrare, ut non ſolum ex auditione, verum etiam ex adſpectu ſpem bonam de periculo haberent.* Polyaen. IV, 3, 14. FREINSH.

Haſta transfixus] Ab ipſo Alexandro, ut auctor eſt Diodorus XVII, 60. *Dumque Imperator Imperatorem infeſto animo petit, miſſo in Darium jaculo Alexander, ipſum quidem non contingit, ſed aurigam illi adſiſtentem feriens proſternit.* RADERUS.

Dubitavere] Alii *dubitare,* & hoc malo pro, *dubitabant.* MODIUS.

Turbavere cognati] Indiligenter hic fuerunt librarii, qui ediderunt, *Lugubri ergo ululatu, & incondito clamore gemituque totam fere aciem adhuc aequo Marte pugnantium turbavere. Cognati Darii & armigeri, laevumque tuentes cornu, in fugam effuſum deſtituerant currum &c.* ſed ego quod illi viderant minus ex membranis correxi. MODIUS. Vidit & correxit Modius, necdum ille tamen omnia, quaedam nec ſatis recte. dabo prius vulgatam lectionem, mox deinde cenſuram noſtram. *Cognati Darii & armigeri laevumque tuentes cornu in fugam effuſum deſtituerant currum.* vocem *tuentes* ejecit Modius, mallem *cornu.* Nihil enim hic cornu aciei, quod nec erat ullum jam amplius, illa tam varie turbata: certe non nunc ipſum in fugam effundebatur. ego aliud video, ſic ſc. emendandum, ut ad-

lo, [1] destituerant currum; quem à dextra parte stipati in medium agmen [2] rece-
perunt. Dicitur [3] acinace stricto Darius dubitasse, an fugae [4] dedecus honesta 30
morte vitaret. Sed eminens curru nondum omnem suorum aciem proelio exceden-
tem destituere erubescebat. [5] Dum inter spem & [6] desperationem haesitat, sensim 31
Persae [7] cedebant, & [8] laxaverant ordines. Alexander [9] mutato equo, quippe
plures fatigaverat, resistentium [10] adversa ora fodiebat, fugientium terga. Jam- 32
que non pugna, sed caedes erat: cum Darius quoque currum suum in fugam ver-
tit. Haerebat in tergis fugientium victor: [11] sed prospectum oculorum nubes pul-
veris, quae ad coelum [12] ferebatur, abstulerat. ergo haud secus quam in tenebris
errabant; ad [13] sonitum notae vocis, [14] ut signum, subinde coëuntes. [15] Exau- 33
diebantur

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. *destituerat.* 2 Voss. 1. *recaep.* 3 Voss. 2. *acinate.* 4 Voss. 2. *decus.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *dumque.* 6 Mer. *dubitationem.* 7 Pal. 1. *celabant.* 8 Voss. 2. *lassavere* Mer. *laxavere.* 9 Voss. 1. *mutato quo.* 10 Alii omittunt *adversa.* 11 Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *& prosp.* Voss. 2. *sed consp.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. Pal. 1. D. Bong. *referebatur.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. & vulgo *sonum.* 14 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. Pal. 1. D. Mer. *aut sign.* Voss. 1. *haut sign.* 15 Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *exaudiebatur.*

adscribam. *Lugubri ergo ululatu, & inc. cl. g. t. f. a. a. ae. M. p. turbaverant cognati Darii: & armigeri laevam tuentes in fugam effusi destituerant currum, quem à dextra parte stipati in medium agmen receperunt.* Armigeri ad laevum Darii latus positi, occisum eum nunc rati, in fugam se dabant, curru destituto: quem alii ad dexteram stabiles & firmi in agmen suum recipiunt undique circumfusi. Verus iste sensus, qui nec aliter à Curtio expressus. *Laevam* simpliciter intelliges, vel subintelliges *partem*, uti mox *à dextera parte*, quamquam sane & hic vocula illa ipsa abesse potest, & utrobique laeva & dextera absolute capi. ACIDALIUS. Nec MSS. cum editis, nec editi & MSS. cum Criticorum censura conveniunt, constat vulgatae qualicumque scripturae sua tamen sententia. Persae, (quos priori versu nominarat) lugubri ululatu & clamore gemituque totam fere aciem a. ae. M. p. turbavere. Cognati vero Darii &c. *in fugam* effusi currum destituerant, quem ii qui à dextra parte pugnabant in suam aciem receperunt. Chartae & membranae eumdem locum his verbis consignant, *Lugubri ululatu & incondito clamore gemituque totam fere aciem adhuc aequo Marte pugnantium turbavere, cognati Darii & armigeri, laevoque cornu in fugam effuso, destituerant currum.* Paullo melius & expeditius haec scriptura habet. Acidalius optime, quamvis nulla auctoritate nixus, sed è re praesenti & ingenio. & saepe perbene, nisi quod à Curtio longius abeat, cujus ego syllabas retinendas arbitror tolerabili & vero sensu non obnitente. Alioqui nemo negat, saepe sublatis aut mutatis voculis nunc his nunc aliis, aut etiam suffectis clariorem sensum effici posse. sed id est explanare Curtium, non illius verba recensere. praesertim quando codex suffragatur. Ceterum sententiam & emendationem Acidalii etiam Siculus affirmat, cum dicit, *latus alterum laevum utique fuisse nudatum.* RADERUS. *Turbavere.* Hunc locum sic interpolat Acidalius: *Lugubri ergo ululatu & inc. cl. g. t. f. a. a. ae. M. p. turbaverant cognati Darii: & armigeri laevam tuentes in fugam effusi destituerant currum, quem à dextra parte stipati in medium agmen receperunt.* Quam emendationem mire commendat Raderus, quamquam fassus nimis à verbis Curtii recedere. Mihi ne probabilis quidem est: cum & illud *turbavere* frustra mutetur, & lectio vulgata, MSS. etiam auctoritate subnixa, commodissimum habet sensum observata saltem distinctione quam adhibuimus. FREINSHEM.

Cognati] Hi enim circa ipsum erant in laevo cornu. Diodor. XVII, 59. & Arrian. III, 2, 21. Ergo horum fuga laevum istud cornu destituit currum regis, quem ideo qui in dextro stabant, in medium sui receperunt. haec enim pars aciei pugnabat adhuc, ut ex sequentibus clarum est. IDEM.

Honesta morte] Justin. XI, 14, 3. *Darius cum vinci suos videret, voluit & ipse mori: sed à proximis fugere compulsus est.* Suetonius Caes. XXXVI, 2. Caesarem quoque ultimo proelio in Hispania de consciscenda sibi nece cogitasse refert. Multi alii in extremis saepe periculis sibi ipsi omnino violentas manus intulerunt, M. Brutus, Otho, alii, ut omittam oppida & civitates; castra tota apud Caesarem de bell. Gall. V, 37. RADERUS. De *honesta morte* vide supra ad III, 8, 21. De oppidis totis ita pereuntibus infra ad IX, 4, 6. FREINSH.

Vitaret] Forte ex praecedenti litera *evitaret.* HEINSIUS.

Resistentium ora] *Resistentium adversa ora*, editiones, sed quid, malum, eo opus est? nisi forte ora à tergo fodi solent. MODIUS.

Prospectum nubes pulveris abstulerat] Pariter l. V. c. 13, 12. *sed prospectum ademerat pulveris nubes.* CELLAR.

 Fe-

diebantur [1] tantum ſtrepitus habenarum, quibus equi currum [2] trahentes identidem verberabantur: haec ſola fugientis veſtigia excepta ſunt.

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. & alii *tamen* Mer. *tm.* 2 MSS. & vulgo *vehentes.*

Ferebatur] MSS. *referebatur.* forte *efferebatur.* HEINSIUS.

Ad ſonum notae vocis] Haec omnia antea ita legebantur: *ad ſonitum notae vocis, aut ſignum ſubinde coëuntes. Exaudiebantur tantum ſtrepitus habenarum, quibus equi currum trahentes, &c.* non recte, ſi quid judicare valeo. MODIUS. *Exaudiebantur.* Sic malui cum pleriſque editionum veterum; & cum iiſdem mox *tantum, & trahentes.* FREINSH.

Currum trahentes] Cujus currum? Darii ſine dubio, & ſequitur, *haec ſola fugientis veſtigia excepta ſunt*, quae profecto de nullo alio accipienda, jam vero nil de eo proxime praeceſſit. Locutus noſter eſt communiter de fugientibus, eos dixit erraſſe, coiviſſe. Quomodo nunc poteſt tam abrupte venire ad Darium ſeorſim, ne prolato quidem ejus nomine? mihi admodum perſuaſum, non pauca hoc loco excidiſſe. SCHEFFER.

CAPUT XVI.

Parmenio, in diſcrimine conſtitutus, Alexandrum retrahit. Tandem integra victoria potiti Macedones, reliquos Perſas, multis ſuorum millibus deſideratis, fuga ſibi quaerere ſalutem cogunt.

1 At in laevo Macedonum cornu, [1] quod Parmenio, ſicut ante dictum [2] eſt, tuebatur, longe alia fortuna utriuſque partis res [3] gerebatur. [4] Mazaeus, cum
2 omni ſuorum equitatu vehementer invectus, [5] urguebat Macedonum alas; jamque abundans multitudine [6] aciem circumvehi coeperat; [7] quum Parmenio equites *nuntiare* jubet *Alexandro, in quo diſcrimine ipſi eſſent,* [8] *niſi mature ſubveniretur;*
3 *non poſſe ſiſti* [9] *fugam.* Jam multum viae [10] proceſſerat Rex, imminens fugientium tergis; quum à Parmenione triſtis nuntius venit. *refrenare equos* [11] juſſi, qui vehebantur, [12] agmenque conſtitit: frendente Alexandro, *eripi* [13] *ſibi victoriam è*
4 *manibus; &* [14] *Darium* [15] *felicius fugere quam* [16] *ſequi ſe.* Interim ad Mazaeum ſuperati regis fama pervenerat. Itaque, quamquam validior erat; [17] fortuna tamen [18] partium territus, perculſis languidius inſtabat. Parmenio ignorabat quidem

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. omittunt *quod.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. omittunt *eſt.* 3 Ald. *gerebantur.* 4 MSS. noſtri Mer. *Mazeus.* 5 Sic MSS. B. 1. *arguebat.* 6 Fl. Voſſ. 1. 2. D. Bong. F. *acie.* 7 Leid. Voſſ. 2. *tum.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *ni.* 9 Fl. Voſſ. 1. D. *fuga.* 10 Pal 1. Mer. *praeceſſerat* Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. Amſt. Lugd. *praeceperat* Voſſ. 2. *perceperat.* 11 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. ſed vulgo Bong. Mer. Frob. Amſt. Lugd. *juſſit.* 12 Ald. Col. Baſ. *agmen.* 13 Voſſ. 1. *ſi.* 14 Voſſ. 2. *Darius.* 15 Mer. *facilius.* 16 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *ſe ſequi.* 17 Fl. Leid. Voſſ. 2. Bong. *tamen fort.* 18 Leid. omittit *partium.*

Siſti fugam] Scriptus codex Colonienſis, & meus, *non poſſe reſiſti fugam*, ſed ſi *reſiſti* placet, illud *fugam* placendum non eſt. MODIUS.

Praeceperat rex] Impreſſi omnes *proceſſerat*, adeo unanimi ſenſu illud *praecipere* hac ſignificatione, non uſitatum ſolum bonis auctoribus, ſed etiam elegans, è medio tollere conſpirarunt. nequicquam tamen, ſi mihi meo, meo dico, imo membranarum arbitrio Curtio opem facere liceat. MODIUS. Cum Modio faciunt MSS. noſtri.

Refrenare equos] Inhibere, à curſu fugientes perſequente revocare. Cicero Philipp. XI. c. 2. *Antonio ſe Brutus objecit, à progreſſu arcuit, à reditu refrenavit.* & pro Caelio c. 31. *magno ingenio adoleſcentes refrenandi potius à gloria, quam incitandi fuerunt.* CELLAR.

Juſſi qui vehebantur] Scripti *juſſit.* Quod non probo. quomodo enim tota ſibi hoc pacto conſtabit periodus? MODIUS. *Vehebantur* leg. *qui invehebantur.* HEINSIUS.

Quam ſequi ſe] Mallem cum Bongarſiano, *quam ſe ſequi*, elegantioris numeri cauſſa. SCHEFFER.

Fortuna partium territus] Ita Brutum ſcribit Florus IV, 7, 14. *in Caſſio etiam ſuum animum perdidiſſe.*

dem caussam sua sponte pugnae remissae; sed occasione vincendi strenue est usus. Thessalos equites ad se vocari jubet. [1] *Ecquid*, inquit, *videtis istos*, *qui ferociter* 5
modo instabant, *pedem referre*, *subito pavore perterritos*? *Nimirum nobis quoque regis* [2] *nostri fortuna* [3] *vincit. omnia Persarum caede* [4] *strata sunt. quid cessatis?* [5] *an ne fugientibus quidem pares estis*? Vera dicere [6] videbatur, & spes languentes quoque ere- 6
xerat. [7] subditis calcaribus [8] proruere in hostem. & illi jam non sensim, sed citato gradu recedebant, nec quidquam fugae, nisi quod [9] terga nondum verterant, [10] deerat. Parmenio tamen, ignarus quaenam in dextro cornu fortuna regis es- 7
set, repressit suos: Mazaeus, dato [11] fugae spatio, non recto itinere; sed majore & ob id tutiore circumitu [12] Tigrin [13] superat: & [14] Babylonem cum [15] reliquiis devicti exercitus intrat. Darius paucis fugae comitibus ad Lycum amnem con- 8
tenderat, quo trajecto dubitavit an solveret pontem; quippe *hostem jam adfore* nuntiabatur. Sed tot millia suorum, quae nondum ad amnem [16] pervenerant, ponte reci-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Voss. 1. Mer. *& quid* Leid. Voss. 2. P. *haec quid* Pal. *en quid &c.* D. Bong. *& quid videtis inquit.* 2 Voss. 2. omittit *nostri.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. Amst. Lugd. *vicit.* 4 Voss. 1. *structa.* 5 Voss. 2. Mer. *cur ne.* 6 Mer. Ald. *videtur.* 7 Mer. *subitis.* 8 Voss. 2. *perruere.* 9 Leid. Voss. 1. 2. Bong. *nondum terga.* 10 Pal. 1. *deerant.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Mer. *pugnae.* 12 Sic MSS. 13 Mer. *superarat.* 14 Fl. Leid. *Babylonam* Voss. 1. *Babyllonam* Voss. 2. *Babiloniam.* 15 Leid. D. Pal. 1. Mer. *reliquis.* 16 Fl. Voss. 1. *pervenerat.*

disse. Livius I, 11, 3. de Crustumeniis: *jam alienis cladibus ceciderant animi.* Idem scribit I, 25, 12. Curiatiorum ultimum *victum fratrum ante se strage fuisse.* Magis autem id accidere necesse est ipso capite jam caeso aut pulso, quod pluribus exemplis exsequitur Gruter. Discursu XI. ad illa Taciti H. IV, 34, 9. *Credita* (an *didita*) *fama per utrumque exercitum*, *vulneratum aut interfectum*, *immane quantum suis pavoris*, *& hostibus alacritatis indidit.* FREINSH.

Sua sponte] *Omissa cunctando victoria erat.* Liv. VII, 24, 4. IDEM.

Ad se vocari] Quid? ad se vocari jubet equitatum? totum, an duces modo? quod si hoc, cur non expressit? immo cur subjicit, unde colligas cum universis esse locutum? At hoc sane quam putidum est. Equites enim in ipso pugnae discrimine constitutos Imperator ad se vocet, hortandi caussa? non certe si sapiat. Si quid video, fuit, *Thessalos equites advectus*, *Ecquid*, *inquit &c.* Tacitus II, 45, 4. de Arminio: *equo collustrans cuncta*, *ut quosque advectus erat*, *reciperatam libertatem &c.* ingerebat. Livius VII, 24, 4. *Consul vulnere alligato*, *revectus ad prima signa*, *Quid stas miles? inquit &c.* Ita scilicet duces militibus in acie stantibus advectos passim legimus: non contra. Sed nimirum ista vox, cum forte legi non posset, imposuit divinatori non optimo, qui cum de vocando aliquid hic esse conjiceret, non gravatus est aliam insuper voculam, *jubet*, inculcare: quae & ipsa qua jure, qua injuria multa hujus scriptoris loca obsedit. De ipso autem Parmenionis hoc strategemate vide infra ad IV, 16, 28. FREINSH. Freinshemius vere opinor putat, locum hunc esse depravatum, emendatque, *Thessalos equites advectus*, *Ecquid*, *inquit.* Ac de re quidem facile convenirem, verba vero emendationis longius abire videntur. Quare mallem ita legere: *Thessalos equites advolare*, *ubi*, *& quid*, *inquit*, *videtis.* Verbum *advolare* valde opportunum est hoc loco, quia praecessit *strenue usus*, usurpatque noster etiam alibi, quoties festinatio est indicanda. Scriba tamen non est assecutus, itaque fecit *advocare*, unde alius dein, *ad se vocare*, & alius, *vocari jubet.* SCHEFF. Aut Curtius incogitans scripsit, quod nulli politiorum facile persuadeatur, aut locus hic est corruptus. sensum adsequuntur correctiones virorum doctissimorum; ductum literarum attendenti in mentem venit, legi posse *Thessalos equites id speculari jubet*, vel *jubens*, id est observare. Cic. I. Cat. c. 2. *multorum te oculi speculabuntur atque custodient.* sic supra noster l. IV, 12, 18. *Mazaeus quia speculari modo jussus erat.* sic Justin. l. XXV, 3. *Antigonus amissi regni speculaturus eventum.*

Fortuna vincit] Alii libri *vicit*, quod praefero, propter sequens, *strata sunt.* SCHEFFER.

Vera dicere] Quae res acerrimos habet aculeos, Tacit. Hist. l. IV. c. 78, 1. *Vera erant*, *& à tribunis praefectisque eadem ingerebantur.* FREINSHEM.

Subditis calcaribus proruere in hostem] Sic plane libri, etiam optimi: sed legendum *prorumpere*, ut apud Maronem. *Et medius densos prorumpit in hostes.* GRONOVIUS ad Tacit. l. I. Ann. c. 68.

Fugae spatio] *Pugnae*, membranae: sed hoc cum mente auctoris pugnaret. MODIUS.

Darius paucis fugae comitibus ad Lycum amnem contende-

9 reciſo, [1] praedam hoſtis fore videbat. Abeuntem, quum intactum ſineret pon-
tem, [2] dixiſſe conſtat, *Malle* [3] *inſequentibus iter dare; quam auferre fugientibus.* Ipſe
10 ingens ſpatium fuga emenſus, media fere nocte [4] Arbela pervenit. Quis tot ludi-
bria fortunae, ducum [5] agminumque caedem multiplicem, devictorum fugam,
clades nunc ſingulorum, nunc univerſorum, aut animo adſequi queat, aut [6] ora-
tione complecti? Propemodum ſaeculi res in [7] unum illum diem fortuna cumula-
11 vit. Alii qua breviſſimum patebat iter; alii [8] diverſos ſaltus, & [9] ignotos ſequen-
tibus calles petebant. Eques [10] pedeſque confuſi ſine duce, armatis inermes, in-
12 tegris debiles [11] implicabantur. Deinde, miſericordia in metum verſa, qui ſequi
non

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *videbat hoſt. praed. fore.* 2 P. *dixiſſe ſe.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. *ſe ſequent.* Pal. 1. Bong. *ſequent.* Ald. Col. Baſ. Mer. Frob. *ſe inſeq.* 4 Col. Baſ. Mer. Frob. *Arbellam* Lugd. *Arbella.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *agminum.* 6 Pal. 1. *ratione.* 7 Vulgo *unum diem* Pal. 1. *illum diem proh fortuna* Fl. Leid. Voſſ. 2. *unum illum diem pro fortuna* ſic & B. 1. ſed ſuperſcripto *h* ut eſſet *proh fortuna.* 8 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *diviſos.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. *ignotas.* 10 Pal. 1. *pedites.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Pal. 1. Bong. *plicabantur.*

tenderat, quo trajecto dubitavit an ſolveret pontem. quippe hoſtem jam adfore nuntiabatur] De *Lyco* amne vere noſter, ut ſibi conſtet. Hanc enim ponte junctum & trajectum à Dario ſupra memoravit. At Juſtino quî in mentem venit de *Cydno* affirmare? lib. XI. *ſuadentibus deinde quibuſdam, ut pons Cydni fluminis ad iter hoſtium impediendum intercluderetur: non ita ſe ſaluti ſuae velle conſultum ait, ut tot millia ſociorum hoſti objiciat: debere & aliis viam patere, quae patuerit ſibi.* Mirum ni emendandus hic è noſtro. Nam quid huc Cydnus, qui Ciliciae fluvius? In Lycum Arrianus etiam conſentit, etſi non Darium quidem eo diſerte profugiſſe narrat, ſed Alexandrum, cum hunc inſequeretur, tranſiſſe. Diodorus neutrius meminit, nec adeo fugae ullius ad vel ultra pontem. In Juſtino verbum quoque vix ſincerum, *intercluderetur:* quod duriuſcule de ponte, rectius de amne aut itinere ipſo dicas. An mutandum, *intercideretur:* ut Curtius hic mox deinde: *ſed tot millia ſuorum, quae nondum ad amnem pervenerant, ponte reciſo praedam hoſtis fore videbat.* Ad quod ipſum exemplum vide ne & porro in Juſtino ſcribendum, *ut tot millia ſuorum hoſti objiciat.* ACIDALIUS. *Lycum.* Recte meo animo Juſtinum XI, 14, 4. corrigit ad hunc locum Acidalius, ſic legens: *Suadentibus deinde quibuſdam, ut pons Lyci* (pro *Cydni*) *fluminis ad iter hoſtium impediendum intercideretur:* (pro *intercluderetur*) *non ita ſe ſaluti ſuae velle conſultum ait, ut tot millia ſuorum* (pro *ſociorum*) *hoſti objiciat.* FREINSH.

Solveret pontem] Saepe factum ad praecidendum hoſtibus aditum, ut portae civitatium clauderentur, magno interim excluſorum ſociorum damno. Liv. l. XXV, 15, 11. Thurini *conclamant, inſtare Poenum: permiſtoſque hoſtes urbem invaſuros, ni propere portas claudant. ita excluſos Romanos praebuere hoſti ad caedem.* FREINSH.

Fugientibus] Non *ſe*, quod in praecedenti *inſequentibus* intelligendum, ſed *hoſtes*, qua periphraſi cives denotat. SCHEFFER.

Arbela pervenit] Hinc apparet, quanto intervallo hoc oppidum à pugnae loco orientem verſus, & ultra Lycum amnem fuerit remotum. Proelium autem inter Tigrim & Lycum commiſſum erat, unde Mazaeus Babylonem petiturus, Tigrim ſuperavit n. 7. Darius ad interiora regni properans Lycum ponte tranſivit. Ptolemaeus, quem alibi ſecuti ſumus, *Lycum* cis Arbela ponit, *Caprum* tandem amnem prope illa, nec fere aliter Strabo l. XVI. ineunte. & Plin. l. VI. c. 26. quamquam hic Abſidrin vocat, qui aliis Caprus eſt. CELLAR.

Quis tot Ludibria &c.] Haec ut declamatorio ſtylo nimium producta iterum vitio dat auctori noſtro Cl. Clericus Judicii c. 8. §. 3. ſed quid non culpat, qui cuncta culpanda ſibi ſumſit.

Saeculi res] Tam varios & multiplices intelligit caſus, quam alias vix ſeculis ſingulis integriſque, per tempora diverſiſſima ſolent evenire. SCHEFFER.

Diem fortuna] MSS. *pro* vel *proh fortuna*, forte *prona fortuna.* HEINSIUS.

Diviſi ſaltus] *Diverſos ſaltus*, editi, & legatur ſane ita. MODIUS. Scribendum plane cum vulgatis *diverſos ſaltus.* ACIDALIUS. Certe *diverſos* ſcribendum. RADERUS. Lege *deverſos ſaltus*; hinc *deverti*, *deverſoria*, *deverticula.* nam ſic ſemper MSS. HEINSIUS.

Integris debiles] Integri, pugnae diſcrimen nondum experti: debiles, vulnerati, aut membro multati. adde l. V. c. 4, 28. CELLAR.

Miſericordia] Amat hunc ſenſum Curtius, ideoque ſaepius expreſſit. Fecit & Caeſar de bel. Gal. VII, 26. *plerumque in ſummo periculo timor miſericordiam non recipit.* FREINSH. Cum propter metum imminentis periculi cogerentur omittere miſeri-

non poterant, inter mutuos gemitus deferebantur. Sitis praecipue fatigatos &
faucios [1] perurebat, paffimque omnibus [2] rivis proftraverant corpora, praeterfluen-
tem aquam hianti ore captantes. quam [3] quum diu avidi turbidam hauſiſſent, ten- 13
debantur [4] extemplo praecordia premente limo; refolutifque & torpentibus mem-
bris, [5] quum fupervenisset hoftis, novis vulneribus excitabantur. Quidam, oc- 14
cupatis proximis rivis, [6] diverterant longius, ut, quidquid occulti humoris uf-
quam [7] manaret, exciperent. [8] nec ulla adeo avia & ficca [9] lacuna erat, [10] quae
veftigantium fitim falleret. E proximis [11] vero itineri vicis [12] fenum ululatus fe- 15
minarumque [13] exaudiebantur, barbaro ritu [14] *Darium* adhuc *regem* clamantium.
Alexander, ut fupra dictum eft, inhibito fuorum [15] curfu ad Lycum amnem [16] per- 16
venerat. ubi ingens multitudo fugientium oneraverat pontem, & plerique, quum
hoftis urgueret, in flumen fe praecipitaverant, [17] gravefque armis, & proelio ac
fuga defatigati gurgitibus hauriebantur. Jamque non pons modo fugientes; fed 17
ne amnis quidem capiebat, agmina fua [18] improvide fubinde [19] cumulantes. quip-
pe, ubi intravit animos pavor, id folum metuunt, quod primum formidare
coepe-

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulgo *exurebat*. 2 Sic MSS. & Bong. fed Ald. Elz. Col. Baf. Frob. Mer. & alii *viis*. 3 Fl. Leid. Voff. 1. Mod. & alii *quum avide*. 4 P. *extimplo*. 5 B. 1. *dum*. 6 Fl. Leid. Voff. 1. Bong. *deverterant*. 7 Bong. *maneret*. 8 D. Pal. 1. *hec ulla*. 9 D. *lucuna* fed fuperfcripto *a* ut effet *lac*. 10 Fl. Leid. Voff. 2. *ut caftig.* Voff. 1. *ut veftig.* Bong. *quae caftig.* 11 Fl. Leid. Voff. 1. *vere* Voff. 2. *vero itineris vico*. 12 Fl. Leid. Voff. 1. Bong. *ulul. fenum*. 13 Pal. 1. *exaudiebant*. 14 P. *adhuc Dar. reg. clamantes*. 15 Fl. Leid. Voff. 1. 2. Bong. *impetu*. 16 P. *pervenit*. 17 Ald. *granofque*. 18 Col. Baf. Frob. Mer. Ald. *improvidae fugae* Voff. 2. *propera fuge* alii *improvida fuga*. 19 Fl. Leid. Voff. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. *cumulantis* B. 1. *cumulanti*.

fericordiam, nec tam aliis effe auxilio, quam ipfi fuam curare falutem. SCHEFFER.

Sitis praecipue &c.] Et haec hyperbole taedio affecit Cl. Clericum, qui eum ideo notat Judicii c. 8. §. 6. fed uti folet inique.

Omnibus rivis] *Viis* vulgo. fed illud malo. Gualterus, *omnibus accumbunt rivis*. MODIUS. *Rivis.* Sic malui cum paucis. ita mox num. 14. & certe fi omnibus viis fuiffet reperire praeterfluentem aquam, forte non ita fitiffent. FREINSH.

Cum avide] Adhuc vulgo, *quam cum diu avidi.* nugae. MODIUS.

Nec ulla adeo avida & ficca lacuna erat] Inepte, *avida*, vulgo melius *avia*: cui tamen quomodo *ficca* haeret? Rectius *diffita* jungeretur. & utrumque illa probant fuperiora: *quidam occupatis proximis rivulis, diverterant longius, ut quidquid occulti humoris ufquam manaret, exciperent.* At *ficca* fi retines, *arida* pulcre attemperaveris ex *avida*. quae epitheta follemnia poëtis. Martial.

Siccae quod redolet palus arenae.

Propert.

Dicebar ficco vilior effe lacu.

Sed vulgata lectio tota fortaffe recta *avia & ficca*, ut utrumque dicat, & fitas longius, & ἀνύδρους fuiffe. ACIDALIUS. *Avia & ficca.* Ita Conftantienfis codex; Modianus, *avida*. Acidalio placet *arida*. RADERUS. *Avia.* Mod. *avida*, unde Acidal. tentabat *arida*, non inepte. nec tamen ipfe vulgatam lectionem damnat; & ego praefero. FREINSH.

Darium adhuc regem] Petebant auxilium à Dario, ejufque implorabant opem contra vim Macedonum, quafi adhuc rex foret, cum is tamen jam in fuga conftitutus ipfe indigus effet opis alienae. SCHEFFER.

Non pons modo] Hic quiddam recepi, quiddam ejeci, quiddam mutavi. impreffi enim fic habebant. *Jamque non modo fugientes, fed ne amnis quidem capiebat, agmina fua improvidae fugae fubinde cumulantes.* in quibus vocem *pons* defiderari, etfi libri calamo exarati nos nulli monuiffent, etiam conjectari poterat: ut contra illud *fugae*, & ineptum hic, & nulli rei, fuperare. proque *improvidae*, *improvide* effe reponendum. haec tamen talia non viderunt boni viri, qui ante annos 34. & quod excurrit, Curtium ita ediderunt, ut integer videri poffet. MODIUS. Facilius omnino ex vulgatis refcribi *improvidâ fugâ* poterat, quam *fugae* ipfum penitus deleri. nifi forte, quia *fugientes* jam antecefferat, hoc repeti noluerunt. ACIDALIUS. *Improvide.* Alii *improvida fuga.* Alii *improvidae fugae.* fervo MSS. lectionem *improvide fubinde cumulantes.* RADERUS.

Intravit pavor] Nihil enim amplius providit, fed proxima arripit. Vere enim Ennius apud Ciceronem: *Pavor fapientiam omnem ex animo expectorat.* Pavoris enim & confilii prope nulla eft copula. RADERUS. Haud procul abludit Livius XXIX, 32, 10. *amnis ingens fugientes accepit* (*neque enim cunctanter, ut quos major metus urgeret, immiferant eo-*
quos).

18 coeperunt. Alexander instantibus [1] suis, *impune abeuntem hostem* [2] *sequi permitte-*
ret. hebetia [3] *tela esse*, [4] *& manus* [5] *fatigatas*; *tantoque cursu corpora exhausta*, *&*
19 *praeceps in noctem diei tempus* caussatus est. Re vera de laevo cornu, quod adhuc
in acie stare credebat, sollicitus, [6] reverti ad ferendam opem suis statuit. Jam-
que signa converterat; quum equites, à Parmenione missi, illius quoque [7] partis
20 victoriam nuntiant. Sed nullum [8] eo die majus periculum [9] adiit, quam dum co-
pias reducit in castra. Pauci [10] eum & incompositi sequebantur ovantes victoria.
quippe omnes hostes aut in [11] fugam effusos, aut in acie [12] credebant cecidisse.
21 quum repente ex adverso adparuit agmen equitum, qui primo inhibuere cursum;
22 deinde Macedonum paucitate conspecta, turmas in obvios concitaverunt. Ante
signa [13] rex ibat dissimulato magis periculo, quam spreto: nec defuit ei perpetua
23 in dubiis rebus felicitas. namque praefectum equitatus avidum certaminis, & ob
id ipsum incautius in se ruentem, hasta transfixit. quo ex equo lapso, proximum,
24 ac [14] deinde plures eodem telo confodit. Invasere [15] turbatos amici quoque; nec
Persae inulti cadebant: quippe non universae acies [16] quam hae tumultuariae ma-
nus

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulgo *suis abeuntem* omisso *impune* Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Col. Bas. Frob. Mer. D. Pal. 1. *suis ne impune abeuntem.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. *perm. sequi* Ald. Col. Bas. Frob. Mer. Voss. 2. *inde permitteret sequi.* 3 Leid. Voss. 1. Bong. *esse tela.* 4 Mer. *tum manus.* 5 Pal. 1. *fatigatis.* 6 Voss. 2. omittit *reverti* sed omisso spatio ut saepe. 7 Voss. 1. *pactis.* 8 Voss. 1. B. 1. 2. *hodie* F. *illo die.* 9 Sic D. sed primo fuit margini additum *accedit* Fl. Leid. *addidit* in margine *accidit* Voss. 1. *addidit* Voss. 2. *accidit* Ald. Col. Bas. Frob. Mer. Amst. Elz. Lugd. *fuit.* 10 Pal. 1. *enim.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. D. *fuga.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *cecid. cred.* 13 Voss. 2. *rex exibat.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. *dein.* 15 Leid. *turbatas.* 16 Voss. 2. *sed quidem* Mer. *sed quidam.*

quos) raptique gurgite, & in obliquum relati. Nam interdum, teste Plin. Epist. VI, 16. m. *timorem timor vincit.* Utque recte notat Marcellin. XVI, 26. *nihil cavere solet, praeter id quod occurrit.* FREINSHEM.

Instantibus suis abeuntem hostem] Vel haec quoque praestare illis vulgatis: *Alexander instantibus suis ne impune abeuntem hostem inde permitteret sequi: hebetia &c.* qui non videt, eum ego profecto non luscitiosum, sed caecum esse audacter pronuntio. MODIUS. Non tam caecus ego, ut praestare vulgatis haec non videam. praestant, sed quantillum? Tu reducta voce *impune* sic mecum potius & initium & reliqua deinceps, totamque periodum rescribe & interpunge: *Alexander, instantibus suis, impune abeuntem hostem permitteret sequi; hebetia tela, & manus fatigatas, tantoque cursu corpora exhausta, & praeceps in noctem diei tempus caussatus; revera de laevo cornu, quod adhuc in acie stare credebat, sollicitus; reverti ad ferendam opem suis statuit.* ACIDALIUS. *Abeuntem.* Acidalius ex vulgatis bene reduxit voculam *impune abeuntem.* illud non erat necessarium, expuncto post verbum *caussatus* substantivo, omnia unam intra periodum redigere. FREINSH.

Hebetia tela] Livius VIII, 38, 16. *Jam viris vires, jam ferro sua vis deerat.* & XXII, 59, 6. *nec superfuimus pugnae, nisi in quibus trucidandis & ferrum & vires hostem defecerunt.* Florus II, 6, 17. *duo maximi exercitus caesi ad hostium satietatem, donec Annibal diceret militi suo; Parce ferro.* Lucanus VII, 728.

Caesar ut Hesperio vidit satis arva natare
Sanguine, parcendum ferro, manibusque suorum
Jam ratus.

IDEM.

De laevo cornu] Non amice solum, sed & prudenter fecisse hinc judica Quinctium consulem, referente Livio III, 70, 11. qui collegae nuntiari jussit: *victorem se jam imminere hostium castris, nolle irrumpere, antequam sciat debellatum & in sinistro cornu esse: si jam fudisset hostes, conferret ad se signa, ut simul omnis exercitus praeda potiretur.* Certe ejus rei neglectus praestantissimum ducem Judam, & victoria privavit, & vita. Macchab. I, 9, 16. FREINSH.

Periculum adiit] Editi *periculum fuit* perperam. MODIUS. *Periculum.* Quale adiit & Masanissa eo proelio quo Annibal profligatus est à Scipione. Nam, ut tradit in Punicis Appianus, vetus ille belli Imperator, *inter fugiendum conspicatus conglobatos equites Numidas, accurrit, rogavitque ne se desererent: quo impetrato, in persequentes fecit impetum, sperans se eos in fugam versurum &c.* FREINSH.

Ob idipsum] Seneca de Ira I, 11. docet eam nusquam minus utilem, quam adversus hostes, licet vulgo contra videatur: idque multis rationibus & exemplis confirmat, quae cognitu consideratuque dignissima, diligentiae lectoris ex ipso fonte petenda relinquo. IDEM.

Tu-

nus [1] vehementius [2] iniere certamen. Tandem barbari, quum obscura luce, fu- 25
ga tutior videretur esse quam pugna, [3] diversis agminibus abiere. Rex, extraordinario [4] periculo defunctus, incolumes suos reduxit [5] in castra. Cecidere Persa- 26
rum, quorum numerum victores [6] finire potuerunt, millia XL; Macedonum minus quam CCC desiderati sunt. Ceterum, hanc victoriam rex majore ex parte 27
virtuti [7] quam fortunae suae debuit; animo, non ut antea loco vicit. Nam & 28
aciem peritissime instruxit: & promptissime ipse pugnavit: & magno consilio jacturam sarcinarum impedimentorumque contempsit, quum in ipsa acie [8] summum rei videret esse discrimen: dubioque adhuc pugnae eventu pro victore se gessit: [9] perculsos deinde hostes fudit: fugientes, quod in illo ardore animi [10] vix cre- 29
di

Variantes Lectiones.

1 Voss. 2. omittit *vehementius* spatio reliquo. 2 Leid. *in certamen.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. D. *dispersis* Col. *diversi.* 4 P. *def. per.* 5 Ald. Bas. Col. Mer. Frob. *ad castra.* 6 Amst. *inire.* 7 Alii omittunt *quam fortunae.* 8 Fl. Leid. Bong. Amst. Lugd. *summae.* 9 Voss. 2. *percussos demum hostes* Mer. *percusso deinde hoste* Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *percussos deinde hostium.* 10 Leid. Voss. 1. Pal. 1. D. *vix credi prudentius potest quam* sed in D. correctum, Voss. 2. *vix credi posset prud.*

Tumultuariae manus] Agmina fortuito, & partim sine ordine concurrentia. CELLAR.

Iniere] Colonienses membranae *injecere*, quod non temere rejiciendum arbitror. ita tamen ut nihil mutem. MODIUS. *Injecere* V. C. Colin. forte *civere.* HEINSIUS.

Extraordinario periculo] In quod extra proelium jam victor inciderat. CELLAR.

Inire potuerunt] Ita emendavi de conjectura, una litera à principio vocis *finire*, quae omnes libros possidet, abjecta. neque enim *finire numerum* Latine recte dixeris. Arbitror & apud Justinum l. XII. ubi est, *jubentes eum solum cum patre suo Ammone finire bellum*, item corrigendum, *inire bellum*, quomodo ibi in veteri meo manu exarato codice legitur. Arbitror inquam, sed arbitror tantum, neque enim eadem est utriusque loci ratio, ut videre poterit, qui Justinum videbit. MODIUS. Bongarsius ἴσως *inire.* Male. Vorstius ad Val. Max. l. V, 3. HEINSIUS.

XL. Millia] Si quis rescribat *quadringenta M.* haud difficulter adsentiar. sic enim à reliquis scriptoribus, ipsaque rei magnitudine propius abierimus. FREINSH. Diodorus c. 16. πλείους τῶν ἐννέα μυριάδων, *amplius noningenta millia*, Macedonum vero εἰς πεντακοσίους, *ad quingentos.* CELLAR.

Macedonum trecenti] Nec in hoc consentiunt auctores, Arrianus equites non plus centum ait desideratos. Siculus universe ex Macedonibus quingentos caesos. RADERUS. *Trecenti.* Etiam in proelio contra Porum amisisse traditur *trecentos equites, peditesque ultra septingentos*, quum occidisset hostium XX. M., cepisset IX. M. Diodor. l. XVII, 89. sic in victoria Marii de Cimbris apud Florum l. III, 3, 14. *Millia inde ad sexaginta ceciderunt*; hinc *trecenti minus.* Et similia quidem exempla multa passim occurrunt, ubi minimo victoris damno ingentes exercitus conciderunt. FREINSH. Ne hoc quidem credibile Cl. Clerico, ideoque & Arrianus cujus alioquin judicium miratur passim, hic vapulat. sed quid illi scriberent, qui nihil aliud memoriae proditum invenerant? certe non debuit adeo incredibile videri viro doctissimo, adeo versato, ut ipse testatur, in notis Cl. Freinshemii, qui hic loci infinitam recentium exemplorum segetem congesserat. quae non ad scopum nostrum.

Virtuti suae] Inseruntur in vulgatis post haec duae voces, hoc modo, *majore ex parte virtuti suae, quam fortunae debuit*, sed quam facile illis carere poteramus. MODIUS. *Virtuti suae.* Plutarchus de fortuna Alexandri duobus voluminibus ostendit, Alexandrum semper adversa usum fortuna, quam sola virtute ubique superarit, contra, quam multi, non bene, senserunt. Aelianus [immo Polyaenus IV, 3, 5.] stratagemate Alexandri superatum ait Darium. *Alexander*, inquit, *cum Dario signa collaturus, praeceptum dedit Macedonibus: ubi in Persarum conspectum veneritis, procidentes in genua terram manibus conterite. Ubi vero tuba signum dederit, tum consurgentes strenue & fortiter impetum in hostes facite. Macedones ita fecerunt. Persae formam adorationis conspicati, incitatum ad bellum impetum remiserunt, animisque facti sunt molliores. Darius gloriabatur & gaudebat se absque proelio victoriam obtinere. Macedones ad signum tubae exilientes vehementi impetu in hostes feruntur, & rupta phalange in fugam convertunt.* RADERUS. In extremis verbis Polyaeni pro τὴν φάλαγγα ῥήξαντες *rupta phalange*, legerim, τῇ φάλαγγι *phalange rumpentes.* Macedonibus enim haud dubie phalangem tribuit, ut ejusdem cap. num. 16. FREINSH.

Debuit, animo] Mallem, *debuit, & animo.* durior enim hic ellipsis conjunctionis videtur. Et potuit ea intercepta esse per paene similes literas in fine vocabuli praecedentis. SCHEFFER.

Non ut antea loco] Victoria ad Issum loci naturae & angustiis imputabatur. Vide l. IV. c. 5, 4. CELLAR.

30 di poteſt, prudentius quam avidius perſequutus eſt. Nam ſi parte exercitus adhuc in acie ſtante, inſtare cedentibus perſeveraſſet; aut [1] ſua culpa victus eſſet, aut aliena virtute viciſſet. jam ſi multitudinem equitum occurrentium extimuiſſet;
31 [2] victori aut foede fugiendum, aut miſerabiliter cadendum fuit. [3] Ne duces quidem copiarum ſua laude fraudandi ſunt; quippe vulnera, quae quiſque [4] excepit,
32 indicia [5] virtutis ſunt. Hephaeſtionis brachium haſta ictum eſt. [6] Perdiccas, ac [7] Coenus, & [8] Menidas, ſagittis prope [9] occiſi. Et, ſi [10] vere [11] aeſtimare Macedonas, qui tunc erant, volumus: fatebimur, & regem talibus miniſtris, & illos tanto rege fuiſſe digniſſimos.

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voſſ. 2. Bong. *culpa ſua.* 2 Voſſ. 2. *victo* Pal. 1. Bong. Ald. Col. Mer. Frob. *victor.* 3 Vulgo *nec.* 4 Col. & alii *excipit.* 5 Leid. *virtuti.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *Perdicca.* 7 Ald. Col. Baſ. Mer. *Cenos* Voſſ. 1. Frob. Amſt. Lugd. *Coenos.* 8 Voſſ. 2. *Menedas* aliae edd. *Menides.* 9 P. *occiſi ſunt.* 10 Col. Mer. Frob. *vero.* 11 Voſſ. 2. *extimare.*

Summae rei] *Summum rei* editiones, quod minus placet. MODIUS.

Victori aut foede] Melius hoc viſum, quam quod in editis legebatur. *Jam ſi multitudinem equitum occurrentium extimuiſſet victor, aut foede fugiendum* &c. MODIUS.

Duces] Arrian. l. III. c. 3, 11. Diodorus Siculus l. XVII. c. 61. FREINSH.

Tanto rege fuiſſe digniſſimos] Haec optima libri clauſula, proinde non conſulto faciunt, qui aliter libros Curtii diſtribuerunt. Codex Conſtant. *Q. Curtii Rufi hiſtoriarum liber explicit.* RADERUS. *Et regem.* Aeque rotundum illud Ciceronis ultima Philippica: *dignus Imp. legione, digna legio Imperatore.* Virdungus ad illa Taciti Agr. 33, 4. *Neque me militum, neque vos ducis poenituit.* Libanius in Epiſt. ad Marcellin. *καὶ σὲ ζηλῶ τοῦ Ῥώμην ἔχειν, κἀκείνην τοῦ σέ* &c. quod ſic vertit Valeſius in praefat. edit. Marcellini: *Et tibi quod Romae es gratulor, & Romae quod te poſſidet.* &c. FREINSH.



Q. CUR-

Q. CURTII RUFI,

DE

REBUS GESTIS

ALEXANDRI REGIS MACEDONUM,

[1] LIBER V.

CAPUT I.

Dario Mediae fines ingresso, Arbela potitur Alexander, & Babylone, cujus situs, amplitudo, & corrupti mores describuntur.

Quae interim ductu [2] imperioque Alexandri vel in [3] Graecia, vel [4] in [5] Illyriis 1
ac Thracia gesta sunt; si [6] quaeque suis temporibus reddere voluero; interrum-

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic D. sed Pal. 1. *liber tertius* P. *explicit liber quartus Quinti Curtii Rufi historiarum Alex. Magni Macedoniae regis. Incipit Quintus* B. 1. *Q. Curtii Rufi historiarum lib.* IV. *explicit. Incipit lib.* V. sic etiam Leid. Voss. 1. B. 2. nisi quod *Q.* omittunt F. *explicit l.* IV. *incipit* V. Voss. 2. sine titulo est. 2 Voss. 1. omittit *que.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. D. *Graecis.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & alii omittunt *in.* 5 Ald. Bas. Mer. Frob. Col. *Illyricis.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. *suis quaeque.*

Quae interim] Narrata Curtio à principio lib. VI. nunc majori ex parte temporis injuria deperdita. FREINSH. *Quae interim ductu imperioque Alexandri* &c. Potuit quidem geri bellum in Thracia, Graecia, Illyriis, & ubi gentium voles, Alexandri absentis auspiciis; nam saepe ductus & auspicia diversorum erant hominum; sed numquam fando auditum est, bellum illud alicujus ductu & imperio gestum, qui ipse *ad legionem*, ut loquitur Plautus, *non adesset.* At credo esse errorem veterum exscriptorum; nam pro *Alexandri* legi debet, *Antipatri.* FABER. Omnes libri *Alexandri*, manifesto errore, quem detexit Faber. l. 1. Epist. 32. quomodo enim Alexander, qui in Asia versabatur, poterat in Illyriis ac Thracia *ductu* suo res gerere? ita enim *ductu & auspiciis* apud bonos scriptores distinguuntur, ut illud semper praesentiam ducis postulet, hoc etiam ad absentem referri possit. CELLAR. Recte monet Tan. Faber in Epist. Crit. ductu Alexandri ea geri minime potuisse, quippe qui tum constitutus fuerit in Persis. Quod autem loco *Alexandri*, *Antipatri* substituit, hoc vero non persuadet. Nimirum tam diversae sunt istae voces, ut una pro alia non facile potuerit etiam ab oscitante scriba collocari. Praeterea unde notum est Antipatrum in Illyriis belligerasse? praefectum quidem rebus Graeciae Macedoniaeque novimus ab Alexandro. Sed res Macedoniae, Graeciaeque nil opinor ad Illyrios, Thracasque, quorum hic fit mentio. Quare mallem ego: *quae interim imperio Alexandri*, deleta voce *ductu.* error inde natus videtur. volebat quis interpretari vocem *imperio*, inepteque adjiciebat *ductu*, id postea receptum in textum cum non cohaereret ceteris, alius conjunctionem *que* voci imperio adjecit. Porro *imperio Alexandri* est mandato, auctoritateque ejus. sic l. X. c. 2. *exules recipi jussit, & Graeci haud ausi imperium aspernari.* SCHEFF. Qui granditatem styli nimium captant, ii ut plurimum frequenter in ἀκυρολογίαν incidunt, qualia in Curtio plura animadvertimus, ut hoc loco. nam qui Latine sciunt, ii norunt ea dici geri *ductu imperioque* ducis, quae ipse praesens gerit, *auspiciis* vero per legatos; quam vocem hic adhibitam oportuit, cum sermo sit de rebus ab Antipatro gestis, dum Alexander in ultima Asia esset. Ipse Curtius se damnabit prolato loco è libro VI. c. 3, 2. ubi de his ipsis rebus ita loquitur: *ut omittam Illyrios, Triballos, Boeotiam, Thraciam, Spartam, Achaeos, Peloponnesum, quorum alia ductu meo* (praesens nimirum) *alia imperio, auspicioque perdomui.* Sed & hic mallem omissam es-

se

2 rumpendae sunt res Asiae. Quas utique ad fugam mortemque Darii universas [1] in
conspectu dari, & sicut inter se cohaerent [2] tempore, ita opere ipso conjungi,
[3] haud paullo aptius videri potest. [4] Igitur ante, quae proelio apud [5] Arbela
3 [6] conjuncta sunt, ordiar dicere. Darius media fere nocte Arbela [7] pervenit:
eodemque magnae partis amicorum ejus ac militum fugam fortuna compulerat.
4 quibus convocatis exponit; *haud dubitare se, quin Alexander celeberrimas urbes,*
agros-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. & vulgo *in conspectum.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. alii omittunt *tempore* alii *cohaerent in opere.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. B. *aut.* 4 Voss. 2. *igitur autem quae* Bong. *igitur quae proelio* & sic Fl. & Leid. 5 Pal. 1. Bong. Voss. 2. *Arbelam* Ald. Bas. Frob. Mer. Col. Amst. *Arbellam* B. 2. *Harbela* F. Fl. Leid. *Harbelam* Lugd. *Arbella.* 6 Ald. *convicta.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. *pervenerat* & sic aliae editiones.

se vocem *imperio*, quae vix differt à *ductu.* vide de discrimine *ductus* & *auspiciorum* Lips. de Mil. Rom. l. 11. Dial. 2. CLERICUS. Judicii c. 8. §. 9. *Quae interim ductu imperioque Alexandri vel in Graecia, vel in Illyriis ac Thracia gesta sunt.* Certissimum est, dum Alexander res in media Asia gerebat, nihil *ipsius ductu* potuisse geri in Europa. *Ductus* enim Latinis non adhibetur, nisi de duce exercitum ducente, ut vel ex ipso patet Curtio l. vi. c. 3. *Quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioque perdomui.* Adeo ille non ignoravit, quod nec ignorare poterat, *ductum* ab *imperio* & *auspicio* esse diversum. quid: Viderunt ergo in prioribus verbis manifestum satis vitium Tan. Faber, Tellierius, Cellarius, Pitiscus, qui omnes non Curtio id imputarunt, ut facit Vir Cl. sed librariis, legendumque censuerunt, *ductu imperioque Antipatri*, quem in Europa reliquit Alexander rebus suis praefectum. Ex conjectura, fateor, sed quae probabilis plane est, quum alterum ferri nequeat, & in nominibus propriis, quae non semper omnibus perscribebantur literis, facilis fuit error. Si tamen alicui nimia videatur haec forsan mutatio, legat ille *jussu imperioque Alexandri.* Nam quod Vir Cl. etiam *imperio* accusat utroque in loco Curtii, quasi neque illud, nisi de praesente duce possit dici, in eo ipse errat. Notat enim illa vox proprie ipsam potestatem, & jus summi ducis, sive ille praesens sit, sive absens. Hinc *cum imperio esse* dicebantur, quibus *nominatim à populo datum erat imperium*, teste Festo. Sed disertius quod est in hanc rem jungitur *imperium auspicio*, & opponitur *ductui*, non tantum apud Curtium sed & apud Val. Max. l. 11. c. 8, 2. Ubi lis exponitur de Triumpho inter consulem, qui jacuerat aegrotus, quum pugnaretur Contra Poenos, & Praetorem, cujus ductu victoria erat parta: sed Triumphus adsignatur Consuli, quia ejus in isthoc bello *imperium* erat *&* *auspicium*, fatente Praetore. Sed & ita plane ut hic, *Ductus* & *Imperium.* Ita *Dux* & *Imperator* opponuntur apud Cicer. de Offic. l. 111, 27. ubi Regulum ex insidiis captum ait, *Duce Xanthippo, Imperatore Hamilcare.* Quod quid est aliud, quam ductu Xanthippi, at imperio Hamilcaris rem gestam. Denique sub Caesaribus ideo, victoriis ductu quorumcumque Ducum partis, non illi Duces, sed ipsi Caesares, à militibus appellabantur *Imperatores*, quia eorum imperio & auspicio, licet absentium, bellum gerebatur. Tacit. Ann. 11. c. 18. *Miles in loco proelii Tiberium Imperatorem salutavit*, quum Germanici ductu victi essent hostes, & Tiberius Romae ageret. Adde Ann. xiii. c. 41. Verum etiamsi non ea esset in re militari significatio vocis *Imperii*, vel sic nullus in iis verbis Curtium accusandi locus, siquidem saepissime eadem vocabula modo laxiore & populari sensu accipiuntur, modo peculiari, & certae arti proprio. Ita & hic *Imperium* non illo militiae proprio, sed vulgari sensu pro mandato & jussu exposuerim. ut apud Corn. Nep. in Datame c. 4. *Imperio Regis non parebat.* Tacit. Hist. 11, 11. *motis ad imperium ejus* (absentis) *è Dalmatia Pannoniaque exercitibus.* & alibi passim. PERIZONIUS. Curt. Vind.

Cohaerent ita] Editiones, *cohaerent tempore, ita* &c. recte. sequitur, *ita opere ipso conjungi.* MODIUS.

Haud paullo aptius] Tacit. xii, 40. *Haec, quamquam à duobus propraetoribus plures per annos gesta, conjunxi, ne divisa haud perinde ad memoriam sui valerent.* Item xiii, 9. *Quae in alios consules egressa conjunxi.* Sic & Vellej. 1, 14. agnoscit: *quod facilius cujusque rei in unum contracta species, quam divisa temporibus, oculis animisque inhaereat.* Itaque Euseb. in Histor. Ecclesiast. prooemio merito sperat, gratum fore, quod aliis σποράδην, *sparsim* memorata, unum in corpus redegerit. Vide & notam nostram ad ista Flori 11, 19. *Quae etsi juncta inter se sunt omnia atque confusa: tamen quo melius appareant, separatim proferentur*, ubi Sisennae locum aliter accepi quam oportuit. FREINSH.

Igitur ante exordiar dicere] Noster itaque historiae ordini convenientius, quam Diodorus, qui hic interserit bellum in Graecia ab Antipatro cum Lacedaemoniis gestum post proelium ad Arbela. LOCCEN.

Media fere nocte] Ingens certe spatium intra paucas horas emensus, milliaria German. 18. cum triente: 600. quippe stadiis Arbela distant à Gaugamelis, ubi proelium est factum, ut supra docuimus. RADERUS.

Inde

agrosque omni copia rerum abundantes, *petiturus* [1] *esset. praedam opimam paratam-*
que ipsum & milites [2] *ejus spectare. Id suis rebus tali in statu saluti fore*; *quippe se* 5
deserta cum expedita manu petiturum. [3] *Ultima* [4] *regni adhuc intacta esse*; *inde bello*
vires [5] *haud aegre reparaturum. Occuparet sane gazam avidissima gens*, *& ex longa* 6
fame satiaret se auro, [6] *mox futura praedae sibi*; [7] *didicisse usu*, *pretiosam supellectilem*,
[8] *pellicesque & spadonum agmina nihil aliud fuisse*, *quam onera & impedimenta*, *eadem*
trahentem Alexandrum, [9] *quibus antea vicisset*, *inferiorem fore.* Plena omnibus 7
[10] desperationis videbatur oratio, quippe [11] Babylonem urbem opulentissimam dedi
[12] cernentibus. [13] jam Susa, [14] jam cetera [15] ornamenta regni, [16] caussamque belli vi-
ctorem occupaturum. At ille docere [17] pergit; *non speciosa dictu*, *sed usu necessa-* 8
ria in rebus adversis sequenda esse. Ferro geri bella, *non auro: viris*, *non urbium te-*
ctis. omnia sequi armatos. Sic majores suos perculsos in principio rerum, *celeriter pri-*
stinam

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *esse* Voss. 2. *erat.* 2 Voss. 2. omittit *ejus.* 3 P. omittit usque ad *Occuparet.* 4 Fl. Leid. D. Pal. 1. *regni sui* Voss. 1. *regni si.* 5 Bong. *aut* Voss. 1. *aud.* 6 Fl. *nox.* 7 D. Voss. 1. Amst. Lugd. *usu didic.* B. 1. *se usu did.* 8 MSS. semper *pelices.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. Lugd. *quibus rebus.* 10 Pal. 1. *desperationibus.* 11 Fl. Leid. Voss. 2. *Babylonam* Voss. 1. *Babyllonam* Ald. Bas. Col. Mer. Frob. *Babyloniam.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Mer. *certantibus.* 13 Voss. 2. *&* omisso *Susa* Mer. *& Susa* Pal. 1. *Asiam* Ald. Bas. Col. Mer. Frob. *Susam.* 14 Frob. *ceteraque.* 15 B. 1. *ordinamenta.* 16 B. 1. omittit *caussamque* spatio vacuo relicto. 17 Pal. 1. *cepit.*

Inde bello vires haud aegre reparaturum] Eleganter, & quis mutare sustinuerit? est tamen unde conjicere sic quoque liceat: *inde belli vires haud aegre repetiturum.* non minus id eleganter, nisi petendi verbum jam jam praecessisset. Ita quidem frequenter auctor, ut infra hoc libro: *itaque non illum modo*, *sed etiam Alexandrum spernebant*, *inde vires imperii repetituri*, *si regionis potiri contigisset.* Monere tanti fuit: ut & mutem, non omnem mihi Persarum meream Gazam. ACIDALIUS. *Bello &c. reparaturum.* Acidal. malebat; *belli vires &c. repetiturum*, fretus simili Curtii loco, quem considerabimus, infra v, 10, 4. FREINSH.

Quibus rebus] *Rebus* abesse poterat, etsi in membranis est. MODIUS.

Dedi, jam Susa] Expressi typis, *dedi cernentibus*, scripti, *dedi certantibus*, utrumque à Glossa est. MODIUS. *Cernentibus.* MSS. etiam Modii *certantibus*, i. e. contendentibus. Ennius, *Certabant urbem Romamne Remamne vocarent.* vel forte leg. *disceptantibus.* HEINSIUS.

Jam Susa] Ut Babylon caput Chaldaeae, ita Susa fuere prima & praecipua urbs Persiae, & ante Persepolim regia. CELLAR.

Causamque belli] Obscurissima verba, pro quibus mavult Tanaquil. *Gazamque Beli*, aut aliquid simile, l. 1. Epist. 51. Qui vulgatam scripturam retinent, ita interpretantur, ut ornamenta regni, & opulentas urbes caussam & incitamentum fuisse dicant. Saltim ex Persarum opinione, cur Macedones hoc bellum susceperint. CELLAR. *Causamque belli.* Nervosior mihi videretur sensus, & id unum superesse, si deleretur illud *que*; nec enim refert, utrum ad plura antecedentia respiciat, quum id Latinis sit usitatissimum. sic Virgil. l. III. Aen. vs. 305.

Et geminas caussam lacrimis sacraverat aras.

Non speciosa dictu] Livius XXII, 3, 3. ubi narrat punitam Flaminii temeritatem atque superbiam, ferox consilium sequuti, licet *ceteris omnibus in consilio salutaria magis*, *quam speciosa suadentibus.* Apud eumdem XXIII, 14, 2. M. Junius dictator, *ad ultimum prope desperatae Reip. auxilium*, *quum honesta utilibus cedunt*, *descendit.* Sic enim lego. male, quisquis adtexuit vocem *equo.* Vellejo quoque II, 113, 3. laudatur Tiberius *utilia speciosis praeferens.* Quod plerumque fecerunt qui alios vincere volebant, non qui se. FREINSH.

Urbium tectis] Oblique alludit probatam Themistoclis sententiam, *Patriam municipes esse*, *non moenia*; *civitatemque non in aedificiis*, *sed in civibus positam.* Justin. l. II, 12, 14. ubi socer meus, & Gruterus ad ista Livii l. 1, 8, 6. *Ne vana vobis magnitudo esset.* Quibus junge Appianum de bell. Civ. l. 1. in oratione Pompeji urbem deserentis. Atque in oratione Augusti, Dio l. LVI. ut sic intelligas verum esse, quod apud Aristidem tom. III. orat. 2. legimus: *Themistoclem comprobasse dictum*, *quod cum Alcaeus protulisset olim*, *multi postea usurparunt*: *non lapides*, *non ligna*, *nec fabrorum artem civitatem efficere*, *sed ubi viri sint*, *qui se ipsos servare norint*, *ibidem & urbes esse*, *& moenia.* FREINSH.

Omnia sequi armatos] *Sequi* nos rem dicimus ad nos pertinentem, quae nullo labore aut molestia nostra sese nostrae voluntati sit accommodatura. Phaedr. l. 1. fab. 5.

Tum quia plus valeo me sequetur tertia.

videtur autem translatum hoc genus loquendi à ma-

9 *ſtinam* [1] *reparaſſe fortunam.* Igitur, ſive confirmatis eorum animis, ſive impe-
10 rium magis quam conſilium ſequentibus; Mediae fines ingreſſus eſt. Paullo poſt
Alexandro [2] traduntur Arbela, regia [3] ſupellectili, [4] ditique gaza repleta. [5] qua-
tuor millia talentum [6] fuere: praeterea pretioſae veſtes: totius, ut ſupra dictum
11 eſt, exercitus opibus [7] in illam ſedem congeſtis. Ingruentibus deinde morbis,
quos odor cadaverum, [8] totis jacentium campis, vulgaverat, maturius caſtra
movit. [9] Euntibus à parte laeva, Arabia, odorum fertilitate nobilis regio;
cam-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. Ald. Baſ. Frob. Mer. Col. *recuperaſſe.* 2 Voſſ. 1. 2. *Arbela traditur* Ald. Baſ. Col. Mer. Frob. *traditur Arbella* Bong. Pal. 1. D. *Arbella traditur* P. *Harbela* &c. ut ſupra. 3 MSS. B. *ſupellectile.* 4 Voſſ. 2. Baſ. Col. Frob. Mer. Ald. *Dariique* Lugd. Amſt. *diti.* 5 Voſſ. 1. 2. *IIII.* 6 B. 1. *fere* B. 2. *furen* Mer. *fuere praeterea.* 7 Baſ. omittit *in.* 8 Pal. 1. *totius.* 9 Voſſ. 2. *euntibus à leva* Lugd. Amſt. *euntib. aperit ſe laeva* vulgo *euntib. aperit ſe à laeva.*

materia qualibet facili tractatu; non lenta aut moroſa. Plinius Caecilius de cera

Ut laus eſt cerae, mollis faciliſque ſequatur,
Si doctos digitos, juſſaque fiat opus.

Lucanus lib. IX.

- - - - calido non ocius Auſtro
Nix reſoluta cadet, nec ſolem cera ſequetur.

BARTH. adverſ. l. LII. c. 16.

In principio rerum] Cyrum conditorem gentis ab Scythis cum exercitu deletum, ut ne nuntius quidem ſupereſſet: Cambyſen prope cum toto exercitu arenis obrutum: Darium Hyſtaſpis turpiter à Scythis fugatum: Xerxem è Graecia aegre fuga elapſum. Herodotus, Diodorus, Juſtinus legantur. RADERUS. Non bene, qui putat hic eſſe ſermonem de exitio Cyri. item de cladibus Cambyſis, Darii, Xerxis. hae enim nec in principio rei Perſicae acciderunt: illud quem tetigit, priſtinam fortunam haudquaquam reparavit. Plane adſpicit initia Perſarum, cum poſt victoriam de Medis, Harpagi tranſitione partam, ab Aſtyage fuſi, mulierum contumelia pudefacti, reſumpſere certamen. Vide Juſtin. 1, 6, 10. Sic & Romanos in omnibus magnis bellis victos viciſſe Livius alicubi adfirmat. Idem XXI, 1, 3. adferit ſecundo bello Punico Martem adeo ancipitem fuiſſe, *ut propius periculo fuerint, qui vicere.* Sed & primo bello Punico plus damni ſuſtinuiſſe Romanos probat Polybius l. 1. FREINSH. Vel quum ab Aſtyage victi matrum occurſu in proelium compulſi ſunt: Juſtin. l. 1. c. 6. vel cum poſt cladem à Tomyri acceptam res ſuas brevi reſtituerunt. CELLAR.

Reparaſſe fortunam] *Recuperaſſe* vulgò, quod ferri poterat, niſi illo modo ſcripſiſſe Curtium ex his Galteri verbis liqueret.

Novimus afflictos ſortis diſcrimine patres,
Indultis aliquot hoſtique ſibique diebus
Fortunam reparaſſe ſuam.

MODIUS

Imperium magis] Conſilium ſejungitur ab imperio. Livius 1, 29, 5. *Nec imperium illud meum, ſed conſilium & imperii ſimulatio fuit.* Et lib. VI. *Sed imperium quam conſilium ſegnius fuit.* & lib. XXII. *Non imperio modo, ſed conſilio etiam ac prope precibus agens.* Clapmar. Arcan. 1, 10. FREINSH.

Ditique gaza] Ita ſolus Sigebergenſis V. C. reliqui omnes, *Dariique gaza*, quod tamen minus placet. MODIUS.

Pretioſae veſtes] Vir Eruditus Adverſar. LII, 16. malebat *pretioſae vis veſtis.* Cui adſentior apud auctores ſaepius reperiri ſingulari numero *veſtem*, ſed ſi id ſequamur in Curtio, ſuffecerat legi *pretioſa veſtis.* ut apud Ciceron. Philipp. II, 27. *maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretioſa veſtis, multa & lauta ſupellex &c.* Item in Verrem 1, 10. *argenti, veſtiſque ſtragulae quod fuerit, curaſſe auferendum.* FREINSH. Minus generoſe dictum Barthio Adverſar. l. LII. c. 16. videtur. qui cum Grammaticis ſingulari numero mavult, *pretioſa veſtis.* Aut potius *pretioſa vis veſtis* infra l. V. c. 9, 2. *nos vere pretioſiſſimam veſtem induti.* Freinshemio non diſplicet ſingularis, ſed ſine vocis *vis* interpoſitione. CELLAR. Forte *vis veſtis.* ſic l. V. c. 6. *veſtis ingens modus.* HEINSIUS.

Supra] Niſi me memoria fallit, fefellit Curtium, ſi tamen ab ipſo haec parentheſis. Nihil enim tale ſupra, quod ſciam. Immo contra *majorem ſarcinarum commeatuumque partem* apud Arbela relictam ſupra IV, 9, 9. ſcripſit. Forte tamen capias de alio loco IV, 9, 2. ubi legis omnes Darii copias Babylonem fuiſſe contractas, ut ex ipſa re conjicias, quod expreſſe non eſt additum, ibi potiſſimum relicta fuiſſe impedimenta. FREINSH.

Euntibus aperit ſe laeva] Vitiorum antea plenior hic locus erat, quam magno vento plenum eſt undarum mare, nec temere tamen id à quovis adverti potuiſſet, niſi libri ſcripti ejus rei indicium feciſſent. nam impreſſi ſic habebant: *Euntibus à parte laeva Arabia, odorum fertilitate nobilis regio campeſtre iter eſt. Inter Tigrim & Euphratem jacentia tam uberi & pingui ſolo ſunt, ut à paſtu &c.* At vero membr. ſic. *Euntibus à parte laeva Arabia odorum fertilitate nobilis regio. Campeſtre iter eſt inter Tigrim & Euphratem jacens tam uberi & pinguis ſoli &c.* corrupte procul dubio, ſed unde non omnium difficillimum fuit locum conſtituere. Niſi forte quis

animali

campeſtre iter [1] eſt. Inter Tigrin & Euphraten [2] jacentia tam uberi & pin- 12
gui

VARIANTES LECTIONES.

1 P. omittit *eſt.* 2 Pal. 1. D. Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. Ald. Baſ. Frob. Col. *jacentia tam uberi & pingui* omiſſo *ſolo* F. & Mer. habent *jacens* Voſſ. 2. *Euphr. tam uberi & pingui ſunt* vulgo *tam uber & pinguis ſoli.*

aſinali verecundia ductus, exiſtimet valde me peccaſſe, qui ex *à parte*, *aperit ſe* facere ſuſtinuerim, & illo *jacens* hinc exterminato, quae ſequuntur ita emendare, ut veteres codices bene ſuadent, auſus fuerim, ſed hunc ego talem, ſi quis fuerit, ſi quis, ut profanum ab his ſacris arceo. MODIUS. Modius, quem ſine ambitioſis laudibus nomine ſemper appello, ſine honore merito numquam nominatum volo; Modius haec reſtituit in hunc modum: bene, ſi quid aliud. In vulgatis foedae maculae: quibus elotis, ſi cui tamen *uber iter* minus ridet, ei legere per nos liceat: *Campeſtre iter eſt inter Tigrim & Euphratem, & uber tam pinguis ſoli, ut à paſtu.* Traductio levis ſit, atque *uber ſoli*, quod poëta *Uber agri.* ACIDALIUS. Modius ita legendum & diſtinguendum putat. *C. i. inter T. e. Euph. tam uberis & pinguis ſoli*, ejectis voculis *jacentia ſunt*, & hanc lectionem probat Acidalius. ſed ego reſtituo Curtio *τὸ jacentia* audacter & ita lego: *C. i. inter T. & Euphratem. Jacentia tam u. & p. ſoli ſunt. jacentia καϑήμενα* ſunt paſcua ſive fundi. Servius ad illud Aen. I.

Deſpiciens mare velivolum campoſque jacentes.

Jacentes, inquit, *aut in longum expoſitas, aut proprium epitheton eſt terrarum, nam cum cetera elementa mobilia ſint, ſola terra ſtabilis eſt.* ſic Propert. l. IV. Eleg. 5. *Stantia currenti diluerentur aqua. Stantia*, id eſt campi qui non moventur. ejuſdem notionis eſt vox ſedere. Silius Ital. lib. VI.

Et ſedet ingentem paſcens Mevania taurum.

Ubi vide Cl. Heinſium. LOCCENIUS. Hujus loci primum germana lectio conſtituenda eſt, deinde res ipſa explananda. in utroque variant libri, & critici ſcriptores. Vetus editorum ſcriptura eſt: *Euntibus à parte laeva, Arabia odorum fertilitate nobilis regio, campeſtre iter eſt. inter Tigrim & Euphratem jacentia tam uberi & pingui ſolo ſunt, ut à paſtu &c.* ita impreſſi ante Modianam caſtigationem, omnes quos vidi. Membranae, quas Modius laudat, ita habent. *Euntibus à parte laeva Arabia odorum fertilitate nobilis regio. Campeſtre iter eſt inter Tigrim & Euphratem jacens, tam uberis & pinguis ſoli &c.* ſed quos ego vidi MSS. cum vulgatis antiquioribus conſentiunt. Modius ergo & vulgatos & manu exaratos hunc in modum emendat. *Euntibus aperit ſe laeva Arabia odorum fertilitate nobilis regio, campeſtre eſt iter inter Tigrim & Euphratem, tam uber & pinguis ſoli, ut à paſtu &c.* Arriſit haec Modii emendatio, nec male tamen illa traducit: *Campeſtre iter eſt inter Tigrim & Euphratem, & uber tam pinguis ſoli.* Glareanus vero omnia relinquit, ut in editis leguntur, niſi quod vox *Arabia* illum vehementer offendat. pro qua *Aturia* reſcribendum putat. *Mirabilis eſt*, inquit, *hujus profectionis deſcriptio. Ego quantum conjectura conſequi poſſum, Alexandri exercitum à Gaugamelis neutiquam motum credo, cum Alexander Arbela ad regis theſaurum piſcandum iſſet, quod ex cadaverum odore ſatis clare oſtenditur. Euntibus autem à Gaugamelis Babylonem, quomodo à laeva parte Arabia ſit (ut hic author ſcribit) vix credo à quoquam Geographiae perito intelligi: etiamſi non ſum neſcius Arabes, Syris, Chaldaeis ac Babyloniis permixtos dici ab auctoribus. In eo tamen tractu non temere Arabes reperias. Lector etiam atque etiam conſideret, num pro Arabia legendum Aturia, nomen celeberrimum apud Strabonem libro ſexto, initio.* Laudat pro ſua caſtigatione Henricus libri ſexti initium apud Strabonem, atqui Geographus libro ſexto toto de variis Italiae regionibus tractat, de Aturia nullam ſyllabam. repono in Glareano libr. XVI. ubi de Aturia Strabo. conjectura Glareani ſpeciem veritatis habet, aut certe probabilitatis. Nam in Aturiae campis proelium eſt commiſſum, Strabonem audi lib. XVI. initio, ita narrantem. *Aturia ſimilis eſt iis locis, quae circa Arbela ſunt, & Lycum flumen intermedium habet. Arbela enim ad Babyloniam pertinent, & juxta eam ſunt. Trans Lycum vero Aturiae campi nimium circumjacent, in Aturia quoque pagus eſt Gaugamela, apud quem Darius ſuperatus amiſit imperium, quare hic locus inſignis eſt.* Diſſimularunt hanc Glareani dubitationem, & emendationem Modius & Acidalius, & retinuerunt omnium codicum, editorum ineditorum, fidem & ſcripturam. & bona venia Glareani retineri poteſt. nam euntibus à Cilicia Babylonem per Meſopotamiam laeva ſeptentrionem & montes Armeniae ſpectat. Continet autem Meſopotamia Armenios, Syros, & Arabes, ut docet Strabo l. I. *nam Armeniorum, Syriorum, & Arabum multum cognationis prae ſe ferunt nationes, ſermone, vita, corporum forma, maxime ubi degunt in vicinia, idque oſtendit Meſopotamia, ex tribus his conflata populis: maxima enim in his ſimilitudo eſt illuſtris, quod ſi qua eſt varietas, pro eo atque aliae partes aliis magis ad ſeptentrionem aut meridiem vergunt, aut in medio ſunt ſitae. nihilominus tamen communis affectio obtinet.* Arabes ergo in Meſopotamia. Quod ſi Alexandrum à Gaugamelis & Arbelis Babylonem deducas, à laeva quoque Arabiam felicem habebit, ſed extra Meſopotamiam. Arabibus porro Alexander ſtatuerat bellum facere, quod nullos ad ſe legatos miſiſſent, uti Strabo eſt auctor, ſed Curtius de Arabiae parte, quae in Meſopotamia eſt, diſſeruit (non ſatis plane dirimens Arabiam odoriferam ab Arabia, quae eſt in Meſopotamia) Meſopotamiae fertilitatem & ſoli ubertatem deſcribit.

gui solo sunt, [1] ut à pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat. Caussa fertilitatis est humor, qui ex utroque amne manat, toto fere solo [2] propter venas aqua-

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. omittit *ut*. 2 Ald. Bas. Col. Mer. Frob. *per* B. 1. *propter praeter*.

bit, cujus caussam reddit, quod tellus illis duobus fluminibus Tigri & Euphrate inundetur. RADERUS. *Euntibus à parte laeva.* Sequuti sumus pristinam scripturam, qualis nimirum fuit, priusquam interpolaretur à Modio. Est enim locus hic à librariis & criticis varie agitatus. Horum primo Glareanum ablego, qui pro *Arabia*, substituerat *Aturiam.* Sed enim in ipsa Aturia proelium id commissum fuisse, ipse, quem Glareanus citat, Strabo à princ. lib. XVI. tradidit. Deinde apponit: certissima Arabiae nota, *odorum fertilitate nobilis regio.* Nec placet, quod alii sejungunt ab invicem hunc sensum, *Euntibus campestre iter est.* Item quod simpliciter dicto *Euntibus*, nec designato loco quo, vel qua eant, statui non possit quid laevum dextrumve sit. Taceo jam, quod de *itinere* novo dicatur *uber esse.* Quae ratio movit Barthium Adverf. XLII, 16. ut rescribendum crederet, *Eunt. à parte laeva Arabiam* (*odorum f. n. r.*) *campestre iter est. Inter*, &c. quam equidem lectionem (nisi mancus sit hic locus) proximam esse vero putem; unum obstat, quod repugnat locorum situs. In quo tamen quid prohibet errasse Curtium? nonne erravit & in aliis locorum descriptionibus? Et certe errori ansam praebere potuerit, quod auctores in ipsa Mesopotamia collocant Arabum gentem. Virum Doctum, qui sic faciebat, *Campestre iter est int. Tig. & Euphr. Jacentia tam uberis*, &c. ut *Jacentia* Curtio sint καθήμενα, pascua sive fundi: merito non admittit Sebisius. FREINSH. Aliter Modius, aliter Barthius, cujus emendationem proximam vero putat Freinshemius, nisi locus sit mancus. Sed nec mancus est, & Barthii lectio non ob aliud vero proxima, quam quod minus abit à vulgata, quae vera est. Obscuritatem parit ἀσύνδετον, & interjecta laus Arabiae: ceterum simplex sensus: *Euntibus*, qua nempe duxit Alexander, *à parte laeva*, *Arabia*, *& iter campestre est.* Verbum substantivum pro bis posito accipiendum. Distinctio forte nonnihil juvet: *Euntibus à parte laeva*, *Arabia*, *odorum fertilitate nobilis regio*; *iter campestre est.* GRON. l. II. Obs. c. 12. *Euntibus à parte laeva Arabia odorum fertilitate nobilis regio*, *campestre iter est.* Ita habent omnes veteres, non video, quid desiderari queat in hac lectione. Ordo: euntibus (ab Arabia, ubi castra habebat Alexander) Arabia est à parte laeva, & iter campestre, idem, ac habent iter, facere debent per meros campos. Porro qui sint illi campi declaratur in sequentibus, ejus nempe regionis, quae inter Tigrim & Euphratem est sita. Puto plana esse omnia. SCHEFFER. Vexatus locus, sunt qui *Aturia* ex Strab. l. XVI. pro Arabia malint. Barthius *Arabiam* facit, & quae de odorum fertilitate sequuntur, parenthesi includit. Gronovius *&* interponit, vel subaudit. sac vero scripturam sine naevo esse, non tamen sine errore est Curtius, qui Arabiam odoriferam viae Arbelis Babylonem ducenti tam propinquam constituit, à qua satis longo intervallo amota erat. CELLAR. Et jam tandem satis verborum est, ut nihil novi proinde dixerit Cl. Clericus Judicii c. 2. §. 11. quem si tanti est videre poterit lector, nobis indicasse locum satis est.

Jacentia] Sic plerique MSS. forte *jacentis agri.* HEINSIUS.

A pastu repelli] Pomponius Mela de Hybernia simile quiddam scripsit: *est adeo luxuriosa herbis non laetis modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant: & nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant.* GLAREAN. Adde Justin. XLIV, 4, 14. de parte, nescio qua, Hispaniae: *In hac tanta pabuli laetitia est, ut nisi abstinentia interpellata sagina fuerit, pecora rumpantur.* In nota ad eum Justini locum dicitur Curtius idem scripsisse de Arabia: nempe decepit Virum Optimum corruptum, seu mavis correctum à Modio exemplar. Nec enim dubium esse potest, quin id dixerit Curtius de terra interamna, fluminibus Tigri & Euphrate intercepta, quod Arabiae certe non congruit. FREINSH.

Propter venas] Alii *per venas*. MODIUS. *Propter venas.* Si haec communi significatu accipias, aptior certe est lectio Aldinorum & aliorum Vett. Codd. approbante etiam C. Barthio LII, 16. Adversar. *per venas.* Sed nempe aliud latet. *propter* hic significat idem quod juxta, sive prope. quomodo apud Tacitum in Indice plura loca notavimus. Sic igitur distinguendum, legendumque: *toto solo propter, venis aquarum resudante.* nam & postponi solere particulam istam, itidem ex uno itemque altero Taciti exemplo cognosces. Apulei. Metamorph. lib. X. *servuli cubiculum propter adstantes.* FREINSH. Putat Freinshemius scribendum: *toto fere solo propter*, *venis aquarum resudante.* verum haud persuadet. Nec enim illud tantum solum totum, quod est propter fluvios, id est in proximo, aut vicinia eorum situm, sed in universum omne, quantumcumque jacet inter ista duo flumina, humore abundat, quod ex eo constat, quoniam de eo omni dicitur, quod sit pingue. Ergo lectionem vulgatam retineo, cum in ea nulla sit difficultas. *Caussa fertilitatis est humor*, *qui manat ex utroque amne* inquit. sequitur quomodo possit manare, *toto solo resudante*, sc. humorem eum, idque propter venas, per quas manat sc. ex utroque amne. SCHEFFER.

aquarum reſudante. Ipſi amnes ex Armeniae montibus profluunt, [1] ac magno 13
deinde aquarum divortio iter, quod [2] cepere, percurrunt. duo [3] millia [4] & D ſtadia emenſi ſunt, qui ampliſſimum intervallum circa Armeniae montes notaverunt.
[5] Iidem quum Mediae & [6] Gordianorum [7] terras ſecare coeperunt, paullatim in 14
artius [8] coëunt, & quo longius manant, hoc anguſtius inter ſe [9] ſpatium terrae relin-

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. Pal. 1. D. *à magno* Ald. Frob. Baſ. Col. Mer. *& magno*. 2 Voſſ. 1. *ceperunt*. 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. omittunt *millia*. 4 Pal. 1. *ut & quinquaginta ſtadia meſſi ſint* Voſſ. 2. *& quinquaginta ſtadia menſi ſunt* Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. *emenſa ſunt* D. vero *emenſa ſunt* correctum in margine *emenſi* Amſt. Lugd. *menſi*. 5 Leid. Fl. Col. *idem* Voſſ. 2. Mer. *item*. 6 Sic Pal. 1. ſed D. *Gordiacorum* Fl. Leid. Bong. Voſſ. 1. *Gordiaeorum* Voſſ. 2. *Gordaniorum* Amſt. Lugd. *Cordiacorum*. 7 Fl. Leid. D. Bong. *terram*. 8 Leid. Voſſ. 1. *quo eunt* D. *quoeunti* ſed correctum *coëunt*. 9 Voſſ. 2. *terrae ſpatium* Col. omittit *ſpatium*.

FER. Aldini aliique veteres codices *per venas*. quod Barthius c. l. probat. Freinshemio *propter* idem eſt quod *prope, juxta*, idque abſolute poſitum ſine caſu cum hac diſtinctione *t. f. ſ. p. v. a. reſudante*. poteſt tum ſubaudiri, propter ſive juxta illos amnes. CELLAR. Bene cepit Freinshemius *τὸ propter*, ſed *venas* non eſt mutandum in *venis*. HEINSIUS.

Divortio] Eodem enim fonte ſcaturientes poſtea divortium faciunt, quod nemo poteſt, niſi qui antea una fuerunt. Divortium eſt intervallum amnium profluentium. *Salluſtius*, inquit Servius ad Aen. III. *certiſſimus auctor aſſerit Tigrim & Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diverſa euntes longius dividantur. ſpatio medio relicto multorum millium, quae tamen terra, quae ab ipſis alluitur, Meſopotamia dicitur*. RADERUS. Hoc non exſtat in Servio, ſed Sen. Nat. Quaeſt. VII, 8. Fefellit Raderum, quod in editione Salluſtiana Gruteri huic fragmento ſtatim ſubjicitur nomen Servii ad Aen. III. Sed nimirum illud lemma ad ſequens fragmentum, quod ibi ex Servio recitatur, pertinet. Diverſis tamen fontibus naſci plerique alii tradidere. Solinus cap. 40. Euſtath. ad Dionyſ. verſ. 985. *Fontes autem horum duorum fluminum ajunt inter ſe diſtare* 1500 *ſtadiis*. FREINSH.

Duo M. & D. ſtadia menſi ſunt] Sic reſtitui, cum vulgo *emenſi ſunt* legeretur. MODIUS. Efficiunt noſtratia milliaria octo & ſeptuaginta cum beſſe. magnopere vereor, ne hic quoque labes ſit, & numerus per notarios & operas altero milleſimo creverit, Diodor. enim MD ſtadiis ab ſe divertere dicit, hoc eſt, miliaribus Germanicis XLVII. minus beſſe. Plura Strabo l. II. Diverſis tamen fontibus naſci plerique alii tradidere. Solinus c. 40. de Euphrate. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. *fontes autem duorum horum fluminum ajunt inter ſe diſtare MD ſtadiis*. En & Euſtathius MD ſtadiorum intervallum ponit, ut haud dubie apud noſtrum Curtium pro *duo millia*, *mille* ſit legendum. RADERUS. *Duo millia*. Ex modo relato Euſtathii loco, emendari Curtianum hunc volebat Raderus, ut pro 2500. ſtadiis 1500. reſcriberentur. Sed videntur conciliari poſſe ſcriptores hi: cum Euſtathius loquatur de diſtantia fontium, Curtius de divortio ipſorum fluminum, qua longiſſime invicem diſcedunt. FREINSH. Forte *emenſi*, omiſſo *ſunt*. HEINSIUS.

Mediae] Tigris & Euphrates Mediam nuſquam attingunt, tantum abeſt ut ſecent. Ergo pro *Mediae* legam *Armeniae*, & pro *Gordianorum*, *Gordiaeorum*. Neque id temere, ſiquidem praecipuos in Geographicis viros audire voluerimus. In hoc ſane auctore multa temere corrupta videntur, maxime vero in Geographicis. Sero nimis, docti ei adhibuere manus. GLAREANUS. Sic equidem credebam animo, recte ſentire Glareanum, & ipſe jam vocem *Mediae* mutaram in *medias terras*, nempe Gordyaeorum. ſed cum locum diligentius inſpicerem, & revolverem auctores, diſpiceremque, falli Glareanum deprehendi, qui nuſquam ab Euphrate & Tigri Mediam attingi putat. Diodorum audiat ſcriptorem antiquiſſimum & doctiſſimum, qui II, II. ita tradit: *Poſt Nilum & Gangem, totius prope Aſiae nobiliſſimi amnes ſunt Euphrates & Tigris, ac fontes ſuos habent ex Armeniae montibus: diſtantque à ſe invicem ſtadia* 1500. *Ac per Mediam Paratacenamque delati, Meſopotamiam ingrediuntur*. RADERUS.

Cordiacorum] Ita membranae. impreſſi *Gordianorum*, Glareanus legit *Gordiaeorum*, ex quibus omnibus, quid verius ſit, libenter ignorare me fateor. ſed nec ſcire laboro, praeſertim cum ipſum Strabonem & Plinium videam, de his & ſimilibus anxie anquirere, hominis ſi non ſtulti, certe valde otioſi eſſe, judicare. MODIUS. Falſum. neque enim Tigris, neque Euphrates Mediam aut Gordienem, ſive Corduenam, quae ultima Armeniae ad Media regio eſt, contingunt. Deceptus autem noſter à Diodoro fuit, qui lib. II. c. II. ex Armeniae quidem montibus hos amnes, ſed per Paraetacenam mediam deducit. CELLAR. Haec ſi paullo amplificata videre quis deſiderat, adjungat §. 12. c. 2. Judicii de Curtio Cl. Clerici.

15 linquunt. [1] Vicini [2] maxime sunt [3] his campis, quos incolae *Mesopotamiam* [4] appellant; [5] mediam namque ab utroque latere [6] concludunt. [7] Iidem per Babylo-
16 niorum fines in Rubrum mare [8] prorumpunt. Alexander quartis castris ad [9] Mennin urbem pervenit. Caverna ibi est, ex qua fons ingentem [10] vim bitumi-
nis

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *vicina* & sic P. F. Mer. sed superscripto *i.* 2 Fl. *maximae.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. Mer. *in campis* Pal. 1. omittit *his* Ald. Frob. Col. *campis.* 4 Ald. Bas. Frob. Mer. Col. *vocant.* 5 Sic Pal. 1. Ald. D. *mediamnamque* & additum margini *medi amna.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. *cludunt* Voss. 2. *concludit* Amst. *claudunt.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & aliae editt. *eadem.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. *inrumpunt* Bong. *irrumpunt* Pal. 1 *perrumpunt.* 9 Sic MSS. & Bong. sed Voss. 2. F. *Mennum* Ald. Bas. Col. Frob. Mer. *Memnium* Pal. 1. *Memum* P. *medium.* 10 Pal. 1. *fundit urmenem* Leid. Voss. 1. *bit. vim.*

Vicina maxime] *Vicini* impressi. sed ego membranas sequor, in quibus illud erat. cum interpretatione ad marginem *s. loca.* habebant etiam iidem impressi, *vocant*, pro *appellant*, & *concludunt*, pro *cludunt.* MODIUS. Quod in vulgatis est, hîc verum est, *vicini:* cui à Modio illud immerito praelatum, etsi in membranis, & cum appicta quantivis pretii glossa. *Loca* scilicet intelligenda: pulcre. quis intelligi debere non videt *amnes?* Etiam paullo post scribendum: *Iidem per Babyloniorum fines in rubrum mare irrumpunt:* non *eadem.* nam hic quis glossae locus? loca videlicet irrumpent in mare. Quin & supra sic: *Iidem cum Mediae & Codiacorum terras secare coeperunt, paullatim in artius coëunt.* Pendent omnia ab istis: *Ipsi amnes ex Armeniae montibus profluunt.* Eodem igitur genere oratio continuanda. ACIDALIUS. *Vicini.* Ita lege, scribe, doce, non ut Modius, *vicina*, nam de amnibus agitur, & perpetuatur oratio, ut vere notavit Acidalius. RADERUS. Sed & quod sequitur *campis* perperam mutarunt quidam in *campi.* sensus est, amnes hos, postquam diu in diversum ierint, sensim deinceps jungi, sed in Mesopotamiae campis (sextus enim casus est) maxime sibi vicinos esse: *Tandem* (sic putem mox legendum, non *Iidem*, ut putabant Acidal. & Rad. minus etiamnum *Eadem*, ut ceteri) *per Babyl. fines in rubrum mare prorumpere.* FREINSH.

Quos incolae Mesopotamiam] Falsum est incolas eam regionem *Mesopotamiam* Graeca voce appellare, qui barbari sint, semperque adeo fuerint. Arabes videlicet & Armenii. Philostr. l. 1. de vita Apollon. c. 14. *Hanc vero regionem, quae propterea Mesopotamia dicitur, quod media inter duo flumina posita est: Tigris atque Euphrates ex Armenia & Tauri radicibus defluentes cingunt. Sunt autem in ea regione civitates aliquot, maxima autem ex parte pagis ac vicis incolitur, populi vero partim Armenii, partim Arabes nuncupantur, quorum magna pars sedibus incertis vagatur, tamquam in insula sese clausos arbitrantes.* Vides & Graecorum nomen, & barbaras gentes. Quare non satis considerate Curtius; in quo mendum esse arbitrarer, nisi pariter apud Arrian. legerem l. VII. τῶν γὰρ δὴ ποταμῶν τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγρητος, οἳ τὴν μέσην σφῶν Ἀσσυρίαν ἀπείργουσιν (ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα Μεσοποταμία πρὸς τῶν ἐπιχωρίων κλῄζεται) ὁ μὲν Τίγρης πολὺ ταπεινότερος. Uterque tamen ita defendi poterit, quod nominis barbari vim Graeco usitatiore nomine exprimere voluerit, potius quam ignotum lectori vocabulum ponere. BARTHIUS. adversf. l. III. c. 16. *Incolae Mesopotamiam vocant.* At barbari incolae, Syri, Arabes: nomen pure Graecum, quod ante Macedonum tempora vix his locis auditum fuit. Idem erravit Arrian. l. VII. p. 453. nomen hoc pariter πρὸς τῶν ἐπιχωρίων tamquam ab *incolis* impositum interpretans. CELLAR.

Mediam] *Mediam* hic adjectivum est, non substantivum: ut intelligatur, terra hisce inclusa fluminibus. GLAREANUS. Porro eamdem nominis hujus rationem tradiderunt Strabo lib. XVI. Diodor. II, II. & XVIII, 6. Philostr. de vita Apollon. I, 14. Dio lib. XXXV. Arrian. VII, 2, 2. Tacit. VI, 37, 5. Est autem *Mesopotamia* Graecum nomen, quo illi appellarunt istam regionem, sive ab ipsis incolis vocabulo idem significante vocatam; sive alio quocumque. Alexander Imp. latina voce reddidit, apud Lamprid. cap. 56. *Terras Interamnas.* Fuit & Interamna civitas Italiae, simili de caussa sic nominata. FREINSH.

In Rubrum mare] In sinum Persicum, qui ex Erythraeo potius quam rubro mari (quale nullum est) effunditur. Vide infra l. VII. c. 9, 14. CELLAR.

Mennin] Alii *Memnium*, Modii editio *Memnin* leg. *Memnonis urbem*, vel *Memniam* [forte *Memnoniam*] *urbem.* ut Strabo lib. XVII. LOCCENIUS. Alii hic legunt, *Memnium*, alii *Memnonium*, MSS. *Mennin.* Assyriae civitas est, ubi sunt fontes bituminis. RADERUS. Strabo tamen non in hac orbis parte collocat, ubi tum Alexander egit. Quae caussa est cur nec Ortelio adsentiar legenti, *Memnonium.* Putes autem *cavernam*, quam urbi illi tribuit Curtius, adscribere Plutarchum cap. 64. *Ecbatanis.* Nisi forte ibi legendum *Batanis.* hoc enim nomine locum juxta Euphratem agnoscit Stephanus. quamquam & duplicia *Ecbatana* prodat, altera Syriae, altera Mediae, quorum haec quidem huc non pertinere constat. de illis etiam merito non creditur, cum in Syria collocet. Vide ipsum in

nis effundit, adeo ut ſatis [1] conſtet, Babylonios muros ingentis operis hujus fon-
tis bitumine [2] interlitos [3] eſſe. Ceterum, [4] Babylonem procedenti Alexandro 17
Mazaeus, qui ex [5] acie in urbem eam confugerat, cum adultis liberis ſupplex oc-
currit, urbem ſeque dedens. Gratus adventus ejus [6] fuit regi. quippe magni ope-
ris [7] futura erat obſidio tam munitae urbis. [8] Ad hoc vir illuſtris, & manu 18
[9] promptus, famaque etiam proximo proelio celebris, & ceteros ad deditio-
nem ſui incitaturus exemplo videbatur. Igitur hunc quidem benigne [10] cum 19
liberis [11] excepit: ceterum *quadrato* [12] *agmine*, quod ipſe ducebat, *velut* [13] *in a-
ciem irent*, *ingredi* ſuos jubet. Magna pars Babyloniorum conſtiterat in muris,
[14] avida cognoſcendi [15] novum regem: plures obviam egreſſi ſunt. Inter quos 20
[1] Ba-

VARIANTES LECTIONES.

1 Ald. Col. Mer. *conſtat.* 2 P. *interlidos.* 3 Alii *fuiſſe.* 4 Voſſ. 2. Ald. Baſ. Col. Mer. Frob. *Babyloniam* Voſſ. 1. ut ſemper *Babyllonam* Fl. Leid. Bong. *Babylonam.* 5 Voſſ. 1. *atciae* Voſſ. 2. *qui in eam ex acie urbem* Leid. Bong. *eam urbem.* 6 Voſſ. 1. Bong. Lugd. *regi fuit* Voſſ. 2. *fuit adventus ejus regi.* 7 Fl. Voſſ. 1. Bong. *obſidio futura* omiſſo *erat.* 8 Ald. Baſ. Col. Mer. Frob. *ad haec.* 9 Voſſ. 2. *propretus.* 10 Ald. Baſ. Col. Frob. Mer. Amſt. *cum ejus lib.* 11 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 1. D. *excipit.* 12 P. F. *quod ipſ. duc. agm.* 13 Fl. Leid. B. 1. *acie migrent* Voſſ. 1. B. 2. *atiae migrans* Voſſ. 2. *aciem migrarent* Ald. Baſ. Col Mer. Frob. *acie irent.* 14 Voſſ. 1. *avido.* 15 P. *ſuum.*

in Ἀγβάζανα. Interim ſciendum eſt, non de eadem utrumque caverna loqui. Plutarchus enim de caverna narrat, ubi *naphtha* naſcatur: Curtius; ubi *bitumen.* non idem autem utrumque, praeterquam quod expreſſe tradit Plutarch. *naphtham ſimilem eſſe bitumini*, ex eo poteſt intelligi, quod bitumen id adhibitum fuerit ſolidandis Babyloniorum moenibus; ad quod naphtha, cujus natura eſt, ut facillime flammam rapiat, ineptiſſima fuiſſet. Bitumen autem illud non uno certo loco, ſed *illis locis paſſim exaeſtuare* Juſtin. I, 2, 7. tradit. FREINSHEM. Ignota urbs Geographis. Ortelius vult *Memnonium:* ſed haec in Perſide, Acropolis Suſorum, Strabo l. xv. non Babylonia fuit. CELLAR.

Urbem] Deditam Alexandro fuiſſe Babylonem conſentiunt conſciſcuntque Plutarch. Alex. cap. 64. Arrian. III, 3, 16. & Diodor. XVII, 64. Contra quorum concentum parum mihi fidus eſt Frontinus III, 7, 4. quem, ut opinor, fugit memoria, cum ſcriberet averſo flumine, Alexandrum per exſiccatum alveum introiviſſe. Vitio, inquam, memoriae tribuit Alexandro, quod de Cyro legerat apud Herod. I, 191. & Xenoph. lib. VII. Παιδ. ubi notabis obiter, quod apud Euſeb. Beroſus lib. III. ſcribit, Nabuchodonoſorum proſpicientem id accidere poſſe, magnis operibus praecavere voluiſſe. Sed & Patricius de Repub. VIII, 4. ſollemne peccat arbitratus quod Ariſtot. Polit. III, 3. ſcripſit: capta Babylone, nonnullos cives id poſt tertium demum diem reſciviſſe, ad Alexandri tempora pertinere. cum id jam olim ſub Cyro evenerit, ut ex Herod. I, 191. colligo. FREINSHEM.

Exemplo] Livius XXII, 22, 21. *Abelox vir prudens haud fruſtra videbatur ſocios mutaſſe. itaque ingenti conſenſu ad defectionem omnes ſpectare &c.* Simillima ſunt, quae de Q. Metello Sullae partes optante ſcripſit Dio in Excerpt. Valeſ. FREINSH.

Cum liberis] Vetuſtiores; *cum liberis ejus.* id *ejus*, nuper ejecerunt. quod nollet factum ſcriptor Adverſar. III, 16. qui corruptam eam vocem autumat potius, quam ſpuriam. Sicque tentat, *cum lib. geminis.* ſed pace Viri doctiſſimi, nimis abit haec lectio à veſtigiis ſcripturae, ſed & ipſa phraſis eſt horridula. Ego potius nihil mutem, aut leviter: *cum liberis ſuis.* IDEM.

Quadrato agmine] Sic fieri ſolet ubi metus periculi. Curtius &c. Verum de hoc quadrato agmine nos plura exempla ad Livium, ad Tacitum. Sic contra apud Caeſarem de bel. Gal. V, 31. *Prima luce ſic ex caſtris proficiſcuntur, ut quibus eſſet perſuaſum, non ab hoſte, ſed ab homine amiciſſimo Ambiorige conſilium datum, longiſſimo agmine, maximiſque impedimentis &c.* Gruterus ad iſta Ammiani XXIV, 1. *metuens ne per locorum inſolentiam, inſidiis caperetur occultis, agminibus incedere quadratis exorſus eſt.* Marii quoque circumſpectam diligentiam in itinere faciendo commendat Salluſt. Jugurth. cap. 45. & Marcelli Livius XXIV, 35, 7. *agmine ad omnes caſus compoſito ibat.* Idem XXI, 34, 4. de Hannibale: *obſidibus quos dabant acceptis, & commeatu, quem in viam ipſi detulerant, uſus: nequaquam, ut inter pacatos incompoſito agmine duces eorum ſequitur.* Ammian. XXXI, 47. de Gothis: *formas quadratorum agminum inſidiarum metu ſervantes, ire ocyus feſtinabant.* FREINSH.

Velut in aciem irent] Quid hoc eſt? an ire in proelium? At *aciem* pro *proelio & pugna* neſcio an temere occurrat. num eſt, *ire in acie?* cur ergo addit *velut? quadratum* certe illud *agmen* non erat, velut *acies*, ſed revera re ipſa. Libri MSS. habent *acie migrent*, *atiae migrans*, puto igitur fuiſſe, *Ceterum quadrato agmine, quod ipſe ducebat, velut in acie migrans, ingredi ſuos jubet.* Senſus: jubet ſuos

 in-

[1] Bagophanes arcis & regiae pecuniae custos, [2] ne studio à Mazaeo vinceretur, totum [3] iter floribus coronisque constraverat; argenteis altaribus [4] utroque latere

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 2. *Bagofanes* Frob. *Bagistanes.* 2 Col. *studio ne.* 3 Voss. 1. *inter.* 4 Ald. Bas. Col. Mer. Frob. *ab utroque.*

ingredi agmine quadrato. Id porro quadratum agmen ducebat ipse, illo plane modo pergens iterque faciens, sicut solebat in acie. SCHEFFER.

In muris] Qui totam etiam civitatem capiebant, tam lati erant, ut infra mox demonstrabimus. RADERUS. Ejusmodi spectandi studium exprimitur in illis Martialis x, 6.

Quando erit illa dies, quo campus, & arbor, & omnis
Lucebit Latia culta fenestra nuru.

FREINSH.

Pecuniae custos] Vide Brissonium l. 1. de regno Pers. p. 120. Cui adde Strab. l. xv. FREINSH.

Ne studio à Mazaeo vinceretur] Tacitus Hist. III. *Devicti in novo obsequio ad cuncta munia acres.* ut animos fidemque probent victori, aut probare videantur; & mite imperium experiantur. Sallust. bell. Jug. *commeatus spe amplior: quia Numidae, sicut plerique in nova deditione officia intenderant.* LOCCENIUS.

Totum iter floribus coronisque constraverat] Persis mos erat vias, quibus rex incedebat, floribus, & odoribus sternere, Herodot. de ponte, quo Xerxes Hellespontum continenti junxit, l. VII. θυμιήματά τε παντοῖα, ait, ἐπὶ τῶν γεφυρέων καταγίζοντες, καὶ μυρσίνῃσι στορνῦντες τὴν ὁδόν. i. e. *omnifarios odores in pontibus congerentes, ac myrto iter consternentes.* Itaque Bagophanes arcis Babyloniae custos obviam Alexandro egressus totum iter floribus & coronis constraverat, argenteis altaribus ab utroque latere dispositis, quae non thure modo, sed omnibus odoribus cumulaverat. & l. x. Curtius tradit, vicos, per quos iter erat, floribus & coronis sterni jussisse Alexandrum. Ob laetitiam quoque publicam coronis & floribus vias stratas fuisse Herod. l. VIII. refert. nam cum Susis nuntius allatus esset, Xerxem Athenas in suam potestatem redegisse, tanto inde gaudio Persas exiliisse, ut vias omnes myrto sternerent, odoresque vicatim incenderent. POPMA ex Brisson. lib. II. pag. 271. Eumdem morem aliis quoque gentibus fuisse apparet ex citatis Casaubono in Sueton. Calig. 13; 2. Cic. in Verrem IV, 35. & Ammian. XXI, 17. quibus Bulenger. de Imperat. Rom. III, 8. adjicit Tacit. H. II, 70, 3. Sueton. Neron. 25, 3. Joseph. VIII, 11. Xiphilin. in Severo. Athenaeum ex Herodoto, Dionem in Nerone triumphante, & Tiridati diadema imponente, Gregor. Nazianzen. Steliteut. 2. contra Julian. Eumen. in Paneg, Constantin. pro Flaviensib. cap. 8. Nicetam lib. III. de Manuele Antiochiam ingresso. Raderus hinc quoque deducit morem, quo in festo, quod corporis Christi vocant, viae omnes, qua pompa incedit, flore virentique herba consperguntur. Idem observavit locum Ovidii Trist. IV, 2, 49.

Quaque ibis manibus circum plaudere tuorum,
Undique jactato flore tegente vias.

& de Ponto I, 2.

Quaque ierit felix adjectum plausibus omen,
Saxaque jactatis erubuisse rosis.

Quamquam haec potius ad jactos flores, quibus adspergebantur bene meriti, aut quibus is honos habebatur, pertinere videantur. Quo de more multa reperies apud Casaub. & Bulenger. locis citatis, sed & ad Florum II, 7, 17. olim exempla nonnulla collegimus. quibus addi potest Arrianus VI, 2, 28. & apud eumdem Indic. VI, 15, & VII, 12. legitur *Nearchus, sertis ac floribus ab omni exercitu petitus.* Sed hic scilicet honor, licet ingens, minor tamen erat eo, quo publico jussu viae, qua honorandus venturus esset, consternebantur: nam hic singulorum magis affectus spectabatur. Porro apud Bulengerum reperies etiam viam nonnumquam *croco*; ut in fragm. Sallustii II, 2, 2. alias *aurosa arena*, quin & ab Heliogabalo *scrobe auri atque argenti* fuisse stratam. FREINSH. Ritus à Diis ad homines translatus adulationis caussa. Sacrum exemplum habes apud Ciceron. Verr. IV. c. 35. De Diana Siculorum; hominibus idem honos habitus, & quidem Metello ab Hispanis Val. M. l. IX. c. 1, 5. Caligulae à Campanis Suet. c. 13. Vitellio à Cremonensibus Tacit. Hist. l. II. c. 70. Caracallae ab Alexandrinis Herodian. l. IV. c. 8. adde notata Lipsio in Tacitum c. l. & Casaubono in Suetonium. CELLAR.

Altaribus] Foedae sed veteris adulationis morem primus, quod sciam Lipsius adnotavit ad Tacit. H. II, 70, 3. ex Justino XXIV, 3, 4. Valer. Max. IX, 1, 5. Caesare de bel. Gal. VIII, 51. Sueton. Calig. 13, 2. & Galb. 18, 2. Plinio panegyr. c. 23. Item alio paneg. ad Maximianum cap. 6. Quibus addit Casaubonus ad Sueton. locum in Calig. & in Athenaeum VI, 15. Ciceron. in Verrem IV, 35. ex quo probe colligit, honorem eum diis suis primitus habuisse homines, cum imagines eorum transferrentur: postea translatum ad principes ostendit ex Plutarcho in Dion. c. 37. Itemque Suetonio Aug. 98, 2. Appian. de bel. Civ. lib. V. Philostrat. V, 9. Iterum superioribus adjicit Bulengerus Herodian. IV, 15. & Sueton. Neron. 25, 3. Adde Sallust. fragm. II, 2, 2. Iisdem in auctoribus reperies & quod de *odoribus* subjungit Curtius. Animadverti etiam hic & superiore libro altaria ea fuisse.

tere dispositis, quae non ture modo, sed omnibus odoribus cumulaverat. [1] Eum 21
dona sequebantur, greges [2] pecorum [3] equorumque, [4] leones quoque & pardales
[5] caveis [6] praeferebantur. Magi deinde suo more [7] patrium carmen canentes. 22
Post hos [8] Chaldaei, Babyloniorumque non vates modo, sed etiam artifices cum
[9] fidibus sui generis ibant. Laudes [10] ii regum canere soliti: Chaldaei siderum
motus & [11] statas [12] temporum vices ostendere. Equites deinde Babylonii, [13] suo 23
at-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 1. Bong. *dona eum* Voss. 2. *dona tum.* 2 Voss. 1. omittit *pecorum.* 3 Voss. 2. *equorum.* 4 Pal. 1. *leonesque.* 5 Voss. 1. *caveae his.* 6 P. *praeferebant.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. Lugd. omittunt *patrium.* 8 Leid. *Caldei* Pal. 1. omittit. 9 Voss. 1. *fidelibus.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *hi* Ald. Mer. *II.* Bas. *duo* Col. 2. 11 Fl. Leid. *statutas* in margine *statas* Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. *statutas.* 12 Leid. Voss. 1. 2. Bong. *vic. temp.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & alii *suo equorumque.*

fuisse *argentea:* quod non puto temere factum, nam si pretium metalli spectarent, ex auro facerent. forte igitur color hic placuit: ut in equis sacris, atque vestibus. FREINSH.

Ture] Ture enim Persas diis suis sacrificasse ex Sidonii Carm. 2, 88.

Fudit turicremis carchesia cernuus aris.

& hoc Curtii loco clarum est, quod tamen Brisson. se legisse non meminit l. 11. de reg. Persarum. Savaro in recitatum Sidonii versum. IDEM.

Dona] Vide Brissonium l. 1. de regno Pers. p. 26. eodem spectat Marcellin. l. XVII, 12. FREINSHEM.

Leones] Inter regia munera haec quoque censa. Adnotavit Marcellin. Chron. in anno Chr. 496. *India Anastasio Principi Elephantem, quem Plautus poëta noster Lucam bovem nomine dicit, duosque Camelopardalos pro munere misit.* Feras enim & olim & hodie nimis adamarunt magnates. Philostrat. in Apollon. 1, 23. narrat, Regem Babylonium in hortis aluisse leones, ursos, pantherasque ad venationem. idque moris etiam veteribus Medis fuisse discimus ex Xenophonte Παιδ. lib. 1. Addit Philostratus, Babylonios Reges possedisse duos Syriae vicos, quos majoribus eorum dederint Antiochus Seleucusque, *pro educandis feris, quae à Babyloniis captae per Euphratem ad eos perveniant.* FREINSHEM.

Caveis praeferebantur] Si praeferebantur, ergo non sequebantur eum, tamen supra dixerat. Mallem itaque *proferebantur.* SCHEFFER.

Carmen canentes] Editiones, *suo more patrium carmen canentes.* verum τὸ *patrium* abesse mavelim. MODIUS. *Canentes.* Ut supra III, 3, 9. Unde colligas sollemne hoc ipsis fuisse in omni insigniore pompa. Carmen autem eorum ad deorum laudes pertinuisse arbitror, & quia inter eos jam haberi volebat Alexander, per metum & adulationem ad ipsum quoque transtulerunt. FREINSH. Non temere damnem *patrium carmen*, si in scriptis inveniatur. HEINSIUS.

Chaldaei] Strabo lib. XVI. notat, duplicem intellectum esse hujus nominis, nam & Populum esse Babyloniae, sic appellatum; & Sectam. Quod certum est evenisse ex eo, quod cum essent illi populi deditissimi Astrologiae, in eorum quasi nomen adoptarentur, qui eadem studia tractarent. Idem accidit in aliis, ut *Judaei*, *Hellenes*, sive *Graeci*, *Nazoraei*, *Samaritani*, *Turcae*, *Picardi*, *Wallenses*, *&c.* vocentur, qui institutum cujusque eorum approbant. *Magi*, qui Magorum disciplinam exercent. *Mauri*, qui fusco colore sunt. *Aegyptii*, qui variis praestigiis victum expedientes passim circulantur. iidem à Gallis etiam *Bohemi*, *Scythae*. & *Peusinii* apud Athen. pro lictoribus, ut notat Salmasius in Solin. cap. 40. pag. 827. ut apud Roman. *Bruttii*; *Helotae*, pro servis, apud Lacedaem. apud Latin. *Syri*, *Getae*, *Sardi*. *Samnites*, gladiatorum genus: *Tarentini* & *Scythae*, equitum: *Atellani*, comoedorum. Sic est & in animalibus, arborumque foetibus, atque mercimoniis, ut appellentur ab ea regione, unde prima cujusque origo in alias transiit. *Indos* pro rectoribus elephantorum accipi, fortassis haud cuivis notum est. At facient fidem optima Vegetii exemplaria, in quibus teste Stewechio l. III, 24. legitur; *Indos, per quos regebantur elephanti*, non, ut editur. *Illos.* Quam lectionem firmat inprimis Diod. l. XVIII, 34. τὸν δ' ἐπικαθήμενον Ἰνδὸν τραυματίαν ἐποίησε. *Indum* elephanto *insidentem vulneravit.* Vide Indicem *India.* Sic igitur in Curtio Chaldaeorum nomine non venit peculiaris aliqua natio, sed sectae cujusdam consortium, de qua amplius dicendi campus erit ad Tacitum. FREINSH.

Laudes ii Regum canere] In Aldino codice vocula *II.* duabus grandibus literis velut numeralibus edita est. Ut hic quoque aliquid latere suspicari possis, siquidem constat, ex pluribus calamo scriptis libris eam editionem esse compositam. Et fortasse de Nino marito Semiramidis mentio hic facta est, rege longe clarissimo & fortunatissimo. Galterus videtur de mimis aliquid hic legisse, cum ait,

Occurrunt Lyricis modulantes cantibus odas
Cum Cytharis mimi.

BARTHIUS, advers. l. LII, 16.

Sta-

atque equorum cultu ad luxuriam magis, quam ad magnificentiam exacto, ultimi ibant. Rex, armatis [1] stipatus, *oppidanorum turbam post ultimos pedites ire* jussit: Ipse cum curru urbem, ac deinde regiam intravit. Postero die supellecti-
24 lem Darii, & omnem pecuniam recognovit. Ceterum, ipsius urbis pulchritudo ac [2] vetustas, non regis modo, sed etiam omnium oculos in semet haud immerito convertit. [3] Semiramis eam condiderat; [4] vel, ut plerique credidere, Belus, cujus

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *stipatis.* 2 Fl. Voss. 2. & alii *venustas.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. B. 2. Schrag. non adnotato libro *Sameramis.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. D. Pal. 2. 3. Mer. *non ut* Voss. 2. Pal. 1. B. *verum ut.*

Statas temporum vices] Tempora, quae mutuo & per vices sibi succedunt, Pacatus Theodosio c. 9. *amoena litora & dispositi ad temporum vices secessus.* Eumenius Constantio c. 4. *elementa quatuor, & totidem anni vices.* Arnobius l. II. post princ. *vices temporarias* vocat. CELLAR.

Cum curru] *More Triumphantis* supra IV, I, I. & videtur sane hoc saepius factitasse in ingressu celebrium urbium. Nam & in introitu Hierosolymorum *curru descendentem* facit Eusebius. Et hinc est forte, quod Philostratus fine lib. II. narrat, si verum est, loco, quo Porum vicerit Alexander, ipsius effigiem *conspici quadrijugo currui superstantem.* nam sic pugnasse, non persuadeor. FREINSH. *Cum curru.* Praepositionis insolentior usus videtur pompae, & apparatus comitatum significare. CELLAR.

Postero die] Justinus II, 14, 8. *XXXIV. continuis diebus praedam recognoscit.* totidem Oros. III, 17. ponit; alii *XL.* Curtius mox V, I, 39. *XXXIV. dies* in urbe moratum scribit. FREINSH.

Ipsius urbis] Scriptorum, qui Babylonem calamo suo elegantius depinxere, primus omnium & antiquissimus est Moses Gen. 10. & 11. Secutus Mosen post multa saeculorum intervalla Herodotus I, 178. Herodotum Ctesias, Ctesiam Berosus [apud Joseph. X, 13. & Eusebium] verus ille, non qui hodie spurius extat Annii Viterbiensis, Diodorus Siculus II, 7. Strabo lib. XVI. Dionysius Periegetes versu 1005. cum suo interprete Eustathio diu post nato, Josephus lib. I. cont. Apion. Plinius VI, 26. Philostratus Apollon. I, 18. Justinus I, 2, 7. Orosius II, 6. Tzetzes Chiliad. IX, 275. & ante haud multos annos noster Pererius ad II. Gen. copiosissime. Praetereo alios: ad Curtii descriptionem venio. *Pulchritudinem urbis* cum Curtio ex scriptoribus antiquis laudat D. Hieronymus ad Isa. cap. 14. describit ibi templa marmorea, aureas statuas, plateas lapidibus auroque refulgentes, & multa alia, quae paene incredibilia videntur. Sed longe planius Philostratus Apollon. I, 18. *Regiae etiam aere adopertae fulgent; thalami vero & conclavia virorum, porticus atque atria cum argenteis, tum etiam aureis texturis, atque ipso auro tamquam picturis nitent &c.* Herodotus I, 178. tribus verbis: ἐκόσμητο δ' ὡς οὐδὲν ἄλλο πόλισμα τῶν ἡμεῖς ἴδμεν; *ornata est, ut nulla alia urbs, quam nos noverimus.* Sed de his infra mox plura. RADERUS.

Semiramis] Tres Babylonis conditores nominant tam sacrae, quam profanae literae. De Nimrodo testatur Moses Gen. 10, 10. quod initium regni ejus fuerit Babylon, quam idem à confusione linguarum denominat cap. 11. Semiramidem conditricem Babylonis jactitant Herod. I, 184. Diod. II, 7. Strab. lib. XVI. Mela I, II. Justin. I, 2, 7. Hieron. in cap. 2. Oseae. [Plut. de fort. Alex. 2, 8. Solin. cap. 56. L. Ampelius] Daniel vero, cap. 4. introducit Nabuchodonosorem gloriantem: *Nonne haec est Babylon magna, quam aedificavi.* Ceterum Berosus Annianus Semiramidi non adscribit nisi ampliationem urbis. de qua Ovid. Metam. IV. vs. 57.

- - - - - - - *ubi dicitur altam*
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

& Pererius Nabuchodonosori restitutionem lib. XV. in Genes. disp. 4. lib. V. in Dan. pag. 351. Plerumque enim nomen Auctoris non soli primo fundatori, sed & restauratori & innovatori attribuitur. Quemadmodum Nehemias auctor murorum Hierosolym. dicitur Ecclesiastici c. 49. quos tantum refecisse legitur c. 1. & 2. & 4. Nehem. Quin etiam verba Nabuchodonosoris vesanam jactantiam redolent, & plus auctori arrogant, quam competebat. Tribuit quidem Curtius Babylonis aedificationem Belo: sed eum à Nimrodo non distinguunt Euseb. in pr. Chron. Hieron. in c. 2. Oseae. August. de Civ. DEI XVI, 17. Primus igitur Babylonis conditor esto Nimrodus, quem perperam Gerh. Mercator in Chronol. ex lib. IV. recogn. Clement. confundit cum Nino, [Idem facit & Lipsius in Monit. Polit. II, I, I.] quia Ninus non condidit Babylonem, sed Niniven, & cum Babyloniis, jam à Nimrodo constitutis, pugnatum venit. Oros. II, 6. Euseb. IX. Praepar. Euang. c. ult. Haec Arnisaeus de Republ. cap. 2. sect. I. num. 7. Verum Herennius Philo à Babylone Beli filio conditam scribit, qui fuit 1800. annis antiquior Semiramide, teste Stephano de Urbib. in Βαβυλών. Sed Herod. I, 184. inique à Stephano reprehensus, rectissime tradit Babyloniam à multis Assyriorum regibus conditam fuisse paullatim. Unde Ammian. XXIII, 20. *moenia quidem urbis à Semiramide*

cujus regia oftenditur. Murus inftructus [1] laterculo coctili, bitumine interlitus, [1] fpa-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. Pal. 1. *latercula.*

ramide conftructa fuiffe ait : *arcem autem ab antiquiffimo rege Belo.* Et Orof. II, 6. *Babyloniam à Nemrod gigante fundatam : à Nino vel Semiramide reparatam.* Ac Nemrodum quidem primum conditorem faciunt & Jofephus ant. Jud. I, 6. [Auguftin. de Civ. DEI XV, 2. f.] Zonaras tom. I. & Cedrenus in Hift. compendio. Haec Berneggerus in Juftin. I, 2, 7. Inter eos qui Semiramidi opus hoc adfcribunt, numerat etiam Hyginum fabula CCLXXV. POPMA. Sed Babylonem diluvio antiquiorem faciunt Apollodorus & Alexander ex Berofi primo Babylonicorum apud Eufebium : eamque ab iis, qui poft diluvium arca egreffi funt, inftauratam fuiffe fcripfit idem lib. II. Proxime ad veritatem accedit excerptum ex Affyriacis Abydini, relatum ab Eufebio : *Gigantes aedificaffe immenfam turrim, ubi nunc eft Babylon &c.* & Ibidem Hiftiaeus Milefius, qui etiam terram *Sennaar* nominat. Apud eumdem Eufebium eft & Cephalaeonis fragmentum, qui afferit, Semiramidem muro circumdediffe Babylonem, fequutus auctores Ctefiam, Zenonem, & Herodotum. Nabuchodonofori autem inftaurationem ampliationemque & ornatum magna ex parte urbis ejus tribuit Berofus lib. III. apud Eufebium & Jofephum. Nova opinio eft, quam nefcio unde refert Suidas in Σεμίραμις: *Prima quoque Niniven moenibus cinxit, quam mutato nomine vocavit Babylonem:* duabus nobiliffimis civitatibus perabfurde in unam confufis. FREINSH.

Vel ut plerique] Scripti codices, *non ut plerique*, fed verum illud effe evincunt fequentia. MODIUS.

Belus] Verius amplificator, quam conditor, nondum enim, quod vulgo creditur, probatum eft, Belum eumdem ac Nimrodum fuiffe, vel Nimrodo non longe pofteriorem. Vide Hift. Ant. p. 3. CELLAR.

Regia] Duae regiae erant, de quibus Philoftratus I, 18. quem fupra adduximus. Sed longe clarius Diodorus II, 8. *Regias etiam duas ex utraque pontis regione ad fluvium aedificavit &c.* RADERUS. Adde eumdem Diodorum XVIII. Plutarchum in vita Demetrii capite 8. De templo quoque Beli, quod Plin. VI, 26. fuo tempore *adhuc duraffe* fcribit, paffim legimus. Nam à Nabuchodonoforo conditum auctor eft Berofus lib. III. à Xerxe dirutum Alexander inftaurari juffit. Strabo pr. lib. VI. & Arrian. III, 3, 17. & VII, 3, 31. De eodem Daniel cap. 4. & fufe Herod. I, 181. Camerar. fubcifiv. II, 51. ab Arriano *commiffum* credit *errorem* (quod deftructionem iftius templi referat ad Xerxem, cum ante eum dirutum id fuiffe ex Daniele conftet) *in nomine, cum Xerxis vel Artoxerxis* (*quod fignificat* Bellatorem, *vel* magnum Bellatorem, *fecundum Herod.* VI, 98.) *commune nomen Regum Perfarum fuerit, ficut* Pharaonum, *Regum Aegyptiorum.* Strabo lib. XVI. & Aelian. Hift. Var. XIII, 3. etiam fepulcrum ejus ibi collocant: ex quo firmatur quod gentilibus objiciebant noftri, deorum iftorum templa non fuiffe nifi fepulcra. Vide Arnob. lib. VI. FREINSH.

Murus laterculo] Editi, *murus inftructus laterculo.* MODIUS. *Murus.* Hunc inter firmiffimos omnis aevi primo loco nominat Seneca de conftant. Sap. VI, 6. Nam & inter feptem mundi θαύματα fecundum obtinebant gradum, apud Nicetam. Sed enim Epigr. Graeca I, 54, I. ftatim primo nominant. Caffiodor. Variar. VII, 15. fextum. Plinius VI, 26. Strabo pr. lib. XVI. Hyginus fab. CCXXIII. nullo certo ordine collocant. *Laterculo coctili & bitumine* fuiffe conftructum cum noftro tradunt Herod. I, 178. Diod. I, 7. Juftin. I, 2, 7. Plin. XIII, 15. m. Propert. III, 10. Juvenal. Sat. 10, 170. & ejus Interpres, Lucan. VI, 49. Tzetzes Chiliad. IX, 275. Marcellin. XXIII, 20. Orof. II, 6. Vitruvius I, 5. Nicetas, & Gallus Confeffor cap. 3. Hyginus fab. CCXXIII. *latere cocto & fulfure vinctum* fuiffe fcripfit. fortaffe quia tefte Plinio XXXV, 15, 16. *Sulphuris & bituminis vicina eft natura.* Euftathius ad Dionyf. verf. 1005. novam ex aliorum opinione fententiam profert, interprete Radero: *Babylon facra urbs muro aheneo circumdata, ut quorumdam eft fententia, & flumine circumfufa. Hanc, inquit Dionyf. irruptis muris coronavit Semiramis. Unde quidam, uti dictum, murum urbi aheneum circumdatum fcripfere.* Aft ego, addit Raderus, facilius inducar ut credam, quod in Menaeis Macario Romano narratur à coelito, Paradifi hortum duplici *muro* cinctum à DEO fuiffe, *ferreo & aheneo*, quam Babylonis moenia fuiffe aerea. Ceterum quod ad Babylonem attinet, cum urbs centum habuerit portas, & fores aheneae effent omnes, quales Virgilius de Carthaginenfis aedis, quam Dido moliebatur, cardinibus cecinit Aeneid. I. vf. 450. Ita reor à parte moenium, portarum, inquam, nonnulli tota moenia aerea dixere. Idem Euftathius ad Periegefin Dionyfii verf. 1006. ex aliorum fententia fcribit, moenia non tantum ex coctili laterculo, fed ingentibus faxis, caefis etiam & politis, tricubitalibus, qua latitudinem, tanto altero longis, exaedificata & furrecta. Hactenus RADERUS. Qui fi omnes Babylonis portas *Belides* appellatas fuiffe putat, fallitur. certum enim eft unam tantum fuiffe, ut conjicio, quae ad Beli templum deduceret. error autem hinc eft, quod portam Graeci libentius plurali voce πύλας dictitant. Eorum fententia, quae aenea credidit Babylonis

[1] ſpatium XXX. [2] & duorum pedum [3] latitudinem amplectitur: quadrigae inter ſe
26 occurrentes ſine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri [4] C cubitorum eminet ſpatio: turres denis pedibus quam murus altiores ſunt. Totius operis ambitus CCCLXVIII. ſtadia complectitur: ſingulorum ſtadiorum ſtructuram ſingulis diebus perfectam eſſe memoriae [5] proditum eſt. Aedificia non ſunt admota mu-
27 ris, ſed fere ſpatium [6] unius jugeris abſunt. Ac ne totam quidem urbem tectis

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. omittit *ſpatium.* 2 Voſſ. 2. omittit *&.* 3 Pal. 1. *latitudine.* 4 Leid. Voſſ. 1. Bong. Lugd. Amſt. *L. cub.* vulgo *CCCLVIII.* Pal. 1. *CCCLXIII.* 5 Pal. 1. P. *traditum.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *jugeri unius* Frob. Lugd. Amſt. *unius jugeri.*

lonis moenia, forte exinde nata eſt, quod cum aenea monumenta haberentur pro perennibus, atque aliqua aere exſtructa eſſent, ut templi fores apud Joſeph. de bel. Jud. VI, 6. firmiſſimi quique muri aenei ſunt appellati. Hinc eſt illud Horatii epiſt. I, I, 60.

- - - - - - *hic murus aheneus eſto,*
Nil conſcire ſibi.

& alibi: *Incluſam Danaën turris ahenea* &c. De *quadrigis* praeter ceteros, & Propert. III, 9, 23. Tzetzes Chil. IX, 275. Epigr. Graec. I, 54, I.

Καὶ κραναᾶς Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος.
Et robuſtae Babylonis murus, curruum decurſibus aptus. FREINSH.

Latitudinem amplectitur] Forte *in lat. amplect.* Ut hic ſit ordo verborum, *Murus amplectitur ſpatium* 32. *pedum in lat.* Quomodo fere Livius XXXVII, 31, 7. de Phocaea: *In ſinu maris intimo poſita haec urbs eſt, oblonga forma: duum millium & quingentorum paſſuum ſpatium murus amplectitur.* FREINSH. Non conſentit Doctiſſimo Freinshemio Cl. Davieſius ad Caeſarem B. G. l. I. c. 50. Sed putat, *latitudinem* ſignificare, quoad latitudinem, ut apud Gratium Cyneg. v. 31.

Et bis vicinos ſpatium protendere paſſus.

C. cubitorum] Alii habebant *L. cubit.* in quam altitudinem cum omnes conſentire dicit RADERUS, refellitur ſtatim ab omnium praecipuo Herod. I, 178. qui eis altitudinem *CC. cubitorum regiorum* tribuit. Cteſias apud Diod. II, 7. *L. orgyias.* Hyginus fab. CCXXIII. *Pedes XL.* Plinius VI, 26. & Solin. cap. 30. Herodotum ſequuntur, etiam ratione cubitorum regiorum ad Romanos expoſita. Sed & Oroſ. II, 6. *CC. cubitos* numerat. *L.* tamen *cubitos* Strabo à pr. lib. XVI. & Diod. I, 7. ex Clitarcho & iis qui cum Alexandro fuerant, determinaverunt. FREINSH.

Pedibus] *Cubitis* legebat Briſſon. lib. I. pag. 59. ubi deſcribit hanc Urbem, ex auctoritate Strabonis. atque idem etiam tentat apud Plinium VI, 26. *CCCLXVIII. ſtadia.* Eumdem Briſſon. etiam de ambitu ejus Urbis diſceptantem, adi. adde Tzetzem ab Radero citatum ex Chil. IX, 275. FREINSHEM.

Totius operis ambitus 368 *ſtadia complectitur*] Pauſanias in Arcadicis refert, Babylonem urbem fuiſſe πόλεων ἃς τότε ἥλιος εἶδε μεγίστην. cujus ambitus ut Strabo ait 375. ſtadia complectitur, id eſt, Germanica milliaria duodecim. ut non immerito Ariſtoteles provinciam appellet. At jam nihil de ea ſupereſt, ὥστε τὰ ἀνθρώπινα πρόσκαιρα, καὶ οὐδαμῶς ἐστιν ἰσχυρά. De amplitudine ejus Herodot. lib. I. Diodor. l. II. Strab. l. XVI. Plin. l. VI. c. 26. Solin. & Curtius eadem fere tradunt. At de murorum & turrium altitudine & ambitus ſpatio inter eos non omnino convenit. POPMA. Recte Briſſonius l. I. de regno Perſarum legendum vidit *T. o. a.* CCCLXV. *ſtadia complectitur*, nam ſtatim addit Curtius: *ſingulorum ſtadiorum ſtructuram ſingulis diebus perfectam eſſe.* LOCCENIUS. *Singulis diebus.* Non adſentior Briſſonio *haec verba indicare, numerum ſtadiorum, dierum quibus annus conſtat, numerum aequaſſe.* quaſi neceſſario haec verba vertentem annum arguant, & plures paucioreſve anno dies cum ratione *ſinguli* dici non poſſint? Certe non hoc adſpectu adjecit haec verba Curtius, ſed ut doceret, quanto ſtudio atque ardore operi tum inſtiterint, quicumque tandem eos muros eduxerunt. Sic apud Ammianum XXI, 41. *Septem diebus totidem ſtadia molibus jactis in mare ſolo propinquanti terrae ſunt vindicata.* Ita Beroſus lib. III. apud Euſeb. indicat, opera Nabuchodonoſori, quamquam magna & excellentia, intra 15. dies fuiſſe perfecta. & Livius XXVIII, 45, 19. Scipionem naves fabricantem *ita inſtitiſſe operi, ut die* 45. *quam ex ſilvis detracta materia erat, naves inſtructae armataeque in aquam deductae ſint.* Scribit tamen Clitarchus apud Diodor. II, 7. ambitum urbis continuiſſe *CCCLXV. ſtadia, quod anni dies ſtadiorum numero aequare ſtuduiſſet* Semiramis. Sed Curtium eo collimaſſe non putem. A quo valde diverſum tradit Tzetzes, non uno die ſingula ſtadia fuiſſe perfecta, ſed omnia uno anno: *Ut celerius opus conſummaretur, cuilibet ex amicis ſtadium, cum impenſis ad id neceſſariis, attribuit, & anni ſpatio negotium peragere juſſit.* FREINSH.

Unius jugeris] Diodor. II, 7. *Inter domicilia & moenia via relicta erat duorum jugerum.* RADERUS.

Per

ctis occupaverunt; per [1] xc. stadia [2] habitatur; nec omnia [3] continua sunt: cre-
do, quia tutius visum [4] est, pluribus locis spargi. cetera serunt coluntque, ut si
externa vis [5] ingruat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo [6] subministrentur. Eu- 28
phrates interfluit, magnaeque molis [7] crepidinibus [8] coërcetur. Sed omnium ope-
rum magnitudinem circumveniunt cavernae [9] ingentes, in altitudinem pressae ad
accipiendum impetum fluminis; quod ubi adpositae crepidinis fastigium excessit,
urbis tecta corriperet, nisi essent specus lacusque, [10] qui exciperent. Coctili la- 29
terculo structi sunt, totum opus bitumine adstringitur. Pons lapideus, flumini
impositus, jungit urbem. hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus est:
quippe Euphrates altum limum vehit, quo penitus ad fundamenta [11] jacienda ege-
sto, vix [12] sufficiendo operi [13] firmum reperiunt solum. arenae autem subinde cu- 30
mu-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *LXXX*. F. *Octoginta*. 2 Leid. Voss. 1. 2. *habitabatur*. 3 Sic MSS. Bas. Frob. Lugd. Amst. alii *contigua*. 4 Fl. Leid. D. Pal. 1. Bong. *& plur*. P. *est & plur*. 5 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *ingravat* D. *ingravit* correctum *ingravat*. 6 Sic MSS. fere, at Voss. 2. & vulgo *subministrent*. 7 Pal. 1. *crepitudinibus*. 8 Fl. Leid. Voss. 1. *coherc*. 9 Pal. 1. Voss. 2. *ingentis multitudinis*. 10 Pal. 1. omittit *qui*. 11 Voss. 1. B. 1. 2. *jaciendo gestae* Fl. Leid. D. *jaciendo geste*, in ultimo correctum *egesto*. 12 Alii *fulciendo* Voss. 1. *sufficiendo* Voss. 2. P. F. Pal. 1. *sufficiendum*. 13 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Bong. *firmo*.

Per xc stadia habitatur] Vulgo, & hic melius *habitabatur*. ACIDALIUS. *Habitatur*. Melius ita quam secundum alios *habitabatur*: quamquam id antehabeat Acidalius. Sic & mox in praesenti loqui pergit: *Cetera serunt coluntque*. FREINSH.

Continua sunt] Rursum editi, *contigua*. MODIUS.

Tutius] Propter incendia. Tacitus Germ. 16, 2. de Majoribus nostris: *Vicos locant, non in nostrum morem, connexis & cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitia aedificandi*. FREINSH.

Serunt] Id ab initio sic institutum vult Curtius: postea ampliavit occasio. Diod. 11, 9. *Babylonis exigua quaedam portio nunc habitatur, maximaque intra muros pars agrorum cultui est exposita*. Accidit id post Seleuciam conditam, à qua valde exhaustam esse Babylonem, hominibus illuc commigrantibus, tradit Plinius VI, 26. & Strabo lib. XVI. IDEM.

Obsessis alimenta ex ipsius urbis, &c.] Quum Cyrus obsidione cingens Babylonem fame debellare tentasset, quam armis desperabat, incolae ejus obsidionem ludibrio habebant: quod commeatus major quam in viginti annos suppeteret; ut scribunt Herodotus l. 1. & lib. III. c. 150. & Xenophon. lib. VII. Inst. Cyri. LOCCENIUS.

Subministrent] *Subministrentur* membranae. MODIUS.

Omnium] Forte *omnem*. HEINSIUS.

In altitudinem] Profunditatem, diximus ad l. IV. c. 2. CELLAR.

Ubi adpositae crepidinis fastigium excessit] Crepidines illae latitudine moenibus pares erant, c. stadiorum longitudine, ab utraque fluminis ripa ductae, ne videlicet ejus exundatio damnum urbi dare posset. Vide Diodor. l. II. unicum his rebus historicum, qui pontem ipsum quinque stadiorum longitudine fuisse auctor est. & ex cujus luculenta descriptione non difficile sit pingere situm ipsum & monumenta Babylonis. & fecere id non adeo nuper ingeniosissimi mortalium Belgae. BARTHIUS l. LII. Adv. c. 16. adde l. IV, 5, 21.

Inter mirabilia] Cassiodorus Variarum l. VII. Orbis septem miracula recensens non pontem lapideum Euphrati impositum, ut noster, inter mirabilia Orientis opera numerat, sed Babyloniae muros, quos Semiramis latere cocto ferroque construxit. *ferunt prisci seculi narratores, fabricarum tantum septem terris attributa miracula. Ephesi Dianae templum; Regis Mausoli pulcerrimum monumentum, à quo & mausolea dicta sunt; Rhodi solis aeneum signum, quod Colossus vocatur; Jovis Olympici simulacrum, quod Phidias primus artificum, summa elegantia ebore & auro formavit; Cyri Medorum regis domus, quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricavit; Babyloniae muri, quos Semiramis latere cocto, sulphure ferroque construxit; Pyramides in Aegypto, quarum in suo statu se umbra consumens ultra constructionis spatia nulla parte respicitur*. Strabo etiam l. XVI. Geogr. Plinius l. V. N. H. c. 26. Hyginus fab. 223. Babyloniae muros inter septem orbis miracula referunt. POPMA. Qui de his plura desiderat adeat Doctissimum Raderum ad Martialem lib. 1. ep. 1.

Fulciendo] *Sufficiendo* excusi. MODIUS. *Sufficiendo*. Al. *fulciendo*, ex utrisque conjiciebat Bongars. *Suffulciendo* non male: nec tamen praeferam vulgato. FREINSH. Pro sufficiendo alii habent *fulciendo*, unde Bongarsius conjiciebat, *suffulciendo*. Id quod mihi quidem melius videtur. nam quod in indice Freinshemius *sufficiendo operi solum* exponit, *solum in quo possit suffici*, h. e. *substrui opus*, nescio an loco huic conveniat. differunt profecto *substruere* & *superstruere*. Opus superstruendum fuit solo firmo, non substruendum. Praeterea sufficere non tam est substruere, quam in locum rei al-

Rr te-

mulatae, & saxis, [1] quibus [2] pons sustinetur adnexae, morantur amnem; qui
31 [3] retentus acrius, quam si libero cursu mearet, [4] inliditur. Arcem quoque [5] am-
bitu xx. stadia complexam [6] habet. xxx. [7] pedes in [8] turrium fundamenta [9] demissa
32 sunt: ad LXXX. [10] summum munimenti fastigium [11] pervenit. Super [12] arce vulga-
tum Graecorum fabulis miraculum, [13] pensiles horti sunt; [14] summam murorum
al-

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *quis*. 2 Pal. 1. *potis*. 3 Ald. *retentes*. 4 Fl. *in litus* Voss. 1. *inlitur* B. 1. *inlitus*. 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *ambitus*. 6 Pal. 1. Voss. 1. 2. & aliae editt. *habent*. 7 F. P. *pedum*. 8 Leid. Voss. 1. D. *trium*. 9 Voss. 1. 2. Pal. 1. Mer. B. *dimissa*. 10 Voss. 2. omittit *summum*. 11 Voss. 2. omittit *pervenit*. 12 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *arcem*. 13 Voss. 2. Ald. *p. orti sunt* P. *orti sunt pens.* 14 Fl. *summa*.

terius reponere. Quare magis inclino eo, ut credam, scripsisse Curtium: *vix sufficiunt operi firmum solum*, sensus: illi limo penitus egesto vix substituunt è durabili materia solum ejusmodi, quod possit esse firmum sustinendo operi. Error in scriptura natus ex eo videtur, quod pro *sufficiunt* interpretatio per verbum *reperiunt* esset adjecta, deinde verbo *sufficiunt* ex sequenti voce *operi* prima litera adhaeserit, factumque sit, *sufficiunto*, unde post à correctore factum id *sufficiendo*, quod in textu hodie occurrit. SCHEFFER. *Suffulciendo* mavult Bongarsius, sed nec *sufficiendo* inelegans est. significat enim fundamentorum substructionem. CELLAR. Recte Bongars. *suffulciendo*. HEINSIUS.

Reperiunt] Scribendum *repererunt*, non enim de suis temporibus, aut Alexandri loquitur Curtius, sed de Semiramidis. Libet vero commendare prudentiam Philippi Galteri, qui descriptionem hanc celeberrimae urbis cum adsequi versu desperaret, caute admodum transiit. Homo pro eo aevo & ingeniosus, eruditus & eloquens, modo argutias scholasticas cavisset, & non misceret omnia absque judicio, sed id vitium temporum fuit, quo nihil dissimulare poterant, quod scirent, quin quovis loco infercirent ad ostentationem polymathiae scilicet. BARTH. Adv. l. LII. c. 16. *Reperiunt*. Non recte vir doctus *repererunt*, ut restringat eam rem ad tempus eorum, qui pontem exstruxerunt. Sed videlicet naturam fluminis ostendit Curtius, ut inde augeat admirationem operis. Cum Euphratis ea conditio sit, ut altissimum limum vehens, ubicumque aliquid inaedificare velis, vix firmum praebeat solum: tamen immensi operis pontem ibi fecerunt. Hoc inquam, miratur, insanam aedificii molem in solo non satis fido. Ostendit eam fluminis naturam Strabo lib. XVI. Ad fossas juxta Euphratem faciendas *opera multa opus est. Nam cum terra profunda sit, & mollis, ac facile cedat: nullo negotio ab aquis abripitur, & campos nudat, ac limus fossas implet, eorumque ora obstruit &c.* FREINSH.

Amnem &c.] Forte sic legendus hic locus. *Arenae autem subinde cumulatae, & saxis quis pons sustinetur adnexae, morantur, amnem, qui retentus acrius quam si libero cursu mearet, inlidi.* HEINSIUS.

Acrius] Ex hoc Curtii loco Gebhardus Crepund. I, 16. firmat lectionem Pal. membranarum optimarum, in illis Ovid. Metamorph. III, 568.

Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,
Lenius & modico strepitu decurrere vidi;
At quaecumque trabes, obstructaque saxa jacebant,
Spumeus & fervens, & ab objice saevior ibat.

Legit ergo Gebhardus: *obtrusaque saxa tenebant*. Contraria de hac re sententia est Quinctiliani IX, 4. *Quanto vehementior fluminum cursus est prono alveo ac nullas moras objiciente, quam inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus: tanto quae connexa est, & totis viribus fluit, fragosa atque interrupta melior oratio.* FREINSH.

Arcem quoque] Cum tam accurate Curtius Babyloniae urbis & arcis amplitudinem tam murorum, turrium, aedificiorum, cavernarum ingentium, & pontis lapidei magnificentiam describit, miror eum turris Babylonicae, de qua toties sacrae literae meminerunt, nullam fecisse mentionem. Strabo l. VI. Pyramidem quadratam vocat, ex latere coctili structam, quae erat stadii amplitudine, & cujus quodque latus stadium obtinebat: quam Alexander instaurare voluit: sed cum magni laboris & multi temporis res esset (nam ad expurgandam terram decem millibus hominum duorum mensium opus erat) quod inceperat, perficere non potuit: nam ilico morbus & mors eum oppressit. POPMA.

Ambitu] Membranae *ambitus*, & mox impressi *habent*, pro *habet*. MODIUS.

Triginta pedes] Quamobrem tam alta, cum fastigium totius fabricae non superaret octoginta pedes? Quia *Euphrates altum limum vehebat, quo penitus ad fundamenta jacienda egesto*, inquit Curtius, *vix fulciendo operi firmum repperiebant solum*. RADER.

Vulgatum fabulis] Non fabulosi sunt pensiles illi horti, à tot scriptoribus laudati, sed poëtae, ut solent, fabularum modo extollentes, quod per se magnum erat, ut incredibile, & majus humanis viribus praedicaverunt. Graece κῆπος κρεμαστός. Diodor. l. II, 10. κρεμαστὸς παράδεισος Joseph. I. contra Apion. CELLAR.

Pensiles horti] De quibus Josephus X, 11. Diodor. II, 10. Eustath. ad Periegetem Dionys. versu 1010. Plutarch. de fortuna Alex. Orat. 2. Dio Chrysostomus Orat. 79. in fine, qui Susis hos per errorem collocat. Strabo lib. XVI. quamquam & Thebis in Aegypto Plinio XXXVI, 14. & in Italia, eodem XXVI,

altitudinem [1] aequantes, multarumque arborum umbra & proceritate [2] amoeni.
[3] Saxo pilae, quae totum onus sustinent, instructae sunt: super pilas lapide qua- 33
drato solum stratum est, patiens [4] terrae, quam altam [5] injiciunt; & humoris,
quo rigant [6] terras: adeoque validas [7] arbores sustinent moles, ut [8] stipites earum
[9] VIII. cubitorum spatium [10] crassitudine aequent, in [11] L. pedum altitudinem emi-
neant, [12] & [13] frugiferae sint, [14] ut si terra [15] sua [16] alerentur. Et quum vetustas 34
non opera solum manu facta; sed etiam ipsam naturam paullatim [17] exedendo peri-
mat: haec moles, quae tot arborum radicibus premitur, tantique nemoris pon-
dere onerata est, inviolata durat. quippe XX. lati parietes [18] sustinent, undecim
[19] pedum intervallo distantes, ut procul [20] visentibus silvae montibus suis immine-
re videantur. Syriae regem, [21] Babylone regnantem, hoc opus esse molitum, 35
memoriae [22] proditum est, amore conjugis victum: quae desiderio nemorum sil-
va-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. D. Bong. *aequantis.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. D. *amoenos.* 3 Vulgo *saxeae pilae quae* Fl. Leid. Voss. 1. *saxo pilaeque* D. Pal. 1. *saxo pilae quas.* 4 Pal. 1. D. *terras.* 5 Leid. Voss. 1. ut semper *iniciunt.* 6 Vulgatae omittunt *terras.* 7 Vulgo *arborum.* 8 Pal. 1. *stipes.* 9 P. *novem.* 10 Voss. 1. *grassitudine* Bong. *grassitudinem* Fl. Leid. *crassitudinem* Pal. 1. Voss. 2. *crassitudinis.* 11 Pal. 1. *mille quinquag.* 12 Fl. Leid. Voss 1. 2. Bong. omittunt *&.* 13 Bong. *aeque frugiferae* Fl. Leid. Voss. 1. & vulgo *frugiferae aeque.* 14 Vulgo *ac si.* 15 Pal. 1. *naturali.* 16 Fl. Leid. *alarentur.* 17 Pal. 1. *excidendo* Voss. 2. *excedendo.* 18 Voss. 2. *sustinent invicem undecim.* 19 P. omittit *pedum.* 20 Pal. 1. *vipentibus.* 21 Voss. 1. *Babyll.* Voss. 2. *Babilonie* Ald. Bas. Col. Frob. Mer. *Babyloniae.* 22 Pal. 1. *traditum.*

XXVI, 3. auctore fuerint alii. RADERUS ex Brisson. lib. 1. p. 55. ubi etiam citatur Lactantius III, 14. qui hortos illos in miraculis septem numeret. Adde Philostratum 1, 18. & Suidam in Nabuchodonosoro. *Balneas* etiam *pensiles* habuit Romae Sergius Orata. Macrob. Saturnal. II, II. FREINSH.

Saxeae pilae] Adhuc impressi, *saxo pilae.* MODIUS. Vide indicem, & Salmasium Plin. exercit. p. 520.

Quo rigant] Editiones, *quo rigant terras*, ut lubet sane, etsi melius abest illud *terras*, dum non etiam cum iisdem editionibus mox *arbores*, pro, *arborum* legas. hoc enim pacto tota vitiaretur sententia, quae esse debet, saxeas pilas ejus fuisse firmitatis, ut etiam gravissimas moles arborum sustineant, & vetustate ipsa, quae omnia consumit, non exedantur. MODIUS.

Arbores] Sic tenui cum veteribus, construe: *Moles sustinent validas arbores.* si pro *sustinent* malis *sustinet*, me non invito feceris. FREINSH.

Frugiferae aeque sint ac] *Aeque* ex scriptis libris addidi, mutato illud *ut* vulgato in *ac.* MODIUS.

Vetustas] Seneca Cons. ad Polyb. pr. *Nihil immortale manus mortales fecerunt: nihil perpetuum; pauca diuturna sunt: quidquid cepit & desinet, & nihil, quo stat loco, stabit, omnia sternet abducetque secum Vetustas.* Idem Epist. 91, 15. *Omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt, & inter peritura vivimus.* proinde Horatio Carm. III, 30. & Ovidio Metamorph. fine, non immerito *tempus edax* dicitur. Bene Rutilius Itinerar. versu 412.

Non indignemur mortalia corpora solvi,
Cernimus exemplis oppida posse mori.

Ἀποθνήσκουσι γὰρ καὶ πόλεις, ὥσπερ ἄνθρωποι, ut ait Mercurius in Charonte Luciani. Seneca Epist. 91, 19. *Nihil privatim, nihil publice stabile est, tam hominum, quam urbium fata volvuntur.* adde Florum l. 1, 12. FREINSH. Adde nostrum l. III, 4, 10. *multa in ea regione monumenta, vulgata carminibus, vetustas exederat.* sic Cicero pro Marcello: *nihil est aut opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat atque consumat vetustas.*

Syriae regem] Josephus X, 11. & Suidas *Nabuchodonosorum* hortorum pensilium faciunt auctorem. Plin. XIX, 5. *Cyrum*, vel *Semiramidem*, cui & Eustathius in Semiramide subscribit. RADERUS. *Syrum* etiam *regem*, nomine non edito, hortorum istorum exstructorem refert Diodorus II, 10. quem cum Curtio & Josepho de Nabuchodonosore sentire, credit Rualdus Animadvers. cap. 17. in vitas Plutarchi. Post Brisson. lib. 1. de reg. Pers. pag. 56. Quibus auctoribus ingens accedit momentum ex consensu Berosi lib. III. loco, quem Eusebius recitat, & Joseph. X, 11. Ceterum non abs re miratur Popma, in tam diligenti mirandorum Babylonicorum descriptione, praetermissam à Curtio turrim, sacris literis memoratam, cum & apud Strabon. lib. XVI. extat ejus mentio; & magis adhuc in excerpto ex Assyriacis Abydini apud Eusebium. FREINSH. *Syriae.* Assyriae voluit dicere, quas gentes saepe confundunt veteres novique scriptores. Joseph. Ant. Jud. l. X. c. 11. & contra Apion. l. 1. ex Beroso antiquissimo scriptore, Nebucadnezari indicat, quidquid magnifice de conditore moenium, hortorumque Babylonis praedicatur. CELLAR.

Amore conjugis] *Pallacae* dictae, Diodor. LOCCENIUS. *Conjugis. Concubinam* facit Diodorus II,

varumque in campeſtribus locis, virum [1] compulit amoenitatem naturae genere
36 hujus operis imitari. Diutius in hac urbe quam uſquam conſtitit rex: nec [2] ullus locus diſciplinae militari magis nocuit. Nihil urbis ejus corruptius moribus;
37 [3] nec ad inritandas [4] inliciendaſque immodicas [5] voluptates inſtructius. Liberos conjugeſque cum hoſpitibus ſtupro coire, modo pretium [6] flagitii detur, parentes maritique patiuntur. [7] Convivales ludi tota Perſide regibus perpuratiſque cordi

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulgo *compulit naturae genium amoenitate* Voſſ. 1. *compulit amoenitate naturae gerere operis hujus* Voſſ. 2. *compulit am. nat. genium h. o.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. *alio loco* Voſſ. 2. omittit *ullus.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *nihil.* 4 Mer. *illis conjuges in immodicas.* 5 Leid. Voſſ. 1. 2. *cupiditates.* 6 Pal. 1. *flagitio.* 7 Voſſ. 2. Ald. Mer. Col. *conjugales* qui tamen legi vult *convivales.*

II, 10. *Χαρὶν γυναικὸς παλλακῆς, in gratiam mulieris concubinae.* Deceptus enim eſt vir doctus, qui nomen mulieri fuiſſe *Pallaca* credidit. At vox *γυναικὸς* hic per appoſitionem vim habet adjectivi. Sic enim & *γαμετὴν γυναῖκα* dicit Herodianus I, 16. de Martia Commodi *ἣν εἶχε τῶν παλλακίδων τιμιωτάτην, ἣ ὐδέν τι ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικὸς,* ubi *mulier nupta* dicitur ad differentiam *concubinae,* ut etiam notavit in quodam Lyſiae loco Budaeus apud Stephanum in Lexico voce *Γαμετή.* Eadem igitur forma *mulierem concubinam* dixit Diodor. ad differentiam *legitimae.* quomodo *mulierem meretricem* Plaut. Mercat. IV, 1, 19. Salluſt. Jug. 12, 5. *mulierem ancillam.* FREINSH.

Deſiderio nemorum] Joſeph. lib. 1. pag. 1045. *Διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέσεως τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ τὴν Μηδίαν τόποις, quod uxor ejus montanam poſitionem deſideraret, in Medorum regione educata.* CELLAR.

Naturae genium] Optime, niſi forte verum eſt, quod Cobares ille Beſſo dicebat, unumquemque quod ipſe repererit optimum ducere: optime inquam haec à nobis ſunt emendata. legebatur antea: *compulit amoenitatem naturae genere hujus operis imitari.* tramae putidae. MODIUS. *Amoenitatem naturae.* Alii: *naturae genium amoenitate hujus operis imitari.* Venuſtius ſane. ſed in illam lectionem tot exemplaria conſpirant, ut non poſſim, quin genuinam eſſe arbitrer. FREINSH.

Ullus locus] Membranae, *alio loco.* MODIUS.

Diſciplinae militari] Nihil inimicius enim illi, quam voluptates. notum illud proverbii vice jactatum apud Florum II, 6, 21. *Capuam Hannibali Cannas fuiſſe.* Vide Gruterum Diſcurſu 26. & 38. ad Tacit. IV, 64, 7. II, 44, 1. Quibus adde Livium XXIX, 34, 8. & XXXVI, 11, 2. Salluſt. Catilin. 11, 4. FREINSH.

Nihil ad irritandas] Melius ita, quam ut vulgo legitur, *nec ad irritandas illiciendaſque voluptates inſtructius.* MODIUS.

Cum hoſpitibus] De Babyloniorum turpitudine lege Herodot. l. 1. c. 196. Tangit Scholiaſtes Juvenal. Sat. 1, 104. *Meſopotameni*, inquit, *homines effrenatae libidinis ſunt in utroque ſexu, ut Salluſtius meminit.* & Cedrenus ex Caeſario Gregorii Magni fratre: *Chaldaeorum & Babyloniorum leges plenae ſunt impudicitiae atque turpitudinis.* Quo pertinet & domeſticum Beroſi teſtimonium, qui eo ipſo tempore vixit, quo urbem eam occupavit Alexander: *ζῆν αὐτὺς ἀτάκτως, ὥσπερ τὰ θηρία.* Alexander Polyhiſtor apud Euſebium, eum Beroſi locum recitat: ubi & de *Belo* multa fabulatur. Haud procul ab hoc more abfuerunt Lacedaemonii, quibus Lycurgus, *ſi quis feminae conjugium averſaretur, ac nihilominus praeſtantium liberorum cupidus eſſet; lege permiſit, ut quamcumque fecundam & indolis generoſae conſpexiſſet, ejus marito perſuaſione ſuam in ſententiam adducto, ita deinde prolem ex ea procrearet.* Xenoph. in Laced. repub. Tertullianus autem in Apolog. cap. 39. commune hoc facit gentium crimen. Ubi conſtat eruditiſſimum ſcriptorem majori Catoni tribuere, quod Lucanus II, 331. & alii, minori. Sed & *Hercules Megaram uxorem ſuam nuptum dedit* Iolao. Plutarch. Erot. cap. 12. qui & cap. 23. narrat uxores proſtituentium exempla. FREINSH.

Convivales ludi] Vide Briſſon. lib. 1. pag. 67. & deinceps. Curtium VI, 2, 5. Nicobule ſcripſit, Athenaeo XII, 9. referente, de Alexandro, *ὅτι παρὰ τὸ δεῖπνον πάντες οἱ ἀγωνισαὶ ἐσπύδαζον τέρπειν τ̃ βασιλέα. In coena muſicos ac ludiones concertatores Regem oblectare ſtuduiſſe.* FREINSH.

Regibus] Malebat Sebiſ. *regulis.* Sed illud antepono. Movit illum, credo, quod putaret unum tantum fuiſſe Perſis regem, non plures ſimul. Hoc tamen nihil obſtat, quo minus de pluribus ſibi ſubinde ſuccedentibus Curtius accipiatur. Quin & nihil abſurditatis habuerit interpretari haec de aevo Curtii, ut complura alia hoc capite. Ejus igitur aevo, quamquam unus cum ſuprema auctoritate eſſet, quem ideo *regem regum* vocatum fuiſſe apparet, multi tota Perſide fuerunt reges: latius ſumpto Perſidis vocabulo, ut fecit Euſebius, qui omnes circumvicinas provincias hac appellatione complectitur. In ea igitur numerata ſunt *regna duodeviginti*, tempore Plinii, apud ipſum VI, 25. Et ſane ſub ipſo Dario, quantum aberat ut praefecti ejus reges dicerentur? Ipſe ſupra IV, 14, 22. *Duces veſtros regum inſtar.* De potentia Beſſi & Nabarzanis mox V, 10, 3. mira narrantur. FREINSHEM.

di sunt: Babylonii maxime in vinum, & quae ebrietatem sequuntur, effusi sunt.
Feminarum, convivia ineuntium, in principio modestus est habitus; [1] dein sum- 38
ma [2] quaeque amicula exuunt, paullatimque pudorem [3] profanant: ad ultimum
([4] honos auribus [5] sit) [6] ima corporum velamenta [7] projiciunt. nec meretricum hoc
dedecus est, sed matronarum [8] virginumque, apud quas comitas habetur vul-
gati corporis vilitas. Inter haec flagitia exercitus ille domitor Asiae per XXXIV. 39
dies saginatus, ad ea quae sequebantur discrimina haud dubie debilior futurus fuit,
si hostem habuisset. Ceterum, quo minus damnum [9] sentiret, idemtidem incre-
mento [10] novabatur. Namque Amyntas [11] Andromenis ab Antipatro Macedo- 40
num

VARIANTES LECTIONES.

1 Ald. Bas. Col. Mer. Frob. *deinde* Bong. *inde.* 2 Voss. 2. *quoque.* 3 Voss. 2. *profanat.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. B. 1. 2. *onus* D. *onus* sed in Marg. *honos* Ald. Bas. Col. Mer. *opus* (*honos*) 5 Leid. Voss. 2. Col. Frob. Mer. Ald. *habitus sit* Fl. Voss. 1. omittunt *sit.* 6 Fl. Leid. Pal. 1. D. *urna.* 7 Bong. Leid. Voss. 1. *proiciunt.* 8 Vulgo *virorumque apud quos* Bong. *virorumque apud hos quos.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. Bas. Col. Mer. Frob. Ald. *sentirent.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *renovabatur* Ald. Col. Frob. Mer. Bas. *novabantur.* 11 Bong. Voss. 1. *Andromeni* Fl. Leid. Pal. 1. D. Bas. *Andromoeni* Voss. 2. *Andromonis* Mer. Col. *Andromoni.*

HEM. Reges sunt duces regum instar, ut l. IV. c. 14, 22. vocaverat, aut de multis, sed sibi succedentibus regibus intelligendus Curtius. CELLAR.

Quaeque amicula exuunt] Forte, *cuique amicula exuuntur.* HEINSIUS.

Pudorem profanant] Contra morem hunc detestandum multa graviter & erudite dixit Philippus Camerarius subcisiv. 1, 34.

Honos auribus sit] Omnes editi *honos auribus habitus sit*, sed sibi habeant suum *habitus*, inutilia illa terrae pondera. MODIUS.

Matronarum virorumque] Turpissimum mendum in his verbis nemini animadversum, cum Modius & Acidalius minima quaeque excussisse glorientur. Adeo blenni fuerunt correctores, ut non viderint de feminis solis loqui hoc loco auctorem, neque vero viris convenire vulgatorum corporum vilitatem. Quin extra controversiam scripsisse Curtium: *matronarum virginumque.* Praecipue cum modo de matronis & puellis idem dixerit. BARTHIUS. l. III. Adv. c. 16. *Virginumque.* Nihil video obstare in re manifesta, quin recipiam emendationem indubitatam Cl. Barthii, quam proposuit Adversar. III, 16. cum antea legeretur, *virorumque, apud quos &c.* Et ne quem moveat, *virginum* eum morem esse non posse, quin statim indignae sint hac appellatione; notandum est, id verbi non semper integritatem adspicere, sed notare tantum *aetatem & sexum*, ut observat Servius ad Virg. Aen. 1, 497. puellas innuptas, ut nostras *Jungfrawen*, & Gallorum *filles.* adeo ut Justinus 1, 3, 2. appellet *virgines*, quas modo *scorta* vocaverat. Quin apud Virgil. Eclog. 6, 47. *Virgo* appellatur Pasiphaë, quamvis nupta esset, & jam liberos enixa. quomodo & *puellae* vocem non raro reperiri, alio loco notavimus. FREINSH. *Virginumque.* sic recte emendavit Barthius l. III. c. 16. Adverf. quum antea *virorumque* legeretur. Virgines autem hic innuptae sunt, quamvis non integrae, quomodo etiam Justinus l. 1, 3, 2. promiscue *virgines* & *scorta* dixit, inter quas Sardanapalus vitam agebat. CELLAR. Barthius, *Virginumque.* forte *uxorumque.* HEINSIUS.

Comitas habetur vulgati corporis vilitas] Quaedam editiones habent *utilitas* male. Lactantius l. 1. c. 20. forte ad imitationem Curtii. *fuit enim Faustuli uxor, & propter vulgati corporis vilitatem lupa inter pastores, id est meretrix nuncupata.* Videtur & huc respexisse Minutius Felix Octavio, ubi sic inter alia; *Ita enim impudicitiae eorum forsitan sacra sint, apud quos sexus omnis membris omnibus prostat, apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas.* LOCCENIUS.

XXXIV dies] Emenda partim ex hoc loco, partim ex V. C. meo Justinum l. XI. ubi ait: *donatis refectisque militibus*, 33. *continuis diebus praedam cognoscit.* & scribe: 34. *continuis diebus.* MODIUS.

Debilior futurus] Ut Hannibalis exercitus Campaniae fomentis enervatus fuit. lege Senecae epist. 51. CELLAR.

Sentiret] Lugdunenses, & reliqui excusi, *Ceterum quo minus damnum sentirent, identidem incremento novabantur.* Alia inepte, quiddam etiam barbare. MODIUS.

Namque Amyntas Andromenis ab Antipatro, &c.] Et MSS. Dan. ac Pal. & veteres quaedam editiones volunt, *Andromeni.* Vidi antiquissimam editionem, sine temporis, loci, aut typographi designatione, sine supplementis vulgaribus, in qua erat: *Andromoni.* Ipsum nomen est *Andromenes*, ut *Eumenes*, *Anaximenes.* A talibus ejusmodi genitivos formasse veteres notissimum est. Neque ex Terentio *Chremi*, *Archonidi*, ex Virgilio *Achilli*, *Ulyssi*, *Oranti*, tantopere memorabo, quam ex ipso Cicerone, *Themistocli*, *Socrati*, *Aristoteli*, *Theophani*,

41 num peditum [1] sex millia [2] adduxit: D. praeterea ejusdem generis equites. Cum his [3] DC. Thracas, [4] adjunctis [5] peditibus suae gentis [6] III. millibus & D. [7] & ex Peloponneso mercenarius miles [8] ad IV. millia [9] advenerat, cum [10] CCCLXXX. [11] equi-
42 tibus. Idem Amyntas adduxerat L. principum Macedoniae liberos adultos ad custodiam corporis. quippe inter epulas [12] hi sunt [13] regis ministri: iidemque equos [14] ineunti proelium admovent, [15] venantemque comitantur; & [16] vigiliarum vices ante [17] cubiculi fores servant: magnorumque praefectorum & ducum haec in-
43 crementa sunt & rudimenta. Igitur [18] arci Babyloniae, rex [19] Agathone praesidere jusso, cum [20] DCC. Macedonum, trecentisque mercede conductis; praetores, qui re-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. 2. B. *VI.* 2 Ald. Bas. Mer. Col. *abduxit.* 3 F. *sex millia Trachas* P. *sexcenta millia trachtas* B. 1. 2. *VI trachas.* 4 Elz. *adjunxit.* 5 Voss. 2. omittit *peditibus.* 6 Pal. *mille quingentis* D. *III dctis* Voss. 1. *III Dtis.* 7 Mer. *ex* Fl. Bong. *ex Peloponenso* Voss. 2. *ex Peloponesso.* 8 Col. & Frob. omittit *ad.* 9 Fl. Bas. Ald. Elz. Col. Frob. Mer. *advenerant* Voss. 2. *venerat.* 10 Pal. 1. *centum LXXX* Voss. 2. *LXXX.* 11 Ald. Bas. Col. Mer. *militibus.* 12 Pal. 1. *hi duo.* 13 Ald. Bas. Col. Mer. Frob. omittunt *regis.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. D. *ineuntibus.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. D. *venantesque.* 16 Pal. 1. D. *vigilias vigiles.* 17 Pal. 1. *cubili.* 18 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *rex arci Babylone.* 19 Pal. 1. *Agancem praesidem esse* Fl. D. *Agathone praeside esse* Bong. *Agatone* Voss. 2. *Agatione praesidem esse* P. F. *praeside esse* B. 2. *praeside ejus.* 20 Mer. *CCC.*

phani*, *Ariobarzani, ex Sallustio & Tacito *Persi*, omnia eodem gignendi casu. Sic Justinus I, 7. ***nullus fortunae Candauli comparandus.*** Pro *Candaulis.* quod non adsecutus est vir doctus, qui corrigit, *fortuna.* GRONOVIUS.

D] Infra l. VII. c. I, 40. leges DC. praeterimus hujus loci scripturam propter auctoritatem Diodori l. XVII. c. 65. FREINSH.

Ejusdem generis] Videtur illud dicere, gentilium & cognatorum turmas etiam in exercitu Macedonico Alexandri fuisse. Nisi verius & simplicius *ejusdem generis* dici existimemus, ejusdem generis Macedonici equites, ut frustra de illius loci sententia aliter senserit vir doctus apud Vegetium II, 2. Haec Colerus ad Taciti Germ. 7, 3. Recte. Genus enim hic non familiam, aut cognationem sonat, sed totam gentem complectitur. Sic apud Sallust. Cat. 39, 4. ***Lentulus sollicitabat &c. neque solum cives, sed cujusquemodi genus hominum, quod modo bello usui foret.*** Quo exemplo firmissime stabilitur mea conjectura in Hirt. de bel. Afr. cap. 19. pro his verbis: ***legiones conscriptae ex cujusquemodi generis amplius*** XII. ***millibus.*** legendum: ***leg. conscr. ex cujusquemodi generis militibus*, *amplius*** XII. Video tamen non hunc Curtii locum in animo fuisse Stewechio, quem Colerus arguit: sed alium infra V, 2, 6. FREINSH.

Custodiam corporis] Haud tamen hi miscendi cum aliis Somatophylacibus, Ptolemaeo, Leonnato &c. Hi enim jampridem ex illo puerorum censu exempti, post magnarum rerum experimenta, in virtutis praemium inter majorum gentium Somatophylacas, sive corporis custodes, ut Curtius vocat, cooptati sunt. Clarissimum id, nam alia sciens praetereo; ex Aristobulo apud Arrian. VI, 5, 9. ubi tradit: Alexandrum *Peucestam in corporis sui custodem adscripsisse, quem quidem jam Persidis satrapam constituere decreverat, sed antequam illi satrapatum deferret, ne hoc quidem honore fideique testimonio carere eum voluit, ob eximiam ejus operam apud Mallos praestitam. Fuisse autem illi tum temporis septem corporis custodes, Leonnatum Antei, Hephaestionem Amyntoris, Lysimachum Agathoclis, Aristonum Pisaei filium: hos Pellaeos. Perdiccam Orontis ex Orestide, Ptolemaeum Lagi, & Pythonem Crateae F. Eordenses. Octavum vero iis accessisse Peucestam, qui Alexandrum scuto suo protexerat.* Ubi vides in hac classe neminem fuisse praeter summos amicorum. Illa autem numerosior corporis custodia, ut functionis plus habebat, ita longissime infra hanc dignitatem erat, immo hujus aliarumque similium *seminarium*, ut vocatur hic, & infra VIII, 6, 2. FREINSH.

Hi regis ministri] Forte, *hi regi ministri.* HEINSIUS.

Praesidere] Ex variantibus MSS. lege, ***praesidio esse.*** IDEM.

Praetores] Στρατηγὰς, ut vocat Diod. XVII, 64. qui nimirum praeessent militibus: ut Mazaeus Satrapa provincialibus. Sic postea sub Impp. Rom. quaedam provinciae simul praesidem, atque ducem habuere. Aliud igitur est hoc loco *Praetor*, aliud *Satrapa.* Aliud etiam Φρούραρχος, quem male cum Στρατηγῷ confundit Interpres Arriani III, 3, 20. Ubi refert similiter ordinatas Susis res: *Abulite homine Persa Satrapa Susianis relicto, Mazaroque uno ex sociis praefecto praesidii arcis & Archelao Theodori F. constituto.* debuerat: *Maz. uno ex soc. praef. praesidii arcis & Arch. Th. F. praetore constituto.* Isti praesidiorum praefecti à praetoribus haud aliter differebant, quam in Galliis hodie arcium atque oppidorum à Rege constituti praefecti, à ducibus toti provinciae praepositis. FREINSH. Ex Diod. l. XVII. c. 64. desumta sunt, qui hos στρατηγὰς vocat, *militiae praefectos*, & imperium regio-

regioni Babyloniae [1] & civitati praeessent, [2] Menetem & [3] Apollodorum [4] reliquit. [5] His duo millia peditum dat cum mille talentis: utrique praeceptum, *ut in supplementum milites legerent.* [6] Mazaeum transfugam [7] Satrapea [8] Babyloniae donat; [9] Ba- 44
gophanem, qui arcem tradiderat, [10] se sequi jussit: Armenia [11] Mithreni Sardium proditori data est. [12] Ex pecunia deinde [13] Babyloniae [14] Macedonibus equitibus 45
[15] sexceni [16] denarii tributi; peregrinus eques [17] quingenos [18] accepit: [19] Ducenis pe-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 2. *ac Ciliciae* Voss. 1. Pal. 1. Ald. D. Bas. Mer. Col. *& Ciliciae.* 2 Voss. 2. Fl. Leid. D. Bong. *Manetam* Pal. 1. *Meneatam* & vulgo *Menetam.* 3 Fl. Voss. 1. *Apollodoro* Leid. *Apollodora.* 4 Leid. Voss. 1. Bong. *relinquit.* 5 Leid. *II militum his cum mille talentis dat* Voss. 1. *his II militum cum talentis dat* Voss. 2. *duo millia pedum cum mille talentis dat* Ald. Col. Bas. Mer. Frob. *his d. m. peditum dat cum m. t.* Pal. 1. *duo similiter & cum mille talent. dat* D. *II similiter cum ∞ talentis. dat utrique ubi tunc frui si militum* P. F. *duo millia similiter cum ducentis talentis. dat utrique* B. 1. *II his militum cum XC talentis data facio si ∞* B. 2. *II is militum cum talentis dat.* 6 Mer. Col. *Mazeum.* 7 Fl. *Satrapae* Leid. Voss. 1. 2. Bong. *Satrape* F. *Satrapam.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. F. *Babylone.* 9 Voss. 2. *Bacoph.* Frob. *Bagistanem.* 10 Vulgo omittunt *se.* 11 Pal. 1. *Miterni* Ald. Bas. Col. Mer. *Mythreni.* 12 Voss. 2. Pal. 1. omittunt *ex.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *Babyloniae tradita.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. D. *Macedonum* Pal. 1. *Macedonis.* 15 Fl. Leid. D. *Sesceni* Mer. *sexcenti.* 16 D. *donum* Pal. 1. *donarii.* 17 P. *quingentos.* 18 Voss. 2. *accipit.* 19 Fl. Leid. Voss. 1. B. Amst. *duceni.*

gionis tribuit *μέχρι Κιλικίας*, *usque ad Ciliciam.* Satrapiam autem à militari imperio sejunctam donavit rex Mazaeo transfugae, ut mox traditur. n. 44. CELLAR.

Et civitati] Membranae omnes, *ac Ciliciae*, verum nihil audio, neque enim Ciliciae praeesse jussi sunt, quos nominavit Curtius, sed regioni Babyloniae usque ad Ciliciam, teste Diodoro, cujus sunt quae sequuntur de Alexandro. *Ἀπολλόδωρον δὲ τὸν Ἀμφιπολίτην καὶ Μένητα τὸν Πελλαῖον ἀπέδειξε στρατηγοὺς τῆς τε Βαβυλῶνος καὶ τῶν σατραπειῶν μέχρι Κιλικίας.* MODIUS. *Et civitati.* Nihil absoni habet haec *lectio*, sed nescio quomodo praeplacet alia: *& Ciliciae*, sive, ut ex Diod. XVII, 64. Bongarsius emendabat, *ad Ciliciam.* Quid si sic legas? *qui regionib. à Babylonia ad Ciliciam praeessent.* Ex qua abbreviatione usitatissima perfacile nasci potuit illud, *regioni Babyloniae.* Sic enim sane Diod. *Apollodoro Amphipolitae, & Meneti Pellaeo Babylonis & Satrapiarum ad Ciliciam usque administrationem* (evidentius, *tutelam*) *commisit.* Nec leve argumentum est, quod, tradente Arriano III, 4, 13. Alexander Thessalis equitibus domum remissis, *Meneti per literas mandat, ut quum ad mare pervenerint, navibus in Euboeam transvehendos curet.* Quae quidem res proprie ad Ciliciam spectat, ad Babyloniam neutiquam. Legimus quidem supra IV, 5, 9. *Ciliciam Socrati traditam:* & apud Arrian. II, 3, 2. *Balacrum Nicanoris F. Ciliciae Satrapam:* sed interim multa potuerunt mutari. Potuit & ille Satrapa Ciliciae manere, sicut alias quoque regiones proprios habuisse Satrapas consentaneum est; illi autem duo majus adhuc quoquo adissent, in illo tractu imperium habuisse. ut Germanicus apud Tacit. II, 43, 2. Sed omnem omnino dubitationem praecidit Arrian. III, 3, 20. ubi disertis verbis *ὕπαρχον* sive *praetorem Syriae, Phoeniciae, & Ciliciae* vocat Menetem. Atque hanc dispositionem etiam successores ejus servasse apparet. Nam Maccab. II, 8, 8. legitur *Ptolemaeus dux Coelesyriae, & Phoenicis.* & II, 3, 5. *Apollonius.* qui locus in Epitome temporum, subjuncta Eusebio, sic citatur: *Καὶ ἐλθὼν πρὸς Ἀπολλώνιον τὸν Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Κιλικίας στρατηγὸν ὑπισχνεῖται χρήματα καὶ τὰ λοιπά.* FREINSH.

Menetam & Apollodorum reliquit] Quasi *Meneta* nomen fuerit, quod fuit *Menes.* scribe igitur *Meneta*, vel *Menetem* Latino flexu. non advertit hoc Modius ex illo ipso Diodori loco, quem adducit ad hunc locum. ACIDALIUS. *Menetem.* Sic scribo cum Acidalio à recto *Menes.* Clarum id ex Graecis, qui de hoc homine scripserunt. Porro tunc accidisse videri potest, quod narrat Plinius IX, 8, 10. de puero in Iasso delphino vehi solito, quem postea *Alex. Magnus Babylone Neptuni sacerdotio praefecit, amorem illum numinis propitii fuisse interpretatus.* Quo tempore inter sacerdotes Beli fuit Berosus historicus, ut ex ipsius fragmento constat, quod apud Eusebium legitur. FREINSH.

Armenia Mithreni] Non scriptum est, quando Armenia subjugata fuerit. deditionem puto in ditionem Macedonum venisse post proelium ad Issum. CELLAR.

Ex pecunia deinde] Sic lege haec: *Ex pecunia deinde Babyloniae tradita, Macedonum equitibus sexcenti denarii tributi, peregrinus eques quingenos accepit: duceni pedestrium stipendium mensum.* sic inquam haec lege, non quia mihi ita placet sane, sed quia membranae jubent, à quibus recedere sine justa caussa non licet, ac ne libere quidem debet. MODIUS.

Stipen-

pedeſtrium [1] ſtipendium [2] menſum eſt.

VARIANTES LECTIONES.

1 B. 1. *ſpendium.* 2 Voſſ. 2. Pal. 1. *menſium* Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Amſt. Lugd. Bong. omittunt *eſt.*

Stipendium] Non autem ſtipendium id fuit, ſed donum, ut ratio, & Diodor. XVII, 64. docent. Accepit igitur hoc loco ſtipendium Curtius pro voluntaria largitione? an errore & inadvertentia quadam ſtipendium fecit, quod liberalitas erat? FREINSH.

CAPUT II.

Militibus praemia proponit, ut iis otium excuteret. Suſianam urbem ac regum Perſiae theſauros recipit, & Siſygambin ſolatur.

1 His ita compoſitis, in regionem, quae [1] *Satrapene* vocatur, pervenit. fertilis
2 terra, copia rerum, & omni commeatu abundans. Itaque diutius ibi ſubſtitit; ac ne deſides otio [2] demitterent [3] animos, judices dedit, praemiaque propoſuit

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. *Satrapoene* Frob. *Atrap.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. Baſ. Mer. *dimitterent.* 3 Pal. 1. omittit *animos.*

Satrapene vocatur] Lugdunenſis *Attrapene*, Glareanus *Sitacene* legunt. mihi, quid horum verum ſit, non liquet, nec vacat inquirere, niſi quod Glareani conjecturam Diodorus confirmat. MODIUS. *Satrapene.* Hanc etſi nec apud Marcianum &c. nec quemquam alium legam: & Glareanus omnino *Sitacenem* (quam regionem plerique omnes laudant, & hic Diodor. XVII, 65. pro Satrapene ponit) reſcribendum putet: *Satrapenem* tamen apud Polybium & Plutarchum in vita Luculli legi putant, quos *Satrapenes* appellat Plutarchus, cujus locum quem Ortelius laudat, nondum reperi. Polybius lib. V. *Satrapeios* à Satrapene haud dubie. Et Mediae regio, cujus cultores pro Tigrane contra Lucullum propugnarunt. Eadem regio *Sitacene*, recentioribus dicitur *Apolloniatis*, ut docet Strabo. de Satrapene nihil: niſi dicas legendum *Sagapenem*, de qua Strabo lib. XVI. & eſt in illa vicinia. Certe quae de copia rerum & abundanti commeatu affirmantur à Curtio in Satrapene, eadem de Sitacene Siculus narrat. Interpres Polybii vocem *Σατραπείους* vertit *Atropazios*, quorum regio eſt *Atropatene* etiam Plinio VI, 13, 17. Sed hi proximi ſunt populis, qui ad Pontum Euxinum colunt, pars Medorum, nihilque huc faciunt. Vel ergo iidem fuere Satrapeni & Sitaceni, vel Curtiana vertenda. RADERUS. Ego puto Diodori auctoritatem hac in re merito magni fieri à Glareano. Apud Plut. Lucullo cap. 66. pro *Σατραπηνοῖς* legend. *Ἀτραπηνοῖς* oſtendo in Commentario Critico ad Supplem. Livii. FREINSH. Ignota regio, ideoque ſcriptura ſuſpecta. Diodor. l. XVII. c. 65. poſtquam Babylone movit regem veniſſe ait, *εἰς τὴν Σιτακηνὴν ἐπαρχίαν*, *in Sitacenam provinciam*, quam procul dubio etiam Curtius hoc loco ſcripſerat. Nam quod Strabo tradit l. XVI. *τοῖς ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Σοῦσα βαδίζουσι διὰ τῆς Σιτακηνῆς ἡ ὁδὸς ἅπασα*, *è Babylone Suſa euntibus, totum iter per Sitacenen eſt*, ſunt, qui leniori mutatione *Sagapene* ſubſtituunt, cujus Strabo quoque c. l. mentionem facit. Verum, quia obſcura eſt, & ut idem dixit *δυναστεία μικρὰ*, *parva praefectura*, malo Diodorum ſequi, qui eadem de Sitacene praedicat, quae Curtius de fertilitate hujus regionis, & copia rerum tradidit. CELLAR.

Demitterent] Sive potius *remitterent.* ACIDALIUS. *Demitterent. Dimitteret* Freinſhemius, melius Acidalius *remitterent.* HEINSIUS. Putabam typothetarum vitio contigiſſe, ut Freinſhemii editionibus irrepſiſſet *dimitteret*, ſed ex indice didici non plane inconſulto eſſe factum, nam *dimitteret* ad Alexandrum refert, & explicat *pateretur, ſineret.* & quamvis etiam Cellarius ſervet, & praecedens Blancardi editio, nos tamen *demitterent* repoſuimus, ut ante fuerat, quum & illud probet idem in indice Freinſhemius.

Praemiaque propoſuit] Multa Ageſilai videtur inſtituta aemulatus hic Alexander. Inter quae & iſtud. Nam & illum Xenophon in Oratione de laudibus ipſius poſt initium tradit, *propoſuiſſe turmis equeſtribus praemia, quaecumque ex iis equitandi artem optime teneret: itidemque pedeſtribus quaecumque corporibus eſſet egregie exercitatis.* Idem auctor de utroque Cyro tradit, eos praemiis propoſitis ſuos excitaſſe. Xenophonti conſentit etiam Corn. Nepos in Ageſ. 3, 2. FREINSH. *Praemia propoſuit.* Exemplum egregium habet Livius l. XXXVI. extr. de Scipione. Sueton. in Ner. c. 7. Galba. c. 6. Plin. Panegyr. c. 13. Capitolin. in Maximin. c. 6. CELLAR.

No-

suit de virtute militari certantibus. [1] Novem, qui fortissimi judicati essent, sin- 3
gulis militum millibus praefuturi erant, *Chiliarchas* [2] vocabant; [3] tum primum in
hunc numerum copiis distributis: namque antea [4] quingenariae cohortes [5] erant;
nec fortitudinis praemia [6] gesserant. Ingens militum turba convenerat, egregio 4
interfutura certamini, testis eadem [7] cujusque factorum, & de judicibus latura
sententiam. quippe [8] verone, an falso honos cuique haberetur, ignorari non pote-
rat. Primus omnium virtutis caussa donatus est [9] Adarchias senior, qui [10] omis- 5
sum apud [11] Halicarnason à junioribus proelium unus maxime accenderat. proxi-
mus ei [12] Antigenes [13] visus est: tertium locum Philotas [14] Angeus obtinuit: quartus
Amyntae datus [15] est: post hos Antigonus, & [16] ab eo Lyncestes Amyntas fuit:
septimum locum [17] Theodotus: *ultimum obtinuit Hellanicus. In disciplina quo- 6
que

Variantes Lectiones.

1 Vulgatae editt. pleraeque *octo.* 2 Alii *vocabat.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *tunc.* 4 Pal. 1. & alii *quinquagenariae.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *fuerant.* 6 Sic MSS. o. 7 Pal. 1. *cuique.* 8 Col. Mer. *vero.* 9 B. 1. *Adarrihias* Fl. Leid. Voss. 1. B. 2. *Adarribias* P. F. D. *Adarrihas* Pal. 1. *Athareas* Voss. 2. *Aras.* 10 Mer. *omissis.* 11 Sic MSS. vulgo *Halicarnasson* Bas. Lugd. Mer. Col. Frob. *Alicarnasson.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. *Antigenis* Voss. 2. Pal. 1. Ald. Mer. Bas. Frob. Col. *Antigonus.* 13 Pal. 1. omittit *visus est* Ald. *jussus est.* 14 D. Elz. *Augeus* Ald. *Angetheus* Fl. Leid. Voss. 2. *Angheus* Lugd. *Augaeus* Mer. *Angelus.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. omittunt *est.* 16 Mer. *Ablyncestes.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *Theodetus* Ald. post hoc nomen signum defectus collocavit.

Novem] Sic retinui cum veteribus, & nota lacunae, quam expressit Aldus mox num. 5. Nihil vidi quod persuaderet rectius facere, qui *octo* hic reposuerunt. FREINSH.

Quingenariae cohortes] *Quinquagenariae cohortes* vulgo, sed hoc falsissimum. MODIUS. *Quingenariae.* Alii male *quinquagenariae.* Nimia enim & insolens fuisset haec mutatio à quinquagenis ad millenos, & numerus ille cohortis nomine vix dignus. reponendum igitur olim videbam, *quingenariae*, hoc est, 500. aut circiter militum, quales & Romanis fuerunt, teste Vegetio II, 6. Et nunc quia aliquas editiones sic habere, huncque locum à Lipsio, aliisque Viris doctis, citari videam, merito recepi. FREINSH.

Fortitudinis praemia gesserant] Verbum jure mihi suspectum. Quid enim? an cohortibus ipsis praemia dabantur? & si dabantur forte, quaenam? non haec certe de quibus hic sermo. non ipsae Chiliarchae constituebantur (quo quid cogites absurdius?) sed ipsis. Ita praemia non illis, sed illae praemia dabantur suis praefectis. Ipsae inquam praemia erant: &, qui eis praeficiebantur, viri fortes ac strenui, in virtutis suae mercedem accipiebant hanc praefecturam. hanc sententiam una minima literula impedit, quae similes saepe alibi turbas dedit. scribe *cesserant*, & rem factam habes. *g.* in *c.* mutato: quarum literarum alterna vicissitudine nihil in omnibus libris frequentius. Jam recte, & id perfacile capies, cohortes praefectis suis, tamquam praemia fortitudinis cessisse. Teneo hoc, & verum scio: tamen aliquis conjectare etiam possit, *praefecti* vocem desiderari, ut in eumdem sensum ita rescribatur: *nec praefecti fortitudinis praemia gesserant.* Quod ego non admitto: prius, ut dixi, teneo, multis caussis, quae intelligenti lectori per se obviae. ACIDALIUS. *Praemia gesserant.* Lego *cesserant*: quoniam adsignificat, Chiliarchias istas dari ex virtute coeptas, antea non factum. Lipsius de Mil. Rom. II, 9. Quam emendationem & Acidalius sibi vindicat. FREINSH. Jam pridem Freinshemius post Lipsium viderat legendum *cesserant*, non *gesserant*. Verum *praemia*, quod retinuerat, non dubitavi quin mutandum esset in *praemio*. Usitata enim apud Curtium haec locutio. ut l. VI. c. 3. *quidquid cessisset alienae gloriae.* l. VII. *cetera armentorum pabulo cedunt.* TELLIER. Lipsius Mil. Rom. l. II. D. 9. primus scripsit *cesserant*, & Tellierius *praemio* tertio casu, pro *praemia.* sententia enim haec subest: *Chiliarchis istas dari ex virtute coeptas, antea non factum*, interprete Lipsio. CELLAR.

Adarchias] Hunc Curtius VIII, 1, 36. *Athariam* vocat. quare vide an hic etiam ita legendum sit. POPMA. De pugna à senioribus instaurata vide Diodor. XVII, 27. Puto hominis hujus mentionem etiam haberi infra VII, 1, 5. ubi *Apharias* legitur. Vide Var. Lect. Denique eumdem esse, quem Plutarch. de fort. Alex. *Tarriam* appellat; & Diodor. XIX, 36. *Atharriam.* FREINSH.

Apud Halicarnason] Diodor. l. XVII. c. 27. cetera nomen Adarchiae corruptum. l. VIII. c. 1, 36. *Atharias* dicitur, forsan Acharias est l. VII. c. 1, 5. CELLAR.

Antigonis] Scribe *Antigenes*, & Glareani nugas mitte. MODIUS.

Philotas Anghaeus] Scribe rursus *Philotas Augaeus*, quomodo veteres libri habent. MODIUS.

que militaris rei [1] pleraque à majoribus [2] tradita utiliter mutavit. Nam quum ante equites in ſuam quiſque gentem [3] deſcriberentur [4] ſcorſum à ceteris; [5] exempto nationum diſcrimine, [6] praefectis, non [7] utique ſuarum gentium, ſed [8] de-
7 lectis, adtribuit. [9] Tuba, quum caſtra movere vellet, ſignum dabat, cujus ſonus plerumque, tumultuantium fremitu [10] exoriente, haud ſatis exaudiebatur: ergo perticam, quae undique conſpici poſſet, ſupra praetorium ſtatuit, ex qua ſignum

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 2. Bong. *à maj. pler.* 2 Mod. Lugd. Frob. Amſt. *ſumta utiliter* Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Col. Baſ. Ald. Mer. *ſumma utilitate* ſed Aldi codices nonnulli habent *tradita.* 3 B. 2. Fl. Leid. Voſſ. 1. *diſcriberentur.* 4 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Mer. *ſeorſus.* 5 P. *exemplo* Voſſ. 2. Mer. *excepto.* 6 Sic MSS. vulgo *praefectos.* 7 Pal. 1. *utrique.* 8 Sic MSS. vulgo *delectos* Pal. 1. Voſſ. 2. Mer. *electis* Frob. *electos.* 9 D. *tubae* Voſſ. 2. *Turba* ſed inducto *r.* 10 Amſt. *oriente* Col. *ex oriente.*

Ultimum obtinuit] Deficit octavus, propterea n. 3. octo pro novem legunt Bruno, Tellierius, alii, ut hiatum ſuppleant. Contra Aldus & Eraſmus *novem*, quos ſequitur Freinshemius, qui etiam cum Aldo * notula lacunam n. 5. ſignavit. CELLAR.

Sumta utiliter] Membranae *ſumma utilitate.* nihil periculi eſt hoc, an illud ſequare. MODIUS.

Equites] De equitibus diſertius Arrianus III, 3, 21. Κατέστησε δὲ καὶ λόχους δύο ἐν ἑκάστῃ ἴλῃ, οὐ πρόσθεν ὄντας λόχους ἱππικούς. *Inſtituit autem in ſingulis turmis decurias duas, cum ante nullae eſſent decuriae.* Haec ita ut verba Arriani ſonant interpretatus ſum, ut mirer quamobrem Facius & Vulcanius vocem λόχους alter *decuriones*, alter *tribunos* verterit, cum λόχος nec decurionem, nec tribunum ſignificet, ſed vere & proprie decuriam, ut Aelianus in Tacticis cap. 4. diſerte docet. Alter eorumdem error, quod confundunt λόχους καὶ ἴλας, cum λόχος proprie tantum *decuriam*, ἴλη *turmam* ſonet. Proprie loquendum erat hic, cum Arrianus dicat ab Alexandro ſingulas ἴλας, ſeu turmas, εἰς δύο λόχους, in duas decurias diviſas eſſe. Sequitur in Arriano: Καὶ λοχαγοὺς ἐπέστησε τοὺς κατ᾽ ἀρετὴν προκριθέντας ἐκ τῶν ἑταίρων. Vulcanius interpretatus: *Ad hoc munus ex ſociis eos, qui virtute bellica praeſtitiſſent, elegit.* non proprie. melius Facius: *Quarum ductores delegit ex amicorum numero lectis, qui maxime virtute praeſtarent.* Verius tamen transtuliſſet etiam Facius, ſi λοχαγοὺς, *decuriones* proprie dixiſſet. quamvis λοχαγοὶ ductores ſint, nomen *Ductoris* generale eſt, & vocem λοχαγοὺς non exprimit, qui ſunt proprie decuriones, ſicut λόχος eſt decuria. RADERUS. Raderum verborum nimium tenacem in ipſa re offendiſſe deprehendo. Dum enim λόχους & λοχαγοὺς praeciſe *decurias*, & *decuriones* vult reddi, non animadvertit ſe turmas, ſeu potius *alam*, quod eſt ἴλη, viginti hominum conſtituere, quam ſcimus longe fuiſſe plurium. nec certe valde honoraſſet amicos Alexander, ſi quemque eorum decem equitibus praepoſuiſſet. Scio quidem aliquando λόχον denotare decuriam, ubi nimirum res coincidit: ſed non ſemper. Fruſtra ſumus, ſi Graecis nominibus aequipollentia apud Romanos quaerimus: cum ipſae res variaverint. Sufficit, ut quam poteſt proxime accedentes, ἴλην *alam* vertamus, λόχους *turmas: Inſtituit in ſingulis alis turmas duas, cum ante nullae eſſent turmae.* FREINSH.

Delectos] *Electos* vulgo, malo quod expreſſi. MODIUS. *Nam cum ante equites in ſuam quiſque gentem deſcriberentur, ſeorſum à ceteris exemto nationum diſcrimine, praefectos non utique ſuarum gentium, ſed delectos attribuit.* Pugnam in ſententia diſtinctiuncula facit, quam alio remove, ut illam tollas: *Nam cum ante equites in ſuam quiſque gentem deſcriberentur ſeorſum à ceteris; exemto nationum diſcrimine, praefectos* &c. Etiam hoc, ut video, in vulgatis libris diligentius obſervatum. ACIDALIUS. *Delectis.* Sic feci, cum bene huc inclinarent alii codd. & praeſertim MSS. qui iidem paullo ſupra *praefectis* maluerunt. FREINSH.

Perticam] De ſignis pugnae Lipſius de Mil. R. IV, 12. ubi hunc Curtii locum adducit. *Nec*, inquit, *huic rei aliud legi, niſi ſi forte in Curtio de Alexandro, qui cum tubae ſonus haud pariter ab omnibus exaudiretur, cum caſtra movenda eſſent*, Perticam quae undique conſpici poſſet, ſupra praetorium ſtatuit, ex qua ſignum eminebat pariter omnibus conſpicuum. *Sed id quale fuerit*, inquit Lipſius, *non dicit.* Imo dicit, & ſtatim ſequenti verſu; *Obſervabatur ignis noctu, fumus interdiu.* Hoc erat ergo ſignum profectionis: quemadmodum Iſraëlitis caſtra moventibus per diem nubes, per noctem ignis praecedebat, ſigna à DEO adſignata, & numquam à caſtris recedentia. *Igitur die qua erectum eſt tabernaculum, operuit illud nubes; à veſpere autem ſuper tentorium erat quaſi ſpecies ignis uſque mane.* Num. 10, 15. De ſignis aliorum gentium, & Romanorum, Lipſius ubertim. RADERUS. Haec igitur pertica eum in modum comparata fuerit, quo in pleriſque civitatibus paſſim prominent, quibus in extremitatibus adnexae ſunt lucernae, ſuſcipiendis funibus pice & ſulphure in alimentum clarioris flammae ſubactis: ut, in incendio vel tumultu nocturno vicatim ſuccenſi, lucem praebeant ultro citroque diſcurrentibus. Hodie tormenta diſploſa in quocumque fremitu ſatis exaudiuntur. FREINSH.

Ob-

gnum eminebat [1] pariter omnibus conspicuum: [2] observabatur ignis noctu, fumus interdiu. Jamque [3] Susa adituro [4] Abulites, regionis ejus praefectus, sive 8
Darii jussu, ut Alexandrum [5] praeda retineret; sive [6] sponte, filium obviam misit, *traditurum se urbem* promittens. Benigne juvenem excepit rex, & [7] eo du- 9
ce ad [8] Choaspen amnem pervenit, [9] delicatam, ut fama est, [10] vehentem aquam.

VARIANTES LECTIONES.

1 P. omittit *pariter*. 2 Fl. Leid. omitt. *observabatur* Voss. 1. 2. D. Bong. *observatur*. 3 Fl. Voss. 1. *Susa* & Leid. *Susas* & Voss. 2. Pal. 1. Ald. Mer. Bas. Col. Frob. *Susam* Bong. *Susam* &. 4 P. *Abulithes*. 5 Pal. 1. omittit *praeda*. 6 Fl. Leid. Voss. 1. Mod. Amst. Lugd. *sua sponte*. 7 Fl. Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. *eodem*. 8 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *adeo haspin* D. *ad eo h'aspin* Ald. Mer. Frob. Col. Elz *ad Hydaspin* Amst. Lugd. *ad Hydaspen* Bas. *ad Hydaspem* Voss. 2. *ad Idaspin*. 9 Bong. Fl. Leid. *dedicata* Voss. 1. *delicata* Voss. 2. *dedicatam*. 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Bong. *vehementem* Mer. B. 2. *vehementer*.

Observabatur] Libenter omiserim hoc verbum; & reliqua aptius cohaereant praecedentibus. FREINSH.

Ignis noctu] Tunc enim latissime conspicitur. Igitur ob evidentem usum consensu receptum hoc signum. Vegetius l. III, 5. *Si divisae sint copiae, per noctem flammis, per diem fumo significant sociis, quod aliter non potest nuntiari.* Exemplum in Appiano l. I. bell. Civ. de Bovianis à Sylla superatis: *Ille nonnullis praemissis, quam primam ex omnibus arcem adscendere possent, jubet occupare: deinde ex fumo rem notam sibi facere. Prodeunte igitur fumo &c.* Idem de bell. Hisp. *Interdiu rubro panno hastae praelongae infixo, noctu vero igne signum datum.* Livius l. XXI, 27, 7. *Postero die profecti ex loco, prodito fumo significant se transisse, & haud procul abesse.* Idem XXXII, 12, 1. *Quum verticem, quem petierant, Romani cepisse, ac tenere se fumo significarent.* Vide Sigonium ad Livium p. 54. Caesar de bell. Gall. l. II, 33. *Celeriter, ut ante Caesar imperaverat, ignibus significatione facta, ex proximis castellis eo concursum est.* Idem ibid. l. V, 48. *Fumi incendiorum procul videbantur, quae res omnem dubitationem adventus exercitus expulit.* Thucyd. l. II, 20, 5. *Ab his, qui expugnabantur, levati sunt ignes Athenas versus, adventum hostium significantes.* & l. III, 4, 13. *Faces, hostilis adventus indices, Thebas versus sublatae sunt.* Et Polyb. l. II, 26. *Cognito Consulis adventu, id enim per nocturnos ignes intelligebatur.* Frontin. l. II, 5, 16. elegans ex hoc more stratagema refert: *Arabes, cum esset nota consuetudo eorum, qua de adventu hostium interdiu fumo, noctu igne significare instituerant, ut sine intermissione ea fierent, praeceperunt: adventantibus autem adversariis intermitterent; qui cum cessantibus luminibus existimarent ignorari adventum suum, avidius ingressi oppressique sunt.* Eum etiam morem igneorum signorum ad Siciliam suam venuste transtulit elegantissimus Barclajus lib. I. Argen. FREINSH.

Abulites] Haec omnia ex Diodoro XVII, 65. non solum expressa; sed propemodum etiam translata. ubi *Abuletes* vocatur. & apud Arrian. III, 4, II. Hunc tamen postea Alex. cum ex Indis reverteretur, & inopia pabuli laboraret, quod non cum commeatu necessario occurrisset, in vincula compegit, uti Plutarchus cap. 118. testatur. Arrianus VII, 1, 14. una cum filio occisum tradit, quod res Susianorum male administrassent. RADERUS. Eo loco & III, 3, 20. apud Arrian. etiam scribitur Abulites. Interpreti Zonarae male, *Abulitus*. FREINSH.

Filium] *Oxoathrem*, ut ex Arriano III, 3, II. constat. Hunc Alexander, Plutarcho cap. 118. teste, postea hasta trajecit. Plutarcho *Oxyartes* dicitur. Arriano VII, 1, 14. *Oxathres*. RADERUS.

Choaspen] Glareanus recte emendat *Choaspen*, pro *Hydaspen*. firmat enim emendationem, quod addit Curtius *delicatam vehentem aquam*. Choaspes enim delicatam habebat aquam, adeo ut ob miram suavitatem Persarum reges illam biberent: indeque Tibullus regiam lympham vocat l. IV. ad Messall. *Nec qua vel Nilus vel regia lympha Choaspis Profluit*. LOCCENIUS. *Hydaspen?* amnem Indiae? quid hic in Suside Hydaspes, mille parasangis ab hac provincia dissitus? scribe sine omni dubitatione *Choaspen*, quod Curtii sequentia verba docent, *delicatam, ut fama est, vehentem aquam.* Quis hoc umquam de Hydaspe? de Choaspe vero Herodot. Clio c. 188. Eustath. ad Periegetam p. 132. Strab. l. XV. Dices, si Choaspes ex Indo aquas vehit, ergo in India natus, Mediam & Susa transiit: quod & de Hydaspe dici potest. Certe Ortelius dubitat, idemne sit Hydaspes, & Choaspes, sed frustra est & Ortelius, & auctor lexici Geographici, & Poëtici, qui Hydaspen per Susa & Mediam fluere scripserunt. Nam Hydaspes in India existit, cum Acesine miscetur, & uterque Indo, cum quo in Oceanum evolvuntur. ut infra l. VIII. liquebit. RADERUS. *Choaspen.* Alii male *Hydaspen.* Ut & Ortelius notavit. quem non intellexit Raderus, cum scriberet, eum *dubitare idemne sit Hydaspes & Choaspes. sed frustra esse.* numquam enim id Ortelio in mentem venit: sed hoc, corrigendum esse Curtii locum. Idem vitium advertit correxitque in libris Solini cap. 37. Salmasius ille, in exercit. Plinian. FREINSH. *Choaspen.* Qui Susa praeterfluit, & cujus sola aqua Persarum reges, etiam peregre profecti, utebantur. Herodot. l. I, 188. CELLAR.

 De-

10 aquam. Hic Abulites cum donis regalis opulentiae occurrit. Dromades cameli inter dona erant velocitatis [1] eximiae; XII. Elephanti, à Dario ex India acciti, [2] non jam terror, ut [3] speraverant, Macedonum; sed auxilium: opes victi ad
11 victorem transferente Fortuna. Ut vero urbem intravit, incredibilem ex thesauris summam [4] pecuniae [5] egessit. [6] L. millia [7] talentum argenti, non signati for-
12 ma, sed [8] rudi pondere. Multi reges tantas opes longa aetate cumulaverant liberis posterisque, ut arbitrabantur, quas una hora in externi regis manus intu-
13 lit. Consedit deinde in regia sella multo excelsiore, quam pro habitu corporis. Itaque [9] pedes cum imum gradum non contingerent, unus ex [10] regiis pueris men-
14 sam subdidit pedibus. & cum spadonem, qui Darii fuerat, ingemiscentem conspexisset Rex; *caussam moestitiae* requisivit. Ille indicat, *Darium vesci in ea solitum: seque sacram ejus mensam ad ludibrium* [11] *recidentem sine lacrimis conspicere non posse.*
15 Subiit ergo regem verecundia violandi hospitales Deos. Jamque *subduci* jubebat: cum

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *exemiae.* 2 Bong. Voss. 1. *jam non.* 3 Sic MSS. D. Pal. 1. Ald. sed Lugd. Amst. *speraverat* Voss. 2. *superaret.* 4 Fl. *pecuniam.* 5 P. *gessit.* 6 P. *L. milia* Voss. 1. Mer. Col. Ald. *L.* 7 Bas. *talentorum.* 8 P. *re rudi.* 9 Leid. Bong. Voss. 1. *cum pedes.* 10 Sic MSS & Bong. sed Voss. 2. Ald. Mer. *regis.* 11 Fl. Voss. 1. *reccidentem.*

Delicatam] Bongarsius conjiciebat; *regibus dedicatam*, quo sensu retento propius scripturam esset *regi dicatam.* Scimus enim ex Herodoto 1, 188. Strabone lib. XV. Plinio XXXI, 3. Solino cap. 33. & Eustathio ad Dionysii versum 1073. ex eo solo reges Persarum bibere consuevisse. Ea tamen ipsa res argumento sit, non male scribi *delicatam*, nec enim aliter eam aquam delecturos fuisse credibile est. Non praetereundum videtur quod Plutarch. de Exsilio c. 8. de eo Persarum more dubitabundus loquitur. FREINSH. *Delicatam.* Ideo in deliciis regum habitam, ut ex Herodoto jam notavimus. CELLAR.

Dromades Cameli] Isidorus Orig. XII, 1. *Dromeda genus est Camelorum, minoris quidem staturae, sed velocioris, unde nomen habet. nam* δρόμος *Graece cursus velocitas appellatur. Centum & amplius milliaria uno die pergere solet.* Meminere illorum & Livius lib. XXXVII. & Diodor. l. III, 45. uterque forma eadem, qua Curtius in ES pluraliter exeunte, non quam Isidorus ex sui consuetudine saeculi expressit. CELLAR.

Ad victorem] Editi *ad victoriam.* non bene. sed pusilla haec. MODIUS.

L millia] Totidem Arrianus l. III, 3, 18. At Justin. XI, 14, 9. Diodor. XVII, 66. & Plutarch. c. 66. *XL millia* habent. Bernegg. in Justinum, L. millia talentum efficiunt tricies millies centena millia Philippaeorum (immo tricies millies mille Philippaeos) hoc est, ut vulgo loquuntur, triginta milliones. RADERUS.

Consedit in sella regia] Philostr. l. II. Imag. refert in aurea sella sedisse Persarum reges. ac Xerxem ἐν χρυσῷ θρόνῳ καθήμενον navalem pugnam spectasse. Jo. Tzetzes Hist. Chil. 1. c. 33. & aureo solio Alexandrum usum, Athenaeus l. XII. Deipnos. Reges vero Persarum regiam sellam, & θρόνον βασιλείας Susis habuisse ex c. 1. Hist. Estherae constat. eamque urbem ingressus Alexander in regia sella consedit: Quod Demaratus Corinthius conspiciens prae gaudio lacrimans dixit, maxima voluptate & laetitia Graecos caruisse, qui morte praerepti Alexandrum Darii sellae insidentem non vidissent. Plut. lib. 1. de fortuna Alex. POPMA. *Regia sella.* De hoc Curtii loco & sella regia copiosissime disputat Brissonius lib. 1. pag. 50. de regno Persarum, quem consules. RADERUS. Adde Bulenger. de Imp. Rom. II, 29. Consedit autem ea in sella Alexander ut opere ipso ostenderet, opes Persarum imperiumque se tenere. Notatum aliquid simile in Hist. Misc. XVI, 7. de Belisario: *Carthaginem introivit, & adscendens palatium, in Gelimeris solio sedit.* ostentui nimirum, Vandalis nunc imperitare Romanos, & horum principem Justinianum. FREINSH.

Regiis pueris] Cave de servis accipias, qui plerumque pueri dicuntur, & qui locum haberent, si de Persis ageretur; nunc illi sunt, quos supra l. V. c. 1, 42. dixit, *principum Macedoniae liberos adultos, ad custodiam corporis*, & qui iterum describuntur l. VIII. c. 6, 2.

Subiit ergo regem verecundia] Veteribus jus hospitalitatis sanctum erat, eoque violare grande nefas. Inde hospitalitatis commercia *sacra mensae* Valer. Maximo IV, 2, 3. Senecae de Ira, 1, 2. dicta. Juvenali *reverentia mensae.* Cotys à Rhescupore incautus in convivio catenis oneratus, praeter alia, *hospitales mensas* obtestatur, apud Tacit. II. Annal. LOCCENIUS.

Hospitales Deos] Mensae enim (quae Persis aureae, & argenteae) Diis sacrae, quibus statuae deorum inferebantur, veluti tutelae mensarum & convivio-

cum Philotas; *minime vero* [1] *haec feceris rex*, *sed* [2] *omen quoque accipe*; *mensam*, *ex qua libavit hostis epulas*, *tuis pedibus esse subjectam.* Rex, Persidis [3] fines aditurus, 16
[4] Susa urbem Archelao & praesidium [5] III. millium tradidit: [6] Xenophilo arcis cura mandata est: [7] Macedonum aetate [8] graves praesidere arcis custodiae [9] jussi. Thesaurorum Callicrati tutela permissa: [10] Satrapea regionis [11] Susiae restituta [12] A- 17
buliti. Matrem quoque [13] Darii & liberos in eadem urbe deponit. Ac forte Ma- 18
cedonicas vestes, multamque purpuram, dono ex Macedonia [14] sibi missam, [15] cum his, quae [16] eam confecerant, *tradi* [17] *Sisygambi* [18] jussit. Omni namque honore eam, & filii quoque pietate prosequebatur. *Admonerique* jussit; *ut si cordi quoque* 19
vestis

Variantes Lectiones.

1 Alii omittunt *haec*. 2 Pal. 1. *omnem.* 3 Fl. Leid. Bong. Pal. 1. D. *finem.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Bas. Frob. Mer. Col. Elz. *Susam* semper. 5 Fl. Leid. Voss. 1. D. F. B. 2. *III milia* P. *IIII milia* B. 1. *III.* 6 Bong. *Xenephilo* Voss. 2. *Xenofralo.* 7 Vulgo addunt *mille Mac.* 8 MSS. nostri & vulgo *gravibus* P. *ne gravibus.* 9 MSS. & vulgo *jussis* Ald. Bas. Mer. Col. Frob. *jussit.* 10 Sic Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. Mer. Col. sed vulgo *Satrapia* Pal. 1. Voss. 2. *Satrape.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. *Susianae.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *Abulitae* Voss. 2. *Abulite* Ald. *Albuliti.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *Darii.* 14 Mer. omittit *sibi.* 15 Vulgo *cum iis qui* Mer. *cum his qui.* 16 Alii omittunt *eam* Voss. 2. *quae fecerant* Pal. 1. *eam fecerant.* 17 Fl. D. *Sisygambim.* 18 Leid. Voss. 1. *jubet.*

viorum. Martialis de sigillo Herculis in mensa Alexandri Epigramm. IX, 44.

Hoc habuit numen Pellaei mensa tyranni,
Qui cito perdomito victor in orbe jacet.

Et Statius IV, 6, 32. de eodem

- - - - *Castae genius tutelaque mensae.*

& IV, 6, 59.

- - - - - - *Pellaeus habebat*
Regnator laetis numen venerabile mensis.

Hospitales deos vocat, quod velut convivae & hospites ad mensam invitarentur, & in ipsa mensa eorum statuae collocarentur. RADERUS. Pertinent eo extremi versus citati ab Radero epigrammatis:

Utque fuit quondam placidi conviva Molorchi,
Sic voluit docti Vindicis esse deus.

FREINSH. *Deos hospitales.* Genios mensarum praesides Arnob. l. II. p. 91. *sacras facitis mensas salinarum opposita, & simulacris Deorum.* hinc de Hercule Epitrapezio Statius l. IV. Silv. 6. vs, 32.

- - - *Castae genius tutelaque mensae.*

& v. 60. ejusdem Silvae.

Regnator laetis numen venerabile mensis.

CELLAR.

Omen accipe] Formula sollemnis interpretantium prodigia, vel auspicia captantium. Sic apud Livium l. 1, 7. ad Carmentam Euandri matrem *Hercules data dextra accipere se omen, impleturumque fata, ara condita atque dicata.*

Libavit] Epulas diis libasse Persas, & velut coenae primitias iis dedisse, docet Xenophon pr. lib. VII. Παιδ. *Cyrus ita uti consliterat, delibatis cibis prandebat; & semper ei, qui maxime indigeret, impertiebatur; quumque post libationem precatus esset, tum ipse bibit, tum ceteri, qui aderant, similiter fecerunt.* [non enim interpreti negligenda erant verba οὕτως ἐποίουν, quae libationem etiam comprehendunt] Brissonius de regno Pers. lib. 1. p. 177. FREINSH. *Libavit hostis epulas.* Forte *libavit hostis Dis epulas.* HEINSIUS.

Susa urbem Archelao] Urbs haec Persidis illustris, quod à Memnone constructa, Μεμνόνεια ab Herodoto, & Aeliano dicta. Strabo regiam Memnoniam appellavit. Nam in ea regum erant hyberna, propter amoenissimum coeli situm. Volentes autem hujus pulchritudinem exprimere nomen illi à lilio fecerunt; nam lilia à Phoenicibus *Susa* appellari magno Etymologico scriptum; τὰ λείρια ὑπὸ τῶν Φοινίκων σοῦσα λέγεται. Stephanus de Urbibus nomen habuisse tradit, ἀπὸ τῶν κρίνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πεφύκει ἐκείνῃ. additque σοῦσαν τε αὐτὸ καλοῦσι οἱ βάρβαροι. & Athenaeus l. XII. Σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ κρίνον. POPMA.

Xenophilo] Hujus & Callicratis nulla nec apud Arrianum III, 3, 20. nec Siculum XVII, 65. mentio: decerpsit enim sua Curtius ex pluribus. Sed ex Arriano & Plutarcho aevo posterioribus non potuit. RADERUS.

Mille Macedonum] Excusi, *Macedonum aetate graves praesidere arcis custodiae jussit*, omnia, ut verbo dicam, pessime. MODIUS. *Macedonum.* Sic malui cum melioribus libris, quam ut exprimerem certum numerum, quem suspicor ab aliis ingeniose magis, quam vere, ex prima vocis istius litera desumptum. legimus infra quoque VII, 3, 23. hos in coloniis relinqui solitos. In ceteris etiam hujus periodi magis vett. Codd. & meum judicium sequutus sum. FREINSH.

His, quae] Sic optime Pal. 1. Feminas enim fuisse consentaneum est: idque mox patebit ex notatis ad V, 2, 20. FREINSH.

Jussit] Haud dubium quin hoc verbum non iteraverit Curtius. scripsisse credam: *tradi Sysigambi jussit (omni namque honore eam, & filii quoque pietate*

vestis esset; *conficere eam neptes suas adsuefaceret*, *donoque* [1] *doceret dare.* Ad hanc vocem lacrimae obortae prodidere animum aspernantis id munus. quippe [2] non aliud magis [3] in contumeliam Persarum feminae accipiunt, quam admovere lanae manus. Nuntiant qui dona tulerant, *tristem esse Sisygambin*; dignaque [4] res excusatione & [5] solatio visa. Ipse ergo pervenit ad eam, &, *mater*, inquit, *hanc vestem*, *qua indutus sum*, *sororum non solum donum*, *sed etiam opus vides.* [6] *nostri decepere*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Ald. Bas. Mer. Col. *se doceret* B. 1. *docerent.* 2 Mer. *cum non aliam contum. magis.* 3 Pal. 1. Voss. 2. omittunt *in.* 4 Voss. 1. *re ex excutione.* 5 Mer. Col. Ald. Bas. Frob. *consolatione.* 6 Pal. 1. *vestri.*

tate prosequebatur) *admonerique &c.* FREINSH.

In contumeliam] Servile enim id munus. Inde quae in servitutem incidebant, inter cetera vilia ministeria, hoc quoque memorabant, ut Hector ad Andromachen. Homer. Iλ. H, 454. *quando aliquis Achivorum loricatorum lacrimantem abduxerit, liberum diem eripiens: & Argis agens ad alterius telam texeris.* Briseis Ovidiana in Epist. ad Achillem versu 69.

Victorem captiva sequar, non nupta maritum:
Est mihi quae lanas molliat, apta manus.
Inter Achaeiades longe pulcherrima matres
In thalamos conjux ibit, eatque, tuos &c.
Nos humiles, famulaeque tuae data pensa trahemus:
Et minuent plenas stamina nostra colos.

Apud eumdem in epist. Heroid. Deianira id exprobrat Herculi, apud Omphalen famulae more colo manum admoventi, versu 77.

Crassaque robusto deducis pollice fila,
Aequaque formosae pensa rependis herae.

Valer. Flaccus III, 139.

- - - - - - famulasque fatigat
Velleribus.

Polyxaena in Euripidis Hecuba v. 360.

- - - - quicumque argento me emet,
Adigens me ad panificium in aedibus,
Verrereque domum, & radiis textoriis insistere,
Tristem agentem diem, me coget.

FREINSH. Hoc luxui & pessimis moribus tribuendum est, quia otium & voluptas in hac gente dominabantur, labore & negotiis ad servos & infimos homines relegatis. CELLAR.

Solatio] Vulgati, *consolatione* MODIUS.

Pervenit] Malui *perrexit.* FREINSH.

Etiam opus] Pheretima, mater Arcesilai regis Cyrenaeorum, multis beneficiis affecta ab Euelthone principe Salaminis, ad quem exulatum profugerat, tandem etiam exercitum pro reducendo filio rogavit, qua importuna rogatione turbatus Euelthon, fusum aureum misit & colum penso circumdatum, talia deberi munera muliebri arrogantiae rescribens, non exercitus. Herod. IV, 162. Cyrus ad ignaviam redacturus Lydos, non tantum habitum, sed & opera muliebria iis imperavit, texere & psallere. Herod. I, 155. Polyaen. VII, 6, 4. Justin. I, 7, 12. Salomon Proverb. c. ult. dum describit operas probae mulieris, *Cum lana*, inquit, *& lino occupatur, vestem & stragula ipsa sibi texit. Manum suam extendit*, ut legit vulgata, *ad fortia*, *& digiti ejus apprehenderunt fusum.* Nec dissimilia officia eidem adscribit Virgil. Aeneid. VII, 247.

Iliadumque labor vestis - - - -

& VIII, 410.

- - - - - - femina primum,
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva
Impositum.

Graecorum Regum filias & uxores non abhorruisse telas operosae Minervae, ex Homeri testimoniis & Penelopes penso notum est. De Romanorum moribus testatur Arnob. lib. II. *Matresfamilias vestrae in atriis operantur domorum*, *industrias testificantes suas.* Nam Lucretiam omnes praedicabant, quod cum ex improviso supervenissent, haudquaquam, ut regias nurus, quas in convivio luxuque viderant, tempus terentes, sed sera nocte deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem invenerint. Livius I, 57, 8. Tatius, cum pacisceretur cum Romulo de raptis Sabinis, etiamsi eas ab omni opere immunes haberi velit, lanificium tamen iis injungi concessit. Plut. in Problem. [vel potius in Romulo cap. 35.] in cujus rei argumentum Iberorum uxores olim colum & fusum cum stamine ad maritum deferebant. Alex. ab Alex. IV, 8. Augustus ad hanc faciem filiam & neptes instituit, ut lanificio adsuefaceret. Suet. in August. 64, 4. cui soli omnes feminas olim studuisse auctor est Plutarch. de clar. Mulier. nec veste temere alia, quam domestica usus est Augustus, ab uxore & sorore, & filia neptibusque confecta. Sueton. Aug. 37, 2. unde colligit Accurs. in l. *si paterno* C. de negot. gest. fuere & texere esse proprium mulierum, cui subscribit Homer. Iliad. Z, 490. sub persona Hectoris increpantis uxorem: *In domum vadens tua ipsius opera cura*, *Telamque columque*, *& ancillis jube Opus accedere: bellum autem viris curae erit.* Imitatus est Ovidius Metamorph. XII, 474.

- - - - - - - Columque
I, cape cum calathis, & stamina pollice torque,
Bella relinque viris.

Et Naumachus Poëta apud Stob. serm. 71. *Externa negotia*, *quae conficere potest* (vir) *ipsi relinques. Tibi vero*

Pag. 327.





cepere me mores. Cave, obsecro, [1] in contumeliam [2] accipias [3] ignorationem meam. 21
Quae tui moris esse cognovi, ut spero, abunde servata sunt. Scio, apud vos [4] filium 22
in conspectu matris nefas esse considere, nisi cum illa [5] permisit: Quotiescumque ad te veni, donec, ut considerem, adnueres, restiti. Procumbens venerari me saepe voluisti; [6] inhibui. Dulcissimae [7] matri Olympiadi nomen debitum, tibi reddo.

Variantes Lectiones.

1 Sic MSS. D. Pal. 1. Ald. sed Mod. Lugd. Bong. Amst. *ne in cont.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. *acceperis.* 3 Pal. 1. *ignorantiam.* 4 Pal. 1. *filios* Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *filio.* 5 Alii *permiserit.* 6 Voss. 1. *inbui.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. Mer. *matris Olympiadis.*

vero cura rei familiaris sit, & custodia domus. Haec ex Arnis. de Repub. cap. 2. Sect. 12. num. 82. & deinceps. De Lucretia est etiam elegans Ovidii locus Fastor. II, 741.

Inde cito passu petitur Lucretia: cujus
Ante torum calathi, lanaque mollis erat.
Lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant,
Inter quas tenui sic ait illa sono &c.

Quibus paria, quamquam de impari femina, Propertius III, 5, 15.

Tristis erat domus, & tristes sua pensa ministrae
Carpebant, medio nebat & ipsa loco.

Assyriorum feminis id haud indecorum visum ex Justino I, 3, 2. patet: ubi Arbactus *invenit* Sardanapalum *inter scortorum greges purpuram colo nentem, & pensa inter virgines partientem.* Quod in gynaeceis factum, ostendit Claudianus in Eutropium I, 273.

Tu potes alterius studiis haerere Minervae,
Tu telas, non tela pati, tu stamina nesse;
Tu segnes operum sollers urgere puellas,
Et niveam dominae pensis involvere lanam.

Ex eo more profecta contumelia Theodorae Augustae in Narsetem, Paul. Diac. de gestis Longobard. II, 5. *cui illa inter cetera, quia eunuchus erat, haec fertur mandasse, ut cum puellis in gynaeceo lanarum faceret pensa dividere.* Porro, Homer. Il. Z, 289. Sidonias mulieres commendat à texendi peritia. & Xenoph. lib. VI. Παιδ. innuit inter alia quae Panthea donavit viro, nec ipsa potuit fabricare, confectam ab ipsa fuisse purpuream tunicam. Idem Xenoph. Memorab. lib. V. qui est de admin. domest. feminarum opus esse vult *vestis ex lanis elaborationem.* & in pr. de Laced. Rep. scribit, Graecos, exceptis Spartanis, *puellas ab omni motu liberas lanificium exercere voluisse.* Augustum vestibus à Livia sua confectis usum, ex Suetonio meminimus. Eodem traho somnium Germanico visum apud Tacit. II, 14, 1. *sanguine sacro respersa praetexta, pulchriorem aliam manibus aviae Augustae accepisse:* ut scil. illa praetexta aviae *non modo donum, sed etiam opus* fuerit. Ut Pantheam Xenophon, sic Argiam viro suo vestem nevisse fecit Statius Thebaid. XI, 400.

- - - - - - - *opus ipsa novarat*
Moeoniis Argia modis, & pollice docto.
Stamina purpureae sociaverat aurea telae.

& Parthenopaeo matrem IX, 691.

- - - - *hoc neverat unum Mater opus.*

Simile de matre Euryali Virg. Aen. IX, 488. Idem de Horatia commemorat Livius I, 26, 2. de paludamento quod sponso suo neverat. Sed & Helenam, quamvis Spartana esset, *ita domi fuisse institutam & assuefactam*, adductis aliquot Homeri locis ostendit Athenaeus V, 4. Unde patet, eum morem, cum primus obtineret Lacedaemone, Lycurgum immutasse, ut ante ex Xenophonte didicimus. Qui idem lib. histor. Graec. Leontiadem polemarchum Thebanum interemptum narrat, *adsidente uxore, quae lanificium exercebat.* Apud Romanos id exercitium matronarum omni tempore fuisse, cum adductis exemplis, patet ex Symmachi Ep. VI, 67. *Interea, Domina filia, honoratum me opimo lanificii tui monumento satis gaudeo. Una quippe & amor in parentem tuum & industria matronalis inclaruit. Sic priscae feminae vitam coluisse traduntur &c.* Idem epist. 40. ejusdem libri de eadem. *quae de contexendis in apparatu ludorum vestibus religiose à nobis voluit commoneri.* Sozomenus Hist. Eccles. IX, 3. narrat Pulcheriam & sorores *pro honestarum mulierum consuetudine, texturis & hujusmodi operibus vacavisse.* Europe apud Horat. Od. III, 27.

- - - - - *nisi herile mavis*
Carpere pensum.

Qui plura desiderat, adeat Tiraquellum in leg. Connub. 10. num. 38. & deinceps. FREINSH.

Considere] Talis quoque apud Gallos reverentia liberorum erga parentes. Caesar b. G. l. VI. *suos liberos, nisi cum adoleverint, ut munus militae sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur, filiumque in puerili aetate in publico in conspectu patris assistere turpe putant.* apud Persas aliàs patris potestas in filium tyrannica Aristotel. VII. Ethicor. cap. 10. LOCCENIUS. *Considere.* Similem apud Romanos fuisse morem indicant illa Capitolini Gordian. cap. 6. *Socero suo Annio Severo tantum detulit, ut in familiam ejus quasi filium migrasse se crederet, ut numquam cum eo lavarit, numquam illo praesente sederit ante praeturam.* & Tertull. de Orat. cap. 12. *Irreverens esse adsidere sub conspectu, contraque conspectum ejus, quem maxime reverearis, ac venereris.* Quare non frustra monet Curtius VIII, 6, 5. *honorem habitum* principum liberis, *quod licebat sedentibus vesci cum Rege.* Pertinet huc, quod eruditissimus Cunaeus de Republ. Hebr. I, 14. probat, *sedendi jus in atria sacerdotum soli regi datum, non ipsis sacerdotibus, nec aliis.* FREINSH.

Ca-

Caput III.

Uxiorum regione superata, Madatem praefectum, ac deditos & captivos tum libertate tum immunitate donat: Persidemque intrare cogitans, ab Ariobarzane retrocedere cogitur.

1 Mitigato animo ejus, rex quartis castris pervenit [1] ad fluvium: Pasitigrim incolae vocant: oritur in montibus [2] Uxiorum, & per [3] L. stadia [4] silvestri-
2 bus ripis praeceps inter saxa [5] devolvitur. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo praeterit, [6] jam navium patiens. [7] DC. [8] stadia sunt [9] mollio-
3 ris soli, [10] per quod [11] leni tractu aquarum [12] Persico mari se insinuat. [13] Alexander, amne superato, cum [14] IX. millibus peditum, & [15] Agrianis atque Graecorum [16] mercenariis [17] millibus III., additis millibus Thracum, in regionem Uxiorum

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *ad Tigrin fluvium Phasimtigim* Ald. Bas. Mer. Col. *ad Tigrin fluvium Phasin Tigrin* D. *ad Tigim fluvium Fasim tigim* B. 1. 2. *Fasintigin.* 2 Voss. 2. *Usiorum.* 3 Sic MSS. & Ald. sed B. 1. *LX.* Lugd. Amst. *mille.* 4 Voss. 2. *silvestris* omisso *ripis.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. B. *divolvitur.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Bas. Mer. Col. *nam.* 7 D. Fl. Leid. Voss. 1. B. 2. *CD.* Pal. 1. *DCC.* F. *quadringenta* P. *quinquaginta millia.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *sunt stadia* Bas. *stadia.* 9 Voss. 2. *melioris* Mer. *meliorisque.* 10 Ald. *quod per.* 11 Pal. 1. Bas. Frob. Mer. Col. Ald. *levi.* 12 Fl. *Persicco.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. D. omittunt *Alexander.* 14 Fl. Voss. 1. *VIIII. B.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Ald. Mer. Col. *Agrianis Satrianisque.* 16 D. P. F. *mercenarios* Leid. Voss. 1. B. *mercenario* Lugd. Amst. *mercenariorum.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Col. *III. millibus* sed posterius *millibus* omittunt MSS. & Mer.

Phasim Tigrim] Emenda *Pasitigrim*, ut est in editionibus quibusdam. MODIUS. *Pasitigrim.* Ne fallare, non est Tigris ille supra descriptus, qui cum Euphrate Mesopotamiam efficit &c. RADERUS. Vide omnino Salmasium in Solini cap. 37. Ubi tamen quod p. 702. c. eumdem fluvium *Choaspen* veteribus, recentioribus *Eulaeum* vocari tradit; contra quis putare possit, ex Daniele 8, 2. unde constat Susa urbem sitam fuisse ad flumen אולי, *Ulai*, quod mire congruit cum *Eulaeo*, seu *Eulaio* Graecorum. ut monet Schickardus in suo Tarich. Affert & aliam dubitandi caussam Fern. de Cordova in cap. 31. Didascal. multiplicis, quem vide. FREINSH. Post Eulaeum, sive Choaspen, hic fluvius, & ultra Susianam civitatem, adeoque alius à Tigri Mesopotamiae, quem Plinius etiam, vere an secus jam non disputamus, circa ostia Pasitigrim vocari tradit. hic Susianam ab occasu alluit, noster ab ortu pervadit, videturque Salmasio exercit. in Sol. p. 494. non alius quam Oroates, quamquam Strabo ab Oroate distinguat. Arrianus etiam *Pasitigrim* vocat l. III. at Diodor. l. XVII, 67. simpliciter *Tigrim* sine dubio mendose, quia Curtius in his Diodorum de verbo expressit. CELLAR. *Pasitigrim.* Magno taedio legendi hanc descriptionem afficitur Cl. Clericus, quia nihil intererat hoc flumen hic describi, nam Alexander nihil hic egit, nisi quod illud trajecit. Tam delicati fastidii esse, vel tantam carpendi pruriginem logices magistro, nihil non ratiocinio suo metienti, largiamur.

M. Stadia] Editi L. sed pessime, ut ex Diodoro docebo. MODIUS. *L. Stadia.* Χιλίους habet Diodorus. sed ex Curtio emendandum & conciliandum putat Salmas. ad Solin. p. 494. edit. Ultraj.

Navium patiens] Πλωτὸς, familiaris Plinio l. v. Ep. 6. Tacito, Livio, aliis formula. Eadem notione Curtius hoc libro, *solum patiens terrae l.* x. *Ungula patiens succi.* LOCCENIUS.

Arianis Satrianisque] Satriani, qui sint, an sint, ingenue ignorare me fateor. vereorque, ut hoc loco membranae satis sincerae sient. in Lugdunensibus certe editionibus horum Satrianorum nec vola, nec vestigium apparet. de cetero, male in iisdem & aliis omnibus est: *Graecorum mercenariis, tribus millibus additis Thracum.* cum sit legendum: *Graecorum mercenariorum tribus millibus additis M. Thracum.* MODIUS. Vocem Satriani Modius textu ejecit, & quinam sunt Satriani? forte *Agrianis sagittariisque* leg. nam ita Arrianus. τοὺς πεζοὺς τοὺς Μακεδόνας ἀναλαβὼν καὶ τοὺς Ἀγριάνους καὶ τοὺς τοξότας. *Pedites Macedonas recipiens & Agrianos & sagittarios.* & ita conjungit hosce Curtius lib. VIII *Cum rex sagittarios & Agrianos jubet per ardua niti.* LOCCENIUS. *Agrianis.* Haec satis corrupta sunt in Codicibus. Alii *Satrianos* addunt, quos, ut Agrianorum istorum illegitimum partum, exesse jubeo. reliqua sic constituam: *atque Graec. mercenariis militibus, tribus additis millibus Thracum.* FREINSH.

In regionem Uxiorum] Hanc Strabo l. XV. describit inter

Uxiorum pervenit. Finitima Susis est, & in primam Persidem excurrit, artum
inter se & Susianos aditum relinquens. [1] Madates erat [2] hujus regionis praefe- 4
ctus, haud sane [3] temporum homo. quippe ultima pro fide experiri decre-
verat. Sed [4] periti locorum Alexandrum docent, *occultum iter esse per calles*, 5
& aversum ab urbe. si [5] *paucos* [6] *misisset leviter armatos*, *super capita hostium eva-*
suros. Cum consilium placuisset, [7] iidem itinerum fuerunt duces. [8] M & D. [9] mer- 6
cede conducti, & Agriani fere [10] M. Tauroni praefecto dati, ac post *solis occasum*
[11] *iter ingredi* jussi. [12] Ipse tertia vigilia castris motis circa [13] lucis ortum [14] superave- 7
rat angustias, caesaque materia [15] cratibus & pluteis faciendis, ut qui turres [16] ad-
moverent, extra teli [17] ictum essent, urbem obsidere coepit. Praerupta erant 8
omnia, saxis & cotibus [18] impedita. multis [19] ergo vulneribus depulsi, ut quibus
non

Variantes Lectiones.

1 Vulgo *Madathes* Voss. 2. *Mandates.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. omittunt *hujus.* 3 Sic MSS. sed Bong. *temporum multorum* ut etiam aliae editt. 4 Mer. *periculosum.* 5 Voss. 2. omittit *paucos.* 6 Voss. 2. Ald. *immisissf.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *idem.* 8 Vulgo *M D.* 9 Sic Ald. D. sed posterior relicto interstitio inter *mercede* & *conducti.* 10 Voss. 1. omittit *M.* 11 P. *ingr. iter.* 12 Ald. *ipsa.* 13 Pal. 1. *solis.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. *superat.* 15 Voss. 2. *turribus.* 16 Voss. 2. *cepit admovere* Pal. 1. *coeperint admovere.* 17 MSS. & aliae editt. *jactum.* 18 Vulgo omittunt *impedita* Voss. 2. *& impedita.* 19 Pal. 1. omittit *ergo.*

inter Susa & Persidem jacere, montanam (ὀρεινὴν) asperam, & στενὰ ἔχουσαν δυσπάροδα: *angustias habere difficulter superabiles*, & incolas Latrones. CELLAR.

Madates] Hinc corrigi potest Diodor. XVII, 67. in cujus exemplaribus legitur ὑπὸ Μέτου; in aliis, ὑπὸ Μαδέου, scribe ὑπὸ Μαδάτου. facit hanc correctionem certiorem Xenophon, ex cujus Παιδ. lib. V. conjicere liceat, hoc nomen esse Persicum. Quid autem in aliis auctoribus addatur dematurve huic narratiunculae, quilibet harum rerum studiosus, ex ipsa collatione perfacile deprehendere poterit. Tangit & Strab. lib. XV. *Sunt & aliae complures angustiae Uxios transeunti juxta Persiam, quas Alexander vi permeavit.* FREINSH.

Susianorum Satrapae dedit] Ab uno Satrape interdum plures provinciae regebantur. sic Stasanor ὁ Ἀρείων καὶ ὁ Σαγγάρων Satrapes. Phrataphernes Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων, ut Arrian. l. VI. narrat. Satrapae autem provinciis praeerant, quorum muneri & officio incumbebat provincialibus imperare, eorumque utilitatibus prospicere, tributa cogere, custodibus stipendia exsolvere. Hi regem de toto provinciarum statu certiorem faciebant, & literis & per nuntios, ut se res haberent, significabant. & in consilium quoque à Persarum regibus adhibebantur. POPMA.

Temporum homo] Vulgo *temporum multorum homo*, sed ego illud *multorum* cum in membranis non inveniretur, rectius abesse judicavi. MODIUS. *Madates, &c. temporum homo.* Curtius hominem temporum dixit, qui totus ad temporum varietatem se componit ac mutat. GRONOVIUS.

Haud sane temporum multorum homo, &c.] Modius auctoribus MSS. sustulerat τὸ *multorum*; neque ullam varietatem à Modiano contextu hic exhibent codices Gruteri. Et elegantissimum esse illud, *homo temporum*, pro eo, qui ex fortuna & tempore pendet, & cum eo mutatur, dictumque ut apud Apuleium, *homo morum*; Tertullianum, *homo jocorum*; apud Aristeam, ἄνθρωποι βρωτῶν καὶ ποτῶν. in Sacris libris, ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, satis docuimus 1 Observ. cap. 24. Quod miror, diligenti Freinshemio, nisi oblitus est, fastidio fuisse. Vulgatum olim, quod ille post Modium explosum reduxit, sensu caret. GRONOVIUS. *Temporum multorum homo.* Id est qualis reperiri possit multis temporibus, sed qui rarissime exstat. SCHEFFER. Haud temporariae fidei, sive ex fortuna & tempore pendens. Vulgo legunt, *temporum multorum*, sed superfluam vocem (cum Modio) amputavit Gronovius. CELLAR. *Temporum homo*, ut supra *temporaria Graecorum ingenia* l. IV, 5, 11. *omnium horarum amico* Tacito. Sic infr. c. 9. *regem temporis gratia statuamus.* & l. VII, 1, 22. *malles ea tempori nostro imputare, quam animo.* HEINS.

Super capita hostium] Quod optimum in tali rerum statu, vel etiam unicum est consilium. Ita visum viro & duci sapientissimo Xenophonti lib. IV. Ἀναβασ. *Multo potius fuerit, aliquam deserti montis partem clam ipsis furtim nos occupare &c.* Fecitque Alexander cum hic, tum alibi apud Curtium. Ita liberatos exercitus Romanos à Decio primum, mox à Calpurnio meminimus ad Florum II, 2, 13. l. & à Germanis Caesar de bell. Gall. VII, 67. Idque observari praecepit Onosander Strateg. cap. 7. FREINSH.

Pluteis] De his vide Lipsii Poliorcet. 1, 7. IDEM.

Saxis & cotibus] Editi voce auctius, *praerupta erant omnia saxis & cotibus impedita*, non valde repugno. MODIUS.

non cum hoste solum, sed etiam cum loco dimicandum esset, subibant tamen:
9 quia rex inter primos constiterat, interrogans tot urbium victores; [1] *an erubescerent haerere in obsidione castelli exigui & ignobilis?* [2] simul [3] jam inter haec eminus petebatur; [4] quum [5] testudine objecta [6] milites, qui ut [7] inde discederet, perpel-
10 lere nequiverant, tuebantur. [8] Tandem [9] Tauron super arcem urbis se cum suo agmine ostendit: ad cujus conspectum & [10] animi hostium labare; & Macedones
11 acrius proelium inire coeperunt. [11] Anceps oppidanos malum urguebat; nec sisti vis hostium poterat. paucis ad moriendum; pluribus ad fugam animus fuit: magna pars in arcem concessit. Inde xxx. oratoribus missis ad [12] deprecandum, triste

Variantes Lectiones.

1 Bas. *an ne erubesc.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. Bas. Mer. Col. *simul admonens* Frob. *simul admovens.* 3 MSS. & Bong. omittunt *jam.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Mer. Col. D. Pal. 1. *quem* Voss. 2. *quem tandem* Bas. *quem cum.* 5 Pal. 1. D. *de testudine.* 6 Ald. Bas. Col. Mer. *milites ut inde disced. pellere* Fl. Leid. *milites decederet pellere* Voss. 1. 2. *milites ut discederet pellere* B. 1. *miles ut decederet pell.* Pal. 1. *milites descenderet pell.* D. *milites ut dicederet pell.* Frob. *quem ut inde disc. perpell.* Amst. Lugd. *quem ut inde cederet perpell.* 7 MSS. & Bong. omittunt *inde.* 8 B. 1. *tamen.* 9 Pal. 1. *Tauro* Voss. 2. *Taurum.* 10 Leid. Voss. 1. Bong. *hostium animi.* 11 Pal. 1. *Anoes.* 12 Voss. 2. Mer. *precand.*

Inter primos] *Interritus* scripti. Quod ut non placet, ita recte ex hisdem, quae sequuntur, emendavi, cum ea vulgo hoc modo male legerentur: *interrogans tot urbium victores, an erubescerent haerere in obsidione castelli exigui & ignobilis. Simul admonens, jam inter haec eminus petebatur, cum testudine objecta milites, quem, ut inde discederet perpellere nequiverant, tuebantur.* Primum enim hic post, *an, non* necessarium plane loco adjeci, & inde vocem *admonens*, non solum non necessariam, sed ita etiam turbantem totam periodum, ut facile eam scioli alicujus commentum esse appareat, abjeci, denique & quae paullo ante praecedunt paulloque post sequuntur, constitui. MODIUS. *Simul jam inter haec eminus petebatur, cum testudine objecta milites, quem ut inde cederet propellere nequiverant, tuebantur.* Quae praecedunt haec, bene à Modio restituta: haec ipsa non sane optime. Ejecit vocem *admonens*, non necessariam, ut ait, ac totam periodum turbantem. Bona verba vero: & clementer, ne qua injuria miserae fiat. Eam scioli commentum esse, mihi non sit verisimile. Glossam potius ista arbitrer, *inter haec.* Nam *simul admonens jam*, valet, interea dum admonet etiam, dum milites adhuc instigat. Is particulae *jam* usus apud Curtium etiam lib. IX. *Ille ut, antequam ultimus spiritus deficeret, dimicans jam extingueretur, clypeo se allevare conatus est:* pro dum etiam dimicaret, inter ipsum dimicandum. Apulejus fere consimiliter l. VI. *& simul dicens libellum ei porrigit.* Porro hic autem *perpellere* melius deinceps sit, etsi nec alterum malum. sed non quod ferri quoquo modo, verum quod probari maxime potest, nobis amplectendum. ACIDALIUS. Optime hoc ultimum Acidalius *perpellere*, quid enim hic *propellere* sit, an ad hostem? contra mentem Curtii est, an *repellere?* ἀκυρῶς vero *perpellere*, cum enim eum milites hortando, ut retrocederet, dum eminus impeteretur, perpellere non possent, testudine objecta tuebantur. RADERUS. *Simul jam.* Alii, *simul admovens jam.* ex quo conjecerat Bong. *Simul admonens.* Eam vocem omnino sustulerat Modius, sed intercedit Acidalius, glossam potius ista arbitratus, *inter haec.* Nam, inquit, *simul admonens jam*, valet, interea dum admonet etiam, dum milites adhuc instigat. Is particulae *jam* usus etiam infra IX, 5, 11. *ut, antequam ultimus spiritus deficeret, dimicans jam extingueretur.* pro, dum etiam dimicaret, inter ipsum dimicandum. Apulejus fere consimiliter lib. VI. *Et simul dicens libellum ei porrigit.* Ego tamen potius cum Modio voculam *admonens* exturbem, quae in his libris, cum sui similibus, saepe locum alienum insederunt; dum cetera sic ordinentur: *castelli exigui & ignobilis simul? Jam inter haec eminus petebatur.* FREINSH. Mallet Freinshemius *Castelli exigui & nobilis simul? Jam inter haec eminus petebatur*, exturbato illo *admonens.* quod conjecerat Bongarsius, ex vocabulo *admovens*, quod hic habent quidam libri post voculam *simul.* Ego puto minime contemnendum, locumque ita legendum. *Rex inter primos constiterat, interrogans &c. simul jam* (vel *simul etiam*) *admovens. Inter haec eminus petebatur.* Sententia: Rex interrogabat eos, & simul adducebat ipse quoque propius ad castellum, cum eum vident appropinquantem, obsessi petunt eum telis. Verbum *admovere* tali sensu saepissime apud nostrum occurrit. simillimus est locus l. IX. c. 4. *jam admovebat rex, quum vates admonere eum cepit ne committeret.* SCHEFFERUS. de testudine adi Lips. Poliorc. l. I. d. 5.

Qui ut] Sebisius legebat, *quem ut* &c. FREINSHEM.

Oratoribus] Legatis, quos optimi scriptores oratores appellant. Virgil. XI. Aen. vs. 100. *Jamque oratores aderant ex gente Latina* &c. saepius tamen legati

ste responsum à rege redditur; *non esse veniae locum.* Itaque [1] suppliciorum metu 12
perculsi, ad Sisygambin, Darii matrem, occulto itinere, ignotoque hostibus, mittunt, qui peterent, *ut ipsa* [2] *regem mitigaret:* haud ignari, parentis eam loco diligi colique. & [3] Madates [4] sororis filiam secum matrimonio junxerat: Darium propinqua cognatione contingens. Diu Sisygambis [5] supplicum precibus repugna- 13
vit, abnuens, *deprecationem pro illis* [6] *convenire fortunae, in qua esset:*[7] *adjecitque,* [8] *metuere sese,* [9] *ne victoris indulgentiam fatigaret.* [10] *saepius cogitare, captivam esse se, quam reginam fuisse.* Ad ultimum victa, literis Alexandrum ita [11] deprecata 14
est; *ut* [12] *ipsam excusaret quod* [13] *deprecaretur. petere se, ut illis quoque; si minus, sibi* [14] *ignosceret. pro necessario ac propinquo suo; jam non hoste;* [15] *sed supplice tantum vitam precari.* Moderationem clementiamque regis, quae tunc fuit, vel una haec 15
[16] res possit ostendere, non [17] Madati modo ignovit; sed omnes, & deditos, & captivos [18] libertate atque immunitate donavit: urbem reliquit intactam: [19] agros sine [20] tributo colere [21] permisit. A victore Dario plura mater non impetrasset. Uxiorum [22] deinde [23] gentem subactam, [24] Susianorum [25] Satrapiae contribuit: di- 16
visisque cum Parmenione copiis, illum *campestri itinere procedere* jubet; ipse cum expe-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. Mod. *suppliciorum quoque* sed Pal. 1. & Voss. 2. omittunt *quoque.* 2 Pal. 1. *regem quoque.* 3 Alii *Madathes* Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *Medates* Voss. 2. *Mandates.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *sororis ejus.* 5 P. *supplicium* in F. exsculptum *i.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. Ald. Bas. Mer. Col. Frob. *non convenire.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *adicitque.* 8 Bong. *sese metuere.* 9 Fl. Leid. *nec.* 10 MSS. & aliae editt. *saepiusque.* 11 Voss. 2. *precata.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Ald. Bas. Frob. Mer. Col. *ipsum* Mod. *id ipsum* Ald. *ut ipsum.* 13 Mer. *deprecatur.* 14 Pal. 1. *ignosceretur* Mer. *cognosceret.* 15 Pal. 1. P. omittunt *sed supplice* Voss. 2. omisso *sed* habet *supplice tamen.* 16 Pal. 1. *res etiam* Leid. *responsit.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. D. *Medati* Bong. *Medates* Pal. 1. Voss. 2. *Mandati.* 18 Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. *& libert.* 19 D. *agro*, inter marginem tamen *agros.* 20 Mer. *tabernaculo.* 21 Pal. 1. *promisit.* 22 Voss. 1. Fl. Leid. *dein* Bong. *inde.* 23 Voss. 1. *gente subacta.* 24 Ald. Bas. Col. *Sosianorum.* 25 Fl. Leid. Bas. Col. Ald. Mer. *Satrapae* Voss. 1. 2. *Satrape.*

legati quam oratores audiunt: Curtius utrumque nomen usurpat, saepius legatorum. RADERUS.

Pro illis convenire] Qui editionibus praefuere, *abnuens, deprecationem pro illis non convenire.* Elephantino corio contecti homines. MODIUS.

Cogitare captivam se esse] Ita Tacitus l. XII. Ann. de Mithridate: *Cultu vultuque ad praesentem fortunam adcommodato.* Si vero non salva dignitatis, tamen virtutis fama cordatis animis erit; qua vel superent, vel ferant quamcumque sortem. Ea se erexit Tullius ad Attic. l. III. ep. 5. *Inimici mei mea mihi, non meipsum ademerunt.* LOCCENIUS.

Ut ipsam] Qui vim verbi *excusaret* non perceperunt, sic mutavere. sed recte se habet vetustior lectio *ut ipsum:* melius etiam si facias *id ipsum.* Indicem adi. FREINSH. Vulgati libri, *ut ipsam:* veteres, *ut ipsum*, atque ita etiam Erasmus. Freinshemius mavult *id ipsum*, hoc est, eam rem excusaret, quod ausa sit deprecari. CELLAR. Recte *id ipsum* Freinshemius. HEINSIUS.

Petere se ut illis quoque, si minus, sibi ignosceret, pro necessario ac propinquo suo jam non hoste, sed supplice tantum precari] Interpunctionem hanc si retines, ad finem legas potius *precanti.* ne hoc mutes, potes illam: *petere se, ut illis quoque; si minus, sibi ignosceret: pro necessario precari.* ACIDALIUS.

Sine tributo] Contra Arrianus III, 3, 26. narrat *tributum annuum impositum, equos centum, jumenta quingenta, pecudum XXXM. quod pecunia signata carerent.* RADERUS.

Contribuit] Ab uno Satrape interdum plures provinciae regebantur. Sic Lydiae Ioniaeque totiusque Phrygiae eumdem Satrapam, Aemilius Prob. in Datame, & Arrian. I, 5, 18. commemorant. Herod. quoque V, 127. Oroetem, νόμον τόντε Φρύγιον καὶ Λύδιον καὶ Ἰωνικὸν, obtinuisse refert. Apud Arrian. VI, 5, 3. Stasanor, ὁ Ἀρείων, καὶ ὁ Σαγγαίων Satrapes. Ibidem Phrataphernes Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων, Satrapes. Sed & Xerxe regnante unum eumdemque τῆς Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Σαμαρείας ἔπαρχον fuisse ex Josepho XI, 8. & Esdra 3, 6. patet. quibus in locis ἔπαρχος appellatur, qui alias *Satrapes.* Brisson. lib. I. de regno Pers. pag. 113. & ex eo, hoc loco POPMA. Adde supra ad V, 1, 43. FREINSH. *Contribuit*, attribuit, adjecit, adjunxit, adposuit, quae verba ad hunc sensum exprimendum frequentius à nostro sunt repetita, l. VIII, 1, 2. *Quibus eorum, qui in defectione perseveraverant, urbes agrosque jussit adtribui.* l. IV, 1, 28. *Regionem quoque urbi adpositam ditioni*

 ejus

expedito agmine jugum montium cepit, quorum perpetuum dorsum in Persidem
17 excurrit. Omni hac regione vastata, tertio die Persidem; quinto angustias, quas illi [1] *Susidas Pylas* vocant, intrat. [2] Ariobarzanes has cum [3] xxv. millibus peditum occupaverat rupes, [4] abscissas, [5] & undique praeruptas, in [6] quarum cacuminibus extra teli jactum barbari stabant, de industria [7] quieti, & paventibus similes; do-
18 nec in artissimas fauces penetraret agmen. Quod ubi contemptu sui pergere [8] vident; tum vero ingentis magnitudinis saxa per montium prona devolvunt: quae [9] incussa saepius subjacentibus petris majore vi [10] incidebant, nec singulos modo,
19 sed agmina proterebant. Fundis quoque [11] excussi lapides & sagittae [12] ingerebantur undique. nec id miserrimum fortibus viris erat; sed [13] quod inulti ferarum ritu, velut

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *subsidias.* 2 Leid. *Ariobarzanas.* 3 Vulgo *XV.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. *abscisas.* 5 Bong. omittit *& undique* Fl. Leid. omitt. *&.* 6 Voss. 2. *in quam.* 7 Mer. *quietis.* 8 Pal. 1. *viderunt.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. *incussae.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. Ald. Bas. Mer. Col. *incedebant.* 11 Pal. 1. *excessi.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. *undique ingerebantur* Voss. 2. *ingrediebantur.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *quod inulti quod* & sic Bong. Ald. Bas. Mer. Frob. Col. *quod quidem ferarum.*

ejus adjecit. l. x, 10, 3. *Phrygiam minorem Hellesponto adjunctam.* Ibid. *Adpositas Thraciae Ponticas gentes obtinere jussi.* Sed & hoc verbum *contribuere*, ut singularem vim, sic elegantiam rei propriam habet, non ignoratam aut neglectam aliis etiam optimis scriptoribus. Sueton. Aug. c. 48. *Regna aut iisdem quibus ademerat reddidit, aut alienigenis contribuit.* Caesar. l. 1. bell. Civ. c. 60. *Caligurritani qui erant cum Oscensibus contributi:* i. e. conjuncti. nam sic & Livius l. xxxi, 30. *Ne in unam urbem contributi quidem majores sui deserti reliquerint.* Plinius l. iii, 3. *Praeter civitates contributas aliis.* Justin. l. xii, 5, 8. *In unam cohortem eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit.*

Perpetuum dorsum] Longior tractus montium, ejusque partes superiores. supra l. iii. c. 4, 12. *Dorsum montis imminebat viae.* Sueton. Caes. c. 44. *Apennini dorsum.* CELLAR.

Persidem] At quomodo Persidem prius intrare potuit, quam Susidas pylas? Certe latet hic ingens vitium aut scriptoris, aut voluminis. Ego magnopere velim exsectis duabus vocibus legere; *Omni hac regione vastata, die quinto* (*die quinti* diceret Agellius) *angustias &c. intravit.* FREINSH. Recte corruptum locum censet Freinshemius, cum Persidem ante Susidas pylas intrare nequiverit. Mihi non est dubium, quin illud *Persidem* ex versu superiore perperam hic sit repetitum. Puto autem sic scripsisse Curtium: *omni hac regione vastata ferro, die quinto angustias*, ex *ferro* male aspecto fecit oscitans librarius *terro*, mox alius, quia sequebatur *die*, *tertio*, & quia statim legitur *quinto*, ideo ex superiori versu *Persidem* hic inseruit. SCHEFF.

Pylas] An & sic legendum in Diodoro xvii, 68. τὰς Σȣσιάδας καλȣμένας πύλας pro πέτρας? FREINSH. Arriano l. iii. p. 201. *Persides Pylae* eaedem, quae Curtio *Susides.* Diodoro Σȣσιάδες πέτραι. l. xvii, 68. angustus transitus inter Susa & Persepolim, à citeriori loco, & ulteriori ex aequo denominatus. CELLAR.

XX milibus] XV editiones. & mirarer, si semel in numeris inter libros conveniret. MODIUS. *Quindecim.* Ex Diodoro, quem hic maxime sequitur, legend. xxv. quamquam Arrian. iii, 4, 2. quatuor tantum millia tribuat Ariobarzani. FREINSH.

De industria] Simulationis hujus multa passim exempla. Livius xxix, 34, 12. *Masanissa ex composito, nunc terrentis, nunc timentis modo, aut ipsis obequitabat portis, aut cedendo cum timoris simulati specie audaciam hosti faceret, ad insequendum temere eliciebat.* Proprium id esse Parthorum notavi ad Flor. iv, 10, 3. g. FREINSH.

Per montium prona] Per declives partes montium. Graecismus. Sic *inferiora vallis.* Livius l. xxi. c. 37. *intima finium* l. xxxiv. c. 47. *saeva hiemis* Mela l. ii. c. 1. *portuosa litorum* Solin. c. 2. de Italia. CELLAR.

Inulti ferarum] In editionibus erat: *sed quod inulti quidem, ferarum ritu &c.* tu lege, *sed quod inulti, quod ferarum ritu.* MODIUS. Haec imitatio Sallustii, ut videtur, apud quem Catilina sic milites suos hortatur: *Quod si virtuti vestrae fortuna inviderit, cavete inulti animam amittatis: non capti potius sicuti pecora trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.* Illud honestae mortis solatium est, non inultum in bello occumbere. LOCCENIUS. *Inulti ferarum ritu.* Explicavi haec ad Florum iii, 3, 17. m. Locis ibi citatis adde Ovid. Metam. ix, 131.

- - - - *neque enim moriemur inulti.*

Habent autem hic quidam libri vocem abundantem, *quod inulti quidem ferarum ritu*, quod non incommode mutari possit ex Bong. *quod inulti, quod fer. ritu.* FREINSH.

Alius

velut in fovea deprehensi caederentur. Ira igitur in rabiem versa, [1] eminentia 20
saxa complexi, ut ad hostem [2] perveniant, alius alium levantes, conabantur ad-
scendere: [3] ea ipsa multorum simul manibus [4] correpta & [5] convulsa, in eos, qui
[6] commoverant, recidebant. [7] Nec stare [8] ergo, nec [9] niti, nec testudine quidem 21
[10] protegi poterant, quum tantae molis onera propellerent barbari. Regem non do-
lor modo, sed etiam pudor temere in illas angustias [11] conjecti exercitus angebat.
Invictus [12] ad eam diem fuerat, nihil frustra ausus: impune Ciliciae fauces intra- 22
verat: [13] mari quoque novum [14] iter in Pamphyliam [15] aperuerat: tunc haesitabat
deprehensa felicitas; nec aliud remedium erat, quam reverti [16] qua venerat. Ita- 23
que signo receptui dato, *densatis* [17] *agminibus*, *scutisque super capita consertis*, *retro*
evadere [18] *ex angustiis* jubet. XXX. fuere stadia, quae remensi sunt.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *minentia.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *pervenirent.* 3 Ald. Bas. *& ea ipsa.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *correpta &.* 5 B. 1. *convolsa.* 6 Voss. 2. *commoverat.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. *nec stare potcrant.* 8 Pal. 1. omittit *ergo.* 9 Pal. 1. *verti* Voss. 2. *uti.* 10 Pal. 1. *tegi.* 11 Pal. 1. *conducti* Fl. Leid. Voss. 1. D. Ald. Bas. Mer. Col. *ejecti* Voss. 2. *electi.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. & aliae editt. *ante.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. *mare.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *in Pamph. iter.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. *aperuenerat.* 16 Pal. 1. *quo.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *ordinibus.* 18 Vulgo *rex ex angustiis* Elz. *rex angustiis.*

Alius alium levantes] Caesar de bel. Gal. VII, 47. *L. Fabius, &c. tres suos nactus manipulares, atque ab iis sublevatus, murum adscendit. eos ipse rursus singulos exceptans, in murum extulit.* Xenoph. Ἀναβάσ. *Cherisophi copiae quum tubam audiissent, mox sursum via manifesta tendebant, praetoribus ceteris per tramites non tritos, qua quisque forte fortuna pervenerat, pro viribus sursum pergentibus, hastisque se mutuo sublevantibus.* Adjiciemus Livii locum de arce Illiturgitana capta, XXVIII, 20. *Levium corporum homines, & multa exercitatione pernicium, clavos secum ferreos portantes, qua per inaequaliter eminentia rupis poterant, scandunt. Sicubi nimis arduum & leve* (sic scrib.) *saxum occurrebat, clavos per modica intervalla figentes, quum velut gradus fecissent: primi insequentes extrahentes manu, postremi sublevantes eos qui prae se irent, in summum evadunt.* Quem locum compara cum Curtiano infra VII, 11. FREINSH.

Manibus convulsa] Impressi omnes; *correpta & convulsa*, recte quidem. sed movit me membranarum consensus, ut ita locum ederem, quemadmodum excusus est. MODIUS.

Tantae molis] Vide Lips. Poliorc. l. V. d. 4. FREINSH.

Pudor] Qui hercle non minus urit animos generosos: ut aliquando vel mortem praeoptent. sic apud Flor. II, 6, 17. *Paulum puduit.* Et IV, 2, 34. *Curioni pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur.* FREINSH.

Conjecti exercitus augebat] *Agebat*, vulgo. pessime. porro pro *conjecti*, erat in scriptis, aut *conlecti*, aut *ejecti*. MODIUS.

Ad eam] Ex Pal. 1. est, quod praetuli vulgato; *ante eam diem.* FREINSH.

Mari novum iter in Pamphyliam] Per Climaca, Pamphylio mari imminentem montem, qui angustam viam propter litus, & inundationi obnoxiam hiberna tempestate relinquit. Vide suppl. l. II. num. 9. CELLAR.

Ordinibus] Editi *agminibus.* quod non damno; etsi illud malo. MODIUS.

XXX. fere stadia remensi sunt] Nec aliter Polyaenus. Diodorus vero σαδίȣς τετρακοσίȣς, forte & ibi τετράκοντα reponendum. LOCCENIUS. *Triginta.* Quid est, quod Siculus XVII, 68. unde totus hic locus expressus, *trecenta stadia regressum* dicat? longa locorum intercapedo est trecentorum stadiorum. Trecenta stadia efficiunt novem milliaria Germanica cum sesquiquadrante; triginta autem non plenum milliarium. Nullum tamen reor mendum intercedere, eo quod Curtius tantum de angustiis loquatur, per quas ad unum prope milliare est Alexander ingressus; Siculus vero de toto itinere & loco castris in campo delectis. RADERUS.

Caput IV.

Captivo quodam iter paucis cognitum aperiente, Perſarum exercitum, ipſo Ariobarzane occiſo, delet Alexander.

1 Tum caſtris undique aperto loco poſitis, non conſultare modo *quid agendum*
2 *eſſet*; ſed vates quoque adhibere coepit [1] à ſuperſtitione animi. Sed quid
[2] tunc [3] praedicere Ariſtander, [4] cui tum plurimum [5] credebatur ex vatibus,
poterat? [6] Itaque damnatis intempeſtivis ſacrificiis, *peritos locorum convocari* ju-
3 bet. [7] *Per Mediam iter* oſtendebant *tutum apertumque*; ſed rex [8] dimittere [9] mi-
lites inſepultos erubeſcebat: [10] ita tradito more, ut vix ullum militiae tam ſollem-
4 ne eſſet munus, quam humandi ſuos. *Captivos* ergo, *quos nuper exceperat*, *voca-*
ri jubet; inter quos erat [11] quidam Graecae Perſicaeque linguae peritus, qui *fru-*
ſtra eum in Perſidem montium dorſo [12] *exercitum ducere* adfirmat; *ſilveſtres eſſe cal-*
les, *vix ſingulis pervios: omnia contegi frondibus*, [13] *implexoſque arborum ramos ſilvas*
5 *committere*. Namque Perſis ab altero latere perpetuis montium jugis clauditur,
quod

Variantes Lectiones.

1 Bong. omittit *à*. 2 Bong. Fl. Leid. Voſſ. 2. *tum* Baſ. Col. Mer. *nunc*. 3 Pal. 1. *producere*. 4 Leid. omittit *tum* Fl. Voſſ. 1. *cumitum* Mer. *cui tunc*. 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. D. Pal. 1. *credebat*. 6 Pal. 1. Voſſ. 2. *ita*. 7 Vulgo *medium iter* Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. D. Bong. *per medium iter*. 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *deſerere* Pal. 1. D. *demittere*. 9 Pal. 1. omittit *milites*. 10 Pal. 1. Bong. Fl. Leid. Voſſ. 2. *itaque*. 11 Voſſ. 2. *quidam Perſicae linguae peritus*. 12 Pal. 1. *excitum*. 13 Voſſ. 2. Ald. Baſ. Col. Mer. Pal. 1. *amplexoſque*.

A ſuperſtitione] *Ex* vel *prae*. ſupereſt. CELLAR. Forte *innata ſuperſtitione*. HEINSIUS.

Praedicere poterat] In Sereniſſimae Reginae Chriſtinae Bibliotheca MS. fuit, in quo deſiderabatur *τὸ poterat*. quod ſi recipimus, leg. eſt. *praediceret*. FREINSH.

Medium iter] Per campos, & regiam popularemque viam, Graecis *λεωφόρον*.

Medio tutiſſimus ibis,

Inquit Phoebus apud Naſonem. RADERUS. *Per Mediam*. Extremae dementiae damnant Alexandrum, qui *medium iter*, ſic enim vulgo legitur, interpretantur *regiam popularemque viam per campos, Graecis λεωφόρον*. ſi enim tale iter ea parte patuiſſet, Alexander cum aperto diſcrimine, nulla urgente neceſſitate, nullo temeritatis praemio, impeditos illos arduoſque calles eligeret? Quanto aequiorem judicem habuit Virum praeſtantiſſimum Bongarſium, qui & veram lectionem divinavit, adjutus MSS. ſuis, in quibus erat *per medium iter*. quam lect. & alii MSS. fovent. Et ſane apertior Perſis, qua Medos adſpicit. ſitum locorum, atque deſcriptionem, quae mox num. 5. ſubjicitur, introſpice. Hinc apud Diodor. XVII, 68. periti locorum negant *alibi patere iter*, ea ſcilicet parte, qua ingredi conatus erat Alexander; ubi igitur iſta via regia? *multorum tamen dierum circuitu intrari poſſe*. Curtius etiam addidit, qua intrari poſſit, *per Mediam* ſcilicet. FREINSH. *Per Mediam*. Quo à ſeptentrione intraret Perſidem: ſed hoc incommodum viſum Alexandro, quia inſepulta occiſorum corpora relinquenda fuiſſent. CELLAR.

Deſerere] Plus dicit hoc, quam vulgatum *dimittere*. MODIUS.

Inſepultos] Vide ſupra ad III, 12, 13. & citatos à Radero Homer. Il. ψ. verſ. 110. &c. & Ω. verſu 554. Alex. dies Genial. III, 3. Plutarch. Demoſth. c. 29. Virgil. Aen. XI, 102. FREINSH. Dignum Niciae exemplum, quod adjiciatur. Hic dux Athenienſium, quum forte reſcivit, duos ex ſuis ad Corinthum proelio inſepultos relictos eſſe, quamvis victor inhibuit exercitus curſum, maluitque victoriae laudem profundere, petendo à victis ad ſepulturam corpora, quam duos cives inhumatos relinquere. Plutarch. in vita ejus. CELLAR.

Quidam] An Pharnuches Arriani l. IV, 1, 16? FREINSH.

Perſis] Perſidem Strabo quoque lib. XV. deſcripſit, & poſt hunc Plinius VI, 27. Solinus cap. 54. Ammianus Marcellin. XXI, 18. Sed parum inter ſe & cum Curtio conſentiunt. Quidquid eſt terrarum & montium inter mare Caſpium à ſeptentrione, & ſinum Perſicum, ſeu mare rubrum à meridie, Perſidi adſignatur. Hodie tractus ille, qui eſt inter Tigrim, ſinum Perſicum, mare Indicum, ſeu rubrum, Indum & Jaxartem & Caſpium mare, à Sophis Perſiae regibus poſſidetur, quam terrarum por-

quod in longitudinem [1] MDC. ſtadia, in [2] latitudinem [3] CLXX. procurrit. Hoc 6
dorſum à [4] Caucaſo monte ad rubrum mare pertinet; quaque [5] deficit mons, a-
liud munimentum, fretum objectum eſt. Planicies deinde ſub radicibus montium
ſpatioſa procumbit, fertilis terra, multiſque vicis atque urbibus frequens. Araxes 7
amnis per hos campos multorum [6] aquas torrentium evolvit in [7] Medum: Medus [8] à
mari:

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. *DC.* Leid. ∞ *DC.* Voff. 1. B. 2. *DCta milia* Ald. Mer. *MCC. ſtad.* P. F. *mille ſexcenta* B. 1. *D. Cta.* 2 Fl. Voff. 1. *altitudinem.* 3 Fl. Voff. 1. Bong. *CLXX ſtadia* Frob. *CLX.* Elz. *CLXX. percurrit.* 4 P. *Cauſazo.* 5 Fl. Leid. *defecit.* 6 D. omittit *aquas* ſed additur inter lineas. 7 Voff. 2. P. B. 1. Pal. 1. *medium* F. *medium* ſed exſcalpto *i* Ald. Baſ. *Medum. Inde* Col. *medium. Inde* Mer. *medium Medus.* 8 Fl. Leid. Voff. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. Col. Baſ. Frob. Mer. *ad mare* Amſt. Lugd. *à mare.*

portionem Agrippa apud Plin. VI, 27. Medis, Parthis, & Perſis attribuit. RADERUS.

Cluditur, quod] Rurſum editiones, *perpetuis montium jugis clauditur, quod in longitudinem MDC. ſtadia, in latitudinem CLX. percurrit.* longe meliora noſtra ſunt. MODIUS.

M. DC. ſtadia] Longitudo ex Eratoſthenis apud Strabon. lib. XV. ſententia ad Caſpias portas VIIIM. ſtadiorum eſt, milliaria noſtratia CCL. Reliqua non eſt ſupra IIM. ſtadiorum, noſtratia LXII. & ſemis. Longitudo in mediterranea à Suſis Perſepolim ſtadiorum IVMCC. milliaria noſtratia centum & unum ſupra triginta. Hinc uſque ad Carmaniae fines MDC. ſtadia, milliaria noſtratia L. & hanc poſtremam dimenſionem accepit Curtius tantum, qua regio porrigitur in longum. RADERUS.

Hoc dorſum] Ab Occidente ergo ad Orientem per juga & dorſa montium tendamus, Suſis aſcendamus, per Perſidem tranſeamus, Carmaniam ſuperemus, Drangianam percurramus, ac tandem in Paropaniſum altiſſimum & aſperrimum montem enitamur. qui Ptolemaeo Caucaſus eſt, totius Aſiae eminentiſſimus, glacialis & calvus, de quo infra copioſius. Ad hunc, Larnacem Noachi applicitam ait Goropius in Indo-Scythicis pag. 473. Hanc montium catenam intelligit hic, quam dorſum appellat Curtius, per quod poſt terrarum inundationem reliquiae humani generis in larnace ſervatae paullatim ex Oriente & Paropaniſo ſeu Caucaſo ad Babylonem ſunt profectae, ſeſeque tandem in campos demiſere, & Babylonem condidere. Eſt enim Caucaſus mons Goropio ex antiquis id docenti tam longe extenſus, ut Taurum etiam, qui à Pamphylia ſurgit, ab eodem derivari dicant, & alios quamplurimos montes ingentes, qui pro diverſitate gentium diverſas ſortiuntur appellationes, quos Plinius V, 26. unius Tauri nomine complexus eſt. Idem Plinius brevius de Perſarum regnis: *Namque Perſarum regna, quae nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria Perſicum & Hircanum Caucaſiis jugis attolluntur.* Strabo pr. lib. XI. clariſſime: *Taurus eam continentem* (Aſiam) *mediam fere cinguli in morem dividit ab occaſu ad ortum porrectus, unamque ejus partem verſus meridiem relinquens. Latus eſt Taurus ſaepe etiam IIIM. ſtadiorum, longitudine (quanta etiam Aſiae eſt) 45600. à continente, quae Rhodo oppoſita eſt, uſque ad extremitates Indiae & Scythiae Orientales.* RADERUS.

Araxes] De hoc vide Plutarch. de Fluminib. cap. 23. Strab. lib. XV. Obſervandum ab Herodoto I, 202. Araxen nunc Iſtro majorem, nunc etiam minorem dici. Nam Iſter Araxe haud dubie major eſt circa oſtia, minor circa fontes. Mela III, 5. graphice nobis fontes, curſum, & oſtia Araxis proponit. Solin. cap. 15. cum Plinio VI, 9. fontes Araxis ex Heniochorum montibus, brevibus ab Euphrate intervallis derivat, atque in Caſpium mare exonerat. IDEM.

In Medum] Rara Medi fluminis apud alios ſcriptores & geographos mentio. Strabo tamen lib. XV. non praeterit, quem Araxe excipi affirmat, non Araxen Medo, ut Curtius tradit. Ferri à mari, ait Curtius, ad Meridiem, à Septentrione ergo & Caſpio mari. *Minor amnis*, inquit, *eo quem accipit.* Araxes enim major. Sed cum à mari in Meridiem fluat, quomodo rurſus in Septentrionem verſus in Caſpium exoneratur? cum enim Araxen excipiat, & Araxes in Caſpium delabatur, ubi haeret Medus? Strabonem ſequamur, qui Medum in Araxen decidere docet, per quem rurſus ad Septentrionem in Caſpium devehitur. Quae ſequuntur apud Curtium de Medo, apto ad herbas gignendas &c. omnia rectius Araxi adſcribuntur. IDEM.

Araxes, Medus] Amnes Perſidis, & ille quidem diverſus ab Araxe Armeniae. Strabo l. XV. p. 501. *πρὸς αὐτῇ δὲ Περσεπόλει τὴν Ἀράξην διέβη. Juxta Perſepolim* Alexander *Araxem trajecit.* & hunc Araxem ex Paratacene, ſicut Medum ex Media deducit. Confluentes autem ſic deſcribit, ut Medus in Araxem, utpote majorem, non hic in illum infundatur. *συμβάλλει δ' εἰς αὐτὸν ὁ Μῆδος. in illum* Araxem *Medus influit.* CELLAR.

Medus à mare] Celebre eſt apud me membranarum imperium, eas itaque ſum ſecutus; vulgo erat, *Inde Medus ad mare, & ad meridiem verſus, minor amnis eo, quem recipit* &c. MODIUS. *A Mari.* Alii *à mare*, quomodo potuiſſe dicere Curtium, oſtendit Ovidii in Ibin verſ. 198.

Et

mari, [1] & ad meridiem versus, minor amnis eo quem [2] accepit, evehitur; gi-
8 gnendaeque herbae non alius est aptior, quidquid [3] adluit floribus vestiens. Pla-
tani quoque & populi contegunt ripas; ita ut procul visentibus [4] continuata vi-
deantur montibus [5] nemora riparum. quippe obumbratus amnis presso in solum
dilabitur [6] alveo; imminentque colles, ipsi quoque frondibus laeti; radices [7] eo-
9 rum humore [8] subeunte. Regio non alia tota Asia salubrior habetur; [9] tempera-
tum coelum: [10] hinc perpetuum jugum opacum & umbrosum, quod aestus le-
10 vat: illinc mare adjunctum, quod [11] modico [12] tepore terras fovet. His [13] expo-
sitis captivus interrogatus à rege, *auditu ne*, *an oculis comperta haberet*, *quae dice-
ret? pastorem se fuisse*, *& omnes* [14] *eos calles percurrisse*, respondit: *bis captum*, *se-
11 mel à Persis in Lycia*; *iterum ab ipso.* [15] Subit animum memoria regis oraculo
editae sortis, quippe [16] consulenti responsum erat, *ducem in Persidem ferentis viae
12 Lycium civem fore.* Igitur promissis, quanta & praesens necessitas exigebat, &
ipsius

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. & aliae editt. *ad meridiem* Voss. 2. *& meridiem reversus* sic etiam Pal. 1. 3 Vulgo *recipit* Amst. Lugd. *accipit* Voss. 2. *recepit*. 3 Voss. 2. Pal. 1. *abluit*. 4 Ald. Col. Bas. Mer. *continua*. 5 Pal. 1. *nemora: riparum quippe*. 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Bong. *amne*. 7 Vulgo omittunt *eorum* sed omnes Codd. habent. 8 Pal. 1. *subeunte regio: Non alia*. 9 Fl. Leid. Voss. 1. *tempera coelum*. 10 Pal. 1. *huic*. 11 Ald. Mer. *modicum*. 12 Pal. 1. *tempore*. 13 Leid. *expositas* Fl. Voss. 1. Bas. Col. Mer. Ald. *capt. expos.* Voss. 2. *captivis expositis*. 14 Fl. Leid. Pal. 1. B. 1. 2. *eas* D. *eas* sed superscripto *o*. 15 Bas. *subit regis animum* Amst. *subivit*. 16 Fl. Leid. Voss. 1. D. *resulenti*, sed in hoc ab alia manu correctum *consul.*

Et summum Lybico de mare carpat aquam.
Atacini:
Cingitur Oceano, Lybico mare, flumine Nilo.
& Plauti: *Dicant in mare Commani captos.* Ipse tamen malit legere, ex MSS. Constantiensi & priscis editt. *ad mare meridiem versus*, quod Medus in montibus Septentrionalibus ortus ad mare Persicum, quod è regione Caspii est, versus, iterumque flexus in Caspium demum delabitur. RADERUS. Habent & Impr. quidam, *ad mare & ad Merid. versus.* mihi tamen vulgata longe videtur potior. FREINSH. *Medus ad mare meridiem versus.* Tellierius hanc ex variis optimam lectionem censet. Vulgo *à mari* (Caspio) *& ad meridiem versus.* Erasmus, *ad mare & ad meridiem versus.* CELLAR. *Araxes & Medus à mari &c.* non quaeram, quid sibi velit *à mari versus*, ubi sermo est de fluvio, mendosum enim quidpiam hic esse posset, & viri docti suspicantur. Luxuriantem tantum Rhetoris stylum, & fluviorum inutilibus descriptionibus nimis gaudentis, lectori expendendum offero. CLERICUS. Judic. c. 5, §. 4.

Floribus vestiens] Sic Justin. l. XII. c. 7. *mons vite hederaque vestitus.* Noster l. VI. c. 5, 15. *trunci multa fronde vestiti.* CELLAR.

Continuata] Iterum vulgo *continua.* MODIUS.

Dilabitur alveo] Membranae, *presso in solum amne dilabitur.* MODIUS. *Dilabitur.* Ex Horatii loco l. III. Carm. od. 29. vs. 34. *nunc medio alveo cum pace delabentis*, corrigendum hunc locum censet Bentlejus in *delabitur*, adjungens locum ex Ovid. l. II. amor. v. 13.

Quaque celer Nilus late delapsus in alveo
Per septem portas in maris exit aquas.

Colles frondibus laeti] Sic *laetas segetes* Virgilius dixit Georg. l. 1. & *pabuli laetitiam* Justin. l. XIV. c. 4. *oleas laetiores* Columella l. XI. c. 2.

Salubrior temperat] Haec ita legunt, & distinguunt editi, *regio non alia tota Asia salubrior habetur: temperatum coelum*, non placet. MODIUS.

Modico tepore terras fovet] Non quod calorem inducat; ut videtur primo respectu sensus prae se ferre: sed quod amoeno flamine vaporem aestus minuat. eodem sensu posuisse videtur noster l. IV, 7, 22. *sub lucis ortum tepida manat: medio die frigida eadem fluit.* & post paullo, *ad lucem multum ex nocturno calore decrescit, donec sub ipsum diei ortum adsueto tepore languescat.* Contrarium vero infra l. VI, IV, 22. *Nisi solis ortum incolae occupaverint; vel modico tepore succus èxstinguitur*, & sic promiscuo usu adhibent Latini. Nam nihil huc facit, quod habet Cicero l. II. de Nat. Deorum c. 10. *Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, ut intelligi facile possit, in tantis humoribus esse inclusum calorem.*

Interrogatur] Vulgo, *interrogatus*, quod aeque convenit. MODIUS.

Oraculo editae sortis] Vide lib. III. c. 1, 16. CELLAR.

Lycium civem] Polyaeni interpres J. Vultejus hunc Lycium vocatum putat. male. verba Polyaeni, καὶ ὁμολογῶν ὅτι Λύκιος ἦν, sic vertit, *Et inquit sibi Lycio nomen esse.* non fuit nomine, sed natione Lycius. LOCCENIUS. *Lycium civem fore.* Civem ergo non cognomento *Lycium*, ut perperam

ipſius fortuna capiebat, [1] oneratum; *armari* jubet *Macedonum more*, *&*, *quod bene verteret*, *monſtraret iter*; *quamvis arduum & praeceps*, *evaſurum ſe eſſe cum paucis. niſi forte crederet*, [2] *quo ipſe pecoris cauſſa iſſet*; *Alexandrum pro gloria & perpetua laude ire non poſſe.* Etiam atque etiam docere captivus, *quam difficile iter eſſet*, 13
maxime armatis. [3] tum rex, *praedem* [4] *me*, inquit, *accipe*, *neminem* [5] *eorum*, *qui ſequuntur*, *recuſaturum ire qua duces.* Cratero igitur ad cuſtodiam caſtrorum re- 14
licto cum peditibus, quîs adſueverat; & [6] iis copiis, quas Meleager ducebat; & [7] ſagittariis equitibus [8] M. [9] praecepit; *ut caſtrorum* [10] *ſpecie manente*, *plures de induſtria ignes fieri* [11] *imperet: quo magis barbari* [12] *crederent*, *ipſum regem in caſtris eſſe. Ceterum*, *ſi forte Ariobarzanes cognoviſſet*, *per callium anfractus* [13] *eum intrare*, [14] *&* 15
ad occupandum [15] *iter ſuum partem copiarum* [16] *tentaſſet opponere*; *Craterus in eum in-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Amſt. Lugd. *honoratum* Pal. 1. *honeratum.* 2 Fl. *quia* Leid. Bong. Amſt. Lugd. *qua.* 3 Voſſ. 2. *tunc res Perſidem* Baſ. *praede* Col. Mer. *praeſidem.* 4 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *inquit me.* 5 Lugd. & aliae edd. *meorum.* 6 Voſſ. 2. *his.* 7 Vulgo *ſagittariis ducentis &.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. B. 2. *CX.* P. *centum* F. *centum & X* Pal. 1. *M.* B. 1. ejus loco quod exſcalptum eſt, *mille.* 9 Ald. Elz. Col. Baſ. Mer. Frob. *praecipit.* 10 Pal. 1. *ſpem.* 11 Vulgo *imperaret.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. *credant.* 13 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. omittunt *eum.* 14 Pal. 1. Voſſ. 2. F. omittunt *&.* 15 Fl. *inter.* 16 Leid. & Voſſ. 1. *temptaſſet* ut ſemper.

peram putavit vir doctus. Similem hiſtoriam, ut fere ſolent variis accommodari miracula, de Cyro Juſtin. 1, 6. *Somnio monitus, ut quem primum poſtera die obvium habuiſſet, ſocium coeptis aſſumeret.* FREINSH.

Honoratum] *Oneratum* excuſi. quod quidem etſi aliis non placet, mihi tamen diſplicere non poteſt. MODIUS. Non convenit prorſus *honoratum: oneratum* edendum fuit. Quod cum diſplicere neque Modio potuerit, non debuit etiam ipſo neglectus praejudicio damnari. ACIDALIUS.

Monſtraret] Rectius legas *monſtrare.* FREINSH.

Niſi forte crederet &c.] Sic Appius Claudius apud Livium l. v. ad populum: *Obſecro vos: venandi ſtudium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes ſilvaſque rapit. belli neceſſitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel luſus vel voluptas elicere ſolet.* ſed Alexandri *Ardua per praeceps gloria vadit iter.* ita noſter de illo l. IX. *Avaritia gloriae, & inſatiabilis cupido famae nihil invium, nihil remotum videri ſinebat.* LOCCENIUS.

Neminem meorum] Impreſſi *neminem eorum.* MODIUS. Impenſe placet *meorum.* ſi abſint & illa, *qui ſequuntur.* FREINSH.

Sagittariis equitibus] Inſeritur alicubi, *& ſagittariis (ducentis) & equitibus.* Male. Non noverant illi genus hoc equitum, non temere quidem alias Curtio etiam nominatum. Apud Arrianum frequentius eſt, qui ἱππακοντιϛὰς vocat. ut lib. III. Ἀναλαβὼν δὲ τοὺς τε ἑταίρους ἱππέας, καὶ τοὺς ἱππακοντιϛὰς, καὶ τοὺς τοξότας. Ubi per viam moneo corrigendum [male: ſic enim & III, 4, 1. & 4.] leviter ἑτέρους. Nec vertendum fuit de ſociis equitibus, aut capiendum de amicorum ala: ſed hoc dicitur, & alios equites & hos ſagittarios ſive jaculatores cum peditibus etiam ſagittariis aſſumptos. ACIDALIUS. Id genus equitum alii vocant ἱπποτοξότας. ut Hirtius de bel. Afric. cap. 19. *Sagittariis ac funditoribus, hippotoxotiſque quamplurimis.* & ipſe Caeſar, de bell. Civ. III, 4. *CC. ex Syria à Comageno Antiocho miſſi erant, in his plerique hippotoxotae.* FREINSH.

Plures ignes] Hoc conſilium Frontinus contulit in lib. II. Stratagem. num. 15. cap. 5. quod eſt de inſidiis. Hujus generis ſtratagemata plura apud Livium & Romanis in hiſtoriis leges, ut de Craſſo contra fugitivos pugnante, ex ipſo Livio Frontinus quoque eodem cap. oſtendit. RADERUS. Imitatus id eſt Eumenes apud Plutarch. c. 28. apud Livium XXI, 32, 12. & XXII, 42, 8. Hannibal. & XXXVI, 10, 11. *Ap. Claudius caſtra metatus latius quam pro copiis, & plures, quam quot ſatis in uſum erant, ignes quum accendiſſet, ſpeciem quam quaeſierat, hoſti fecit: omnem ibi Romanum exercitum cum rege Philippo eſſe.* FREINSH.

Per callium anfractus intrare] Editiones veteres *p. c. a. eum intrare.* MSS. *eum* expungunt. ſed oratio plena non eſt. Ceterum ſi forte Ariobarzanes cognoviſſet per callium anfractus intrare? quem? inquies. Alexandrum utique. ſed Alexander ipſe hic loquitur. Et quamvis ſe ipſum intellexerit, non eſt ita locutus. Nec dixit *ſe* Curtius, quod eſſet ambigua oratio; vox enim *ſe* de Ariobarzane & Alexandro accipi poterat. Nec *eum* convenit, ſi, inquit Alexander, Ariobarzanes *eum*, hoc eſt, *ſe*, Alexandrum inquam, intrare. quis ita loquatur, *eum* pro *ſe*. Itaque recte ſublatum judico, quod de Alexandro ſatis intelligi ex praecedentibus cernis, & mox ſubjectis, *& ad occupandum iter ſuum*, & quae ſequuntur. RADERUS. *Eum* bene

16 *inlato terrore, retineret ad propius periculum* [1] *conversum agmen: sin autem ipse hostem*
fefellisset, & saltum occupasset; quum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset
[2] *persequentium regem,* [3] *id ipsum iter,* [4] *quo pridie pulsi fuerant,* [5] *ne dubitaret* [6] *ingre-*
17 *di: quippe vacuum fore, hostibus in semet aversis.* Ipse tertia vigilia silenti agmine,
ac ne tuba quidem dato signo, pergit ad [7] demonstratum iter [8] callium. *tridui ali-*
18 *menta portare* militem jusserat leviter armatum. Sed praeter invias rupes ac prae-
rupta saxa, vestigium subinde fallentia, nix cumulata vento [9] ingredientes fatiga-
bat: quippe velut [10] in foveas delati hauriebantur; & quum à commilitonibus [11] le-
19 varentur, trahebant magis adjuvantes, quam [12] sequebantur. Nox quoque, &
ignota regio, ac dux, [13] incertum an satis fidus, multiplicabant metum: [14] *si cu-*
stodes fefellisset; quasi feras bestias ipsos [15] *posse deprehendi. ex unius captivi vel fide,*
vel

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. B. 1. 2. & multae editt. *conversurum.* 2 Amst. *persequi id* omisso *regem.* 3 Mer. *ad ipsum iret* Voss. 1. *itipsum iter.* 4 Voss. 2. omittit *quo.* 5 Col. Mer. *nec dubit.* 6 Amst. Lugd. omittunt *ingredi.* 7 Voss. 1. *demonstrantum* Voss. 2. *demonstrandum.* 8 Pal. 1. *cavum callem.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. *ingredientis.* 10 Pal. 1. omittit *in foveas.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *adlevarentur* Amst. Lugd *allev.* 12 Aliae editt. *assequebantur.* 13 Sic MSS. & Bong. sed Voss. 2. Ald. Col. Bas. Mer. *incertus* Pal. 1. *incertus an si satis.* 14 Amst. Lugd. *nisi custodes fefell.* Frob. Elz. *si custodes non fefell.* Voss. 2. *si custos fefellisset* aliae editt. *fefellissent.* 15 Bong. *depreh. posse.*

ne habet haec particula; sic modo, *ipsum regem.* FREINSH.

Craterus eum] Iterum impressi, *Craterus in eum illato terrore, retineret ad propius periculum conversum agmen.* plane inepte. MODIUS.

Persequi id ipsum iter] Impressi & scriptus liber Coloniensis. *cum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset, persequentium regem id ipsum iter quo pridie pulsi fuerant ne dubitaret ingredi.* Sigebergensis codex. *cum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset, persequi regem, id ipsum iter, quo pridie pulsi fuerant, ne dubitaret.* sed nihil mihi divini aut humani quisquam quidquam posthac creduat, nisi illud *persequentium regem* inepti alicujus nebulonis glossema est: nive adeo scribendum est, ut emendavi, aut certe hoc modo: *cum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset, id ipsum iter, quo pridie pulsi fuerant, ne dubitaret ingredi.* MODIUS. *Persequentium regem.* Fallor, aut haec verba non sunt à Curtio. FREINSH. Glossema sapiunt. CELLAR. Lego. *Persequi iterum relegendo id ipsum iter.* HEINSIUS.

Ne dubitaret ingredi] Variis glossematis hic locus ante conspurcatus, neque dum opinione mea purus putus. Lectionum diversitatem apud Modium vide. Nos ex iis hoc exsculpimus, quando pertinaciter libri scripti vocem *regem* habent, ab ea fontem omnis variationis. Haec corrupta scholiis & additamentis occasionem dedit. Emendanda autem iterum *relegere.* Quod ex animi sententia dico, ac serio, spretis reliquis, ita scribo: *cum trepidantium b. t. exaudisset, relegere idipsum iter, q. p. p. f. ne dubitaret.* Non proprie, non venuste magis potuit: & inficeta prae illo, non *persequi* tantum vel *ingredi,* sed quidquid aliud excogitare ingeniosi glossographi potuissent. ACIDALIUS. Placet illud *relegere* Acidalii, sed nec Modianum *persequi,* nec vulgare *ingredi,* rejiciendum, cum non constet, quod posuerit Curtius. RADERUS.

Ne tuba quidem] *Ne tubae quidem* vulgo. MODIUS.

Tridiu alimenta] Vide, si talia desideras, Stewech. ad Veget. l. 1. c. 19. & Lipsium de Mil. Rom. l. v. §. 2.

Nix] Livius XXI, 35, 6. de copiis Hannibalis, in Alpium transitu: *Fessis taedio tot malorum, nivis etiam casus occidente jam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adjecit &c.* FREINSH.

Allevarentur] Melius hoc, quam ut alii *levarentur.* MODIUS.

Si custodes] Ut istos typographicos operas magnus perdat Jupiter, qui tam negligentes sunt in exprimendis ad eum modum libris, qui ipsis praeitur. Eccere hoc modo correxeram hunc locum: *Nisi custodes fefellissent, quasi feras bestias ipsos posse deprehendi.* hic illi mihi, si dis placet, pro *nisi, si* excuderunt, contraria plane sententia ab eo, quod dicere vult Curtius, & res postulat. MODIUS. *Custodes fefellissent,* Ariobarzanis excubias in saltu & aditu positas. RADERUS. *Si custodes fefellisset.* Recte sic legendum vidit Sebisius: nam profecto de duce itineris hic sermo est. Duces itineris, suspecti praesertim, & ignoti, asservabantur, quod satis constat, additis sc. custodibus. Quamobrem duo haec verba conjungi amant, ut apud Cicer. ad Attic. X, 20. *custodiae, quibus asservor.* Liv. XXIV, 45, 10. *eum interdiu solutum custodes sequebantur, nocte clausum asservabant.* Id etiam morum Alexandri fuisse satis constat ex Curtio infra IX, 9, 1. *duces secordius asservati profugerant.*

Hinc

vel [1] *anima, pendere & regis salutem, & suam.* Tandem venere in jugum. à dex- 20
tera iter ad ipsum Ariobarzanen erat: hic Philotan & Coenon [2] cum Amynta &
[3] Polyperconte, expeditam habentes manum, [4] reliquit, monitos; [5] *ut quia* [6] *e-
ques pediti erat mixtus;* [7] *qua pinguissimum* [8] *esset solum, &* [9] *pabuli fertile, sensim
procederent:* [10] duces itineris de [11] captivis dati. Ipse cum armigeris & ala, quam 21
Agema [12] appellant, ardua semita, sed longius à stationibus hostium remota,
multa cum vexatione processit. Medius erat dies, & fatigatis [13] necessaria quies; 22
quippe tantumdem itineris supererat, quantum emensi erant; sed minus praecipi-
tis atque ardui. [14] Itaque refectis cibo somnoque militibus, [15] secunda vigilia sur- 23
git. & cetera quidem haud aegre [16] praeteriit. ceterum, qua se [17] jugum mon-
tium paullatim ad planiora [18] demittit, ingens vorago concursu [19] cavata torren-
tium [20] iter ruperat. [21] ad haec arborum rami alius alio implicati & [22] coëuntes, 24
ut perpetuam [23] objecerant [24] sepem. Desperatio igitur ingens, adeo, ut vix lacri-
mis abstinerent, incesserat. Praecipue obscuritas terrori erat: nam etiam si qua 25
sidera internitebant, continenti [25] fronde tectae arbores conspicere prohibebant.

[1] ne

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Col. Bas. Frob. D. Mer. Pal. 1. *animo.* 2 Voss. 2. omittit *cum Amynta.* 3 Voss. 2. *Polypercota.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. D. F. B. 1. 2. *relinquit* Ald. Col. Bas. Mer. Frob. *praemisit.* 5 Bongarsiani *& quia* Fl. Leid. Voss. 1. *ut quia &c.* 6 Voss. 2. *equites pediti erant mixti.* 7 Fl. *& quam* Leid. *& quum* Voss. 2. *quam* B. 1. *qua* exscalpto *m.* 8 Ald. *esse.* 9 Pal. 1. *pabulo.* 10 MSS. & aliae editt. *duces erant.* 11 Bas. *captis.* 12 Fl. Leid. Voss. 2. *appellabant* Voss. 1. *appellabat.* 13 P. *quies necessaria.* 14 Vulg. *ita.* 15 Pal. 1. *prima.* 16 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Amst. Lugd. *praeterit.* 17 Voss. 1. 2. Amst. Lugd. *mont. jug.* 18 Voss. 2. Ald. Elz. Col. Bas. Mer. *dimittit.* 19 Fl. *vacata.* 20 P. *interruperat.* 21 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *ad hoc.* 22 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *cohaerentes.* 23 P. *objecerent.* 24 Mer. *Sepem.* 25 Fl. Leid. Voss. 1. *fronte.*

Hinc est quòd Xenophon Ἀναβασ. IV. Cherisophum erroris gravissimi notat, qui ducem quem verberibus affecisset, negligenter asservaverit, cum facile conjicere potuisset, illum fugiturum esse, quod & accidit. Eamdem ob caussam Carthaginenses suspectos habuere Romani, *quod quem Romam mitti placuisset &c. non custodissent*, Liv. XXXIV, 61, 6. Errorem autem ducis sui quomodo ultus sit Annibal, apud Livium XXII, 13, 9. reperies. FREINSH.

Vel anima] *Animo* legitur vulgo, sed male. hoc enim intelligi debet, ex unius aut fide pendere, aut vita, omnium salutem. MODIUS. Recte sic, non *animo.* sensus: seu fides ducem nostrum; seu vita deserat; periimus. FREINSH. Si dux fraudulenter vellet agere, aut casu in itinere interiret; & regem & se in extremis periculis fore. CELL.

Reliquit] *Praemisit* editiones, pessime. ut & mox, quum habent, *& quam pinguissimum*, pro *qua pinguissimum.* Arrianus l. III. Ἀμύνταν δὲ μετὰ Φιλώταν καὶ Κοῖνον τὴν ἄλλην στρατίαν ὡς ἐπὶ τὸ πεδίον ἄγειν. αὐτὸς δὲ ἤει ὁδὸν χαλεπὴν καὶ τραχεῖαν, καὶ ταύτην δρόμῳ τὸ πολὺ ἦγε. MODIUS.

Eques] Vix hic capio, cum pedites aegerrime ex his locorum tesquis & rupibus eniterentur, quomodo equites fuerint secuti. Videtur Curtius non fine auxesi invium iter prorsus inexplicabile reddidisse praesertim equiti. RADERUS. Pro Curtio responderi possit, habuisse equos locis asperis innutritos, quales describuntur Numidae apud auctores, item Hispani, (Strabonem vide lib. III.) quorum certe multa millia per Alpes traduxit Hannibal, & ne hoc mireris, etiam elephantos, ut noveris, verum dicere Tacitum XV, 59, 3. *multa experiundo confieri, quae segnibus ardua videantur.* Certe in Romanis equitibus necessitas & timor id docuit, apud Livium XXII, 15, 9. *qui prope inviis callibus ad dictatorem perfugerunt.* Vide Indicem *ala.* FREINSH.

Duces erant itineris] Malim abesse hoc *erant*, quod profecto nec Curtius adjecit. ACIDALIUS. Vocem *erant* velut redundantem inductam vellet Acidalius; sed non videtur otiosa, & libri omnes editi inediti servant. RADERUS. Vulgo male *duces erant*, quod ab inepta glossa intrusum corrumpit sententiam. & video jam hoc notasse Acidalium. FREINSH.

Praeterit, ceterum] Male haec antea & legebantur, & interpungebantur hoc modo: *& cetera quidem haud aegre praeteriit. ceterum qua se jugum montium paullatim ad planiora demittit* &c. MODIUS.

Cohaerentes] *Coëuntes*, vulgo. recte. IDEM.

Obscuritas terrori erat] Livius l. X. *Turbida lux metum circa insidiarum faciebat.* LOCCENIUS.

Continenti fronde] Continua. Vellej. l. II. c. 109. *excisis continentibus Herciniae silvis.* CELLAR.

[1] ne aurium quidem uſus ſupererat, ſilvas quatiente vento; [2] quae concutientibus
26 ramis majorem quam pro flatu ſonum [3] reddebant. Tandem exſpectata lux omnia,
quae terribiliora nox fecerat, minuit: circumiri brevi ſpatio poterat eluvies; &
27 ſibi quiſque dux itineris coeperat fieri. Evadunt ergo [4] in editum verticem: ex
quo hoſtium ſtatione conſpecta, [5] ſtrenue armati, à tergo ſe oſtendunt nihil tale
28 metuentibus; quorum pauci, qui congredi auſi erant, caeſi ſunt. Itaque hinc
morientium gemitus; hinc ad ſuos recurrentium miſerabilis facies; integros quo-
29 que, [6] antea quam diſcrimen experirentur, in fugam [7] avertit. Fremitu deinde
in caſtra, quîs Craterus [8] praeerat, inlato; ad occupandas anguſtias, in quibus
30 pridie [9] haeſitarat, miles [10] educitur. ſimul [11] & Philotas cum Polyperconte A-
myntaque & Coeno diverſum iter ingredi [12] juſſus, alium terrorem intulit barba-
31 ris. [13] Ergo undique Macedonum [14] armis fulgentibus ancipiti malo oppreſſi, [15] me-
morabile tamen proelium edunt. ut opinor, ignaviam quoque neceſſitas acuit; &
32 ſaepe deſperatio ſpei cauſſa eſt. Nudi [16] complectebantur armatos, & ingenti
corporum mole ſecum ad terram detrahentes, ipſorum telis pleroſque fodiebant.
Ario-

Variantes Lectiones.

1 P. *nec.* 2 Voſſ. 1. Bong. Amſt. Lugd. *quae concurrentibus* Fl. Leid. Ald. Frob. Mer. *qui concurrentibus* Voſſ. 2. *qui concutientib.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *edebant* Ald. Baſ. *edebat* Frob. Mer. Col. Amſt. *reddebat.* 4 Voſſ. 2. *inditum.* 5 Voſſ. 2. *ſtrue.* 6 MSS. & Bong. *antequam.* 7 Pal. 1. *vertit fremitus.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1 Bong. *praeſidebat.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 1. Pal. 1. D. Bong. *haeſerant* Voſſ. 2. *haeſitarant* Mer. *haeſitaverat.* 10 Voſſ. 2. *ſeducitur.* 11 Ald. Col. Baſ. Frob. Mer. omittunt &. 12 Alii *juſſis.* 13 Voſſ. 1. 2. Bong. Amſt. *undique ergo.* 14 Mer. *animis.* 15 Voſſ. 2. *miſerabile* in margine *memorabile.* 16 Mer. *complectebant.*

Quae concurrentibus] Aurea noſtra prae impreſſis illis, *qui concutientibus ramis majorem quam pro flatu ſonum reddebat.* fateor tamen etiam haec ferri poſſe. MODIUS.

Eluvies] Quam modo voraginem dixerat, torrentium concurſu cavatam. CELLAR.

Evadunt ergo] Ibi Alexander cippum, ſeu arcum, ſeu abſidem erexit, in qua viatorem ſecuturum admonuit de laevo viae latere ſequendo, dextro velut invio vitando. Extat inſcriptio in vita S. Macarii Romani apud Roſweid. l. 1. vitae Patrum p. 226. *Abſidam iſtam fecit Alexander Philippi* [Freinshemius tamen dubitat, an eo tempore hujus nomen adſcripturus fuerit Alex. idque jam ſupra ad IV, 15, 8. notavit] *Macedo Imperator quando perſecutus eſt Darium Regem Perſarum. Qui terram hanc ingredi voluerit, ad manum ſiniſtram vadat. Ad dexteram enim terra invia & rupibus & anguſtiis eſt plena.* Hanc è Graeco tranſlatam nemo dubitabit, qui auctores vitae, non interpretes legerit. RADERUS.

Integros quoque] Ipſe noſter interpres ſui eſt, *antequam diſcrimen*, id eſt, *pugnam experirentur.* Nec aliter ſupra l. IV. c. 16, 11. *integris debiles implicabantur.* & l. VIII. c. 11, 23. *aliqua membrorum parte multati ab integris deſerti ſunt.* Caeſar B. Gall. l. III. c. 26. *integrae ab labore cohortes.* CELLAR.

Praeſidebat] Hoc laudant membranae, vulgo eſt *praeerat.* MODIUS.

Neceſſitas] Statius X, 487.

Eſt ubi dat vires nimius timor

Silius I, 557.

- - - clauſos acuunt extrema pericli,
Et fractis rebus violentior ultima virtus.

Tacitus H. III, 60, 4. *eſſe adhuc Vitellio vires, acres ſi deſperaſſent.* & Ann. XII, 31, 5. *illi obſeptis effugiis, multa & clara facinora fecere.* Salluſt. Cat. 58, 10. *Neceſſitudo etiam timidos fortes facit.* Vide Lipſium Polit. V, 18. Veget. III, 21. *ex deſperatione creſcit audacia.* Hannibal hinc ſtimulat ſuos apud Liv. XXI, 44, 10. *vobis neceſſe eſt fortibus viris eſſe, & omnibus inter victoriam mortemve certa deſperatione abruptis; aut vincere, aut ſi fortuna dubitabit, in proelio potius, quam in fuga, mortem oppetere.* Seneca de Clem. I, 12. *Acerrima virtus eſt, quam ultima neceſſitas extundit.* Pulchre Xenophon hiſt. Graec. lib. VII. quo loco narrat Thebanos, qui poſt profligatum Spartanorum exercitum, ipſam urbem invaſerant, vix centum à viris eſſe repulſos, praemittit: ἔξεστι μὲν τὸ θεῖον αἰτιᾶσθαι, ἔξεστι δὲ λέγειν, ὡς τοῖς ἀπονενοημένοις οὐδεὶς ἂν ὑποσταίη. *Id partim numini poteſt adſcribi, partim dici, deſperatis neminem poſſe reſiſtere.* Prudenter ergo à Scipione Numantiam obſidente, *non eſt permiſſa pugna morituris.* apud Florum II, 18, 13. ubi notam noſtram inſpice: FREINSH. Exemplum cape in Locrenſibus apud Juſtin. l. XX. c. 3. CELLAR.

Agmi-

Ariobarzanes tamen, [1] XL. ferme equitibus, & [2] quinque millibus peditum ſtipa- 33
tus, per mediam aciem Macedonum cum multo ſuorum atque hoſtium ſanguine
erupit; Perſepolim urbem caput regionis occupare feſtinans. Sed à cuſtodibus 34
urbis excluſus, conſequutis ſtrenue hoſtibus, cum omnibus fugae comitibus renovato proelio cecidit. Craterus quoque raptim agmine acto ſupervenit.

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *decem.* 2 Sic F. ſed P. *quinque milia* Ald. Col. Mer. *quinque* omiſſo *mill.* B. 1. 2. Voſſ. 1. *II* B. Baſ. 5. *ped. mill.*

Agmine acto] Ducto. *Agi* dicuntur pecora, & jumenta, quum propelluntur. infra l. v. c. 13, 19. *reliquum agmen more pecudum agebatur.* Adde quae ad lib. III. c. 13, 10. notavimus. CELLAR.

Caput V.

Ad Perſepolim properans, captivorum Graecorum IV M. liberat.

Rex [1] eodem loco, quo hoſtium copias fuderat, caſtra [2] communivit. Quam- 1
quam [3] enim undique fugati hoſtes victoriam conceſſerant; tamen praealtae praecipiteſque foſſae, pluribus locis objectae, [4] abruperant iter: ſenſimque & caute [5] progrediendum erat; jam non hoſtium, ſed locorum fraude ſuſpecta. Pro- 2
cedenti ei literae [6] redduntur à [7] Tiridate, cuſtode [8] regiae pecuniae, indicantes, *eos, qui in urbe eſſent, audito ejus adventu, diripere velle* [9] *theſauros; properaret occupare: expeditum iter eſſe, quamquam Araxes amnis interfluat.* Nul- 3
lam

Variantes Lectiones.

1 Vulgo *eodem in loco.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Baſ. *communit* Mer. *communiit* Col. *commovit.* 3 Voſſ. 2. *eum.* 4 Voſſ. 2. *arrup.* 5 MSS. B. 2. *progrediundum.* 6 Voſſ. 2. *traduntur.* 7 Bong. & MSS. *Tyridate* Ald. *Theridate.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *pec. reg.* 9 Pal. 1. & Voſſ. 2. omittunt *properaret occupare* & legunt *theſauros dimiſſos* D. *properaret occupare theſauros dimiſſos* Fl. Leid. Voſſ. 1. Ald. Baſ. Col. Mer. Frob. *theſauros properaret occupare theſauros dimiſſos* P. *theſ. prop. occ. dim. theſ.*

Locorum fraude] Hoc μεταφορικῶς. fraus enim non cadit, niſi in hominem, & humani generis hoſtes Stygios genios: nam coeleſtes non fallunt. Poterant tamen & loca eſſe ſuſpecta ab hoſtibus ad perniciem aliorum comparata & inſtincta, cum ſaepe in pontibus, ſilvis, campis, montibus fiunt, quando ſcrobes fodiuntur, murices & ſtimuli, tribulique & pali defodiuntur. RADERUS. Fraudem locis tribuit Curtius ob foſſas praealtas, ſive eas ad impedienda itinera hoſtes effeciſſent, ſive ipſius naturae impetus, ut ſupra v, 4, 23. Simili figura dici ſolent *infida loca.* ut apud Flor. III, 4, 5. *infidum glacie flumen.* in Tacito I, 61, 2. *fallaces campi &c.* FREINSH. *Fraus locorum*, pro difficultate locorum ponitur, ut apud Virg. l. IX. Aen. vſ. 396.

- - - *videt Euryalum, quem jam manus omnis*
Fraude loci, & noctis ſubito turbante tumultu
Oppreſſum rapit.

Vel pro periculo, idem Virg. l. X. Aen. vſ. 72.

Quis Deus in fraudem, quae dura potentia noſtra
Egit? id eſt in periculum, ita enim in jure lectum eſt: *Fraudi erit illa res.* Id eſt periculo, ut ibidem annotat Servius. iterum l. VII, 8, 34. *locorum fraude deceptis.*

Properaret occupare] Excuſi libri *properaret occupare theſauros dimiſſos*, ab iis nempe ſunt, qui theſaurum mendorum ingentem Curtio liberaliter donatum, nobis ex ejus monumentis eruendum reliquerunt. MODIUS. *Occupare.* Inſertae vulgo binae voces *theſauros dimiſſos:* quas plane infititias non Modius, non alius mihi perſuadebit. Emendo ego: *properaret occupare theſauros ditiſſimos, expeditum iter eſſe.* Invitabat & incitabat eum, quod cum iter facile, tum praeda eſſet maxima. ACIDALIUS. Libri veteres plerique poſt *theſauros* habent vocem *dimiſſos*, unde Acidalius facit *ditiſſimos.* mihi neſcio quomodo convenientius videatur, ſi legatur *theſauros ſibi commiſſos.* vitium videtur ortum ex literis primo male connexis, hoc modo: *theſauros ſibicommiſſos*, poſt per emendationem mutatis deletiſque, quae diſplicebant, ut fieret, *dimiſſos.* SCHEFFER. Placet Acidalii *ditiſſimos.* HEINSIUS.

Quamquam] Valde dubito de ſcriptura hujus loci, nec enim ita in levi habendum puto hunc fluvium, ut diceretur *expeditum iter eſſe, quamquam* in-

lam virtutem regis istius [1] magis, quam celeritatem laudaverim. relictis [2] enim
pedestribus copiis, tota nocte cum equitibus, itineris tanto spatio fatigatis, ad
4 [3] Araxen prima luce pervenit. Vici erant in propinquo; quibus [4] dirutis, pon-
5 tem ex materia eorum, subditis saxis, strenue induxit. Jamque haud procul [5] ur-
be erant; quum miserabile agmen, inter pauca fortunae exempla [6] memorandum,
6 regi occurrit. Captivi erant Graeci ad quatuor millia fere, quos Persae vario sup-
pliciorum modo adfecerant. alios [7] pedibus, quosdam manibus auribusque ampu-
tatis, [8] inustisque barbararum literarum notis, in longum sui ludibrium reservave-
rant;

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Fl. Voss. omittunt *magis* Leid. bis repetit *istius*. 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *enim*. 3 Sic MSS. 4 Sic omnes MSS. Bong. Lugd. & Amst. vulgo edunt *direptis ac dirutis*. 5 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. D. *urbem*. 6 Voss. 1. *memorando*. 7 Voss. 2. *peditibus*. 8 Voss. 1. *inustis*.

interfluat amnis, quem propter copiam aquarum nec nando superare possis, nec vado. Id autem sic fuisse, clarum ex sequentibus, nam Alexander ibi pontem struere necesse habuit. Scripsit omnino Curtius: *expeditum iter esse, quam qua Ar. amnis interfluat*. Hoc est, si inire rationem possit trajiciendi fluminis, ceterum iter in expedito fore. Et sane apparet Alexandrum non temere ad fluvium procurrentem, ibi substitisse hiantem & circumspicientem, quomodo transiret, sed ante capto consilio, à peritis locorum edoctum, eo animo processisse, ut ad pontem fabricandum vicorum istorum, de quibus Curtius, materia uteretur. Unde facile intelligitur fabros etiam aut praemisisse, aut secum deduxisse: denique omnia ex praeparato fuisse gesta. FREINSH. Freinshemio legendum videtur, *quam qua*, hoc est, *praeterquam qua*, quia fluvius sine ponte impeditum iter faciat. Nec tamen vulgaris scriptura nobis displicet, quod Tiridates non ignoravit, nihil facilius esse tanto exercitui, quam pontem tumultuarium flumini imponere, aut vadum, quo trajiciat, invenire. de hoc Araxe diximus modo ad cap. 4, 7. addo eumdem esse Ptolemaei *Rhogomanem*, & forsan Arriani etiam *Arosin*. Indic. Rer. p. 585. CELLAR.

Nullam virtutem regis istius, quam] Eleganter dictum. vulgo: *nullam virtutem regis istius magis quam*. inepte, si cum nostris conferantur. MODIUS. Illud *magis* ut imperiti glossema à Modio merito est inductum. RADERUS. *Quam celeritatem*. In Caesare maxime apparuit, de quo Cicero l. VIII. ad Att. ep. 9. *hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est*, nam, quod Veget. l. IV. c. 31. observat, *in rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse, quam virtus*. CELLAR.

Dirutis] Iterum vulgo, *quibus direptis ac dirutis*, & fortasse ita est legendum. MODIUS. Male Freinshemius renuentibus omnibus MSS. retinuit vulgatum *direptis ac dirutis*. HEINSIUS.

Pontem] Hic ad Augusti fere aevum permansit, nisi quod fluminis incrementa valde ruperunt. postea Augustus firmiorem subjecit. Servius in Virgil. VIII, 728. LOCCENIUS. Dubitat tamen Scbisius, an eousque durare potuerit, tumultuario tantum opere constructus. Ego plane alium pontem fuisse credo, de quo Virgilius: imo & alium fluvium. Nam de Armenio Araxe Virgilio sermo est; Curtio de Persico: quos non pro uno fluvio habendos, etiam Salmasio ad Solinum pag. 846. placuit, & multis rationibus ostendi potest. FREINSH.

Haud procul urbe] Persepoli. CELLAR.

Quatuor millia] Justinus auctor est, octingentos Graecos Alexandro occurrisse, qui poenam captivitatis truncata parte corporum tulerant, rogantes, ut sicuti Graeciam, se quoque ab hostis crudelitate vindicaret. Et Suidas eamdem historiam referens, octingentos fuisse ait, qui olim in Graecia capti à Persis, & praecisis manibus auribusque mutilati erant: quos benigne Alexander excepit, & magnis muneribus consolatus est. POPMA. *Quatuor millia*. Diodorus XVII, 69. & Justinus XI, 14, 11. non nisi *octingentos* recensent. Apud Plutarchum & Arrianum nulla horum mentio. RADERUS. *Octingentos* numerat & Suidas in Ἀλέξανδρος. FREINSH.

Pedibus, manibus, auribusque] Barbara crudelitas. simile exemplum in eadem gente notavit Seneca de Ira l. III. c. 20. *Rex Persarum totius populi nares recidit in Syria, inde Rhinocolura loci nomen est*. LOCCENIUS. Quamquam Aethiopum regi id Strabo attribuat l. XVI. locus vero est in Aegypti Syriaeque, sive Palaestinae confinio. CELLAR. Ingentem exemplorum acervum iis, qui tam crudelia desiderant, hic exhibebit Cl. Freinshemius, si eum inspicere seorsim voluerint, quae huc congerere visum non fuit, quia locus non capiebat. Adde tantummodo Brissonium lib. II. de Regno Pers. p. 267.

Inustisque] Mos notandi frontes & inurendi non Persis tantum & barbaris usurpatus, sed Graecis etiam & Romanis usitatus. Multa nos passim de stigmatis ad Martialem. Lipsius Electorum II, 15. plurima de eodem argumento. RADERUS. Vide & observationes Cujacii VII, 13. FREINSH. Juvenali hinc servi sunt Sat. XIV. v. 24. *inscripta ergastula*. Metony-

rant; & quum se quoque alienae ditionis esse cernerent; volentes regi occurrere
non prohibuerant. [1] Insusitata simulacra, non homines videbantur; nec quidquam 7
[2] in illis praeter vocem poterat [3] agnosci. plures igitur lacrimas commovere, quam
profuderant [4] ipsi. quippe [5] in tam multiplici variaque fortuna singulorum, in-
tuentibus similes quidem, sed tamen dispares poenas, quis maxime miserabilis es-
set, [6] liquere non poterat. Ut vero *Jovem* illi *tandem Graeciae ultorem aperuisse* 8
oculos [7] conclamavere; [8] omnes [9] pari supplicio adfecti [10] sibi videbantur. Rex ab-
stersis, quas profuderat, lacrimis, *bonum* [11] *habere animum* jubet; *visuros urbes*
suas conjugesque: & castra [12] inde duo ab urbe stadia [13] communit. Graeci exces- 9
serant vallo, deliberaturi, quid potissimum à rege peterent: quumque aliis [14] *se-*
des

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 1. Bong. *invisitata.* 2 Voss. 2. omittit *in.* 3 Pal. 1. *cognosci.* 4 Voss. 2. *ipsi ipse.* 5 Pal. 1. Mer. *vitam.* 6 Voss. 2. *loqui vere non poterant.* 7 B. 2. omittit *conclamavere* Voss. 1. *clamavere.* 8 Voss. 2. *omnis.* 9 Pal. 1. omittit *pari.* 10 Mer. omittit *sibi.* 11 P. *an. hab.* 12 Bong. omittit *inde* Fl. Leid. Voss. 1. *in.* 13 Mer. *communiit.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. *sedem.*

nymice. & Apulejo l. IX. *frontes literati, pedes annulati.* Plutarch. in Nicia de Syracusanorum in captivos Athenienses saevitia. *ὡς οἰκέτας ἐπόλουν, στίζοντες ἵππον εἰς τὸ μέτωπον, ut servos vendiderunt, equo in fronte compunctos.* CELLAR.

Quippe in tam multiplici &c.] Levia fuerunt adhuc, quae notavimus in hoc libro: gravius hoc erit, & quod à se dabit illis aliquod etiam pondus. Turbatus est locus, & confusus, quem digero, & dirigo traductione, distinctione. Sic mutandus enim ordo: *quippe in tam multiplici variaque fortuna singulorum intuentibus similes quidem, sed tamen dispares poenas, quis maxime miserabilis esset, liquere non poterat: omnes pari supplicio adfecti sibi videbantur. Ut vero Jovem illi tandem Graeciae ultorem aperuisse oculos conclamavere, rex abstersis, quas profuderat, lacrimis, bonum habere animum jubet.* in quo si fallor, aut fallo, nihil ipse dehinc credam, nihil umquam mihi credi volo. ACIDAL.

Similes quidem] Propter Acidalii conjecturam, etiam Radero probatam, explanandum hic est necessario quid simile distet à pari. *Par* enim esse dicitur, quod tantumdem habet aut virium, aut magnitudinis, quamquam alia sit forma aut specie: ut contra *simile* quod eamdem figuram habet, magnitudine dispari puta, duobus angulis rectis, pares sunt qui triangulum constituunt; quamquam dissimiles: quadrato quadratum simile; quamquam possit esse dispar. sic intelligenda sunt & alia exempla, ut praeclarum illud apud Quinctilian. x, 1. T. Livius *immortalem illam Sallustii velocitatem, diversis virtutibus consecutus est. Nam mihi egregie dixisse videtur Servilius Novianus, pares eos magis quam similes.* Contra Liv. XLV, 43, 2. de triumphis Pauli, & Anicii: *Similia omnia magis visa hominibus, quam paria: minor ipse imperator, & nobilitate Anicius cum Aemilio, & jure imperii praetor cum consule collatus: non Gentius Perseo, non Illyrii Macedonibus, non spolia spoliis, non pecunia pecuniae, non dona donis comparari poterant.* Hinc intelligas legendum in Apulejo de habitud. doct. Plat. *Nec solum aequalitas, verum etiam similitudo cum virtutis ingenio conjungitur.* Vitiosum enim est, quod editur ibi, *qualitas.* Sic itaque in hac miserorum turba, similis erat omnium poena, quippe mutilatio: sed tamen dispar, levius enim afflicti erant, qui aures puta, quam qui manus, pedesve, aut oculos perdiderant. & quamquam revera erat calamitatis diversitas, tamen tristi hoc spectaculo subito offuso, non liquere poterat intuentibus, quis maxime esset miserabilis in tanta turba miserorum. his igitur sic, ut debent, acceptis, inepte subjiceretur: *omnes pari supplicio adfecti sibi videbantur.* quod tamen Acidal. ea adseveratione volebat, ut si hic falleret, aut falleretur, nec credere ultra quidquam, nec credi velle pacisceretur. ego vero potius omnia alia credam. quis enim ferret ita loquentem in *disparibus poenis pari calamitate adfecti sibi videbantur?* deinde si sic volebat, cur retinuit illud *sibi?* quo expuncto, illud *videbantur* rectius retulisset ad praecedens *intuentibus.* Sed fefellit Virum eruditum & acutum, tum mens Curtii, tum ipsa vis verborum. Utraque hoc volunt: agmen hoc miserorum ipso conspectu movisse lacrimas procul visentibus. dein postquam propius suggressum, etiam clamorem eum sustulisset, mixtum commemoratione malorum suorum, & congratulatione vindictae, sic tetigisse animos audientium, ut non secus adficerentur, ac si ipsi idem supplicium in suis corporibus pertulissent. FREINSH.

Jovem illi] Scilicet Graeci captivi: conclamaverunt autem *aperuisse oculos*, id est, respexisse ad calamitatem & miseriam suam post diuturnam dissimulationem, quasi non videret. SCHEFFER. Inscriptiones JOVI VINDICI apud Gruter. & Reines. prostant. hunc putant jam vindictam sumere de damnis Graeciae à Persico exercitu illatis. CELLAR.

Ex-

des in [1] *Asia rogare*; aliis *reverti domos* placeret; [2] Euthymon Cymaeus ita locu-
10 tus ad eos fertur. [3] *Hi*, *qui modo* [4] *ad opem petendam ex tenebris & carcere procedere erubuimus*, [5] *ut nunc est*, *supplicia*, (*quorum nos pudeat magis an poeniteat*, *incertum*
11 *est*) *ostentare Graeciae velut laetum spectaculum cupimus. At ii optime miserias ferunt*, *qui abscondunt*: *nec ulla* [6] *est tam familiaris infelicibus patria*, *quam solitudo*, *& sta-*

tus

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. Mer. *Asiam*. 2 Fl. Leid. Voss. 1. D. B. 2. *Euctemon Cymeus* Ald. *Euthymo Cymaeus* Voss. 2. *Eutenon bimeus* Pal. 1. *Thymaeus* Bas. Mer. Col. *Eutemon*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. *ii* vulgo *nos*. 4 Fl. Leid. Amst. Lugd. *etiam ad opem* Voss. 2. *& ad opem*. 5 Bas. Mer. Frob. Col. *nunc simplicitas nostra est*, *supplicia*. 6 Leid. Voss. 1. 2. *tam fam. est*.

Excesserant vallo] Vallo castrorum, in quibus rex eos alloquio dignatus erat. CELLAR.

Euctemon ita] Totum locum, quemadmodum in excusis legitur adscribam, ut emendationis ejus rationes facilius perspici à quovis possint. sic igitur editiones: *Euctemon Gymaeus ita locutus ad eos fertur*; *hi qui modo ad opem petendam ex tenebris & carcere procedere erubuimus*, *ut nunc simplicitas nostra est*, *supplicia quorum nos pudeat magis an poeniteat incertum est &c.* quae compara ad nostra, & intelliges, quot ex una periodo maculas elueris. MODIUS. *Nos qui modo etiam ad opem petendam ex tenebris & carcere procedere erubuimus*, *ut nunc est*, *supplicia nostra*, *quorum nos pudeat magis*, *an poeniteat incertum est*, *ostendere Graeciae velut laetum spectaculum cupimus.* In elegantem mehercule splendorem haec Modius è tam foedo squallore dedit. Unum nos monemus etiam, per interrogationem, si forte, efferenda. Nec ignoro enim alias, haec talia qua figura soleant dici, quae pronuntiandi sola ratio moderatur. ACIDALIUS. *Cymaeus*, gentile nomen, *Cyme*, vel *Cumae* urbs Aeoliae. CELLAR.

Ut nunc est] Haec quid sibi velint, non excogito. Puto plane Curtium scripsisse: *Ii*, *qui modo ad opem petendam ex tenebris & carcere procedere erubuimus*, *nunc & supplicia &c. ostentare Graeciae velut laetum spectaculum cupimus.* τὸ *ii* agnoscunt libri MSS. quique pro eo habent *nos*, id ex glossa acceperunt. Est autem elegans, & emphaticum, saepeque ita usurpatum optimis scriptoribus. vocula *ut* est nata ex postrema syllaba verbi *erubuimus*, postremo *&* conversum in *est*, quo vitio non aliud frequentius. SCHEFFER. *Ut nunc est*, *supplicia.* Ecquae, rogo, elegantia, aut vis inest in illo: *ut nunc est?* Non me praeterit, per illam loquendi rationem eleganter describi alias praesentem rerum statum. Cicero l. IV. ad Fam. ep. 9. *Non habet*, *ut nunc quidem est*, *id vitii res.* Ubi vide commentarium P. Manutii, qui plura hujusmodo loca congessit. Verum à Curtii loco ea dictio prorsus aliena est. Ceterum vel mediocri mentis intentione opus est, ut tibi mecum persuadeas, ita legendum esse, nec aliter Curtium scripsisse. *Hi*, nos scilicet, *qui modo ex tenebris & carcere procedere erubuimus*, *itane supplicia* (nostra) *ostentare Graeciae velut laetum spectaculum cupimus?* Est enim irrisionis quaedam formula, quasi dicat incongruens esse, eos, quos puduerit vel è carcere progredi in conspectum hominum, quippe manibus, auribus, pedibus mutilos, tantopere nunc gestire in Graeciam reverti, futuros popularibus suis spectaculo. laeto scilicet. *Itane*, *Itane vero*, urgentis sunt, aut etiam stomachantis, inquit Tursellinus c. 8. de Particulis, & exempla subjungit. Ceterum meam sententiam firmant nonnulli codices à Freinshemio laudati, in quibus non *ut nunc est*, sed *ut nunc* legitur, & post *cupimus* adjecta est nota interrogationis. HEUMANN. Parerg. Critic. p. 98. Mediocri me mente praeditum agnosco libenter, ac proinde non motum, ut perspiciam hunc locum corruptum, quod duo doctissimi viri Cl. Schefferus & Heumannus acriter contendunt; etiamsi videri possint & alii haesitasse, qui ideo sic interpolarunt, *nunc simplicitas nostra est.* At vero hanc loquendi formulam, ut elegantem, & iterum corruptam l. IX, 6, 6. librariis imputabit, & Curtio vindicabit Acidalius. Nam si non possit significare praesentem rerum statum; vel ut nunc sunt tempora; hoc patriae statu; hodie, vel simile quid, idem dubium de aliis locis moveri possit. Asinius Pollio ad Ciceronem l. X. Fam. ep. 31. *Constitui*, *ut nunc est*, *cum exercitu proficisci.* Cicero ad Att. l. XII. ep. 28. *quae si manebunt*, *quaerenda erit excusatio ad Brutum*, *sed*, *ut nunc est*, *mansurae videntur.* Simile est, quod dixit l. VIII. ad Att. ep. 23. *Certe transeunt*, *vel quomodo nunc est*, *transierunt.* Quinctilian. Decl. CCLXXVIII. *Cum honoraretur filius*, *ut nunc est*, *tuus.* Adde praestantissimum Gronovium ad Plauti Mil. Gl. act. 3. sc. 1. vs. 216. Bene vero consuluisset Vir Doctissimus, si nobis indicasset, unde hauserit illas nonnullorum codicum Freinshemianorum lectiones, in quibus *est* omissum fuit, & addita interrogandi nota. Nam ad Curtium adjecta nos non offendimus, quod monendum duximus, ne quis à nobis quid negligentia omissum suspicetur.

Atqui optime] *At ii* vulgo: minus bene. MODIUS.

Qui abscondunt] Eodem recidit illud Pindari Pythionic. III, 146.

- - - - - - - - τὰ μὲν ὦν
Οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν,
Ἀλλ' ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

Res

tus prioris oblivio. Nam qui multum in suorum [1] *misericordia ponunt, ignorant, quam*
celeriter lacrimae [2] *inarescant. Nemo fideliter diligit, quem fastidit; nam & calami-* 12
tas querula est; & superba felicitas. Ita suam quisque fortunam in consilio habet,
quum de aliena deliberat: [3] *& nisi mutuo* [4] *essemus miseri, olim alius alii potuissemus*
esse fastidio. Quid mirum est, fortunatos semper parem quaerere? Obsecro [5] *vos, olim* 13
vita [6] *defuncti, quaeramus locum, in quo haec* [7] *semesa membra obruamus: ubi* [8] *hor-*
ribiles cicatrices celet exsilium. [9] *Grati prorsus conjugibus, quas juvenes duximus, re-*
vertemur! Liberi in flore & aetatis & rerum [10] *agnoscent, & fratres ergastuli detri-*
menta? Et [11] *quota pars nostri tot obire terras potest? procul Europa in ultima* 14
Orien-

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. Voss. 2. *miseria.* 2 Voss. 2. Mer. *marcescant.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. omittunt *&*. 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *miseri essemus.* 5 Voss. 2. *nos.* 6 Col. *defunctis.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. legunt *semesa obruamus grati,* omissis reliquis Voss. 2. omittit *in quo haec semesa membra obruamus*, retentis reliquis. 8 Sic legit Pal. 1. & Ald. 9 Sic MSS. D. & Bong. vulgo *ingrati.* 10 Fl. Leid. Bong. Mer. *adgnoscent fratres* Voss. 1. omittit *& fratres* vulgo *& fratres agnoscent.* 11 P. *quo ita,*

Res adversas, inquit, *nesciunt moderate ferre stulti: at sciunt sapientes, quae pulchra sunt foras & in publicum vertentes:* abstrusis scilicet tristioribus. quo ingenio proponit nobis in politica prudentia Tacit. I, 24, 1. *abstrusum, & tristissima quaeque maxime occultantem Tiberium*, & III, 18, 3. *domestica mala tristitia operientem.* Ita enim plane faciendum est in desperatis, aut cum nos credimus sufficere remedio. Alias enim gravissime peccatur cum Vitellio, apud eumdem Histor. III, 54, 1. qui *stulta dissimulatione, remedia potius malorum, quam mala differebat.* FREINSH.

In suorum] Adhuc vulgo *in aliorum*, & pro *ponunt* erat in MS. Coloniensi codice *confidunt*, non recte, me judice. MODIUS.

Ita suam quisque fortunam in consilio habet, cum de aliena deliberat: nisi mutuo miseri essemus, olim alius alii potuissemus esse fastidio] Haec cum iis, quae & praecedunt & sequuntur, in hunc modum distinguenda, magis in expedito ut sit sententia. *Nemo fideliter diligit, quem fastidit. nam & calamitas querula est, & superba felicitas. Ita suam quisque fortunam in consilio habet, cum de aliena deliberat. Nisi mutuo miseri essemus, olim alius alii potuissemus esse fastidio: quid mirum est, fortunatos semper parem quaerere?* Ubi tamen pro *semper* libentius *sibimet* reponam. Et geminam plane mendam in Manilio alicubi scio, de quo ad ipsum fortasse, cum erit commodum. ACIDALIUS. *Fortunam in consilio habet.* Suae quisque fortunae rationem habet; suam fortunam considerat, & secundum illam adversus alios se gerit. CELLAR. Supra l. III, 5, 12. *Darius ergo fortunam meam in consilio habuit.*

Nisi mutuo] Excusi minus concinne, *& nisi mutuo miseri essemus.* MODIUS.

Quid mirum est fortunatos] Puto & hic scribendum, *quid mirum & fortunatos.* longe profecto elegantius hoc est, & ex oppositione praecedentium, ostendit, factum non habendum pro iniquo. SCHEFFER.

Olim vita defuncti] Et nunc pro mortuis habiti, de sepulcro potius, quam de patria cogitemus. CELLAR.

Obruamus] Sequitur in expressis, *ubi horribiles cicatrices celet exsilium*, quae unde sint, divinare non possum. nam à Curtio non esse ut credam, & si non male huic loco conveniunt, trium manu exaratorum codicum consensus facit. MODIUS.

Grati] Reduximus veram lectionem ex MSS. nonnullis. Per ironiam autem haec dicta aculeum habent: quod qui non receperunt ingratiis mutaverunt, *ingrati.* FREINSH.

Et fratres] Hic copulam *&* non habent membranae, & omnino aliquod latens ulcus subesse videtur. MODIUS. *Ingrati prorsus conjugibus, quas juvenes duximus, revertemur. Liberi in flore & aetatis & rerum & fratres agnoscent ergastuli detrimenta.* Postremam copulam in membranis non esse Modius notat: & videri sibi aliud omnino latens ulcus subesse. Recte suspicatus ille: nobis ipsum ulcus magis notum, quod & sanamus levi manu, scribimus: *liberi in flore & aetatis & rerum patres agnoscent ergastuli detrimenta?* quod si copulam obteri non pateris, muta *ut: ut patres non agn.* quomodo Vellej. l. II. *At nunc si quis tanti habitet vix ut senator agnoscatur.* Ceterum *ergastuli detrimenta* eleganter Curtius pro ipsis captivis, & ergastulis, ut Apulejus noster l. I. Asini, *fortunae decermina*, pro mendicis, quasi fortunae recrementa. Sic enim Magnus Lipsius isthic legit, è cujus emendatione locum integrum apponam. *Ecce Socratem contubernalem meum aspicio. humi sedebat scissili palliastro semiamictus, poenali lurore ac misera macie deformatus: qualia solent fortunae decermina stipes in triviis erogare.* in quo ipso ut de aliis cum eo mihi non convenit, quae suo loco reservamus, ita neque de hac voce: de qua nonnihil nunc occasione oblata, non quaesita, breviter agemus. Ac *decermina* scribi

 Apu-

Orientis relegati, ſenes, debiles, majore [1] *membrorum parte* [2] *multati, tolerabimus*
15 *ſcilicet, quae* [3] *armatos* [4] *&* *victores* [5] *fatigaverunt. Conjuges* [6] *deinde, quas* [7] *captis*
[8] *ſors & neceſſitas unicum ſolatium adplicuit, parvoſque liberos, trahimus nobiſcum,*
16 *an* [9] *relinquimus? cum his venientes nemo agnoſcere volet.* [10] *relinquemus ergo* [11] *ex-*
templo [12] *praeſentia pignora, quum* [13] *incertum ſit, an viſuri ſimus* [14] *ea quae petimus?*
17 *Inter* [15] *hos latendum eſt,* [16] *qui nos miſeros noſſe coeperunt.* Haec [17] Euthymon. Con-
tra [18] Theaetetus Athenienſis orſus eſt dicere. *Neminem pium habitu corporis ſuos*
[19] *aeſtimaturum; utique ſaevitia hoſtis, non* [20] *natura* [21] *calamitoſos. Dignum eſſe*
omni malo, qui [22] *erubeſceret fortuita: triſtem* [23] *enim de mortalitate ferre ſententiam;*
&

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *memorum.* 2 Vulgo *mutilati.* 3 D. *armati.* 4 Voſſ. 2. Mer. omitt. *&.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. Lugd. Amſt. *fatigarunt.* 6 Sic MSS. & Bong. ſed Voſſ. 2. Ald. Baſ. Frob. Mer. Col. *demum.* 7 Voſſ. 2. *captas.* 8 Sic Pal. 1. ſed Fl. Leid. Voſſ. 1. *fors.* 9 Fl. *reliquimus* 10 Leid. Voſſ. 2. Pal. 1. *relinquimus.* 11 B. 2. Voſſ. 1. *templo* Voſſ. 2. B. 1. Pal. 1. P. *exemplo* Mod. Amſt. Lugd. omittunt. 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. & vulgo *praeſentium.* 13 P. *incerti ſimus.* 14 Fl. Voſſ. 1. Bong. *illa.* 15 Pal. 1. *haec.* 16 Pal. 1. *quae.* 17 B. 1. 2. F. Fl. Voſſ. 1. *Euctemon* Pal. 1. *Euthemon* P. *Teutemon* Ald. *Euthymo* Baſ. Col. Mer. *Eutemon.* 18 Pal. 1. *Theat.* Leid. *Theatetis* Voſſ. 2. *Thetus* Ald. Baſ. Frob. Mer. Col. *Theatus* B. 2. *Theateus* F. *Theatheteus* B. 1. diverſa manu *Aethas.* 19 Pal. 1. *aeſtima ſaevitia.* 20 Frob. *naturae.* 21 Pal. 1. *calidoſus.* 22 D. P. F. *erubeſcere fortuite* Voſſ. 2. Ald. Pal. 1. Baſ. Mer. Col. Frob. *erubeſceret fortunae* Fl. Leid. Voſſ. 1. B. 1. 2. *erubeſcere fortuito.* 23 Mod. & vulgatae fere omnes habent *eum.*

Apulejo potuiſſe non ſum ejus oris, ut negem, frontis ejus multo minus, ut improbam vocem ajam. quamquam Feſtus à *decerpo*, ut videtur velle, quomodo formet, equidem non video, mihi autem jam olim de alia libuit ſuſpicari, ita parum diverſa, ita imo ſimili, ut ſit eadem literula excepta una modo. Cum enim in procuſis exſtet omnibus, *deterrima*, *determina* inde fieri non minus ad ſenſum commode, ad literas vero aliquanto etiam poſſe commodius arbitrabar. A *tero terui termen*, & hinc *termentum* in Plauto eruditi norunt: à compoſito quid item in *determen* id cum *detrimento* Curtiano mire convenerit: etſi nec diſſimulabo, quid de utriuſque loco etiam aliud alias in mentem venerit opinari. Verebar ne Apulejus *decremina* ſcripſiſſet, Curtius *decrementa*, ſimili ac geminâ item formâ. Quae voces à *decreſco*, ſic forſan uſurpatae, ut in contrariam mentem, *incrementum*, à Virgilio, Apulejo, aliis. Virgil. Bucol.

- - - - *Magnum Jovis incrementum.*

Apul. lib. v. Venus de Cupidine ſuo. *Nimirum illud incrementum lenam me putavit, cujus monſtratu puellam illam cognoſceret.* Et Nazarius Panegyr. Conſtantini, Conſtantium juniorem vocat *incrementum maximum publici boni.* Sed haec olim ad Apulejum pueri allucinabamur: in quem certiora aliquando, magis aetate & uberiore lectione confirmati, dabimus, etſi daturi quando ſimus, ut res adhuc ſunt meae, neſcio. Ut properarem illud hortari poterat, quod obſervationum noſtrarum quotidie numerus decreſcit, dum alii, me morante, praeveniunt interim ac praecipiunt, unde periculum forte, ne fruſtra denique laboraverimus: ut tardem etiam, multae cauſſae ſunt in publicum nullâ cauſſâ vel proferendae vel tacendae. Nec eſt vero unus ille, cui operam noſtram mancipaverimus: & in alios diſtringimur jam diu, ut ad hunc reſpicere non vacet. Fidem tamen promiſſi ante triennium jam facti cum fide liberabimus, ut primum licebit, ac majore cum foenore ſolvemus, quod longius debemus. Non & mala nomina ſunt, quaecumque lenta. de Curtii loco haec ſcribenti hoc nunc incidit. *retrimenta* legi poſſe faciliori ſenſu, quo & l. vi. *Purgamenta ſervorum* Philotae ſervos vocat. & l. viii. homines neſcio quos viles *purgamenta urbium ſuarum*, quam ſentinam civitatis Cicero dicebat. item lib. x. *purgamenta exſilii*, colluvies exſulum: ſic hoc loco *retrimenta* ſive purgamenta vulgus ergaſtulorum & captivorum. *Retrimenti* autem vox non protrita quidem, ſed nec inuſitata: Varro ſeſquiUlyſſe. *Retrimenta cibi.* quem etiam locum ex ἐπιστολῆς emendo. *Retrimenta cibi, qua exirent, per poſticum canalem feci.* ACIDALIUS.

Multati] Semel monebo, ubicumque vulgo in Curtio legitur, *mutilare*, & *mutilatus*, ibi in membranis ſemper *multare*, & *multatus.* MODIUS.

Sors & neceſſitas] Non *fors*, pro condicione. ſic l. viii, 3, 6. *pateretur que ſortem quamcumque iis fortuna feciſſet.*

Relinquemus ergo] Excuſi. *relinquemus ergo extemplo.* inepte. MODIUS.

Praeſentia] Male interpreteris, (ſi cum vulgatis *praeſentium* retineas) praeſentium conjugum; fruſtra, praeſentium noſtrum. Omnino *praeſentia* ſcribendum. Voce *pignorum* conjuges hic ſimul & liberi veniunt: alibi nec hi tantum, ſed neceſſarii quicumque. ACIDALIUS. MSS. o. ut vulgo *praeſentium.* Lego *pertaeſi praeſentium.* HEINSIUS.

Natura] Vulgo *naturae.* MODIUS.

For-

& [1] desperare misericordiam, [2] quia ipse alteri denegaturus sit. Deos, quod ipsi num- 18
quam [3] ausi optare [4] forent; obferre patriam, conjuges, liberos, & quidquid homi-
nes vel [5] vita [6] aestimant, vel morte redimunt. Quin illi ex hoc carcere erumperent, 19
alium domi esse coeli haustum; alium lucis adspectum: [7] mores, sacra, linguae commer-
cium etiam à barbaris expeti; quae [8] ingenita ipsi [9] omissuri [10] sint sua sponte; non ob
aliud

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *desperare debet.* 2 Voss. 2. & aliae editt. *quam* Bas. *qui* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *opt. ausi.* 4 Pal. 1. *fortem.* 5 Voss. 1. *vitam* 6 Voss. 2. *extimant.* 7 Voss. 1. *morum.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & vulgo *ingentia.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. *obmissuri.* 10 Fl. Voss. 2. Ald. Bas. Mer. *sunt.*

Fortuita] Iterum vulgo *fortunae.* MODIUS. Avorum memoria excusi *erubesceret fortunae*, inde nostrates Grammatici regulam finxerunt. male. *fortuita* enim castigatiores libri omnes. CELLAR.

Tristem eum] Adhuc vulgo: *tristem enim de mortalitate ferre sententiam & desperare misericordiam, qua ipse alteri denegaturus sit.* male. MODIUS. *Tristem enim.* Malebam sic, quam *tristem eum*, ut esset confirmatio proxime praecedentium: & quoniam sic deinde in libris haberi comperi, libens rescripsi. FREINSH.

Quod ipsi numquam ausi optare forent, obferre patriam] Illud *forent* prorsus ineptum est hoc loco. scripsisset saltem Curtius *ausi forent optare*, cum trajectio non modo non sit elegans, sed plane absurda. in Pal. 1. legitur pro eo *fortem.* Puto igitur scripsisse, *quod ipsi numquam ausi optare, fore* (vel *forte jam*) *obferre, patriam &c.* sic sane elegans est oppositio inter id, quod per exspectationem magnam obvenit optanti, & quod subito per fortunam ne opinanti quidem. Quale quid his Graecis evenit. SCHEFFER.

Lucis adspectum] Pessime hic locus ita antea interpungebatur: *alium domi esse coeli haustum, alium lucis aspectum. mores, sacra, linguae commercium etiam à barbaris expeti. Quae ingentia ipsi omissuri sint sua sponte, non ob aliud tam calamitosi &c.* MODIUS. *Alium domi esse coeli haustum, alium lucis aspectum. mores, sacra, linguae commercium. etiam à barbaris expeti, quae ingentia ipsi omissuri sint sua sponte: non ob aliud tam calamitosi, quam quod illis carere coacti essent.* Pessime antehac dispunctum fuisse locum Modius ait, qui sic restituit. Ego distinctionem veterem ita bonam habeo, ut prae ea novitiam omnem spernam. Illam reduco: *Quin illi ex hoc carcere erumperent. Alium domi esse coeli haustum, alium lucis adspectum. Mores, sacra, linguae commercium etiam à barbaris expeti, quae ingentia omissuri ipsi sint sua sponte, non ob aliud*, &c. In quibus *ingentia* illud ingenuum esse numquam putem. Occultata sub eo vox alia, qua Graeci hi barbaris se opponant & praeponant. Quaecumque est, non elicio: nisi si *ingeniati.* qua tamen Apuleji & Plauti propria vix uti sustinuerit noster. Cultos quidem & ingenio elegantiori dicere voluisse videtur, aut quid simile, quo à barbarie gentium aliarum Graecos politiores distinxerit, quod aliis quaerendum linquo. Porro quod initio est, *illi*, venuste sic usurpatum, cujus gratiam & vim interiorem non quilibet persentiscat. Ita lib. III. *Si id consilium damnaret, at ille divideret saltem copias innumerabiles*, παρέλκειν videtur, & nescio quid tamen ἐνεργείας inspirat orationi. ACIDALIUS.

A barbaris expeti] Graeciam, inquam, Perside meliorem, quod an verum sit haud scias. Ovid.

Quid melius Roma, Scythico quid frigore pejus:
Huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.

Perlege Eleg. 4. l. 1. de Ponto. *Cuique dulcis sua patria.* RADERUS. Hoc non intellexit Raderus, ut nuper ex vastis ejus commentariis didici. Egregie explicat Nicias apud Thucydidem VII, 11, 18. *Quotquot antea pro Atheniensibus, quamvis non essetis, habebamini, & cum ob sermonis peritiam, tum ob institutorum imitationem, toti Graeciae summo in pretio eratis.* Et Aristides rhetor in Panathenaico: *Tota vestram sapientiam & consuetudinem terra affectat, vestrumque sermonem toti hominum generi communem judicant. Ita factum est ut per vos orbis totus in unum sermonem consenserit &c.* GRONOVIUS.

Ingenita] Sic legendum videram, soceroque nunc meo ante hoc novennium, Vormatia scripseram his verbis: Ingenita *hic legendum, non* ingentia, *ut cuivis liquere potest.* Postea & Acidalium in voce *ingentia*, quae substituta fuerat germanae, haesisse deprehendi: & vero nuper Gronovius in eruditis ad socerum meum literis, indicato Ignatium Hannielem voluisse, *quae in Graecia nati, vel qui ipsi in Graecia nati*; subjecit: *Quis dubitabit hic Curtium scripsisse:* quae ingenita ipsi omissuri? Quo minus veritus sum suum Curtio tribuere. Notissima haec phrasis, & usu trita. Apulej. lib. IX. *ingenita mihi curiositate recreabar.* Rutilius Itiner. 1, 7.

Qui Romanorum procerum generosa propago
Ingenitum cumulant urbis honore decus.

Arnobius lib. 1. *Quisquamne est hominum &c. cui non sit ingenitum, non affixum, imo ipsis pene in genitalibus matris non impressum, non insitum, esse regem ac dominum, cunctorum quaecumque sunt moderatorem?* sic *vetera & ingenita odia.* Seneca de Benef. V, 16, 2. Justinian. Nov. 26. pr. de Thracum pugnacitate, & virtute: *Sunt enim ista ingenita & quasi patrio quodam jure huic regioni attributa.* Hoc ergo loco suadet Theaetetus, non esse deferenda

20 *aliud tam calamitosi, quam quod illis carere* [1] *coacti essent. Se certe rediturum ad pe-*
nates & in patriam; tantoque beneficio regis usurum: si quos contubernii, [2] *liberorum-*
que, quos servitus coëgisset agnoscere, amor detineret; [3] *relinquerent, quibus nil patria*
21 *carius est.* Pauci hujus sententiae fuere: ceteros consuetudo, natura [4] potentior,
22 vicit. Consenserunt, *petendum esse à rege, ut aliquam ipsis adtribueret sedem.* Cen-
tum ad hoc [5] electi sunt: quos Alexander [6] ratus, quod ipse praestare cogitabat,
petituros, *jumenta*, inquit, [7] *adsignari quae vos veherent: & singulis vestrûm* [8] *mil-*
le denariûm [9] *dari jussi. Quum redieritis in Graeciam, praestabo, ne* [10] *quis statum*
23 *suum, si haec calamitas absit, vestro credat esse meliorem.* Illi [11] obortis lacrimis ter-
ram intuebantur, nec aut erigere vultus, aut loqui audebant: tandem rege tristi-
tiae caussam exigente, [12] Euthymon similia [13] iis, quae in consilio dixerat, re-
24 spondit. Atque ille non fortunae solum eorum, sed etiam poenitentiae [14] mi-
sertus;

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *quoacti.* 2 Voss. 2. omittit *que.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. B. 1. 2. *relinqueret* Pal. 1. *linqueret* P. *liquerent.* 4 Fl. Leid. Bong. D. Pal. 1. *potior* Voss. 1. *pacior.* 5 Vulgo *lecti* F. *alecti* Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *adlecti.* 6 Voss. 1. *raptus.* 7 Sic Fl. Leid. Voss. 2. D. Pal. 1. Ald. Voss. 1. *adsignare* Bas. Amst. Lugd. *assignavi.* 8 sic Fl. Leid. Voss. 1. impressi o. sed D. Pal. 1. Bong. *milia.* 9 P. *jussi dari* Pal. 1. *dari jussit.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *qui.* 11 Pal. 1. Voss. 2. *abortis* Voss. 1. *obhortis.* 12 Bong. Bas. Col. Mer. *Eutemon* Fl. *Eutenon* Voss. 2. *Emettemon.* 13 Voss. 2. *his.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. *miseretur* Ald. Pal. 1. *miseratus.*

patria & ingenita bona, cum etiam barbari, quibus nativa non sunt, ea summopere appetant. Ita noster supra III, 6, 17. *ingenitam* Macedonibus *erga reges suos venerationem* dixit. Est autem similis oppositio, qualis apud Sallust. Jug. 31, 8. *servi, aere parati, injusta imperia dominorum non perferunt: vos, Quirites, imperio nati, aequo animo servitutem toleratis.* Multo enim flagitiosius est deesse bonis, velut ipso successionis jure ad nos devolutis, quam alienis & aliunde petendis. Hinc Tertullian. Apolog. cap. 6. graviter pulsat Romanos: *Nunc religiosissimi legum & paternorum institutorum protectores & cultores respondeant velim, de sua fide & honore & obsequio erga majorum consulta &c.* Hinc in omnibus fere adhortationibus promptissimus locus est, à majorum virtutibus quosque excitandi. Vide supra ad IV, 14, 25. FREINSH. Recte Freinshemius *ingenita ipsi.* l. VI, 10, 23. *jam pridem nativus ille sermo commercio aliarum gentium exolevit.* HEINSIUS.

Contubernii] Servilis conjugii, inter servos enim proprie non conjugium erat, se contubernium. CELLAR.

Detineret] Vulgati quidam auctiores uno verbo, *amor detineret, haberent, relinquerent.* Unde fortassis emendandum: *si q. c. l. q. s. c. a. amor detineret, manerent: reliqui irent, quibus nil patria carius est*, vel *esset.* Sed fortassis inquam: nec enim certo scio. ACIDALIUS. Ego potius nihil mutem, *si quos &c. amor detineret, haberent; relinquerent, quibus patria &c.* si qui amarent tantopere conjuges, liberos, haberent sibi, fruerentur: alii, qui patriam praeponerent, relinquerent serviles istas necessitudines, aut si *relinquendi* verbum pro dimittere accipis; quaedam divortii species fecit, ut *habendi* verbo usus, sollemne illud tangeret; *res tuas tibi habe.* FREINSH. Sententia mutila. Itaque hic addunt post *detinerent, haberent.* sed quia libri veteres non agnoscunt, ideo existimo sic esse scribendum totum locum: *si quis contubernii liberorumque, quos servitus coëgisset agnoscere, amor, retineret; relinqueret, quibus nil patria carius est.* Depravavit locum particula *quis*, quam non intellexere prisco more pro *queis* positam, id est *quibus.* sententia: si quibus amor, si aliquibus est amor liberorumque contubernii, si qui amant contubernales suos liberosque, retinerent illi eos. sensus optimus. SCHEFFER.

Relinquerent, quibus nil] Ii certe conjuges liberosque in servitute susceptos desererent, qui patria sua Graecia nihil carius haberent. TELLIER. *Relinquerent.* Lego: *at reliqui redirent*, vel *abirent.* HEINSIUS.

Lecti] Alii *electi*, quidam, *adlecti*, eadem variatione, qua saepe aliàs. MODIUS.

Mille] MSS. nostri *milia.* & sic foret ex sententia summi Gronovii ad Livium l. XXIX. c. 15. sed sic noster l. VIII. 4. 13. *mille militum atque lixarum, calonumque.* ubi vide.

Dari jussi. Cum] Haec aliter distincta, & perscripta ita in membranis leguntur: *& singulis vestrûm milia denariûm dari jussi cum redieritis in Graeciam. & praestabo &c.* perperam omnia. MODIUS.

Terram intuebantur] Ut solent, quos fortunae suae poenitet pudetve. Sic apud Livium XLV, 8, 2. Perseus *terram intuens, diu tacitus flevit.* FREINSH.

Poenitentiae] Crediderat enim eos, cum antea redi-

ſertus; [1] *terna millia* [2] *denariûm ſingulis dari* juſſit: [3] denae veſtes adjectae ſunt; & armenta cum pecoribus ac [4] frumento data: ut coli ſerique [5] adtributus iis ager poſſet.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *tria.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *denariorum.* 3 Voſſ. 2. *denariis.* 4 P. *frumenta.* 5 Voſſ. 2. *attributis his* Mer. *attributus his.*

reditum in patriam mallent, nunc accuratiori ſortis ſuae contemplatione ſententiam mutaviſſe. FREINSH.

Terna millia] Singulis 300. Philippaeos. ſumma 1200000. Philippaeorum, ſive 1600000. florenorum. RADERUS. De denis veſtibus, ſi quis dubitet, adeat Diodor. XVII, 69. FREINSH.

CAPUT VI.

Opulentiſſima Perſepoli direpta, interiorem Perſidis regionem petit, ac Mardorum domat gentem.

Poſtero die convocatos duces copiarum docet; *nullam infeſtiorem urbem Graecis* 1
eſſe quam regiam veterum Perſidis regum. hinc illa immenſa agmina infuſa: hinc
Darium prius; [1] *deinde* [2] *Xerxem Europae impium intuliſſe bellum. excidio illius* [3] *pa-*
rentandum eſſe majoribus. Jamque barbari, deſerto oppido, qua quemque metus 2
agebat, [4] diffugerant; quum [5] rex phalangem nihil cunctatus inducit. Multas
urbes, refertas opulentia regia, partim [6] expugnaverat; partim in fidem accepe-
rat: ſed urbis hujus divitiae [7] vicere praeterita. [8] In hanc totius Perſidis opes 3
congeſſerant barbari. aurum argentumque cumulatum erat: veſtis ingens modus:
ſupellex non ad uſum [9] modo; ſed ad oſtentationem luxus comparata. Itaque 4
inter

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. *dein.* 2 Leid. Voſſ. 2. *Xerſem* Voſſ. 1. *Xerxſem.* 3 Mer. *parendum.* 4 P. omittit *diffugerant* Pal. 1. *diffuderant.* 5 Voſſ. 2. *& falangem* Pal. 1. Mer. *& phal.* 6 Alii *expugnarat.* 7 P. *incertae.* 8 Ald. *in hac.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 2. omittit *modo.*

Poſtero die] De hac urbe ejuſque divitiis & excidio conſule Briſſon. l. de regn. Perſ. p. 47. adde Polyaen. l. IV. c. 3, 32. FREINSH.

Regiam veterum Perſidis regum] Perſepolim. Plures quidem regiae, Babylon, Suſa, Paſergadum, Gabae, Strabo l. XV. p. 501. ſed Perſepolis praeſtantiſſima, & praecipui nominis. CELLAR.

Parentandum] Sic & Strabo lib. XV. Specioſum hoc dictu, re inane, imo pernicioſum fuiſſe, poſtmodum agnovit ipſe Alexander mox V, 7, 11. & apud Plut. c. 69. *Ceterum neque mihi hoc prudenter ab Alexandro factum videri poteſt, neque ulla de veteribus Perſis hac ratione ultio ſumpta fuiſſe,* Arrian. III, 4, 8. Neque enim jam Perſarum urbem excidebat, ſed ſuam: ut prudenter de Sardibus captis Cyro reſpondiſſe Croeſum refert Herodot. I, 88. FREINSH. *Parentare* eſt genitoribus aliiſve majoribus aut cognatis inferias facere. ut Alexander *in Ilio ad tumulos heroum parentavit.* Juſtin. l. XI. c. 5. qui ſi interempti fuerant, ultione caedis hoc peragebatur, hinc *ſanguine manibus interfectorum parentare*, Juſtin. l. XIII, 3. quo Curtii etiam verba, quae explicamus, pertinent. Tandem ſimpliciter eſt ulciſci: infra l. IX. c. 5, 20. *internecione hoſtium juſtae irae parentatum eſt.* Petron. *noxio ſanguine injuriae meae parentabo.* CELLAR.

Qua quemque] Sic fere Livius XXVIII, 13, 7. *qua cuique proximum fuit, in fugam effunduntur.* Cicero Verr. 1, 26. f. *Iſte &c. cupere aliqua evolare, ſi poſſet.* Vide ſupra ad III, 11, 12. FREINSH.

In hanc totius Perſidis opes congeſſerant] Diodorus l. XVII. totius orbis ditiſſimam Perſepolim fuiſſe his verbis teſtatur. *Πλουσιωτάτης δ' οὔσης τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν οἴκων πεπληρωμένων ἐκ πολλῶν χρόνων παντοίας εὐδαιμονίας. Urbs haec omnium ſub ſole ditiſſima erat, privatis quoque domibus per multas aetates omni felicitatis genere refertis.* RADERUS.

Non ad uſum] Alii, *non ad uſum modo.* MODIUS. *Ad uſum.* Ita Florus 1, 16, 7. Scribit fuiſſe Samnitium *gentem aureis & argenteis armis, diſcolori veſte, uſque ad ambitum armatam. &* III, 12,

 4. Ro-

inter ipsos victores ferro dimicabatur; pro hoste erat, qui pretiosiorem occupaverat praedam: & quum omnia, quae [1] reperiebantur, capere non possent; [2] jam
5 res non occupabantur, sed aestimabantur. Lacerabant regias vestes, ad se [3] quisque [4] partem [5] trahentes: [6] dolabris pretiosae artis vasa [7] caedebant: nihil neque intactum erat, [8] nec integrum ferebatur; [9] abrupta simulachrorum membra, ut
6 quisque [10] avellerat, trahebat. Neque avaritia solum, sed etiam crudelitas in capta urbe [11] grassata est: auro argentoque onusti vilia captivorum corpora trucidabant; passimque obvii [12] caedebantur, quos [13] antea pretium sui [14] miserabiles
7 [15] fecerat. Multi ergo hostium manus voluntaria morte occupaverunt; pretiosissima vestium induti, è muris [16] semetipsos cum conjugibus ac liberis in praeceps [17] jactantes. Quidam ignes, quod paullo post facturus hostis videbatur, [18] sub-
8 jecerant aedibus, ut cum suis [19] vivi cremarentur. Tandem *suis* rex *corporibus*, *&* *cultu*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. *recipiebant* Col. Mer. Ald. *recipiebantur.* 2 Sic MSS. vulgo *nam.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. Bong. *quemque.* 4 Voss. 1. *patres* Voss. 2. Pal. 1. *partes.* 5 Leid. *tracntes.* 6 Pal. 1. *dolabra.* 7 Leid. *cedebant.* 8 MSS. o. & Bong. *neque.* 9 Voss. 2. *adrupta.* 10 Fl. Leid. *atvellerat* D. Voss. 1. 2. *advellerat* P. *advelleret.* 11 Voss. 2. *crassata.* 12 Leid. *cedebantur.* 13 Leid. Voss. 1. D. *ante* Voss. 2. *animo.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. D. *miserabilis.* 15 Fl. *fecerant* D. *fit.* 16 Pal. 1. omittit *semetipsos.* 17 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *jacientes.* 18 Voss. 1. B. 2. *subjecerat.* 19 Pal. 1. *una.*

4. Romanos *Armenios & Britannos*, *ut non in usum, ita ad imperii speciem magna nomina acquisiisse.* FREINSH.

Ad ostentationem luxus]. Hoc *luxus* mihi suspectum est. Puto ab initio voci *ostentationem* adscriptam glossam *luxum*, eam post receptam in textum, dein mutatam in *luxus*, ac propterea delendam. SCHEFFER.

Jam res] Ita rectius, quam ut vulgo, *nam res.* FREINSH.

Non occupabantur] Quod alias fieri solet in ejusmodi direptionibus, ut proxima quaeque invadantur, metu ne cunctando amittatur opportunitas rapiendi, dum ceteri impigre quae possunt sibi vindicant. At in tanta rerum copia, cum viderent plus esse praedae, quam ut omnis asportari posset, elegerunt pretiosiora, despexeruntque, ne frustra se vilibus sarcinis onerarent. Ita supra l. III, 13, 11. factum. FREINSH.

Avellerat] Membranae *avelleret*, placet prius. MODIUS.

Vilia captivorum] Tacitus Hist. l. III. c. 33. *vi-les ad praedam, in ludibrium trahebant.* FREINSH.

Pretium sui] Nec enim aliam ob caussam miserabantur eorum victores, quam ut ex distractione corporum istorum rem facerent. IDEM.

Manu voluntariam] Haec de conjectura sic emendavi, cum supra etiam Curtium scribere meminissem, *alii foribus aedium obseratis occupant liberum mortis arbitrium.* constanter tamen in omnibus libris erat, *multi ergo hostium manus voluntaria morte occupaverunt.* Quae lectio si cui placebit, eatenus placeat, ut non obliviscatur, quam verecunda & parum violens sit emendatio nostra. MODIUS. Venia mihi tandem unius liberioris vocis sit. Imperite nimis atque inscite veterem lectionem multis locis mutavit editionis optimae aliàs auctor nusquam magis, quam in hoc: ubi, si diis placet, ita correxit atque edidit ille, uti nos exhibuimus, cum antiqua lectione nihil melius, nihil nova possit inveniri pejus. Emenda iterum: *multi ergo hostium manus voluntaria morte occupaverunt:* id est, praevenerunt, etsi idem fere verbi sensus etiam in altera scriptura. Sed an recte praevenisse dici possunt mortem voluntariam? & ut interpretemur, invaserunt, adierunt; an hoc tandem hostium manu? imo sua, imo nec sua adeo, qui praecipitio se perdiderunt. Vulgata nihil clarius: anteverterunt vim hostis illata sibi sponte vi à semetipsis. Atque hic morem nota priscorum ornandi se in mortem, suprema necessitate, quo maximo cultu possent. Exempla quaedam jam nota Romanorum patrum capta à Gallis urbe apud Liv. l. v. Quinctilii Vari apud Vellej. l. II. c. 72. Cleopatrae apud Florum l. IV. c. II. & Dionem. Olympiadis Alexandri matris apud Justin. l. XIV. aliorum plurimorum apud alios multos. Unum noviter observamus, etiam militares viros, cum in aciem ad extremum discrimen exirent, ritum eumdem observasse. Nec ad alios te ducam: in nostro vide, & hoc ipso libro, neque longe ab hoc loco: *nos vero*, inquit Artabazus, *pretiosissimas vestes induti, armisque quanto maximo cultu possumus adornati, regem in aciem sequemur, ea quidem mente, ut victoriam speremus, mortem non recusemus.* ACIDALIUS.

Pretiosissima vestium] Quidam *pretiosissimis vestibus.* MODIUS.

Tandem suis rex corporibus & cultu feminarum abstinere jussit] Rectius hic scribes *suos.* quod etsi tenue,

cultu feminarum abſtinere juſſit. Ingens [1] pecuniae captivae modus traditur, prope ut fidem excedat. ceterum, aut de aliis quoque [2] dubitamus; aut credimus, in hujus urbis gaza fuiſſe [3] c. & xx. millia [4] talenta: ad [5] quae vehenda (namque ad uſus belli ſecum portare decreverat) *jumenta & camelos* [6] *à Suſis & Babylone contrahi* juſſit. [7] Acceſſere ad hanc pecuniae ſummam [8] captis [9] Perſagadis ſex

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *captae pec.* 2 Sic Pal. 1. Ald. ſed Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. D. *dubitavimus.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. *C. & XX.* P. *millia C. & XX.* 4 Alii *talentum* Fl. *talenta at.* 5 Voſſ. 2. *quaeque.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *& à Suſis & à Babylone* Ald. Baſ. Col. pro *Suſis* habent *ſuis.* 7 P. omittit *acceſſere.* 8 Pal. 1. *capitis.* 9 Sic MSS. o. & editt. optimae, vulgo *Paſergadis* Amſt. *Paſargadis* Voſſ. 2. *Parſagadis*, ut mox.

nue, tamen obſervet mihi diligens lector, ac ſciat, accuſandi caſu plerumque cum *jubere* verbo Latinos uſos, ſi infinitivum, ut loquuntur, aliquem adderent, ad quem & ipſum magis caſum eum referebant: ſin hunc omitterent, ſimpliciter iſto dandi. ACIDALIUS. *Suis.* Acidalius malebat *ſuos:* quod accuſandi caſu plerumque cum *jubere* verbo Latini uſi ſint, ſi infinitivum, ut loquuntur, aliquem adderent. Sed defendit receptam lectionem Gronovius ſimilibus exemplis Curtii VII, 1, 18. *armigero lanceam ei dare juſſit* (qui tamen locus adhuc dubius eſt) & §. 1. Inſt. de fideic. hered. *juſſit conſulibus auctoritatem ſuam interponere.* FREINSH. Graeca Syntaxis: nec tamen Latinis erubeſcenda. Tacit. l. XIII. Ann. c. 15. *juſſit Britannico.* & c. 40. *quibus juſſerat.* Senſus autem eſt: *rex milites ſuos corporibus & cultu feminarium abſtinere juſſit.* Plura de iis in curis Poſterioribus vide. CELLAR. Vide Cl. Gronovium ad Livium l. XXVII. c. 24. & J. Perizon. ad Sanctii Minerv. l. II, 4, 6. Nobiliſſ. Heinſius tamen *ſuos* legi malebat, non quod hanc verbi conſtructionem ignoraret, ſed quod ſic omnis ambiguitas tolleretur, ideoque hoc loco convenientior eſſet vulgatus verbi uſus.

Ceterum aut de aliis quoque dubitabimus, aut credimus in hujus urbis gaza fuiſſe C. & XX. millia talenta] Scribe, *credemus:* & ad finem, *talentûm*, quod aliter *βαρβαρίζει*. ACIDALIUS.

C. & XX. talenta] Eumdem prorſus numerum Diodorus l. XVII, 71. expreſſit, quae ſortem efficiunt ſeptuagies bis millies centena millia (imo ſeptuagies bis millena millia 72000000.) quibus ſi addas quinquaginta millia talenta Suſis exhauſta, prodibunt centies bis millies centena millia (imo bis & centies millena millia 102000000) hoc eſt, ut hodie vulgus loquitur, duo ſupra centum milliones: ut taceam praedam Babylone & Damaſci captam. Addas licet & 6000 (talenta) ex Paſargadis, (quae efficiunt Philippaeorum 3600000. ſummam.) ſupra ex variis praedis poſuimus centum & octo miliones. Sed hoc parum eſt ad praedam Cyri, quam devicta Aſia reportavit, ut auctor eſt Plinius l. XXXVI, 3. nam argenti talentûm 500000 exhauſit, quae trecenties millies millena reddunt, hoc eſt trecentos milliones. RADERUS. Diodorus XVI, 57. ſcribit; *non deeſſe auctores, qui non minus ſacrilegio* Phocenſium ex templo Delphico *abreptum fuiſſe tradant, quam Alexander in Perſarum theſauris poſtea acquiſivit.* Non adſentior eruditiſſimo Viro, qui lib. IV. de Aſſe, *non* centum & viginti millia talenta *legit*, *refragante loquendi conſuetudine dictorum*, ſed centum millia & viginti talenta. Id quidem haud difficulter largiar, *talenta* ſic non recte dici. quomodo & Acidalius hic adnotat; & ipſe Budaeus ſub fin. lib. 1. legendum monet *talentûm.* Sed nimirum id potius reformandum erat, quam numerus iſte tantopere minuendus, ut viginti talenta ſuperent de viginti millibus. hic enim per millena talenta computare videmus Curtium, ut in immenſa opulentia; ad quam indicandam praefatione opus ſibi putavit. non itaque hic enumeraſſet ſingularia talenta, nec certe adjeciſſet viginti talenta centum millibus, nec plura quidem, ut arbitror. FREINSH. Centum & viginti millia talenta facere noſtrorum aureorum, ſeu ſcutatorum, ſeu coronatorum, ſeu Philippaeûm (nam haec vocabula promiſcue hac in re uſurpantur) *ſeptuagies bis millies centena millia*, cenſet Raderus. Immo Freinshemius, *ſeptuagies bis millena millia*, 72000000. Quibus ſi addas quinquaginta millia talentûm, Suſis excepta, fore *centies bis millies centena millia*, rurſum Raderus. Iterumque Freinshemius, immo *bis & centies millena millia*, 102000000. Denique ſex millibus talentûm, quae efficiunt 3600000. & rapta ſunt à Paſargadis, inſuper adjectis, conficiunt ſummam poſitam *centum & octo millionum*, ſeu *centies octies millenûm millium Philippaeûm*, ut alibi reddit Freinshemius. Sic illi. Sed & error calculi eſt, & ſummae parum Latine pronunciantur. Primam dicerent Romani, *ſeptingenties vicies centena millia:* alteram, *millies & vicies centena millia.* Quibus junctis ſi inſuper addas tricies ſexies centena millia, conficiunt Latine enuntiata *millies quinquagies ſexies centena millia*, 105600000. vulgo, *centum & quinque milliones cum ſexcentis millibus aureorum.* Sic & quingenta millia talentûm, quae Cyrum devicta Aſia reportaſſe teſtatur Plinius, aureorum noſtrorum non *trecenties millena millia*, ſed *ter millies centena millia* numerarent Romani; ſive *centies vicies millies ſeſtertiûm.* J. FR. GRONOVIUS.

Par-

sex millia [1] talentorum. Cyrus [2] Persagadum urbem condiderat, quam Alexandro
11 praefectus ejus [3] Gobares tradidit. Rex arcem Persepolis, III. millibus Ma-
cedonum praesidio relictis, [4] *Nicarthidem tueri* jubet: [5] Tyridati quoque, qui ga-
zam tradiderat, servatus est honos, quem apud Darium [6] habuerat: magnaque
exercitus parte & impedimentis [7] ibi relictis, [8] Parmenionem Craterumque prae-
12 fecit. Ipse cum mille equitibus, peditumque expedita manu, interiorem Persi-
dis regionem, sub ipsum [9] Vergiliarum sidus, petiit: multisque imbribus & pro-
pe

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. *talentum.* 2 Fl. & Leid. *Parsagadam* Bong. *Persagadam* Amst. Lugd. *Pasargadum.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Col. Mer. Ald. *Globaris* vulgo *Gobares tradit.* 4 D. *Michartidem* Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *Nichartiden* Pal. 1. Voss. 2. *Niarchidem* Ald. Col. Bas. Mer. Frob. *Nicartidem* Elz. *Nicatriden.* 5 Sic MSS. & Bong. sed Voss. 2. *Thiridati* Ald. *Theridati.* 6 Voss. 2. *habebat.* 7 Voss. 2. *sibi.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *Parmeniona.* 9 Pal. 1. *Vigiliarum.*

Parsagidis] Lege *Pasargadis*, & vide de illis Strabonem, Ptolemaeum, Arrianum. MODIUS. *Persagadis.* Sic omnino tenui cum multis & bonis libris; quamquam alii praeferant *Pasargadis:* quomodo nomen hoc scribi solitum à Graecis, indubitabili testimonio est Dionysius Alex. versu 1069. sicque reperitur apud Herod. I, 125. Arrian. III, 4, 7. & VI, 5, 13. Strabon. lib. XV. Maxim. Tyr. Dissert. XIV. f. & Ptolemaeum. quamquam Stephano Πασσαργάδαι sint geminato σ. quomodo & Solini cap. 55. in quem vide Salmasium pag. 1202. D. 2. Agatharchides I, 1. apud Photium Cod. CCL. Plin. VI, 26. *Passagardas* appellat, proxime à vera lectione Appian. in Mithridat. *Parsargadas.* Verum enim urbis nomen esse *Parsagada* facile credent, qui Hebraicam linguam à primo saltem limine salutarunt: viam praelucente etymo, nam *Persarum castra* significare, Diotimus ex Anaximene apud Stephanum, & Eustath. ad Dionys. vers. 1069. scribunt. adsignata etiam caussa, quod bello Cyri contra Astyagem ibi Persarum castra fuissent. quod & Strabo lib. XV. confirmat. Ita *castrorum* nomen multis civitatibus fuisse, supra ad IV, 7, 2. dictum. *Persagada* igitur, vel *Parsagada* levi, nec Hebraeis etiam inusitata, literarum transpositione, in *Pasargada* transiit: quomodo Ciliciae urbs, quae Marcellino XIV, 25. ab auctoris nomine *Anazarbus* est, in *Anavarzam* mutatur cum alibi, tum in Hist. Hierosol. Willermi Tyrensis III, 18. FREINSH. Varie scribitur, *Pasargadae* Straboni l. XV. *Passagardae* Plin. l. VI. c. 26. *Parsargadae* Arriano. Alii *Persagadae* malunt, ut sint quasi Persarum castra, ex voce Ebraeis notissima, quae turmas & militum globos significat. promiscue etiam in *um* & *ae* terminatur, ut vel ex solo nostro constat. Plinio castellum est. malo urbem dicere cum castello munitissimo, thesaurorum receptaculo. Straboni enim τὰ βασίλεια ἐν ταῖς Πασαργάδαις dicuntur, sive regiam habuisse, quod majorem capacitatem, quam castelli arguit. CELLAR.

Gobaris] Legendum *Chobaris* ut lib. VII. RUTGERS.

Arcem] Quam describit Diodorus XVII, 71. FREINSH.

Nicarthidem] Scribe *Nicarchidem* ex Arriano Indic. III, II. deductum à Nicarcho nomen, sicut Agatharcho Agatharchides. Similis formae sunt Anaxandrides, *Cleandrides*, pro quo apud Strabon. lib. V. male *Cleandrias.* IDEM.

Interiorem regionem] Septentrionalem, & à mari longius recedentem. CELLAR.

Vergiliarum sidus petiit] Curtius aestate Alexandrum interiorem Persidis regionem petiisse per Vergiliarum sidus describit: nam Vergiliarum semestre tempus, quarum ortu aestas incipit, occasu hiems, ut Plin. l. XVIII. c. 19. auctor est. Idem l. II. c. 47. *Datus est autem huic exortus Vergiliarum in totidem partibus Tauri, sex diebus ante Majas Idus. Post id, aequinoctium diebus fere quadraginta. Vergiliarum occasus hiemem inchoat, quod tempus in III. Idus Novembris incidere consuevit.* POPMA. *Vergiliarum.* Curtius hic de occasu Pleiadum seu Vergiliarum intelligendus: nam quando Sol cum Scorpione adscendit, Taurus cum Pleiadibus suis & Suculis descendit, & hiemem inchoat: est enim Taurus Scorpioni oppositus. Plinius II, 47. *Vergiliarum occasus hiemem inchoat, quod tempus in III. Idus Novembris incidere consuevit.* Et cum Curtio mire facit haec explanatio Vergiliarum occidentium. Quae enim hic ab Alexandro gesta narrantur, per hiemem facta sequentia mox verba testantur: *multisque imbribus &c.* RADERUS. Sic intelligendus geminus Livii locus XXI, 35, 6. *Fessis taedio tot malorum, nivis etiam casus, occidente jam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive oppleta &c.* FREINSH. Sub Pleiadum occasum Cosmicum, qui in Novembrem incidebat XL. diebus post aequinoctium. Columella. l. IX. c. 14. aut paullo post illum occasum, maturiore hieme, quia jam tum cumulata nix erat, quum Persidem rex ingrederetur. Curt. l. V. c. 4, 18. Pleiadum autem ortu & occasu non poëtae modo, sed historici etiam tempora designabant. Liv. l. XXI. c. 35. *nivis casus occidente jam sidere Vergiliarum ingentem terrorem adjecit.* CELLAR.

Iter

pe intolerabili tempestate vexatus, procedere tamen, quo intenderat, perseveravit. Ventum erat ad iter perpetuis obsitum nivibus, quas frigoris vis gelu ad- 13
strinxerat. [1] Locorum squalor & solitudines [2] inviae fatigatum militem terrebant, *humanarum rerum terminos se videre* [3] credentem. Omnia vasta, [4] atque sine ullo humani cultus vestigio adtoniti intuebantur; & *antequam lux quoque & coelum ipsos* [5] *deficerent*, reverti [6] jubebant. Rex castigare territos supersedit: ceterum ipse 14
equo [7] desiliit, pedesque per [8] nivem & concretam glaciem ingredi coepit. erubuerunt non sequi, primum amici, deinde copiarum duces; ad ultimum milites. Primusque rex [9] dolabra glaciem perfringens, iter sibi fecit: exemplum regis ceteri imitati sunt. Tandem propemodum invias silvas emensi, humani cultus rara 15
vestigia & passim errantes pecorum greges [10] repperere: & incolae, qui [11] sparsis tuguriis habitabant, [12] quum [13] se callibus [14] inviis [15] septos esse credidissent; ut conspexere hostium agmen, interfectis, qui [16] comitari fugientes non poterant; devios montes, & [17] obsitos nivibus petiverunt. [18] Inde per colloquia captivo- 16
rum paullatim feritate mitigata, tradidere se regi. nec in deditos gravius consultum. Vastatis deinde agris Persidis, vicisque compluribus redactis in potestatem; 17
ventum est in [19] Mardorum gentem [20] bellicosissimam, & multum à ceteris Persis

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. Mer. Lugd. Amst. *locorumque.* 2 Sic Bong. Fl. Leid. Voss. 1. sed Voss. 2. Pal. 1. Ald. *viae.* 3 Voss. 2. *credentes.* 4 D. Fl. Leid. *quae* Bong. Voss. 1. *que.* 5 Pal. 1. *defecerant.* 6 Voss. 1. *jugebant* Voss. 2. *videbantur* Pal. 1. *videbant* Ald. Elz. alii *volebant.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. B. 1. Pal. 1. *desiluit.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. *nives.* 9 Pal. 1. *dolabro.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *repperere.* 11 Pal. 1. *Sparthon.* 12 Pal. 1. Voss. 2. omittunt *cum se.* 13 P. *callibus se.* 14 Col. *invii.* 15 Voss. 2. *spectos.* 16 Pal. 1. Voss. 2. *imitari fugientes* Amst. Lugd. *fugientes comitari* vulgo *fugientes sequi.* 17 Bong. Fl. Leid. Voss. 2. *nivibus obsitos* Voss. 1. Pal. 1. B. 1. 2. *nubibus obsitos.* 18 Vulgo *deinde.* 19 Pal. 1. *Mardeorum.* 20 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. *bellicosam.*

Iter obsitum nivibus] Num. 15. *montes obsitos nivibus.* Seneca Troad. v, 20. *nube densa obsitus dies*, id est, tectus & contectus. CELLAR.

Humanarum rerum terminos] Extremitatem orbis habitabilis. IDEM.

Antequam lux & coelum deficerent] Falso verebantur, ne hoc in Boream instituto itinere, in Cimmerias tenebras, & frigidae Zonae propinqua loca inciderent. IDEM.

Erubuerunt] Vide pulcherrimum cap. 15. discursum Gruteri in Taciti verba XIV, 24, 1. *Sola ducis patientia mitigabantur, eodem plura, quam gregario milite tolerante.* FREINSH.

Sparsis tuguriis] Eleganter hoc, sejunctis inter se, non in morem urbis aut oppidi, aut vici, unum in locum intra moenia & muros collectis & clausis; sed per agros & silvas, & solitudines passim sparsis. RADERUS.

Comitari] Vulgo *sequi*, & mox pro *nivibus*, erat in membranis *nubibus.* MODIUS. Alii *sequi*, quod istius interpretamentum esse cognovi. FREINSH.

In Mardorum gentem] Non ineptam hic dubitationem ponit Glareanus, habetque suspectam hanc Alexandri excursionem, cum nulla ejus nec apud Diodorum, nec Arrianum mentio sit. sed enim Curtius sua non tantum ex Diodoro hausit, sed multis aliis Graecis, qui hodie desiderantur. De Mardis sane hic etiam addubito, cum infra l. VI. c. 5. Mardorum gentem Hyrcaniae confinem ponat, & Mardos hic domitos scribat, ibi illam solam gentem nullos misisse legatos, qui Alexandrum salutarent, seseque illi dederent, doceat, regemque indignatum, *si una gens posset efficere, ne invictus esset.* Quid dicemus? an gentem hanc illi cognominem fuisse? ubi auctoritas testium? an hanc gentem eo usque pertinuisse? sed ibi tamquam de gente diversa Hyrcanis vicina, valde ab hac, quae in Perside fuit, remota, narrat. *Non haec arbitrio sunt dirimenda meo.* Nec placet conjectura Glareani, qui aliter ibi censet legendum *Margi*, cum Margiana fuerit longe diversa à Mardorum terra. illa ferax, haec sterilis; illa vitibus consita, & ad miraculum felix, haec unus & quidem perpetuus saltus, in quo incolae ritu ferarum degebant. Suidas. *Μάρδοι ἔθνος τὸ πᾶν λησταὶ* &c. subjicit deinde rursus, quasi alios Mardos, qui valde conveniunt cum primis his Curtianis, adeo, ut revera, quod conjeci, fuerint cognomines voce, sed terris longe inter se diremti. *Μάρδοι ἔθνος πολυάνθρωπον τραχεῖαν γῆν ἐποικοῦντες, καὶ μόλις ἀφ' ὧν γεωργοῦσι τρεφόμενοι ἄνιπποι καὶ πένητες, ὡς καὶ τὴν πρώτην ἀπιστῶσθαι τύχην.* Duo ergo Mardorum

ſis cultu vitae abhorrentem. [1] Specus in montibus fodiunt, [2] in quos ſeque ac
18 conjuges & liberos condunt: pecorum, aut ferarum carne veſcuntur. [3] Ne feminis quidem pro naturae habitu molliora ingenia ſunt: comae [4] prominent hirtae: veſtis ſuper genua eſt: funda vinciunt frontem; hoc & ornamentum capitis & te-
19 lum eſt. Sed hanc quoque gentem idem fortunae impetus domuit. Itaque [5] tri-
20 geſimo die, [6] poſteaquam à [7] Perſepoli profectus erat, eodem [8] rediit. Dona deinde amicis [9] ceteriſque pro cujuſque merito dedit. propemodum omnia, quae in ea urbe ceperat, diſtributa.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *Speluncas.* 2 Voſſ. 2. *in quoſque ſeque* vulgo *in quos ſe.* 3 Vulgo *nec.* 4 Pal. 1. *permanent.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *triceſimo.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *poſtquam.* 7 Leid. Voſſ. 1. 2. B. 1. 2. *Perſipoli.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *redit.* 9 Pal. 1. *ceteris.*

dorum genera, Perſicum alterum, de quo hic Curtius, alterum Hyrcanum, de quo infra l. VI. c. 5. itaque expedita ratio & dubitatio Glareani eſt contra Glareanum. Modius & Acidalius hujusmodi ſcopulos taciti tranſiliunt. RADERUS. *Mardorum.* Recte viderunt viri eruditi pugnam inter hunc locum, & alium infra VI, 5, 11. ubi tradit, Alexandrum tum primum invaſiſſe Mardos, eaque in re aſſertorem habet Arrianum III, 5, 8. & Diodor. XVII, 77. praeſentis autem expeditionis neminem, quod ſciam, habet teſtem. Nec placet cum Radero, conjectura Glareani, qui alter ibi cenſet legendum *Margi*, cum Margiana longe diverſa fuerit à Mardorum terra, ſitu cultuque, & incolarum moribus. Neque tamen accedo Radero, qui conciliandis his locis ait videri ſibi duplices fuiſſe Mardos, cognomines voce, ſed terris longe inter ſe diremptos: quod nimirum Suidas, ubi de Mardis agit, duabus ſectionibus, utrique nomen praemittit: *Mardi Gens tota latrociniis dedita &c.* & iterum: *Mardi Gens hominum multitudine abundans &c.* Sed hoc videlicet indicio eſt, à diverſis auctoribus, ſed de una eademque gente, haec hauſiſſe Suidam. quod vel ſexcentis aliis ipſius exemplis certiſſime affirmare promptum eſſet. ſic ſtatim ſequente pagina, ubi de Marino, idem facit: quo loco qui duos Marinos vellet comminiſci valde falleretur. Nondum ergo defenſus eſt Curtius: nec ego ſane reperio quod pro hoc loco adferam: niſi forte per incuriam uno tempore geſta diviſit, diverſos auctores ſequutus. FREINSH. Mardi videntur omnes latrones, & fugitivi montium incolae appellati, quod Ebraeis quoque haec vox rebelles & refractarios ſignificat. Heic enim & ab Arriano Exped. Indic. p. 586. Perſis, poſt à noſtro l. VI. c. 5, 11. Hyrcanis; à Ptolemaeo Armeniis adjunguntur. Plinio l. VI. c. 16. à Caucaſo ad Bactros uſque protenſi ſunt. Mirum ergo haud ſit, quod l. VI. c. 5. aliud bellum Mardicum à noſtro deſcribitur. Conſuli poteſt interpres Melae Iſ. Voſſ. p. 242. CELLAR.

Specus in montibus] Tacit. l. XIV. Ann. *Mardi Latrociniis exerciti, contraque irrumpentem* (Corbulonem) *montibus defenſi.* vide & Suidam in Μάρδοι. LOCCEN.

Pecorum aut ferarum carne veſcuntur] Intellige, *tantum:* non cum pane, ut aratores populi. ſic majores noſtros victitaſſe retulit Caeſar de bell. Gall. VI, 22. Sic Polyb. II, 17. Gallis tribuit τὸ κρεωφαγεῖν, *carnibus veſci*, tamquam proprium morem: quamquam etiam agriculturae non expertes ibi faciat, quod mitioribus populis adeo barbarum viſum, ut propemodum fame ſe premi putarent, in quantalibet carnium copia, ſi deeſſet panis. Xenophon Ἀναβάσ. lib. I. *Jam frumentum milites defecerat, &c. quamobrem ſe carnibus milites ſuſtentabant.* Tacit. XIV, 24. *Ipſe exercituſque, ut nullis ex proelio damnis, ita per inopiam & labores fatiſcebant, carne pecudum propulſare famem adacti &c.* FREINSH.

Funda] Strabo lib. III. de Balearibus; *Tres fundas circum caput habent. unam longioribus habenis, ad longiores jactus; alteram brevibus, ad breviores; tertiam mediis, ad medios.* De diſcrimine & cauſſa, bene & vere: ambigo an de poſitu. & an non melius Diod. V, 18. qui diſponit *unam circa caput, alteram circa ventrem, tertiam in ipſa manu?* Commodius hoc videatur, aptiuſque. Et de capite, non novum: cum etiam Mardis, genti Perſicae, ſimile Curtius ſcribat factitatum. *Funda vinciunt frontem.* Sed funda, non fundis: & vidi imaginem in columna veteri Antonini, in qua Balearis capite, & ventre, & humeris eam geſtat. Lipſius Poliorcet. IV, 2. Adde Dauſqueium in Silium pag. 220. & ſeq. FREINSH.

CA-

CAPUT VII.

Alexander in convivio, à Thaide aliisque castrensibus scortis impulsus, Persarum regiam incendit: deinde persequi Darium statuit.

Ceterum ingentia animi bona; illam indolem, qua omnes reges antecessit; il- 1
lam [1] in subeundis periculis constantiam; in rebus moliendis efficiendisque velocitatem; in [2] deditis fidem; in captivis clementiam; in voluptatibus [3] permissis quoque & usitatis temperantiam; haud tolerabili vini cupiditate [4] foedavit.
Hoste & aemulo regni reparante [5] tum quum maxime [6] bellum; nuper suba- 2
ctis, [7] quos vicerat, [8] novumque imperium aspernantibus; de die inibat convivia,

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. Voss. 2. omittunt *in*. 2 Sic Ald. Bas. Col. Frob. Mer. sed MSS. Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. & plurimae editt. *deditos*, ut etiam mox *captivos*. 3 Pal. 1. *quoque permissis*. 4 Leid. *sedavit*. 5 Fl. Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. Bong. *cum maxime* Voss. 2. Ald. Bas. Col. Frob. Mer. *tum maxime*. 6 Pal. 1. *bello*. 7 Aliae editt. omittunt *quos vicerat*. 8 Lugd. Amst. alii *novum*.

Ceterum ingentia animi bona, &c,] Praeter veteres notosque scriptores, qui facinus hoc Alexandri narrant & vituperant, vide Cael. Rhodig. Var. Lect. XIV, 15. FREINSH.

In deditos fidem] Excusi, *in deditis fidem, in captivis clementiam*. membranae, *in dictis fidem in captivos clementiam*. quod etsi mire placebat, vicitamen animum, ut ita Curtium scripsisse, quemadmodum est excusum, ipse mihi persuadeam. MODIUS.

Tum cum maxime bellum; nuper subactis novum] Enim vero nequeo quidem risu hercle me admoderarier, cum scriptionis hujus loci, quae hactenus fuit, in mentem venit, nec satis umquam vel Glareani, vel qui ipso prior huic auctori manus admovisse putatur, Erasmi, ut levissime dicam, incuriam admirari potui. Quis enim, & non dico jam Erasmus aut Glareanus, sed omnino infimi subsellii literator, cum haec ita scripta legeret ubique: *hoste & aemulo regni reparante tum maxime bellum, nuper subactis quos vicerat novumque imperium aspernantibus*. Quis, inquam, haec legens, non è vestigio illa, *quos vicerat*, ut de reliquis fit silentium, advertat glossema esse vocis *subactis?* sed ad alia, ne videamur studio magis illos tales, quibus alioqui literae debent, carpendi, quam quod Curtio volumus, longius esse provecti. MODIUS. *Tum, quum maxime*, à libris olim excusis, *quum* abest, recentes vero & ex MSS. castigati id habent, & Freinshemius in Flori Curtiique indicibus ut singularem elegantiam defendit, & hunc formulae sensum docet: si umquam reparando bello incubuit, tum praecipue id egit. exemplo addit Liv. l. XL. c. 32. *vulgatum est castra amissa esse, & tum cum maxime ardere*. Frontini l. II. c. 9, 5. *consilium, quod tum cum maxime habebant barbari:* & l. III. c. 11, 4. *sacrificio tum cum maxime occupatos oppressit*. CELLAR.

De die] *De die convivia*, sunt tempestiva: quae nimirum, ut longius luxui atque voluptatibus otium esset, temporius inibantur. De his prolixe Lipsius ad Annal. XIV. Taciti Excursu A. Cui adde Cicer. in Verr. 1, 26. *mature veniunt: discumbitur*. item de Offic. III, 14. *Ad coenam tempori* (sic enim rectius quam *tempore*) *venit Canius*. Hirt. de bel. Hisp. cap. 33. de Scapula: *ipse de tempore coenavit*. Plaut. Captiv. 1, 2, 80. *sed si venturus, tempori*; & mox:

- - - venias tempori. PAR. memorem mones.

Graecis id quoque in usu fuisse, ut coenarent ἐν ὥρᾳ, docet Casaub. ad Athenaeum Animadvers. IV, 9. Pertinet huc etiam Quinctilian. Declam. 260. m. ubi de adolescente corrupto: *cum sodalibus iniit paullo tempestiviora convivia*. Sic intelligo Horatium de Arte versu 209.

- - - - - - - - - vinoque diurno
Placari Genius festis impune diebus.

Ceterum, ut de tempestivis conviviis protinus adsentior magno magistro; sic est, quod de intempestivis dubitem. sunt enim quae suadent, non opponi tempestivis, ut quomodo illa de die fuerint inita, sic haec noctu: sed intempestiva capiamus, quae temporibus, hoc est, rerum publicarum privatarumque statui non conveniunt. Atque hoc malint ipsa duo exempla ex tribus, quae adducit Lipsius. Caligula apud Sueton. cap. 45. *Senatum populumque objurgavit edicto, quod Caesare proeliante intempestiva convivia &c. celebrarent*. quid enim? non objurgasset, si tempestiva celebravissent? Audis quo sensu intempestiva vocet, nimirum tempori non congruentia, *Caesare proeliante:* ergo & ceteras voluptates jungit; *circum & theatra, & amoenos secessus*. Sic & Curtius VI, 2, 2. *intempestiva convivia* objicit Alexandro, quia rebus gerendis, quae tum urgebant, impedimento futura. Eodem certe loco statim repetit hanc vocem, additis

via, quibus feminae intererant: non quidem quas [1] violari nefas esset; quippe [2] pel-
3 lices licentius quam decebat cum armato vivere adsuetae. [3] Ex his una Thaïs &
ipsa temulenta, *maximam apud* [4] *omnes* [5] *Graecorum initurum gratiam* adfirmat, *si*
[6] *regiam Persarum jussisset incendi. exspectare hoc eos, quorum urbes barbari delessent.*
4 Ebrio scorto de tanta [7] re ferente sententiam, unus [8] & alter, & ipsi mero one-
rati, [9] adsentiunt. rex quoque [10] fuit avidior, quam patientior: *quin igitur ulcisci-*
5 *mur Graeciam, & urbi faces* [11] *subdimus*? Omnes incaluerant mero: itaque surgunt
temulenti ad incendendam urbem; cui armati pepercerant. Primus rex ignem
[1] re-

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulgo *violare.* 2 MSS. & Bong. semper *pelices.* 3 Voss. 2. *ex his T. & ipsa temulenta una maxime.* 4. Pal. 1. omittit *omnes.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. alii *Graecos.* 6 Pal. 1. *regia.* 7 Vulgo *re referenti* D. Ald. *referente* Fl. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Mer. Col. Bas. Pal. 1. *re ferenti* Amst. Lugd. *referenti.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. omittunt & in F. est superscriptum. 9 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *adsentiuntur* in F. deletum est *ur.* 10 Leid. Voss. 1. *avidior fuit.* 11 Voss. 2. *subjicimus* Pal. 1. *subicimus.*

ditis aliis, quae Lipsianam interpretationem minime omnium patiuntur: ait enim *quum intempestivis conviviis dies pariter noctesque consumeret.* Vides ergo intempestiva convivia tam diei tribui, quae alia significatione proprie *tempestiva* dicuntur, quam etiam nocti. FREINSH. *De die* est interdiu, per diem, etiam à matutino. Suet. Domit. c. 21. *lavabat de die.* contra *de nocte* est per noctem. Horat. l. 1. Ep. 2. vs. 32. Haec veteres tempestiva convivia appellabant, ante horam solitam, & justam, ut longius spatium luxuriae esset, iniri solita. CELLAR.

Feminae] Quod turpe Graecis habitum ex Aemilii Probi exordio disce: *Quem enim*, ait, *Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? &c. quod multo fit aliter in Graecia. nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum &c.* Sic Lampsaci in convivio apud Philodamum, cum Rubrius filiam ejus intro vocari juberet; ille *negavit moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.* Cicer. in Verr. 1, 26. Certe apud Babylonios id in usu fuisse, supra vidimus. Quos imitari cum voluissent Persae ad Macedonum regem Amyntam missi, debitum petulantiae suae praemium retulerunt, astu Alexandri interfecti. Vide Justin. VII, 3, 3. Nec enim, ut illi fingebant, Persicum eum fuisse morem, ostendit eo loco Amantiss. Socer. Adde Muret. Var. Lect. VII, 2. Paschal. de Coron. II, 7. In eadem illa historia Herod. V, 18. etiam Amyntam sic introducit loquentem: *Nobis, Persae, ista consuetudo non est, sed viros à feminis semovendi.* Verum Curtius innuit, Alexandrum Babylonica convivia jam celebrare occepisse. Id Verri patrique ejus objicit Cicero Verr. III, 68. *qui in patris luxurie sic vixerit, ut nullum umquam pudicum, neque sobrium convivium viderit.* Hujusmodi convivia etiam Augusto cordi fuisse ex ejus vita apud Sueton. cap. 69. constat. Quod autem subjicitur: *licentius quam decebat cum armato vivere*, in iis τὸ *quam* non apparet in MS. Christiniano. forsan & τὸ *decebat* παρέλκει. sufficit enim: *licentius cum armato vivere.* FREINSH.

Violare] Membranae *violari.* MODIUS.

Thais] Haec ex Attica oriunda Alexandri fuit amica, ut apud Athenaeum Clitarchus refert; quae post Alexandri mortem & Ptolemaeo nupsit, qui primus regnavit in Aegypto, filiumque Leontiscum ei peperit, & Lagum; filiam etiam Irenem, quam Solon rex Cypri duxit uxorem. Vide Plutarch. in Alexandr. & Athenaeum l. XIII. Deipn. c. 13. Diodor. l. XVII, 72. POPMA.

Referenti] Vulgo *ferente*, & mox *assentiunt* pro *assentiuntur.* Ego scriptis, nisi quod *ferenti*, quam *referenti*, scribi malim, assentior. MODIUS.

Rex quoque avidior] Vulgo *fuit avidior*, sed verbum cum Blancardo induximus tamquam inepte superfluum. CELLAR. Imo non cum Blancardo, qui nihil proprio Marte boni fecit, sed cum Cl. J. Fr. Gronovio lib. II. Observ. c. 12. in quibus intellectum voluit per artem omissum *inquit*, quo nihil in narrando frequentius.

Subdimus] Veram lectionem arbitror, Pal. 1. *subicimus*, pro *subjicimus*: quomodo in Curtianis codd. perpetuo scribi monuerunt, qui eos inspexerunt. FREINSH. Palat. MS. *subicimus*, id est *subjicimus*, quod Freinshemio videtur genuinum. Tamen & *subdere facem* alibi apud nostrum invenies l. VI. c. 6, 15. CELLAR. Cur hoc iterum Cl. J. Fr. Gronovio surripiatur non video, qui hoc ex Florentino optimo codice reponit. lib. II. Observ. c. 12.

Pepercerant] Sic est. nec te moveat quod supra V, 6, 1. legis: *excidio illius parentandum esse majoribus.* Non enim tum statim illud sequutum vult intelligi Curtius. Cujus haec verba esse potius arbitror, quam Alexandri: qui forte nihil in eum sensum dixit; aut si dixit, fuit id accendendis militum animis, ad contemnenda pericula, quae in oppugnatione nobilissimae urbis haud immerito suspicari poterant esse subeunda. Sed neque supra V, 6, 7. ubi dicit Persas ipsos aedibus suis ignem subjecisse; statim intelligendum est totam urbem periisse. FREINSH.

Multa

[1] regiae injecit; tum convivae & ministri, pellicesque. Multa cedro aedificata [2] erat regia: quae celeriter igne [3] concepto, late fudit incendium. Quod ubi 6
exercitus, qui haud procul ab urbe [4] tendebat, conspexit; [5] fortuitum ratus, ad opem ferendam concurrit. Sed ut ad vestibulum regiae ventum est; vident regem 7
ipsum adhuc [6] adgerentem faces. Omissa igitur, quam portaverant, aqua; [7] aridam [8] materiam in incendium jacere coeperunt. [9] Hunc exitum habuit regia to- 8
tius Orientis, unde tot gentes [10] ante jura petebant: patria tot regum; unicus quondam Graeciae terror; molita [11] mille navium classem, & exercitus, quibus Europa inundata est; contabulato mari molibus, perfossisque montibus, in quorum

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. omittit *regiae injecit; tum convivae & ministri.* 2 Voss. 1. *erant regiamque* B. 2. *erat regiamque* Fl. *erat regiam.* 3 Pal. 1. *accepto.* 4 Pal. 1. *cedebat.* 5 Voss. 2. *ratus fortuitum.* 6 D. Fl. Leid. Voss. 1: *adgerantem.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. *igni aridam.* 8 Fl. Leid. Bong. *materiem.* 9 Mer. *hinc.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. *antea.* 11 Sic P. F. B. 1. ∞ B. 2. & Voss. 1. omittunt *mille* Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *X millium* Voss. 2. *XM.*

Multa Cedro aedificata erat] Membranae quaedam *multa cedro aedificata erant, regiamque celeriter* &c. minus bene. MODIUS. *Cedro.* Quae *non sentit cariem nec vetustatem*, Plinio XVI, 40. teste. proinde [immo *inopia abietis*, ait Plinius.] classes quoque è cedro in Aegypto & Syria aedificatae. *Memorabile*, inquit Plin. *& Uticae templum Apollinis, ubi Numidicarum cedrorum trabes durant, ita ut positae fuere prima urbis ejus origine, annis mille centum octoginta octo.* Ingens est arbor, Dioscoride etiam teste. *maxima* (Plinii verba sunt) *ea in Cypro traditur ad undeciremem Demetrii succisa, centum triginta pedum, crassitudinis vero ad trium hominum complexum.* Salomon etiam, ut est in III, 5, 6. Regum, multam cedrum ad templi molitionem & laquearia, domumque regiam adhibuit, ita ut vix nobilior cedro materia fuisse videatur. RADERUS. Sic in regia Ecbatanis *universa materia erat è cedro, aut cupresso.* Polyb. X, 24. FREINSH.

Aqua, aridam] Excusi, *omissa igitur, quam portaverant, aqua, igni aridam materiam &c.* quomodo si legas, *materiam igni* accipiundum erit fere, ut *aquam manibus*, cujus prioris exemplum, cum alibi legere non meminerim, nemini temere id scribendi auctor sim. MODIUS.

M. navium] Adhuc excusi *decem milium*, sed nihilne pudere vanitatis, cum etiam, qui mendacissimi inter Graecos sunt, numquam eo impudentiae processerint, ut mille ducentis navibus rostratis classem Xerxis ampliorem fuisse dixerint. Verum ita cogitant, quid faciant, qui in typographiis praesident, homines me hercule pistrino digni, ut qui etiam apud Justin. l. II. quasi parum esset in Curtio negligenter fuisse, ausi sunt scribere. *Naves quoque decies centum millia.* credo, quia exercitus Xerxis decies centena hominum milia explebat, voluisse etiam singulis hominibus suam navem esse. sed haec praepostera liberalitas, mihi nequaquam placet, quare & hic reponendum censeo. *Naves quoque mille numero habuisse dicitur.* facilis fuit ad errorem via, quod millenarius numerus, cujus nota haec est in libris veteribus CIↃ. interdum x littera, quae & notae quam simillima est, designari solet. MODIUS.

Contabulato mari] Sueton. Calig. 19, 5. de Bajano sinu ponte juncto: *Scio plerosque existimasse, talem à Cajo pontem excogitatum aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulaverit.* Pete eam historiam ab Herodoto VII, 33. FREINSH. Ex historia Xerxis notissima sunt. navigiis autem hunc pontem junctum fuisse, ut magnis fluminibus nunc imponuntur, docet Arrian. l. V. CELLAR.

Perfossisque montibus] Xerxes Atho Thraciae montem perfodit, non tam commodioris navigationis ergo, quam jactantiae gratia, ut conjicit Herodotus VII, 24. Quo ex facto ingens postea campus declamationum. Himerius apud Photium Cod. CCXLIII. τότε ἐκεῖνος παρεχομένειν οὐκ ἀπὸ ῥημάτων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς φύσεως ἤρχετο. ἐπετίθει γὰρ θαλάττῃ μὲν ἤπειρον, διὰ ὀρῶν δὲ μέσων ἐναυτίλλετο· θαλάττῃ μὲν ὅσα γῇ, γῇ δὲ ὅσα θαλάττῃ χρώμενος, quod fragmentum evidenter ad Xerxem spectat: quem dicit non ἀπὸ ῥημάτων (quod corruptum esse arbitror) sed ab ipsa natura incepisse ostentare insolentiam suam mari terram imponentem, per medios autem montes navigantem, ut ita mari tamquam terra; terra tamquam mari uteretur. Vide Senecam Suasoria secunda. Tangit eam historiam & Marcianus Geographus:

Τὸν Ἄθω δὲ παραπλεύσαντι παράλιος πόλις
Ἄκανθός ἐστιν Ἀνδρίων ἀποικία.
Παρ' ἣν διώρυξ δείκνυται τετμημένη
Ἑπτὰ σταδίοις, Ξέρξην δὲ λέγετ' αὐτὴν τεμεῖν.

Atho montem praelegenti maritima civitas occurrit, Acanthus, Andriorum colonia. Juxta quam ostenditur fossa septem stadiorum, ubi Xerxes montem secuisse dicitur. Eum montem cum Dinocrates (sic enim potius, quam Stasicrates) in Alexandri imaginem redigere vellet, ita regem ei respondisse fingit Plutarch.

9 rum specus fretum immissum est. Ac [1] ne longa quidem aetate, quae excidium
ejus sequuta est, resurrexit. Alias urbes habuere Macedonum reges, [2] quas nunc
habent Parthi, hujus vestigium non [3] inveniretur, nisi Araxes amnis ostenderet.
haud procul moenibus fluxerat, inde urbem fuisse xx. stadiis distantem, credunt
10 magis quam sciunt adcolae. Pudebat Macedones, tam [4] praeclaram urbem à [5] co-
messabundo rege deletam esse. Itaque res in serium versa est; & [6] imperaverunt
11 sibi, ut crederent, *illo potissimum modo fuisse* [7] *delendam.* Ipsum, ut primum
gra-

VARIANTES LECTIONES.

1. Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Col. Amst. *ne tam longa.* 2 Haec sequentia usque ad medium primi commatis in capite sequenti omittuntur in Cod. Voss. 1. non lacerata, sed plane omissa, & in medio versu continuantur *reges verat*, quod ultimum est ex voce *decreverat* capitis sequentis. 3 Voss. 2. *invenitur.* 4 Frob. Mer. Bas. Col. Ald. *claram.* 5 Leid. D. *comesabundo* Ald. *commesab.* 6 Ald. Col. Bas. Mer. *impetraverunt* Voss. 2. *imperaverunt vel speraverunt* Pal. 1. *imperaverunt igitur.* 7 Pal. 1. *delendum.*

tarch. de fort. Alex. 2, 6. *Tu tamen, Atho montem intactum relinque. Satis est eum esse monumentum petulantiae, quam unus in eum rex* (Xerxes videlicet) *exercuerit.* FREINSH.

Fretum] Id alludit Senecio in Suasor. 2. Senecae, de Xerxe: *ille qui classibus suis maria surripuit, qui terras circumscripsit, dilatavit profundum, novam rerum naturae faciem imperavit.* FREINSH. Plinius etiam. l. IV. c. 10. *fretum* vocat, *quo montem Athon Xerxes continenti abscidit.* Mela l. II. c. 2. *navigabile fretum.* Catullus Coma Beren. vs. 45. *novum mare.* Peninsula enim Athos erat, quam in insulam redegit Xerxes. fossa autem illa oblimata postmodum fuit, nec ejus vestigium superest. adi Vossium ad Melam l. II. c. 2. CELLAR.

Longa aetate] Quadringentorum circiter annorum ad Curtium. RADERUS. Quam longa? hoc vero non exprimitur, ut facile appareat abesse quidpiam. Ideo libri alii: *Ac ne tam longa quidem.* sed hoc puto emendatorum esse, non Curtii. ipse sic videtur scripsisse: *ac ne tam longa hac quidem aetate.* Vitium ex eo natum, quia duae voces *longa hac*, junctim & sine adspiratione *longaac*, dein *longae* scriptae. SCHEFFER.

Resurrexerunt] At non urbem, sed regium in ea palatium incendio hoc absumtum fuisse scriptores tradunt, & Diodorus etiam post Alexandri mortem XIX. Persepolim ut temporum illorum civitatem memorat, etiam auctor l. II. Machab. c. 9, 2. quae auctori l. I. c. 6, 1. ubi eadem referuntur, *Elymais* est, ut probabile sit, hoc patrium nomen fuisse, sicut *Elam* Persiam sonat; alterum à Graecis impositum. *Resurgere* autem de instauratis urbibus etiam alii dixerunt. Paterc. l. I. c. 7. *vix crediderim tam mature tantam urbem crevisse, floruisse, concidisse, resurrexisse.* Propert. l. IV. El. I. v. 71. *Troica Roma resurges* (haec contraxit in pauca, quae diffuse habent Raderus & Freinshemius.) CELLAR.

Macedonum] Divinabam, *Medorum:* ut scilicet simul intelligantur & Persae. Sic mox de *Ecbatanis capite Mediae: Urbem hanc nunc tenent Parthi.* Et sane jure quaeras, cur hoc loco, ubi de Persepoli sermo est, mentionem faciat urbium, quas Macedones tenuerint. Si tamen *Macedonum* retineas; intelliges de successoribus Alexandri, non qui Macedoniam, sed qui has terras tenuerunt, usque ad Arsacis tempora. hoc est, de Nicatore Seleuco, Antiocho Seleuci, Seleuco Antiochi, à quo defecere Parthi. FREINSH. Hoc vero *Macedonum* ex glossa est inepti interpretis, qui cum *reges* hic videret nominatos, de Macedonum regibus accepit. Praeterea & alio vitio hic locus laborat. Vult enim dicere, alias urbes superesse, Persepoleos ne vestigium quidem adparere. At hoc non faciunt verba, ut nunc leguntur. Itaque sic censeo legenda. *Alias urbes, quas habuere reges, nunc habent Parthi.* Sensus clarissimus: habent eas Parthi, ergo supersunt. Debent autem hic intelligi urbes illae, in quibus itidem versari reges Persarum consueverunt. habuerunt autem certas aliquas, quas inhabitabant aestate, & alias, quas hieme, qua de re Brissonius est consulendus. SCHEFF.

Vestigium] Sic de Vejis Florus I, 12, 11. *Hoc tunc Vejentes fuere: nunc fuisse quis meminit? quae reliquiae? quodve vestigium? Laborat annalium fides, ut Vejos fuisse credamus.* Sic Carthaginis solo aratrum inductum esse à Modestino in l. XXI. quib. mod. usufr. amitt. didicimus. Josephus de Bel. Jud. VII, 1. *ambitum civitatis* (Hierosol.) *ita complanavere diruentes, ut qui ad eam accessissent, habitatam aliquando esse vix crederent.* FREINSH.

Araxes] Verbo saltem admonere debuerant Curtius, Siculus, & qui vitam Alexandri conscripsere, alium hunc Araxem esse à nominatissimo Armeniae flumine. Id unus fecit Strabo. hinc certum videtur eumdem fuisse, quem alii Ῥώγαυιν appellant, quum Ptolemaeus ipse statuit Persepolim sitam ad fluvium Ῥωγαμάντιν. atque hinc à Graecatioribus, eadem fere etymologia, hunc Araxin esse Ῥώγαυιν deducit doctissime Salmas. Plin. Exercit. p. 846.

Fuisse

gravatam [1] ebrietate mentem quies reddidit, poenituisse constat, & dixisse; *majores poenas Persas Graecis daturos fuisse, si ipsum in solio regiaque* [2] *Xerxis* [3] *respicere coacti essent.* Postero die [4] Lycio, itineris, quo Persidem intraverat, duci, 12
xxx. talenta dono dedit. [5] Hinc in regionem Mediae transiit, ubi supplementum novorum [6] militum è Cilicia occurrit. peditum [7] erant [8] quinque millia, [9] equites [10] mille: utrisque [11] Plato Atheniensis praeerat. his copiis auctus, Darium persequi statuit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *ebrietatem.* 2 Leid. Voss. 2. Ald. *Xersis.* 3 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. alii *conspicere.* 4 Voss. 2. *Lecio.* 5 Mer. *hic.* 6 Fl. Leid. Voss. 2. *è Cilicia militum.* 7 Pal. 1. *erat.* 8 Fl. *V.* 9 D. P. F. B. 1. omittunt *equites.* 10 P. *M.* B. 1. Fl. Leid. ∞ F. omittit *mille.* 11 Leid. Voss. 2. D. Pal. 1. *Platon.*

Fuisse delendam] Ex necessitate fatali. Hanc enim in caussa fuisse, ut factum tam foedum committeretur. SCHEFFER.

Gravatam ebrietate] Membranae, *ipsum ut primum ad gravatam ebrietate mentem quies rediit* &c. non recte. MODIUS.

Conspicere] Vulgo *respicere*, sed male, aliud enim hoc est. IDEM.

CAPUT VIII.

Darii, suos ad pugnam hortantis, oratio.

Ille [1] jam Ecbatana pervenerat caput Mediae. [2] urbem hanc nunc tenent Par- 1
thi, [3] eaque aestiva agentibus sedes est. Adire deinde [4] Bactra [5] decreverat: sed

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *in.* 2 Fl. Leid. Voss. 2. Pal. 1. D. B. 1. F. *urbs haec* P. *urbis haec.* 3 Col. Mer. *ea aestiv.* alii *aestiva gentibus.* 4 Voss. 2. semper *Batra.* 5 Voss. 1. ut monuimus capite superiore *verat.*

Caput Mediae] Locum hunc arbitrario jure constituisse me profiteor, sed tantum arbitrario, in impressis ita circumferebatur: *ille jam Ecbatana pervenerat caput Mediae. Urbem hanc nunc tenent Parthi: eaque aestiva agentibus sedes est.* Colonienses membranae hoc modo habebant: *Ille jam Ecbatana pervenerat caput Mediae urbs. haec nunc tenent Parthi eaque aestiva agentibus sedes est.* Sigebergenses vero isto: *Ille jam Ecbatana pervenerat caput Mediae urbis: haec nunc tenent Parthi eaque aestiva agentibus.* hinc videre potes & emendationem nostram, & emendationis rationem, adscripserat ad vocem *tenent* aliquis, *urbem hanc s.* inde porro hoc in contextum pervenit. Alius ad voces *caput Mediae, urbs haec.* Postremo in illis *aestiva agentibus* adhaeserat litera ultima vocis praecedentis, ad principium sequentis, atque ex eo, ab iis, quibus oratio parum plena videbatur, adjectum est in quibusdam codicibus *sedes est.* in quo quidem etiam hac caussa proclivior fuit ad lapsum via indoctis, quod illud *gentibus* apud bonos auctores, pro ignotis pene & longe dissitis accipi nesciebant. MODIUS. *Ille jam Ecbatana pervenerat, caput Mediae. Nunc tenent Parthi: eaque aestiva gentibus.* Vellem sobriè magis haec circumcidisset Modius. Mihi diligentius omnem scripturae varietatem pensitanti sic videtur: *Ille jam Ecbatana pervenerat, caput Mediae. Urbem hanc nunc tenent Parthi: eaque aestiva genti sedes.* Nam gentem ipsos Parthos accipies, qui per aestatem illuc concesserint, non ignotos alios & dissitos nescio quos populos, de quibus obscure injicit ille. ACIDALIUS. *Ille jam Ecbatana pervenerat caput Mediae urbem.* Sic expedirem distinctione: *ille jam Ecbatana pervenerat. Caput Mediae urbs haec: nunc tenent Parthi.* GRONOV. Observat. l. 11. c. 12.

Ecbatana] Herodot. 1, 98. *Dejoces igitur imperio potitus, Medos compulit unum oppidum condere: ut hoc uno communito exornatoque, aliorum non ita magnam curam haberent. Obsequentibus quoque hac in re Medis, moenia constituit ampla simul & valida, quae nunc Ecbatana appellantur, &c.* Plin. vi, 14. contra: *Ecbatana caput Mediae Seleucus condidit.* Ego interpretor prius diruta, postea à Seleuco instaurata. neque dubitandum. Alii Dario Hystaspis F. attribuunt. Est & aliud oppidum in Syria huic amplissimae civitati cognomine. Herod. 111, 62. Ἐγβάτανα τῆς Συρίης. Est autem nomen compositum. prius membrum monosyllabum est, nomen fortasse proprium. Nam id asserere meum non est. Alterum constanter asserimus Chaldaïcum esse,

2 sed veritus, ne celeritate Alexandri occuparetur, consilium iterque mutavit. Aberat ab eo Alexander stadia [1] MD.; sed jam nullum intervallum [2] adversus [3] celeritatem ejus satis longum videbatur. Itaque proelio magis, quam fugae se [4] prae-
3 parabat. XXX. millia peditum sequebantur, in quibus Graecorum erant quatuor
4 millia, [5] fide erga regem ad ultimum invicta. funditorum quoque, & sagittariorum manus quatuor millia expleverat, praeter hos III. millia & [6] CCC. equites erant, maxime [7] Bactrianorum. [8] Bessus praeerat, Bactrianae urbis [9] regionisque prae-
5 fectus. Cum hoc agmine [10] Darius paullum declinavit via militari, jussis prae-
6 cedere [11] lixis [12] impedimentorum custodibus. [13] Consilio deinde advocato: *si*

me

Variantes Lectiones.

1 M. D. B. 1. 2. ∞. 2 B. 2. *adversis.* 3 Bong. Fl. Leid. Voss. 1. 2. *velocitatem.* 4 Voss. 2. *parabat* Bong. Ald. Col. Frob. Mer. Bas. *praeparabant.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. Ald. Col. Mer. Bas. *fideliter* Voss. 2. *fidelium.* 6 Voss. 2. *trecentum.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Col. Bas. Ald. Mer. *Parthienorum.* 8 Vulgo *his Bessus.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. & alii *regionis* omissis *urbis*, *que.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. omittunt *Darius* Voss. 2. *Darii.* 11 B. 2. Voss. 1. *lisis* Ald. *lyxis.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. P. B. 2. *impedimentorumque.* 13 Mer. Bas. Lugd. alii *concilio.*

esse, & *palatium*, sive *regiam* significare. ביתן *Bethan*, aut *Baithan.* Unde & illa urbs sine priore membro dicitur Βαθάνεια, vel Βατάνεια, auctore Stephano. Βάτανα bis legitur apud Isidorum Characenum. Demetrius apud Stephan. *Agbatana duplicia sunt: alia quidem Mediae, aliae vero Syriae.* Diversitas prioris membri ΑΓ-Βάτανα, & ΕΓ-Βάτανα, satis ostendit, vocem esse compositam. *Scaliger* ad Num. Euseb. MCCCIX. ubi *Dejoces Ecbatanam condit.* Diodor. II, 13. antiquiorem eam urbem facit Semiramide, & propterea multo magis Dejoce. Historia Judith. cap. I. quemdam *Arpaxad* ejus conditorem tradit. Ceterum, pro *Ecbatana* in Curtianis Codd. aliquot locis scriptum est *Batana* & *Batava.* ut non immerito dubites sic scripsisse Curtium: quando & in aliis auctoribus ita reperiri ex Scaligeri verbis didicimus, eoque modo apud Nonium in *Cercurus* ex Lucillio scriptum fuisse tradit Bapt. Pius, Annotat. poster. sylloge III. c. 130. *Bathanam & Babylonem ibo.* quamquam ibi rescribendum omnibus etiam Curtianis locis putaverit *Ecbatana*, vel *Ecbatanam.* FREINSHEM.

Urbem hanc] Plures MSS. *Urbs haec:* manifesto indicio, nihil horum esse à Curtio. FREINSH.

Aestiva agentibus] Strabo l. XI. p. 514. dicit, Ecbatana Hibernam esse sedem Parthis; postea l. XVI. 743. Aestivam sedem esse. Puto supra μνημονικὸν ἁμάρτημα esse Strabonis, vel vitium librarii. LOCCENIUS. *Aestiva agentibus.* Legerem hic *regibus*, pro gentibus. editio nupera Allobrogica pro *gentibus* reposuit *agentibus.* non placet, nisi intelligas regibus. alii aliter edidere. Acidalius *eaque aestiva genti sedes.* RADERUS. *Aestiva agentibus.* Alii *gentibus:* omissis quae sequuntur, *sedes est.* pro quo Raderus mallet *regibus*; Acidal. *genti:* sed rectum est *agentibus*, ut intelligantur Parthi, non quilibet, sed reges. adde Brisson. de regno Persarum l. I. p. 46. FREINSH. Parthici reges Ecbatanis aestiva, quemadmodum Ctesiphonte hiberna agebant, quod ibi, in boreali parte regni moderatior aestus: heic ad austrum vergente regione, hiems tolerabilior esset. CELLAR.

Stadia M. D.] Quadraginta septem (stadiis minus quatuor) milliaria Germanica, Italica centum & octoginta septem eoque amplius. FREINSH.

Adversus celeritatem] Repete dicta c. 5, 3. CELL.

Triginta millia] Mihi fide hic dignior Arrian. III, 4, 12. Darium ab Ecbatanis fugisse, *cum exercitu equitum trium millium, peditum sex millium.* FREINSH.

Fide] Forte, *fidei.* HEINSIUS.

Funditorum] Peculiaris ista manus, non comprehensa numero 30000. superiorum; levis nimirum haec armatura. Adde infra ad V, 12, 4. FREINSH.

Bactrianae regionis] Impressi codices, *Bactrianae urbis regionisque praefectus*, quod etiam, si verum amamus, verius est, sic supra dixit *qui regioni Babyloniae ac civitati praeessent.* MODIUS. *Urbis.* Expungunt hoc alii: ego necessarium putem. tam enim urbi quam regioni vult fuisse praepositum: quod ita non semper solere notavi supra ad V, 1, 4. & vero nulla suspicio est haec verba ab alio, quam auctore, hic fuisse inserta. FREINSH.

Declinavit via militari] Via regia, frequenti, & ita lata, ut ordines militares capiat. infra c. 13, 23. *jumenta decesserant via militari.* Usus hoc nomine etiam Sueton. Aug. c. 49: & Hyginus de Coloniis in Delmatia. at Siculus Flaccus p. 9. vocat *vias regales.* CELLAR.

Impedimentorum] Alii *impedimentorumque:* quod scilicet lixis ea nollent committi: sed nihil mutandum puto. Hi enim jumentorum, curruum &c. custodes, rectoresque erant; nec tamen obstabant, quin ubi res posceret, extra ordinem militare praesidium adderetur. FREINSH.

Consilio] Ne te fallat Vir Doctus in Hist. Fori

Rom.

[1] *me cum ignavis*, inquit, *&* [2] *pluris qualemcumque vitam* [3] *honesta morte aestiman-*
tibus, [4] *fortuna junxisset; tacerem potius, quam frustra verba consumerem. Sed ma-* 7
jore, quam vellem, documento, & virtutem vestram, & fidem expertus; magis etiam
[5] *conniti debeo, ut dignus talibus amicis sim, quam dubitare, an vestri similes adhuc si-*
tis. Ex tot millibus, quae sub imperio [6] *fuerunt* [7] *meo, bis me victum, bis fugien-* 8
tem persequuti estis. Fides vestra & constantia, ut regem me esse credam, facit. Pro- 9
ditores & transfugae in urbibus meis regnant: non hercule [8] *qui tanto honore digni*
[9] *habeantur; sed ut praemiis eorum vestri sollicitentur animi. meam* [10] *tamen fortunam*
quam victoris [11] *maluistis sequi;* [12] *dignissimi, quibus, si ego non* [13] *possim, dii pro me gra-*
tiam referant. & me hercule [14] *referent. Nulla erit tam* [15] *surda posteritas, nulla* 10
tam ingrata fama; quae non in coelum vos debitis laudibus ferat. Itaque, [16] *etiamsi*
consilium fugae, à qua multum abhorret animus, agitassem; vestra tamen virtute fre-
tus [17] *obviam issem hosti. Quousque enim in regno exsulabo, & per fines imperii mei* 11
[18] *fugiam externum & advenam* [19] *regem? quum liceat experto belli fortunam, aut re-*
parare quae amisi; aut honesta morte defungi. [20] *Nisi forte satius est exspectare victo-* 12
ris arbitrium; & Mazaei & [21] *Mithrenis exemplo precarium accipere* [22] *regnum natio-*
nis unius. ut jam malit ille gloriae suae, quam irae [23] *obsequi. Nec* [24] *dii siverint,* [25] *ut* 13
hoc

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. omittunt *me.* 2 Leid. Voss. 1. B. 2. *pluribus* D. *pluribus* sed correctum à manu diversa Voss. 2. Mer. *plurimis.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. B. 1. 2. *honestam mortem* Mer. *morte honesta vitam pluris aestim.* 4 Voss. 2. Pal. 1. *me fortuna.* 5 Leid. *coniti* D. *conice* correctum *conici* Mer. *eo niti.* 6 Leid. *fuerant.* 7 Voss. 2. *in eo.* 8 Fl. Leid. Bong. Lugd. Amst. *quia tanto.* 9 Leid. Bong. Voss. 1. *habentur.* 10 MSS. nostri & Bong. *fort. tamen.* 11 Fl. *maluisti.* 12 Pal. 1. *quibus dignissimus.* 13 Voss. 2. *possum.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *referunt.* 15 Voss. 1. omittit *surda posteritas nulla tam.* 16 Voss. 2. & alii *etsi.* 17 Pal. 1. *obviassem* Voss. 2. *obviam isset* Voss. 1. *obviam issem hosti m.* 18 Pal. 1. Voss. 2. omittunt *fugiam.* 19 Pal. 1. *patiar regem.* 20 Leid. *ni.* 21 Fl. *Matherenis* Leid. Voss. 1. D. P. B. 2. *Mathrenis* Voss. 2. *Metrenus* Pal. 1. *Matienis* Ald. Bas. *Mithienis.* 22 Voss. 2. omittit *regnum.* 23 Fl. Leid. Voss. 1. *absequi.* 24 Leid. *Di siverint* Pal. 1. *desiverint* P. *Di sivelint* Voss. 2. *desiverit.* 25 Col. *ut decus* Frob. *ut si hoc decus.*

Rom. III, 13. qui putat fuisse hic *gregarios simul cum illustribus convocatos.* Certe enim non fuerunt. non hoc ex sua majestate duxisset Darius: & ut hoc parum validum arbitreris, ipsam historiam inspice, nullam de cujusquam gregarii admixtione suspicionem ibi reperies. nisi id unum quod sequitur: *ex multis millibus &c.* sed ea oratio etiam sibi constat, si ad duces praesentes, quamquam absentibus eorum copiis, referatur. Sane fraudi fuit Erudito Viro lectio alia & deterior quorumdam codicum: *Concilio*, quod, ut ibidem ille ostendit, *ad plebeculae temere coactae turbam fere refertur.* Scio tamen saepe confundi, seu quod promiscue usurpari solita essent; sive proclivis unius literae error multis in locis observatum ab auctore discrimen sustulit. FREINSH. *Consilio.* Amicis & consiliariis advocatis. CELLAR.

Si me cum ignavis] Coloniensis scriptus, *si cum ignavis inquit irem, & pluris &c.* sed hoc quidem *irem* in malam crucem hinc ire aequissimum est. MODIUS.

Etiam conniti] Vide ne legendum sit *id jam conniti.* ACIDALIUS.

Quia tanto honore] Vulgo, *qui tanto honore.* MODIUS.

In regno] Eadem fortuna Mithridatis fuit: eadem Jugurthae: quem Florus III, I, 12. *finium suorum regnique fugitivum* venuste appellat, quomodo fere Cyprianus lib. IV. de Idol. Vanit. Judaeos *soli & coeli sui profugos.* Quo loco male distinguitur: *Dispersi & vagabundi vagantur soli. Et coeli sui profugi per hospitia aliena jactantur.* Sic Curt. V, 12, 2. *Terrarum orbis exsul.* FREINSH.

Mazaei & Mithrenis] Mazaeum transfugam Satrapia Babyloniae Alexander donaverat: Mithrenem Sardium proditorem praefecerat Armeniae. Curt. l. V. c. I, 44. CELLAR.

Nec Dii siverint] Rursum editi, *nec Dii siverint, ut si hoc decus mei capitis, aut demere mihi quisquam, aut condonare possit: nec hoc imperium vivus &c.* pessime, qua à locutione, qua ab interpunctione. MODIUS. Rectius haec scribere, & distinguere se putat Modius, quam vulgus. Assentio, sed ita, ut sentiam, nec ipsum rectissime. facio: *Nec Dii siverint* (an *sirint*) *ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam, aut condonare possit. Nec hoc imperium vivus amittam, idemque erit regni mei & spiritus finis.* Confer haec cum Modianis & vulgatis: videbis, quid ab utrisqve, & quare sim mutuatus. ACIDALIUS.

hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam aut condonare [1] *possit:* [2] *nec hoc imperium*
14 [3] *vivus amittam, idemque erit regni mei, qui* [4] *& spiritus, finis. Si hic animus,* [5] *si haec lex, nulli non parta libertas est: nemo è* [6] *vobis fastidium* [7] *Macedonum; nemo vultum superbum ferre cogetur. Sua cuique dextra aut* [8] *ultionem tot malorum pariet;*
15 *aut finem. Equidem quam versabilis fortuna sit, documentum ipse sum. nec immerito* [9] *mitiores* [10] *vices ejus* [11] *exspecto. Sed si* [12] *justa ac pia bella dii* [13] *aversantur; fortibus*
16 [14] *tamen viris licebit honeste mori. Per ego vos decora majorum, qui totius Orientis regna* [15] *cum memorabili laude tenuerunt; per illos viros, quibus stipendium Macedonia quondam tulit; per tot navium* [16] *classes in* [17] *Graeciam missas; per tot tropaea regum*
17 [18] *oro & obtestor, ut nobilitate vestra gentisque dignos spiritus capiatis: ut eadem* [19] *constantia*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. B. 1. 2. omittunt *possit.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. omittunt *nec* Ald. Bas. Mer. P. B. 1. 2. Pal. 1. Voss. 2. *ne.* 3 Pal. 1. *unius.* 4 Fl Leid. Voss. 1. 2. omittunt *&.* 5 Pal. 1. *se haec.* 6 Voss. 2. *nobis.* 7 Pal. 1. Voss. 2. omittunt *Macedonum.* 8 Voss. 2. *ultorem pariet tot malorum.* 9 Voss. 1. *miniciones.* 10 Voss. 2. *vires.* 11 Voss. 1. *exspectat.* 12 Voss. 1. *juxta.* 13 Voss. 2. Ald. *adversantur.* 14 P. omittit *tamen.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. P. B. 2. F. D. *commemorabili.* 16 Voss. 1. *calses.* 17 Voss. 1. *Graecam* Fl. P. *Graecia.* 18 Voss. 1. *horo.* 19 Voss. 2. *anim. const.*

Hoc decus] Diadema, ornamentum & insigne regium. Cydarim supra Curtius l. III. vocarat. RADERUS.

Imperium unius amittam] Idem dixit Sueton. in Ner. cap. 42. *qui suum imperium unius amitteret.* POPMA. *Vivus.* Sic apud Sueton. cap. 42. Nero querebatur se *inaudita & incognita pati, qui imperium suum vivus amitteret.* Id enim nondum acciderat Romae: qui enim id tenuerant, non nisi cum spiritu posuerunt, excepto Sylla, qui sponte abdicavit. reliquis cordi fuit, quam apud Liv. XXIV, 22, 8. marito Demarata saepe ingerit, Dionysii tyranni vox: *qua pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere.* quod quidem aliter alii referunt. Cicero ad Attic. III, 10. de sua dignitate & opibus: *Hic utrum tandem sum accusandus, quod doleo; an quod commisi, ut haec aut non retinerem (quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur) aut certe vivus amitterem?* Quare typographicum potius sphalma arbitror, quod in Popmae notis hic Curtii locus; item iste Suetonii sic referuntur, ut pro *vivus* utrobique sit expressum, *unius.* quamquam sic quoque legi ajunt in Palatino primo. FREINSH.

Quam versabilis] Sic edidit Freinshemius. ego autem credo Curtium scripsisse *versatilis.* nam alterum nescio an occurrat alibi. SCHEFFER. Etiam alii hoc loco *versatilis* & legerunt, & ediderunt. Verum perquam similis huic loco est sententia Senecae de Tranq. An. c. II. *Scito ergo omnem conditionem versabilem esse.*

Mitiores vices ejus] Forte *mitioris vices ejus.* HEINSIUS.

Dii aversantur] In Aldino codice legitur *adversantur,* quod puto esse rectum, aliud est *aversantur.* aversamur enim ea, quae nobis displicent, & nos ab iis quasi avertimus. non sic aversantur bella Darii, sed plane adversantur Dii: hoc est, adversarios se faciebant eorum; vertebant se contra bella illa; & à parte Alexandri stabant contra Darium. Itaque mox capite sequenti Nabarzanes: *Diis adversis bellum inimus.* SCHEFFER.

Stipendium Macedonia tulit] Herodotus de Persis sub Dario Hystaspis filio Hellespontum trajicientibus l. VI, 44. τῷ πεζῷ Μακεδόνας πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι δούλους προσεκτήσατο, *peditatu Macedonas ultra eos, qui jam serviebant, in servitutem redegerunt,* nam ante paullo, quum idem rex ex Scythia rediret, per praefectum Macedoniam tentaverat. Herod. l. V, 1. & 98. Justinus l. VII. c. 3. CELLAR.

Gentisque] Cujus autem gentis nobilitatem laudat Darius? An Persarum? atqui illos notaverat voce *vestra.* an Macedonum? at quid de horum nobilitate & fortitudine sentiat, cum in aliis orationibus, tum in praecedentibus verbis satis docuit. Lego indubitato: *nobilitate vestra gestisque.* Isocrates ad Philippum: μεγάλην τὴν δόξαν καὶ πρέπουσαν καὶ σοὶ καὶ τοῖς προγόνοις καὶ τοῖς ὑφ' ὑμῶν πεπραγμένοις. *magnam gloriam decentem & te & majores tuos, resque à vobis gestas.* GRONOVIUS. Ita supra III, 7, 12. Si finem Nabarzanes stimulat, *ut dignum aliquid nobilitate ac moribus suis ederet.* Ceterum si quis malit retinere *gentisque* habet quo defendat. *nobilitate vestra, gentisque,* hoc est, qua privatim quisque ob genus aut facta pollet, quaque gens universa ob imperii magnitudinem atque diuturnitatem celebris est. Hac forma legimus aliquoties in hoc auctore, *se urbemque dedere,* cum tamen incolis deditis, urbs utique dedita intelligeretur. item *se gentemque;* ut non solum princeps gentis suo nomine se dedidisse putetur, sed & se, & simul totam gentem in fidem victoris tradere. Praesertim autem in illa exhortatione magnam vim habet

stantia animorum, [1] *qua praeterita tolerastis*, *experiamini*, [2] *quidquid deinde* [3] *fors tulerit. Me certe in perpetuum aut victoria* [4] *egregia* [5] *nobilitabit*, *aut pugna.*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. *quam.* 2 Pal. 1. *deinde quidq.* 3 Sic Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Lugd. sed Voss. 2. Bas. Mer. Col. Elz. Amst. *fors.* 4 Pal. 1. omittit *egregia.* 5 Voss. 1. B. 2. *nobilitavit.*

habet utriusque argumenti conjunctio, ut non à privata tantum virtute, sed & gentis gloria quisque stimuletur. Sic apud Senec. Suasor. 2. *Trecenti sumus: sed viri; sed armati; sed Lacones.* Ita Livius conjungit *viros & Romanos.* FREINSH. Recte Gronovius *gestisque.* HEINSIUS.

CAPUT IX.

Variae Magnatum sententiae ac tumultus, ob Nabarzanis, qui cum Besso proditionis societatem inierat, consilium.

[1] Haec dicente Dario, praesentis periculi species omnium simul corda animos- 1
que [2] horrore [3] perstrinxerat, nec aut consilium suppetebat, aut vox; quum [4] Artabazus, vetustissimus amicorum, quem hospitem fuisse Philippi saepe diximus, *Nos vero*, inquit, [5] *pretiosissima vestium induti*, *armisque*, *quanto maximo cultu possumus*, [6] *adornati*, *regem in aciem* [7] *sequemur*: *ea quidem mente*, [8] *victoriam ut speremus*; [9] *mortem non recusemus.* Adsensu [10] excepere ceteri hanc vocem. 2
sed

VARIANTES LECTIONES.

1 In D. deleta sunt *haec dicente Dario* subditis punctis, & margini adpictum: *Postquam Dareus finem dicendi fecit.* 2 Voss. 2. omittit *horrore.* 3 P. *constrinxerat.* 4 Fl. Voss. 1. Bong. *Arthab.* Leid. *Arthabazeus.* 5 Alii *pretiosissima veste* Fl. Voss. 1. 2. & multae editt. *pretiosissimam vestem.* 6 Voss. 1. *adhornati.* 7 P. *sequamur* Pal. 1. *sequimur.* 8 Fl. Leid. Voss. 2. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. Amst. *ut vict. sper.* Bong. *ut sper. vict.* Voss. 1. omittit *ut.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. *vel hostem* Pal. 1. *martem quidem* B. 1. *hostem* B. 2. D. *hostem* & in ora adscriptum *mortem.* Nota. Ex plusculis ejusmodi argumentis conjecturam capio, eumdem esse Codicem, qui Bongarsio B. 2. & Grutero D. indigitatur. Nihil tamen certe possum adhuc concludere. Fr. 10 Pal. 1. *accepere.*

Saepe diximus] Ait saepe dixisse: nec vel semel invenio in hoc & superioribus libris, quos habemus. in amissis primo & secundo an usquam meminerit quis scire potest? Credere tamen id liceat: at saepe ibi fecisse, non hoc etiam licet. Igitur, si cui ita videatur, in locum τ͂ *saepe*, reponam *supra*, quod respiciat ad priores duos, aut alterum eorum, & magis secundum, in quo conjicere possumus locum fuisse potius ei mentioni. Si minus aliis hoc videtur, at illos delere penitus jubebo. Infra VI, 5, 2. scio idem dici. ACIDALIUS. Non tamen impossibile est, duobus istis libris crebram hujus hominis factam fuisse mentionem. erat enim occasio narrandi, quo tempore, quave caussa patria pulsus Philippum adiverit, quaeque interim dum ibi esset egerit, quomodo deinde redierit. Consentaneum enim est Curtium utique primo libro de praedecessoribus Darii, deque Alexandri patre Philippo, nonnulla, & utique extrema tradidisse, ut ad sequentis historiae planiorem intellectum necessariae narrationes praestruerentur. FREINSH. Acidalius vult *supra*; forte: *nempe.* HEINSIUS.

Pretiosissima vestium] Ita melius quam *pretiosissimam vestem*, alio quoque Curtii loco V, 6, 7. adstipulante. De re ipsa vide Kirchmannum de Funer. Rom. I, I, 10. & Magium Miscell. II, 21. Quibus adde Xenophontem Ἀναβάσ. lib. III. qui locus huic valde est similis: postquam enim recitasset ultima verba ex oratione Cleanoris; *ubi fortissimis animis dimicaverimus*, *quidquid diis visum fuerit*, *feramus.* subjicit: *Hinc Xenophon surgit*, *quam elegantissime potuit*, *ad pugnam ornatus. Existimabat enim*, *si dii victoriam largirentur*, *pulcherrimum ornatum victoriae convenire*: *sin moriendum esset*, *elegantissimo se dignum cultu judicabat*, *quo ornatus diem in terris extremum clauderet.* Sic & M. Curtium *equo quam poterat maxime exornato insidentem armatum se in specum immisisse*, Livius VII, 6, 5. tradit. De Cleopatra ad Flor. IV, II, II. diximus. FREINSH. repete notata ad l. V. c. 6, 7. CELLAR.

Quanto maximo] Sic supra l. IV, 13, 36. *quanto maximo cursu posset.* Adde Daviesium ad Caesarem l. V. bell. Gall. c. 28.

Mortem] Scripti libri *hostem*, minus bene. MODIUS.

ſed [1] Nabarzanes, qui in eodem conſilio erat cum Beſſo, [2] inauditi antea facinoris ſocietate [3] inita, regem ſuum per milites, quibus ambo praeerant, comprehendere & [4] vincire decreverant: ea mente, [5] ut ſi Alexander ipſos inſequutus foret, tradito rege vivo, inirent gratiam victoris, [6] magni profecto cepiſſe Darium [7] aeſtimaturi; ſin autem eum effugere potuiſſent, interfecto Dario, regnum [8] ſibi oc-
3 cuparent, bellumque renovarent. Hoc parricidium cum diu [9] volutaſſent, [10] Nabarzanes aditum nefariae ſpei praeparans; *Scio, me*, inquit, *ſententiam eſſe dictu-rum, prima ſpecie* [11] *haudquaquam auribus tuis* [12] *gratam. Sed medici quoque* [13] *graviores morbos aſperis remediis curant; & gubernator, ubi naufragium timet,* [14] *jactu-
4 ra, quidquid ſervari poteſt, redimit. Ego tamen, non ut damnum* [15] *quidem* [16] *facias, ſuadeo; ſed ut te* [17] *ac regnum tuum ſalubri ratione conſerves.* [18] *Diis* [19] *adverſis bellum* [20] *inimus; & pertinax fortuna Perſas* [21] *urguere non deſinit. novis initiis &* [22] *ominibus opus eſt. Auſpicium & imperium alii trade* [23] *interim, qui tamdiu rex appelletur,*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *Narbarzanes.* 2 P. *inaudita.* 3 Pal. 1. *intra.* 4 Voſſ. 1. D. *vincere* in hoc correctum *vincire.* 5 P. omittit *ut.* 6 Sic Pal. 1. Ald. D. MS. & alii *magno.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. Mer. *aeſtimari* Voſſ. 2. *extimaturi.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 2. Bong. *ipſi.* 9 Leid. *volitaſſent.* 10 Fl. *Nabarzenes.* 11 Voſſ. 1. *autquaquam.* 12 Voſſ. 1. *gratiam.* 13 Leid. *gravores* Voſſ. 2. omittit *graviores.* 14 Voſſ. 2. Pal. 1. omittunt *jactura.* 15 Voſſ. 2. omittit *quidem.* 16 Voſſ. 2. *faciens.* 17 Voſſ. 2. *regnumque* omiſſo *ac.* 18 B. 1. *Dis.* 19 Voſſ. 2. alii *averſis.* 20 Fl. Leid. Voſſ. 1. *inimur.* 21 Voſſ. 2. *augere.* 22 MSS. noſtri D. Ald. Lugd. Amſt. Elz. Col. Baſ. *hominibus* Pal. 1. *omnibus.* 23 Leid. *interim alii trade* Voſſ. 1. 2. omittunt *interim.*

Inauditi antea facinoris] Ῥητορικώτερον hoc, & ὑπερβολικώτερον, graviora & hoc atrociora facinora memini, quando filii parentes reges & fratres ſe mutuo interficiunt regnandi cauſſa. *Inauditi* ergo *facinoris* expone rari, crudelis, atrocis, immanis. RADERUS. *Inauditi antea facinoris.* Nihil hic rhetoricum & hyperbolicum, ſi Curtii mentem percipis: qui non cum quovis facinore hoc comparat, nec in mentem ei venit id omnibus aliis, quae umquam accidiſſent, gravius praedicare, ſed ſimpliciter indicat, iſtam perfidiam ante ea tempora numquam in Perſis fuiſſe auditam, apud quos ſemper *regum eximia majeſtas*, ut infra v, 10, 2. dicit, fuerat. FREINSH.

Scio me] Hujus orationis apud Cauſſinum in Parallel. eloquentiae oeconomia eſt c. 13. p. 563. RADERUS. Foedam adulationem libertatis ſpecie incruſtat. hoc eſt quod Tacitus l. 1. Hiſt. c. 1. ait, *Malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt.* LOCCENIUS.

Gubernator] Utitur hac ſimilitudine Cyrillus, in cap. 16. c. 1. quaeſt. 7. *Sicut ii qui mare navigant, tempeſtate urgente, navique periclitante anxiati quaedam exonerant, ut cetera ſalva permaneant: ita & nos cum non habemus ſalvandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, deſpicimus ex eis quaedam, ne junctorum patiamur diſpendia.* Τὸ δὲ μέρος ἀνάγκη κακοῦσθαι ὑπὲρ τοῦ ὅλου, ait Max. Tyrius Diſſert. XXV. *neceſſum eſt, ut pars patiatur pro ſalute totius.* Ex hac cauſſa orta eſt Lex Rhodia de Jactu, cujus adhuc in Digeſtis nonnulla ſuperant veſtigia, eruditiſſime excuſſa à ſummo Viro Jacobo Gothofredo in libro ſingulari ad l. 9. eo tit. FREINSHEM.

Diis adverſis] Forte, *averſis.* HEINSIUS. Luſus eſt frequens in his vocibus *averſus*, *adverſus* tam ſcriptorum quam interpretum, ex cognata ſignificatione, & hinc facillimo & obvio errore. ſic ſupra hujus libri c. 8, 15. *Dii averſantur* Cl. Schefferus praetulit *adverſantur*, quod cum accuſativo rarius praeterquam apud Tacitum legas.

Et ominibus] Accidit hoc loco Curtio, quod multis item aliis bonis ſcriptoribus, ut vox haec in eo perperam ſcriberetur, & pro ea in omnibus fere libris *hominibus* legeretur, non bono mehercule exemplo, recte enim & ordine facere Curtium palam eſt, cum initiis omina conjungit, verum quia de hac re multi multa, & nos alio properamus, locum notaſſe contenti, reliqua aliunde petendum relinquimus. MODIUS. *Ominibus.* Sic omnino legendum adſpiratione reciſa, quae ſaepius addita perperam, aut etiam omiſſa vitium facit auctoribus. Exemplo ſit Plinius IX, 35, 24. *Conchylia & purpuras omnis hora atterit:* pro quo male legitur *ora.* Nam de tempore ei ſermo eſt, opponitque iſta unionibus, quos dicit *aeternae prope poſſeſſionis* eſſe. De auſpiciis iſtis ſummae fortunae obiter diximus ſupra ad III, 2, 1. quam materiem prolixe tractaverunt Gruterus ibi citatus, & Dempſterus ad antiqu. Roſini II, 16. Tangit id Victor de Caeſ. cap. ult. quem adſcribo ut perſanem, olim etiam ad Florum tentatum: *quae quamquam in ejus fortuna, principis tamen conſilio accidere.* Scribe; *quae quamquam vi ejus, fortuna principis tamen &*

letur, donec [1] Asia decedat hostis; victor deinde regnum tibi reddat. Hoc autem bre-
vi futurum [2] ratio promittit. Bactra [3] intacta sunt: Indi & [4] Sacae in tua potesta- 5
te: tot populi, tot exercitus, tot equitum peditumque [5] millia ad [6] renovandum bellum
vires [7] paratas habent; ut major belli moles supersit, quam exhausta [8] sit. Quid rui- 6
mus beluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est, magis mortem
[9] contemnere, quam odisse vitam. Saepe taedio laboris ad [10] vilitatem sui compellun- 7
tur ignavi: At [11] virtus nihil inexpertum omittit. Itaque ultimum omnium mors est, ad
quam non [12] pigre ire satis est. Proinde, si Bactra, quod [13] tutissimum receptaculum 8
est, [14] petimus; praefectum regionis ejus Bessum, regem temporis [15] gratia [16] statua-
mus. Compositis [17] rebus justo regi tibi [18] fiduciarium restituet imperium. Haud mi- 9
rum

Variantes Lectiones.

1 P. *ab Asia discedat* alii *Asia discedat.* 2 Voss. 2. *brevis ratio.* 3 Leid. *intecta.* 4 Voss. 2. *Sagi* alii *Sagae.* 5 Voss. 2. *militia.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Amst. Lugd. *renovandas vires* omisso *bellum.* 7 Pal. 1. Amst. *parata.* 8 Voss. 2. *est.* 9 Leid. Voss. 1. *contempnere* ut semper. 10 Voss. 2. P. Mer. Bas. *utilitatem.* 11 Leid. Voss. 1. *nihil virtus* Voss. 2. *nichil* semper. 12 Voss. 1. Bong. D. *pigere* Pal. 1. *piget ire.* 13 Voss. 2. *probatissimum* Pal. 1. *per latissimum.* 14 Voss. 2. *penitus.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *gratiam.* 16 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. omittunt *statuamus* D. adpictum habet inter lineas. 17 Fl. Leid. Voss. 1. omittunt *rebus* sed in D. additur in margine ab eadem manu. 18 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Mer. Col. Ald. *fiducia* alii *fiduciarum.*

& consilio accidere. Vim pro *efficacia*, hoc est ἀντὶ δεινότητος, quomodo isto vocabulo Marcellin. xiv, 26. utitur, posuit: ut Tacitus Varum *vi Arminii cecidisse* ait, 1, 55, 3. Est ergo idem fere illorum verborum sensus, qui Tiberianorum istorum apud Tacit. iii, 47, 1. *fide ac virtute legatos, se consiliis superfuisse.* FREINSH.

Indi & Sacae] Foederati potius quam subjecti imperio Persarum. Sacae autem gens Scythica Indis finitima, post Paropamisum montem: nec forsan una gens, quia *fere omnes* Scythae *etiam in unum Sacae appellati.* Mela l. iii. c. 5. vulgo legunt *Sagae*, sed nusquam occurrit gens Sagarum. Sacae autem notissimi etiam infra l. vii. c. 9. commemorandi. CELLAR.

Renovandas vires] Ne Dii siverint, ut haec ita operarum negligentia legantur, nisi Curtium sexcentas praegnantes plagas placet ab Orbilio exspectare. sed emenda, ut excudendum dederam, *tot populos, tot exercitus, tot equitum peditumque milia ad renovandas vires paratas habes, ut major &c.* ita inquam lege, aut certe, ut jam dicam: *tot populi, tot exercitus, tot equitum peditumque milia ad renovandum bellum vires paratas habent, ut major &c.* prior scriptura à membranis est, posterior à Lugdunensibus editionibus. MODIUS. *Ad renovandum bellum vires paratas habent.* Libri alii, *ad renovandas vires & parata* habent, quae lectio videtur melior, cum non satis concinne vocabulum *belli* (ad renovandum *bellum*, ut major *belli*) repetatur. SCHEFFER. Forte legendum: *tot populos - - - ad renovandas vires paratos habent.* HEINSIUS.

Fortium virorum] Vide Mureti Var. Lect. l. iv. c. 2. adde Berneggerum in Tacitum Quaest. 30. FREINSH.

Vilitatem sui] Ita legendum, cum in editis libris esset, *utilitatem*, vidit & admonuit etiam nos doctissimus Faber. & hanc ejus emendationem confirmant uno ore omnes membranae. MODIUS. P. Faber. l. 1. Semestr. c. 10. primus emendavit, *ad vilitatem sui*, id est, ad vitae contemtum, & mortem oppetendam. & ita Galtherus: *ut vitam ducere vile Hi reputent.* LOCCENIUS.

Itaque ultimum omnium mors est, ad quam non pigre ire satis est] Non apte, meo quidem animo, infertur *Itaque.* Non enim gnomas hasce claudit. Aptius credam *Utique.* Sane sciamus, inquit, post mortem nihil esse nostri amplius: ad eam igitur non cursu & sponte properandum, satis si non lento & invito gradu eatur, Ipsae sententiae multorum ore celebratae: quarum aliquot è plusculis scriptoribus affert ad Tacitum lib. ii. Histor. divinus Lipsius: & addi cum similes aliunde plures, tum haec non absimilis ex Oedipo tragoedi cujuscunque potest:

Haud est virile terga fortunae dare.

ACIDALIUS. *Itaque.* Acidalius aptius credit *Utique.* Ego illud malim, optime cohaerens praecedentibus. *Virtus nihil inexpertum omittit, itaque ultimum omnium mors est*, non ergo praecipienda, aut priori loco tentanda quam ea, quae ordine praecedunt. quae si omnia exhausta sint, tum demum tempus est *non pigre eo ire.* FREINSH.

Pigre ire] Scripti libri *pigere ire.* MODIUS. Forte: *pigre iri satius est.* HEINSIUS.

Fiduciarium imperium] Fiduciarium, quod sub fide restitutionis concessum est. Caesar. B. C. l. ii. c. 17. *Officium legati, qui fiduciariam operam obtineret.* Livius l. xxxii. c. 38. *Nabidi eam urbem velut fiduciariam dare, ut victori sibi restitueret.* etiam regnum fiduciarium dicitur Hirtio B. Alex. c. 23. quod Arsinoë, dum controversia inter Cleopatram

rum est, Darium [1] non temperasse animo, quamquam tam impiae voci quantum nefas [2] subesset, latebat. itaque, *pessimum*, inquit, *mancipium*, [3] *reperisti* [4] *opta-*
10 *tum tibi tempus*, *quo* [5] *parricidium aperires!* strictoque [6] acinace interfecturus [7] videbatur: ni propere Bessus Bactrianique, [8] tristium specie; ceterum, si perseve-
11 raret, [9] vincturi, circumstetissent. Nabarzanes interim elapsus, mox & Bessus [10] sequutus, copias, quibus praeerant, *à cetero exercitu secedere* [11] jubent; secre-
12 tum inituri consilium. Artabazus convenientem praesenti fortunae sententiam orsus, mitigare Darium temporum identidem admonens coepit. [12] *Ferret aequo animo* [13] *qualiumcumque*, *suorum* [14] *tamen*, *vel stultitiam*, *vel errorem.* [15] *Instare Alexandrum gravem*, *etiamsi omnes praesto essent*; *quid futurum*, *si*, *persequuti fugam*
13 *ipsius*, *alienentur à rege?* Ea re paruit Artabazo; & quamquam movere castra statuerat, turbatis tamen omnium animis, eodem in loco substitit. sed adtonitus moe-
14 stitia simul & desperatione, tabernaculo se inclusit. Ergo in castris, quae nullius regebantur imperio, varii animorum motus erant; nec in commune, ut [16] antea,
15 consulebatur. Dux Graecorum militum [17] Patron *arma capere* suos jubet, *para-*
16 *tosque esse ad* [18] *exsequendum imperium.* Persae secesserant: Bessus cum Bactrianis erat; tentabatque Persas [19] abducere, *Bactra*, *& intactae regionis* [20] *opulentiam*, *simul-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *non nunc.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. *esset* Voss. 2. Pal. 1. *inesset.* 3 MSS. & Bong. *repp.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *exoptatum.* 5 Bong. *paricidium.* 6 Voss. 2. *acinate.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. *eum videbatur.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Mer. Col. Bas. *deprecarentur tristium specie* Pal. 1. *deprecarentur tristem spem.* 9 Leid. *victi* Voss. 2. *vincti.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & plurimae editt. *consecutus.* 11 B. 2. Voss. 1. *jubet.* 12 Voss. 2. *ferre.* 13 B. 1. *quali quoque.* 14 Ald. Mer. Bas. Col. omittunt *tamen.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. Bas. Col. Mer. Ald. *instare tamen* Voss. 2. *instare tum.* 16 Fl. Leid. Voss. 1. *ante.* 17 Voss. 1. B. 2. *Quatron* Ald. *Patro.* 18 Pal. 1. *obseq.* 19 Pal. 1. Elz. aliaeque editt. *adducere.* 20 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. alii *opulenta.*

tram & fratrem componeretur, administrabat. CELLAR.

Bactrianique tristium] Adhuc scripti, *ni propere Bessus Bactrianique deprecarentur tristium specie* &c. miramur adhuc, saepe praeter rem in scriptoribus quaedam inculcata inveniri? MODIUS. Locus procul dubio mendosus; quod etiam annotavit Nob. Heinsius. Sed constantissime MSS. interponunt vocem *deprecarentur*, quae cum sensum turbet à Modio est eliminata, nec obtinere locum nisi mutata potest. An non potuit scripsisse Curtius? *ni propere Bessus Bactrianique deprecantium pristina specie.* ut mox c. 10, 2. *pristinae veneratio fortunae.* & plura in Indice.

Suorum tamen] Hoc *tamen* omittunt quidam impressi, & mox alieno loco inferciunt, *instare tamen Alexandrum.* FREINSH.

Persecuti fugam ipsius] Non Alexandri, licet proxime de eo praecesserit, nec enim ejus fuga aliqua, sed Darii, hoc est, qui eum fugientem essent secuti, ita supra c. 8. *bis me victum*, *bis fugientem secuti estis.* SCHEFFER. *Persecuti fugam*, adhuc comites fugientis regis. CELLAR.

Ea re paruit Artabazo] Haesitationem librarii subodoror, qui cum legere divulsam ac laceram forte veram vocem nequiret in plures eam pro captu suo tribuit, & scripsit, *à rege ea re*, cum deberet simpliciter *aegre.* Nam sic omnino me auctore corrigendum: quid futurum, si persecuti fugam ipsius *alienentur? Aegre paruit Artabazo* &c. nihil certius de re, de verbis. Aegre ac vix parebat Darius, quod notare voluit Curtius ac debuit, *ea re* laxum nimis, & non magnopere hic faciens ad structuram exactam. *A rege* quid opus erat addi? maxime quum ad regem ipsum loqueretur; atque etiam quia dixerat jam *fugam ipsius*, cui potius *ab eo* subjunxisset. Qui aliter sentiet, eum nihil sentire sentiam. quamquam de origine mendi sic potius habendum, si quid refert, ut nunc in mentem venit. Exolescentem ac fugientem forte vocem satis assequi librarii nequivere, quorum alius inde *à rege*, alius *ea re* legit ac scripsit, quae post utraque simul in contextum, ut solet, ab aliis relata. ACIDALIUS. *A rege. ea re.* Haud dubito quin verissime emendaverit Acidalius: *alienentur. Aegre paruit &c.* Sic etiam sub fin. hujus cap. *aegre à Dario impetravit &c.* FREINSHEM. Lectionem vulgatam, *ea re*, defendit tamen Gudius ad Phaedri Fab. l. 1. Fab. 11. ubi ex hoc loco eumdem Phaedrum restituendum putat.

Regionis opulenta] *Opulentiam* vulgo. MODIUS. Mo-

simulque, [1] *quae manentibus* [2] *instarent pericula*, ostentans. Persarum omnium eadem fere fuit vox, *nefas esse deseri regem*. Inter haec Artabazus omnibus impera- 17
toriis fungebatur officiis. ille Persarum tabernacula circumire, hortari, monere nunc singulos, nunc universos, [3] non ante [4] destitit, quam satis [5] constaret, imperata facturos. Idem [6] aegre à Dario impetravit, *ut cibum caperet*, *animumque* [7] *regis*.

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. Voss. 2. omittunt *quae*. 2 Voss. 2. *instare*. 3 Fl. *nec non* Pal. 1. *nunc*. 4 Voss. 2. *desistit*. 5 Voss. 2. *constare*. 6 Voss. 2. *& à D*. 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Ald. Frob. Col. Mer. Bas. *regis adverteret* Pal. 1. P. *regis averteret*.

Modii lectionem probat & confirmat J. Fr. Gronovius ad Livium lib. VII. c. 21.

Simulque quae] Quis hoc ferat? scripsit Curtius *simul quae*. FREINSH.

Nefas esse deseri regem] Digna laude vox fuisset, si, ut dixerunt, ita fecissent; sed mox rege in fugam verso sese moverunt ad motum fortunae, & inclinarunt in Bessi partes, adeoque regem in totum deseruerunt. Ut vere dixerit de illis Virg. Georg. IV.

- - - *Rege incolumi mens omnibus una est,*
Amisso rupere fidem.

LOCCENIUS.

Monere nunc singulos, nunc universos, non ante destitit, quam satis constaret] Bona lectio, nec pejor: *monere nunc singulos, nunc universos: nec ante destitit, quam satis constaret*. Utra melior non satis mihi constat. ACIDALIUS. *Non ante* malim *nec ante*. Vide indicem infinitivus. FREINSH.

Animumque regis] Haec ita esse scribenda monuit me Palmerius meus, cum alioquin in omnibus libris esset, *ut cibum caperet, animumque rebus adverteret*. supra habuisti, *cape regis animum & in eam fortunam, qua dignus es, istam continentiam perfer*. MODIUS. Leg: *animumque curis regni adverteret*. HEINSIUS.

CAPUT X.

Bessi & Nabarzanis de Dario prodendo aut occidendo nefaria deliberatio; quam miris artibus occultant.

At Bessus & [1] Nabarzanes olim [2] agitatum scelus exsequi statuunt, regni cu- 1
piditate [3] accensi: Dario autem incolumi tantas opes sperare non poterant. Quippe in illis [4] gentibus [5] regum eximia majestas est. ad nomen quoque bar- 2
bari conveniunt; & pristinae [6] veneratio fortunae sequitur [7] adversam. Infla- 3
bat impios animos regio, cui [8] praeerant, armis virisque [9] & spatio locorum nulli [10] earum gentium secunda. tertiam partem Asiae tenet: multitudo [11] juniorum, exercitus, quos [12] amiserat Darius, aequabat. Itaque non [13] illum 4
modo, sed etiam Alexandrum spernebant: inde vires imperii [14] repetituri, si regionis

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *Navaz*. 2 Voss. 2. *excogitatum*. 3 Fl. *accessit*. 4 Mer. *habentibus*. 5 Mer. *regnum eximiae majestatis*. 6 Voss. 2. *fort. vener*. 7 Pal. 1. Voss. 2. *adversa*. 8 Pal. 1. *praeerat*. 9 Leid. omittit *&*. 10 Bas. omittit *earum*. 11 Voss. 2. omittit, in margine *ramorum*. 12 Pal. 1. *admiserat*. 13 Voss. 2. *illum illis modo*. 14 Mer. *petituri*.

Illis gentibus] Vide supra ad l. III. c. 6, 17. CELLAR.

Pristinae veneratio fortunae] Non minus reges suos in adversa, quam in prospera fortuna venerantur. CELLAR.

Regio, cui praeerant] Bactrianae finitimae. IDEM.

Tertiam partem Asiae] Licet latissime extendas Bactrianam, & finitimas quoque ei regiones accenseas, ut Sogdianam & alias; tamen hoc procul à vero abest. propriae autem Bactrianae non amplissimi termini erant, ab occasu Margiana, à septentrione Oxus Sogdianam dirimens, ab ortu pars Indiae, à meridie Aria, & mons Parapamisus. CELLAR. Ut proinde non sit mirum etiam haec sugillare Cl. Clericum Jud. c. 2. §. 13.

Vires imperii] Totius Asiae, Persidis, Babyloniae,

5 gionis potiri contigisset. Diu omnibus cogitatis, placuit per milites Bactrianos, ad omne obsequium destinatos, regem comprehendere; mittique nuntium ad A-
6 lexandrum, qui indicaret, *vivum adservari* [1] *eum.* si, id quod [2] timebant, proditionem aspernatus esset; occisuri Darium, & Bactra cum suarum gentium manu
7 petituri. Ceterum propalam comprehendi Darius non poterat; tot Persarum mil-
8 libus laturis opem regi: Graecorum [3] quoque fides timebatur. [4] Itaque quod non poterant vi, fraude adsequi tentant: poenitentiam secessionis simulare decreverant,
9 & excusare apud regem consternationem suam. Interim qui Persas sollicitarent mittuntur. hinc spe, hinc metu militares animos versant; *ruinae* [5] *rerum illos subdere capita; in perniciem trahi; cum Bactra pateant,* [6] *exceptura eos donis & opulentia,*
10 [7] *quantam animis concipere non* [8] *possint.* Haec agitantibus Artabazus supervenit, sive regis jussu, sive sua sponte; [9] adfirmans, *mitigatum esse Darium, & eumdem*
11 *illis amicitiae gradum patere apud regem.* Illi lacrimantes nunc [10] purgare se, nunc
12 Artabazum orare, *ut caussam ipsorum tueretur, precesque perferret.* Sic peracta nocte, sub lucis [11] ortu Nabarzanes cum Bactrianis militibus in vestibulo praetorii aderat, titulum sollemnis officii occulto [12] sceleri [13] praeferens. Darius signo ad

[1] eun-

VARIANTES LECTIONES.

1 Alii omittunt *eum.* 2 Voss. 2. *metuebant.* 3 Voss. 2. omittit *quoque.* 4 Leid. Voss. 1. Bong. *itaque quod vi non poterant* Voss. 2. *itaque que vi non poterant.* 5 D. Fl. Leid. Voss. 1. *rei subdere illos* Voss. 2. Bong. *rerum subdere illos.* 6 Voss. 2. *acceptura.* 7 Fl. Leid. Pal. 1. P. *animis quam* Voss. 1. 2. D. *quam animis.* 8 Voss. 2. *auderent.* 9 Voss. 1. *& firmans.* 10 Bong. D. Pal. 1. Fl. Leid. Voss. 1. *pergere.* 11 B. 1. *exortu* Pal. 1. D. P. B. 2. *exortum* Fl. Leid Voss. 1. 2. *exortum &* F. Frob. Col. *ortum* Mer. *& ortu.* 12 Voss. 1. *celeri.* 13 Fl. Leid. Voss. 2. D. Bong. *praeferentes* Voss. 1. *referentes.*

niae, Mediae, & quidquid Dario paruisset recuperaturi, si Bactrianam regionem occupassent, sibique parere coëgissent. Vel: Inde vires bello accisas instauraturi. RADERUS. Forte legend. *vices imp. repetituri*, hoc est, vicissim repetituri imperium orbis terrarum, quod jam Alexander occupaverat. hoc enim eorum consilium fuisse, supra quoque v, 9, 2. ostendit, cogitabant enim idem, quod sic expressit Lucan. II, 13.

- - - *fors incerta vagatur Fertque refertque vices.*

Dubito etiam annon pro *regionis potiri* leg. *regis potiri.* h. e. regem in potestatem redigere. FREINSHEM. Recte Freinshemius *regis potiri.* HEINSIUS.

Sollicitarent] Ad tumultum & rebellionem concitarent. Nepos Pausania c. 3. *Helotes spe libertatis sollicitare existimabatur.* Sallust. Catil. 24. *servitia urbana sollicitare*, id est, servos. adde nostrum. lib. III. c. 5, 15. CELLAR.

Ruinae rerum] Cum nihil esset facilius hujus loci emendatione, fuerunt tamen ecce qui *ruina*, pro, *ruinae*, supponendo, & totam periodum aliter interpungendo, nescio quod monstrum lectionis, se quidem dignissimum, sed Curtio parum dignum, nobis peperere, stultividi homines. MODIUS.

Donis] Imo vero *bonis.* FREINSH. Recte Freinshemius, *bonis.* HEINSIUS.

Patere apud regem] Quis scit, an non & hic ultimae voces *apud regem* additiitiae? nihil iis quidem video opus, & timide tamen alienas affirmarim. ACIDALIUS.

Titulum officii praeferens] Hae sunt detestandae artes perfidorum & insidiatorum, ut sollemne officium occulto sceleri praetexant ficto obsequio, ficta fronte, crocodyli lacrimis eum, cui insidias tendunt, nihil tale exspectantem perdant. Sic Abner à Joab occisus est simulatione blandae salutationis. Spitamenes ab uxore simulato captus est obsequio apud nostrum l. VIII. Dion circumventus & interfectus est à Callicrate simulatione officii. Treveris fuit simulatum obsequium erga Voculam, quo incautiorem opprimerent apud Tacit. IV. Hist. verissimum de his Ciceronis effatum l. I. in Verrem: *Nullae sunt occultiores insidiae, quam quae latent in simulatione officii, aut in aliqua necessitudinis nomine. Nam eum qui palam est adversarius facile cavendo vitare possis. hoc vero occultum, intestinum, domesticum malum non modo non exsistit, verum etiam opprimit, antequam perspicere, atque explorare potueris.* LOCCENIUS. *Officii.* Simile de Caesaris nece Sueton. c. 82. *Assidentem conspirati specie officii circumsteterunt.* FREINSH. *Titulum sollemnis officii.* Sub specie obeundi consueti officii nefarium scelus occulte tegebat. Sic etiam Justin. de Olympiade l. XI. c. 7, 10. *cum titulo officii ad exsequias cucurrisset*, idem l. I. c. 10, 16. *transfugae titulo Babylonem proficiscitur.* in his *titulus* praetextum sonat, & externam speciem. CELLAR.

Aderat praeferens] Ita vulgo quidem, sed legendum *aderant*, & *praeferentes*, nam sic habent. Dan. Bong. & antiquissimae membranae Florentinae,

qua-

[1] eundum dato, currum priſtino more conſcendit. [2] Nabarzanes ceterique par- 13
ricidae procumbentes humi, quem paullo poſt [3] in vinculis habituri erant, [4] ſuſtinuere venerari, lacrimas etiam poenitentiae indices profuderunt. adeo humanis ingeniis parata [5] ſimulatio eſt. Preces deinde ſuppliciter admotae, [6] Da- 14
rium, natura ſimplicem & mitem, non credere modo quae adfirmabant, [7] ſed
etiam flere coëgerunt. [8] Ac ne tum quidem cogitati ſceleris poenituit, quum 15
intuerentur, qualem & regem & virum fallerent. Ille quidem ſecurus periculi quod inſtabat, Alexandri manus, quas ſolas timebat, effugere [9] properabat.

VARIANTES LECTIONES.

1 B. 1. *eundem* Voſſ. 2. *eum.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *Artabazus* in F. exſcalptum. 3 Pal. 1. omittit *in vinculis.* 4 Col. *ſuſtinere.* 5 Fl. *ſimulatione preces.* 6 Voſſ. 2. Pal. 1. omittunt *Dar. nat. ſimpl. & mit. n. cred. modo.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *ſed flere etiam* Pal. 1. *ſed etiam flere omnes* Voſſ. 2. *fere omne* omiſſo *ſed etiam.* 8 Voſſ. 1. *ac nec* Voſſ. 2. *at ne.* 9 Voſſ. 1. *operabat.*

quarum excerpta mecum communicavit eruditiſſimus Nicol. Heinſius. GRONOVIUS ad Senec. Controverſ. 13.

Qualem & virum] Cicero apud Dionem l. XLV. c. 5. *tanto* (Antonius) *majore odio dignus eſt, quod vos homines tanta bonitate injuriis laedere non deſinit.* FREINSH. Regem mitem & generoſum, offenſarum oblivifcentem, virum bonum, & natura ſimplicem, ſimulatae poenitentiae ſincero adfectu credentem. CELLAR.

CAPUT XI.

Inſidiae proditorum Dario aperiuntur. qui Graecorum praeſens tutumque reſpuit auxilium; paratus perire, ſi ſalvum eſſe nollent ſui milites.

[1] Patron autem, Graecorum dux, [2] praecepit ſuis, *ut arma, quae in ſarcinis* 1
antea ferebantur, induerent; ad omne imperium ſuum parati & intenti. Ipſe 2
currum regis ſequebatur, occaſioni imminens adloquendi eum: quippe Beſſi facinus praeſenſerat. ſed Beſſus, [3] id ipſum metuens, cuſtos verius, quam comes, à
curru non recedebat. Diu ergo Patron cunctatus, ac ſaepius ſermone [4] revo- 3
cato,

VARIANTES LECTIONES.

1 Ald. *Patro* ſic ſemper. 2 Fl. Voſſ. 1. Bong. *praecipit.* 3 Mer. omittit *id.* 4 Fl. Leid Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Ald. Col. Frob. Mer. Elz. Amſt. *revocatus.*

Patron] Fallit Virum doctum (Raderum) memoria, cum negat apud alios ſcriptores hujus mentionem eſſe, quapropter opus eſt eum etiam in adſignanda ejus rei cauſſa falli. Meminit enim Arrianus III, 3, 15. quamquam *Paronem* pro Patrone vocet; Phocenſem patria fuiſſe, ex eodem auctore diſcimus. FREINSH.

In ſarcinis] Tamquam omnibus ad iter potius fugamque, quam ad proelium paratis. Nec enim fere expediebantur, hoc eſt, ex ſarcinis atque tegminibus proferebantur, aptabanturque arma, quam ubi proelium ſperaretur. De quo more Lipſium in Analect. ad Milit. Roman. dial. 2. vide. Sic ergo & alia hujus auctoris loca capienda. ut ſupra III, 8, 25. *itineri quam proelio aptiores erant, raptimque arma capiebant.* & de Alexandri militibus in tranſitu Tigris ſupra IV, 9, 19. *cumulis ſarcinarum paſſim fluitantibus rex monet, ut ſatis haberent arma retinere:* tamquam quae & ipſa inter ceteras ſarcinas erant. Idque magis etiam intelligetur ex Xenophontis loco lib. IV. Ἀναβασ. ubi ſimiliter de fluvii tranſitu: *In hoc conatu quum aqua mamillas ſuperaſſet, ac flumen propter ingentia ſaxa, eaque lubrica, eſſet aſperum; armaque in aqua geſtari non poſſent, quod flumen eos abriperet: ac ſi quis in capite geſtare vellet, nudos incedere adverſus ſagittas & tela reliqua oporteret; retroceſſerunt.* Atque hinc ex contrario cognoſcitur quid ſit *itineri ſimul & proelio paratum eſſe:* nempe armis non in ſarcinas colligatis, ſed aptatis corpori, & ad congreſſum paratis iter facere. IDEM.

Revocato, inter] Ita ſcripſi, de certiſſima conjectura, cum in libris eſſet *revocatus*, quod praeter mentem Curtii eſſet. neque enim hoc vult dicere, fuiſſe retentum ſermonibus aliorum Patrona: ſed illud potius, ferendo ſubinde alium, atque

cato, inter fidem[1] timoremque haesitans, regem intuebatur, qui ut tandem [2] ad-
4 vertit oculos, [3] Bubacen spadonem inter proximos currum sequentem *percontari* jubet, *numquid* [4] *ipse velit dicere*. Patron, [5] *se vero, sed remotis arbitris, loqui velle cum eo* respondit. [6] Jussusque *propius accedere*, sine interprete, nam haud
5 rudis Graecae linguae Darius erat; *Rex*, inquit, [7] *ex L. millibus Graecorum superfumus pauci*, [8] *omnis fortunae tuae comites; & in hoc tuo statu* [9] *iidem, qui florente te fuimus: quascumque* [10] *sedes elegeris, pro patria & domesticis rebus* [11] *peti-*
6 *turi. Secundae adversaeque res tuae copulavere nos tecum. Per hanc fidem* [12] *invictam oro &* [13] *obtestor, in nostris castris* [14] *tibi tabernaculum statue, nos* [15] *corporis tui custodes esse patiaris.* [16] *Amisimus Graeciam; nulla Bactra sunt nobis; spes omnis in te,* [17] *utinam & in ceteris esset. Plura dici non adtinet. custodiam corporis* [18] *tui*
7 *externus & alienigena non deposcerem, si crederem alium posse praestare.* Bessus, quamquam erat [19] Graeci sermonis ignarus, tamen stimulante conscientia indicium

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *timorumque*. 2 Pal. 1. Ald. Elz. Amst. *avertit*. 3 Sic MSS. 4 Pal. 1. *ipsi*. 5 Ald. Col. Mer. Bas. *vero se*. 6 Voss. 2. *jussus*. 7 P. *quinquaginta mille* F. *quinquaginta millia* hic spatium vacuum, dein *Graecorum* Leid. Voss. 1. *LB*. 8 D. *oms* Fl. Leid. Voss. 1. 2. & alii *omnes*. 9 Leid. Voss. 1. D. *idem*. 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *terras* Bong. *terrae*. 11 Mer. *perituri*. 12 Col. *invictum*. 13 Leid. Voss. 1. *optestor*. 14 Bong. *tabern. tibi*. 15 P. *cust. corp. tui*. 16 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. *omisimus*. 17 Voss. 2. omittit *utinam* Pal. 1. *ut*. 18 Voss. 2. omittit *tui*. 19 Voss. 1. *Graecis*.

que alium sermonem captasse occasionem secreto cum Dario colloquendi. MODIUS. *Revocato*. Sic olim legendum conjeceram, & postea expressum vidi in uno Elzeviriano posteriore: nescio quid sibi velint alii *sermone revocatus*. at *revocato sermone* est, cum saepe dicturus toties se repressisset, vocemque jam prodire volentem quasi reprehendisset. FREINSH.

Bubacem] An è Bubacene natum? multi enim peregrini à patria nomen traxerunt. Est autem Bubacene Asiae haud procul ab Indis à Polyperconte subacta, ut infra VIII, 5, 2. Curtius docet. RADERUS.

Ipse] Pal. 1. *ipsi*. probe. FREINSH.

Patron se vero, sed remotis arbitris loqui velle cum eo respondit.] Quia dubitare semel coepi & ad Pyrrhonios transii, non credo & isti loco ex sectae lege. Gemina illa & ab auctore esse, *loqui velle cum eo*, non queo mihi persuadere: tu quid statuas, ejicienda an retinenda putes, vide. Quorsum autem retineas, quae cum odio & taedio adsint, cum venustate & suavitate absint? ACIDALIUS. *Loqui velle cum eo*. Acidalius de his quoque verbis dubitat; sed cum sensum habeant, inque omnibus libris reperiantur, & vero si iste mos admittatur, nihil umquam suspicione vacuum sit futurum; merito ferimus. FREINSH.

Quinquaginta] Persarum *copiis* 30000. *Graecorum, mercede conducta, adjecta sunt*, ut supra III, 9, 2. refert Curtius. posset igitur non injuria, cuiquam rem attentius consideranti oboriri suspicio, ut pro *quinquaginta*, *triginta* legendum crederet. POPMA. Si tamen omnes ad Granicum, ad Issum, ad Gaugamela colligas, facile quinquaginta millia conficias. RADERUS. Imo multo plura: quando Leosthenes *Graecos conductitios, qui Persis stipendia fecerant, ad quinquaginta prope militum millia in naves impositos, invito etiam Alexandro in Graeciam incolumes reportavit*. Pausanias lib. VIII. FREINSH.

Terras] Vulgo *sedes*. MODIUS.

Omisimus Graeciam] Iterum vulgo *amisimus*. MODIUS.

Nulla Bactra sunt nobis] Quorum sc. fiducia ineamus adversus te consilium scelestе, jungamusque nos Besso. Pertinent enim haec ad significationem, verum occultam & figuratam, facinoris, quod Bessus agitabat. SCHEFFER.

Et ceteris] Adhuc vulgo, *utinam & in ceteris*. pessime. MODIUS. *In ceteris*. Melius *ceteris*. Utinam & ceteris non alibi nisi in te spes essent sitae. innuit eos, qui rebus novis cum Besso animum adjecerant. Fero tamen & vulgatum, *in ceteris*: quamquam, si quid judico, multo languidior inde sensus exit. FREINSH. Si, ut pessimam, à Cl. Modio condemnatam illam praepositionem *in* observasset Cl. Clericus, non adeo sollicite forsan de emendatione, ut nova, laborasset, quemadmodum facit Judicii c. 10. §. 6. Dissentit tamen doctissimus Heumannus, qui sic in Emendationibus ad Clerici Artem Criticam p. 178. Clericus perperam particulam *in* ejectam vult ex loco Curtii l. V, 11, 6. *Spes omnis in te, utinam & in ceteris esset*. Liquida enim est sententia: Omnem spem nos in te habemus: utinam & in ceteris (Besso, Nabarzane, & militibus tuis, Persis pariter & Bactrianis, qui defectionem

cium profecto Patronem detulisse credebat: & [1] interpretis [2] Graeci relato ser-
mone exempta dubitatio. Darius autem, quantum ex vultu [3] concipi poterat, 8
haud sane territus, percontari Patrona *caussam consilii*, *quod adferret*, coepit. Il-
le non ultra differendum ratus, *Bessus*, inquit, *&* [4] *Nabarzanes insidiantur tibi*,
in ultimo [5] *discrimine & fortunae tuae & vitae. Hic dies aut parricidis; aut tibi fu-* 9
turus ultimus. Et Patron quidem egregiam conservati Regis gloriam tulerat.
[1] Elu-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. *interpreti.* 2 Leid. Voss. 1. 2. Bong. *rel. serm. Graeci.* 3 Vulgo *conspici.* 4 Leid. *Nabazanes* Voss. 2. *Anabarzanes.* 5 Voss. 1. *discriminae.*

ctionem & parricidium moliuntur) parem spem habere possemus! Quod scilicet aut reparare conaturi sint, quae amissa, aut honesta morte defuncturi, quod Darii eo rerum suarum statu erat consilium l. v, 8, 11. Accedit quod Clerici lectioni ipsa Latinae linguae indoles obstet. Dicendum enim fuisset Curtio *spes omnis nobis in te* (scilicet *est*) *utinam & in ceteris esset.* HEUMANN.

Et interpretis Graeci] Atqui sermo, qui referebatur, non fuit interpretis, sed Patronis, isque relatus est opera interpretis Besso. Cogitandum itaque, an non Curtius scripserit, *& interprete*, vel *ab interprete.* Ac potuit vox *Graeci* effecisse, ut glossator, qui nesciebat per eam designari Patrona, conjungeret cum praecedenti *interprete*, ac idcirco corrigeret hanc, faceretque *interpretis.* Nam quod T. Faber in epistolis Criticis sequentia potius *relato sermone* putat emendanda, & mutanda in *remotione*, id vero plane alienum est ab hoc loco. Scilicet si remotione interpretis suspicio praeberi Besso debuit delationis alicujus à Patrone factae, removendus fuit ante, quam Patron deferret. nam post delationem, & cum jam omnia interpres accepisset, frustra removebatur. Nullus itaque hic remotus interpres. Hoc vult Curtius: cum Patron Graece loqueretur cum Dario, Bessum licet imperitum sermonis Graeci, ipsa dictitante conscientia, suspicatum id, quod erat factum; postea suspicionem confirmatam per aliquem ex Persis, peritum sermonis Graeci, qui referebat Besso omnem Patronis sermonem. neque enim interpres hic intelligendus is, qui sic specialiori notione vocatur, sed quicumque linguae utriusque peritus, quales adfuisse plures non est vero dissentaneum, cum Patron allocutus sit Darium, non seorsum & remotis arbitris, sed praesentibus pluribus, quod apparet, quia Bessus quoque & Bubaces adfuere. SCHEFFER. *Interpretis Graeci relato sermone.* At vero *remotis arbitris* & *sine interprete* collocutus cum rege fuerat. unde ergo interpres Graecus? haec ita perplexum habent T. Fabrum, ut substituat, *interpretis Graeci remotione.* Nulla enim, inquit, vehementior Besso caussa esse poterat suspicandi Patronem aliquid adversus se detulisse, quam quod interprete uti noluerat Darius. Vide epist. 51. l. 1. saepius citatam. CELLAR.

Conspici poterat] Quemadmodum ante monui lib. III. legendum; *ut unde nexus inciperet, quove se conderet, nec ratione percipi posset*, non *perspici posset*, quod ibi in scriptis erat: ita vice versa, hoc loco non *concipi*, quod vulgo haesit, sed *conspici* omnino est scribendum, vel meo periculo censeo. MODIUS. Suo periculo censet Modius *conspici* rescribendum, ego pene contra meo, *concipi* retinendum. Valet, intelligi, conjectari. Atque eadem permutatio lib. VI. nam & illic quidam: *is quod ex vultu quoque percipi poterat similis attonito*, ubi plerique tamen, & Modiani *perspici.* ACIDALIUS.

Quod adferret] qui editionibus praefuerunt, legunt, *caussam consilii quod afferret coepit*, adeo ne nunc quidem sapere occipiunt. MODIUS.

In ultimo discrimine & fortunae & vitae] Unius literulae mutatione feceris elegantiora. *in ultimo discrimine es fortunae & vitae tuae.* ACIDALIUS. *Et fortunae.* Non audio Acidalium, qui *es* pro *&* velit: nec in anterioribus potius *concipi* quam *conspici* legendum arbitror: cum enim utrumque recte dicatur, unus puto, librorum consensus est, qui monstrare possit, utrum utri praeferri debeat. FREINSH. Atqui omnium fere hic consensus est in voce *concipi.* nam sic MSS. nostri. D. Pal. 1. Ald. Frob. Amst. Col. Mer. Elz. Bas. quin & ipse in textum recepit Cl. Freinshemius, ut haec in notis transposita potius videantur, ideoque nos suo loco reliquimus.

Tulerat] Hoc est, laturus fuerat, si scilicet paruisset Darius. Hujus formulae aliquam multa in priscis scriptoribus occurrunt exempla. Ammianus XXI. 25. *Si permeato flumine nullum qui resisteret invenisset, absque difficultate penetrarat Euphratem.* & XIX, 13. *ni obstitisset violentior casus, in ipsis tentoriis obtruncarant:* & XXVI, 15. *cuncta confuderat, ni gladio perisset ultore.* Cicero Epist. Famil. 11, 4. *qui se intenderant adversarios in ejus Tribunatu.* Livius XXXIV, 29, 8. *difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quintius &c. supervenisset.* Florus IV, 2, 19. *peractum erat bellum sine sanguine, si Pompejum Brundisii opprimere potuisset. & ceperat. sed &c.* & IV, 3, 2. *& redierat, nisi &c.* Virg. Aen. IV, 603.

- - - *anceps belli fuerat fortuna.*

Tacit. 1, 63, 3. *trudebanturque in paludem &c. ni Caesar productas legiones instruxisset.* Senec. Consol. ad Marc. 1, 6. *detrimentum resp. ceperat, si illum* non

10 [1] Eludant licet, quibus forte [2] ac temere humana negotia volvi agique persuasum est. [3] Equidem aeterna constitutione crediderim, nexuque caussarum latentium, [4] & multo ante [5] destinatarum, suum [6] quemque ordinem immutabili lege per-

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *eludunt videlicet* Voss. 1. *erudan videlicet* Fl. Leid. Voss. 2. *eludant videlicet* & sic D. Ald. Col. 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *ac*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. omittunt *equid. aet. const. crediderim.* 4 Fl. Leid. D. Pal. 1. *ex multo* Bong. omittit *&*. 5 Fl. Leid. *distinatarum* Bong. *destinatorum* Col. *destinatum.* 6 Mer. *quaeque* Voss. 1. *suumque.*

non eruisses. Plin. Paneg. 8, 5. *Temere fecerat Nerva, si adoptasset alium.* Zonaras Tom. 11. pag. 115, 30. εἷλον ἂν τὸν Μαγκῖνον οἱ Χαρχηδόνιοι, ἢ καὶ διέφθειραν, εἰ μὴ &c. Sic Augustin. Tom. 11. pag. 752. a. Præterita subjunctivi sic poni, nihil attinuit notari ab Acidalio: nam id nimis frequens est, nec à ratione loquendi omnino alienum. FREINSH.

Forte temere] Impressi *forte ac temere.* & mox pro *& multo ante*, erat in membranis, *ex multo ante.* MODIUS.

Eludant] Sic plane Livius l. VI. c. 41. *eludant nunc licet, religiones, quid enim est* &c. Simili formula Cicero Paradox. 1. *quamobrem licet irrideat, si quis velit* &c. Adde Liv. l. XXVI. c. 22. FREINSH.

Nexu caussarum latentium] Quae Curtii de fato sententia fuerit, ex aliis etiam locis constat l. IV. c. 6, 17. *inevitabile est fatum.* & l. X. c. 1, 30. *fati inevitabilis sors est.* haec Stoicae disciplinae debuit, quibus gemina habet Seneca, & ipse huic disciplinae addictissimus. epist. 19. *qualem dicimus esse seriem caussarum, ex quibus nectitur fatum.* epist. 77. *rata & fixa fata sunt, atque aeterna necessitate ducuntur.* & mox. *series invicta, & nulla mutabilis ope illigat atque trahit cuncta.* epist. 101. *stat terminus nobis, ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit.* Pari modo Curtius credidit, quamvis proditae fuerint insidiae Dario, non tamen illas declinare potuisse. CELAR.

Eludant licet, quibus forte temere humana negotia volvi agique persuasum est. Equidem aeterna constitutione crediderim nexuque caussarum latentium & multo ante destinatarum suum quemque ordinem immutabili lege percurrere] Aurea verba, non auro comparanda sententia. sed scribe, *suum quaeque ordinem.* quod typographicum hic saltem opinarer, ni in libris reliquis & idem vulgatum mendum. At rectius illud alii, *forte ac temere*, copula inserta. Vereor autem, ne particula etiam una desit, qua cum prioribus verbis locus hic nectatur, ut comprehensio ejusmodi existat. *& Patron quidem egregiam conservati regis gloriam tulerat: Sed eludant licet, quibus forte ac temere h. n. v. a. p. e. e. ae. c. c. n. c. l. e. m. a. d. suum quaeque ordinem i. l. percurrere. Darius ergo respondit* &c. Ubi *ergo* scripsimus pro certe, quod item sequens nexa sic & apta melius ex se oratio. tamen id non pertendo. prioribus & sensu & structura verborum simile quodam modo illud l. IV. *Denuntiato in illum diem periculo, ut arbitrabatur ipse, defunctus: sed, ut opinor, inevitabile est fatum.* in his quoque legitur *conservati regis gloriam tulerat:* explicandum Verbum, laturus erat, ac subintelligendum, si per fata nimirum licuisset. ita enim apte subjecerit opinionem de fatali necessitate suam. ac praeteritae significationis verba pro futuris accipi frequens. ita mox à paucis lineis: *quidquid sors tulisset, inter suos perpeti malle*, valet, latura esset. In eadem caussa alia plura. l. IV. *si saniora consilia tandem pati potuisset, contentus patrio, cederet alieni imperii finibus.* Ibidem *quocumque ille fugere potuisset, ipsum sequi posse.* lib. III. *Persas recentes subinde successuros, si laxius stare potuissent.* lib. VII. *Admonuit, qui literas in Macedoniam ad suos scripsisset, iis quos ipse mittebat, perlaturis cum fide, traderet.* Sueton. Tiber. c. 67. *Similem se semper sui futurum, nec umquam mutaturum mores suos, quamdiu mentis sanae fuisset.* Sallust. Jugurthâ: *Respondit, ubi primum per negocia publica potuisset, facturum sese quae peteret.* Val. Max. lib. IX. c. 3. *Juraret, se cum primum per aetatem potuisset, acerrimum hostem pop. Roman. futurum.* Idem lib. V. c. 3. *Nonne ingeniosum & garrulum populum mutum atque elinguem hac postulatione reddidisset?* Sed haec ubique, si quis advertat, obvia quid hoc loco cumulemus? ACIDALIUS.

Quemque] Merulae editio; *quaeque.* quam lectionem praefert Acidalius, nimirum quia omnia fato regantur. ego communem veram puto, ut ad homines, quorum praecipua in hoc theatro scena est, tantum respexerit Curtius. FREINSH. Alii *suum quaeque*, sed etiam *quemque*, puta hominem, bonum & aptum est. CELLAR.

Immutabili lege] De Fato vide Lipsium Polit. 1, 4. fatis prolixe & accurate differentem. Auctoribus ibi relatis compara Marcellin. XXIII, 11. *Posthabito tamen suasore cautissimo* (non secus atque Darius Curtianus) *fidentius ultra tendebat: quoniam nulla vis humana vel virtus meruisse umquam potuit, ut quod praescripsit fatalis ordo, non fiat.* Aurel. Victor. in Numeriano: *Arduum fatalia devertere: eoque futuri notio superflua.* Senecam Suasor. III. *Hoc Cestius diligenter divisit. dixit enim, deos rebus humanis non interponere arbitrium suum. si interponant, voluntatem eorum ab homine non intelligi: ut intelligatur, non posse fata revocari. Si non sint fata, sacra profutura: si sint, non posse mutari.* ex Homer. Od. III. vs. 147.

Οὐ γὰρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων.
Non etenim divum mens vertitur aeternorum.

Herodot.

percurrere. Darius certe respondit; *quamquam sibi Graecorum militum fides nota* 11
sit; numquam tamen à popularibus suis recessurum. difficilius sibi esse damnare, [1] *quam decipi. quidquid* [2] *fors tulisset, inter suos perpeti malle, quam transfugam fieri.* [3] *Sero se perire, si salvum esse* [4] *sui milites nollent.* Patron [5] desperata [6] salute re- 12
gis, ad eos, quibus praeerat, rediit; omnia pro fide experiri paratus.

Variantes Lectiones.

1 Voss. 1. *non.* 2 Alii *fors.* 3 Bong. praeter B. 1. *Se perire sero* & sic Voss. 1. Leid. omittit *se perire.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *milites sui.* 5 Voss. 1. *desperate.* 6 Leid. Voss. 1. 2. Bong. *regis salute.*

Herodot. III, 43. *intellexit non posse praestare hominem, ut alterum hominem fato impendenti eripiat.* Val. Max. I, 6, 10. *Octavius consul dirum omen quemadmodum timuit, ita vitare non potuit.* Plutarch. Camillo cap. 17. *considerato, fatum inevitabile esse.* Apulej. pr. lib. IX. *nihil fortuna renuente licet homini nato dexterum provenire: nec consilio prudenti, vel remedio sagaci divinae providentiae fatalis dispositio subverti vel reformari potest.* Adde eumdem lib. de Mundo, pag. 75. FREINSH.

A popularibus] Neque id sine ratione: nam eo facto maximopere eos offendisset: &, ut seq. cap. loquitur, *parricidio excusationem obtulisset.* Nam quanta cum invidia res ista conjuncta fuerit, satis apparet ex eo, quod infra VI, 4, 9. Nabarzanes non aliud magis praetexit facinori. Sic & Macedones infra X, 4, 5. nihil molestius tulerunt, quam regem custodes corporis ex Persis delegisse. Sertorium multi, qui cum eo fugerant, Romani postea deseruerunt *hac praecipue caussa, quod is custodes à Celtiberis undique acciverat, & Romanis à corpore amotis, eorum loco exteris se crediderat. Non enim milites aequo animo perferre poterant, se infidelitatis ab eo argui.* Appian. lib. I. Civil. FREINSH.

Sero se perire] Similiter Scipio apud Livium XXVIII, 27, 9. *Equidem si totum exercitum meum mortem mihi optare crederem, heic statim ante oculos vestros morerer &c.* ad quem locum nos ex Isocrate, Cicerone, Seneca, Plutarcho, Cassio, aliisque plura. Gruterus ad ista Sueton. Calig. LVI, 2. *sponte se periturum, si & illis morte dignus videretur.* Tiberius, qui inter initia imperii *quoties casus ita tulisset precari solitus est, tantum sibi vitae & imperii tempus, quantum reip. conduceret:* postea quoque accusato Lentulo, quasi vitae principis insidias strueret; *vita se jam dignum amplius negavit, ubi Lentulus quoque ipsi infensus esset.* Dio lib. LVII. Idem apud Tacit. VI, 2, 5. *neque sibi vitam tanti, si armis tegenda foret.* Gelon comperta conjuratione armatus in concionem ascendit, mox exutis armis, dedere se vitamque suam universis dixit, occiderent, si ita videretur. Aelian. Hist. Var. XIII, 37. Sic Eumenes apud Justin. XIV, 1, 12. *salutem suam in omnium potestate esse.* FREINSH.

Si salvum esse milites sui nollent.] Certo hic vox *milites* inculcata. Non debuit addi perpera glossa: quae recte exulat alibi. Paullo ante: *Quidquid fors tulisset, inter suos perpeti malle, quam transfugam fieri.* Nec multo post: *Sed eo rerum ventum erat, ut tam periculosum esset non credere suis, quam decipi.* ACIDALIUS. *Milites.* Posset quidem abesse haec vocula, sed cum in omnibus libris compareat, nec laedat sententiam, aut structuram verborum, quis spuriam cum Acidalio pronuntiet? FREINSH.

Caput XII.

Bessus Darium fictis verbis & lacrimis delusum comprehendit; aureisque vinctum compedibus in sordido vehiculo ad Alexandrum deduci curat.

At Bessus occidendi [1] protinus regis impetum [2] conceperat. sed veritus [3] ne 1
gratiam Alexandri, [4] ni vivum eum tradidisset, inire non posset; [5] dilato in [6] proximam noctem sceleris consilio, agere gratias incipit, *quod perfidi hominis insi-*

Variantes Lectiones.

1 Bong. *protenus.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *ceperat.* 3 Ald. *ne non gratiam.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *nisi vivum.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. D. *delato.* 6 Voss. 2. *proxima nocte.*

Impetum ceperat] Adhuc impressi, *conceperat.* MODIUS. An *ceperat?* quomodo & alibi non semel legitur. FREINSH.

Agere gratias incipit] Et hic perfidae simulationis exemplum in Besso occurrit, *suum flagitium aliis objectare.* ut loquitur Tacitus, II Hist. de quo plura exempla notavit Muretus, lib. I. Var. lect. cap. 12. & sic,

insidias, jam Alexandri opes spectantis, prudenter cauteque vitasset. donum eum hosti
2 *laturum* [1] *fuisse regis caput. nec mirari, hominem mercede conductum omnia habere ve-*
nalia: sine pignore; sine lare; terrarum orbis exsulem; ancipitem hostem; ad [2] *nutum*
3 [3] *licentium* [4] *circumferri.* [5] Purganti deinde se, [6] *deosque patrios testes fidei suae*
[7] invocanti, Darius vultu [8] adsentiebat, haud dubius, [9] quin [10] vera [11] deferren-
tur à Graecis; sed eo rerum ventum erat, ut tam periculosum esset non credere
4 suís; quam decipi. [12] xxx. millia erant, quorum inclinata in scelus levitas time-
batur; [13] iv. millia [14] Patron hábebat: quibus si credidisset salutem suam, damna-
5 ta popularium fide, [15] parricidio excusationem videbat offerri. Itaque praeopta-
bat immerito, quam jure violari. Besso tamen insidiarum consilium purganti re-
spondit; [16] *Alexandri sibi non minus justitiam, quam virtutem esse* [17] *perspectam.*
Falli eos, qui proditionis ab eo praemium exspectent: violatae fidei neminem acriorem
6 *fore vindicem ultoremque.* Jamque nox [18] adpetebat, quum Persae more solito
armis positis ad necessaria ex proximo vico ferenda discurrunt. At Bactriani, ut
7 [19] imperatum [20] erat à Besso, armati stabant. Inter haec Darius *Artabazum acciri*
jubet; [21] expositisque, quae Patron detulerat, [22] *haud dubitare* Artabazus, *quin*
[23] *transeundum esset in castra Graecorum. Persas quoque periculo vulgato sequuturos.*
8 Destinatus sorti suae, & jam nullius salubris consilii patiens, unicam in illa fortu-
na opem Artabazum ultimum illum visurus amplectitur; [24] perfususque mutuis
lacrimis, *inhaerentem sibi avelli* jubet: *capite deinde velato*, ne inter gemitus di-
gredientem velut [25] à rege [26] intueretur; in humum pronum corpus [27] abje-
cit.

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *fuisset.* 2 Voss. 1. *mutum.* 3 Voss. 1. *licencium* Pal. 1. *lic:entium.* 4 B. 2. *circumferarque* Voss. 1. *circumfer.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Ald. Col. Mer. Bas. *arguenti.* 6 Voss. 2. *deos patrios* Voss. 1. *deosque patrias.* 7 B. 1. *invocati.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & multae editt. *adsentiebatur.* 9 Voss. 1. *in.* 10 Voss. 2. Pal. 1. omittit *vera.* 11 Pal. 1. Voss. 2. *desereretur.* 12 Leid. *XXX.* B. 2. *XXV.* Pal. 1. *trecenti* Voss. 2. etiam omittit *millia.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. *IIII.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. D. & Bong. praeter B. 1. omittunt *Patron.* 15 Ald. *paricidio* P. *paricidium.* 16 Voss. 2. *Alexander.* 17 sic D. in margine. MS. p. L. Heins. *perfectam* Voss. 1. etiam *perfectam* in margine *perspectam* Voss. 2. omittit. 18 Mer. *apparebat.* 19 Frob. *impetratum.* 20 Fl Leid. Voss. 1. D. *à Besso erant* Bong. *à Besso erat.* 21 Voss. 2. omittit *que.* 22 Voss. 1. *aut.* 23 Voss. 2. *in castra Graecorum transeundum esset.* 24 Voss. 1. F. *perfusisque.* 25 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Bas. Lugd. Frob. Col. Amst. *à rogo.* 26 Ald. *intuerentur.* 27 Pal. 1. *adjecit.*

---- *Quum magna malae superest audacia caussae,*
Creditur à multis fiducia.
ut loquitur Juvenalis Sat. xiii. LOCCEN. Scelus, quod ipse conceperat, in Patronem defert, quasi propter peregrinitatem suspectum. CELLAR.

Purganti deinde se] Membranae *arguenti deinde se.* quod unde sit nihil scio, nisi nescio. MODIUS.

Assentiebatur] *Assentiebat* vulgo, & mox etiam, ubi itidem est *videbat offerri*, habebant membranae, *videbatur*, quomodo si legas non *offerri* sed *offerre* scribe. MODIUS.

Triginta millia] Totus igitur exercitus erat, ne Graecis quidem exclusis v, 8, 3. Quid si rescribamus *tria millia*, ut de Bactrianis intelligatur. nam ceteros innocentes fuisse n. 6. & 7. probant. SEBISIUS. Huic ne adsentiar, facit quod tota ista argumentatio concideret, qua Darium Curtius ostendit noluisse paucorum societatem amplecti, multo pluribus neglectis offensisque. Quod autem triginta potius millia, quam triginta tria & trecentos nominavit (ad eum enim numerum superiori loco relata ratio consurgit) more consueto auctorum fecit, qui rotundo numero uti gaudent. Graecis autem exceptis tamen adhuc triginta millia barbarorum fuisse, & supra ad v, 8, 4. ostendimus, & hoc etiam loco adjuti evidenter confirmare possumus. FREINSH.

More solito] Nec Parthis patrium, aut consuetum fuisse noctu pugnare, Plutarch. in Crasso cap. 57. tradit. Cujus locum huic nostro comparat Brisson. l. iii. de regno Pers. FREINSH.

Perfusisque mutuis lacrymis] Ita scribo, ex Coloniensis libri auctoritate. Sigebergensis habebat *perfusique*, editiones *perfususque*, omnes tolerabiliter. MODIUS. Levior haec emendatio, ut *perfususque* legatur, aut *profusisque*, sed illud magis, quod & habent editiones. ACIDALIUS. Rutgersius *profusisque* legendum censet l. iii. Var. Lect. c. 4.

Capite velato - - - velut à rogo intueretur] Et vero miserabiliter scriptum, lector, & lacrimas mecum

cit. Tum vero [1] custodiae ejus adsueti, quos regis salutem vel [2] periculo 9
[3] vitae tueri oportebat, [4] dilapsi sunt; [5] cum armatis, quos jam adventare
credebant, haud rati se futuros pares. Ingens ergo in tabernaculo [6] solitudo
erat, paucis spadonibus, quia quo discederent, non habebant, circumstantibus
regem. At ille remotis arbitris, diu aliud atque aliud consilium animo volutabat. 10
Jamque solitudinem, quam paullo ante [7] pro solatio petiverat, perosus; *Buba-*
cen vocari jubet. quem intuens, *Ite*, inquit, *consulite vobis*, *ad* [8] *ultimum regi* 11
vestro,

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. *custodia.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Col. Bas. Mer. Elz. alii *periculis* 3 Pal. 1. *vide* Voss. 1. *m.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Bong. *delapsi.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. *tum armatis* vulgo *armatis.* 6 Mer. *solicitudo.* 7 Voss. 2. P. omittunt *pro solatio.* 8 Pal. 1. *at regi* omisso *ultimum.*

cum non tenes scio. sed cum humanae miseriae indolueris satis, & Darii vicem tuo etiam gemitu sublevaveris, absterge oculos atque attolle, ut videas ac dispicias, sincerane verba ista: *digredientem velut à rogo:* quae ego apta non negem plane, neque eo minus à nasutulo aliquo interpolata constanter ausim affirmare. De rogo sit aliquid, atque ipse scio, quid dici, quid interpretari, quî defendi possit: verum enim vero Curtius aliter scripsit. ac vera lectio non diu quaesita: feliciter inventa nobis. Nam vel quovis sacramento contenderim, ita rescribendum: *Capite deinde velato, ne inter gemitus digredientem vel à tergo intueretur, in humum pronum corpus abjecit.* haec Curtii mens, hic Darii adfectus, qui abeuntem amicum nec à tergo sustinebat intueri. Quod qui non assentietur mihi, sensu carentem humanitatis, & adfectus omnis expertem, non hominem profecto, sed stupidum stipitem appellabo. Non parvi emendatio haec momenti, in qua merito placeam mihi, si φιλαυτὸς haberi velim. ACIDALIUS. Certe placet emendatus Acidalii calamus *velut à tergo.* RADERUS. Fatuum illud, *velut à rege*; nec magis profecto falsum, *vel à tergo*, quo juveniliter se effert Acidalius. Unica & vera lectio est à libris Modii: *velut à rogo:* quam ille frustra traducit. & miror, potuisse in partes Raderum trahere. De Artabazo loquitur digrediente ab Dario: quomodo? non tamquam à rege, ne quidem ut à vivo, sed velut à funere aut rogo vel busto, inter gemitus & lacrimas. Ex ritu antiquis usitato. Tibullus: *Et fleat effusis ante sepulchra comis.* Petronius, cum *lacrimarum ubertim manantium* & aniculae *fletu confusae*, mentionem fecisset: *Quid vos in cellam meam tamquam ante recens bustum venistis? utique die feriarum, quo etiam lugentes rident.* Hoc non est aliquid quod dici, qui interpretari, qui defendi possit: sed hic est solus & verus Curtii sensus. Nam Darius velavit caput, more etiam inter antiquos usitato, de rebus suis desperantium & quasi fortunae se dedentium, ne intueretur amicum discedentem inter gemitus & lacrimas, sive ominis & religionis caussa, sive quod turpe judicaret cum Tito, quemquam, nedum tam fidum ac probatum, à sermone principis tristem discedere. J. F. GRONOVIUS. lib. II. Observ. c. 12. *Vel à tergo.* Simplex & planus sensus, doctis sic emendantibus. Vulgo *velut à rege*, aut, *velut à rogo*, quasi à se tamquam à funere & busto cum gemitu, & lacrimis discedentem non sustinuerit Darius intueri. Verum & hoc duriusculum est, & à Curtii nativa simplicitate alienum. CELLAR.

Armatis] Alii auctiores, *tum*, vel *cum armatis.* forte non frustrabo inserta vocula, & potest fuisse *tot armatis.* FREINSH. *Cum armatis.* Illud *cum* pretii est nullius. Alii habent *tum:* ex quo Freinshemius conjiciebat *tot.* Ego mallem credere literas numerales hic latere, & fortassis XVM. scribendum esse, ut *quindecim millia* significentur. equidem triginta millia dicuntur supra fuisse, qui in scelus conjuraverant. Sed is numerus variat in libris. sunt qui habent tantum xxv. millia. possunt & illa quindecim millia de solius Bessi manu accipi. quamquam si de illis solis locus accipi deberet, forte rectius scriberetur IIIM. ac fortassis lectio haec verissima, confirmata etiam ex eo, quod in libris quibusdam scriptum repereiretur trecenti. nam tria I. à tribus C. in manuscript. parum differunt. Noster supra c. 8. *tria millia & trecenti equites erant maxime Bactrianorum. Bessus praeerat.* habes ecce tria millia Bactrianorum cum duce Besso, nam trecenti illi hic in rationes non veniunt. Quidquid sit, illud *cum* non aliunde, quam ex literis numeralibus male intellectis, natum, ego quidem firmiter persuasum habeo. SCHEFFER. *tot armatis pares.* Vulgo *cum armatis:* Alii *tum*, quidam abjiciunt particulam. *tot* est ex conjectura Freinshemii, & videtur numerus periodi syllabam postulare, quae aptior vix esse potest, quam *tot.* CELLAR.

Non habebant] Quippe viles apud alios, & contempti, quae inter ceteras caussa Cyrum movit, ut ejusmodi homines sibi fidissimos futuros crederet, si Xenophonti in l. VII. Παιδείας fides habenda. FREINSH.

Perosus] Simile illud Taciti l. II. Ann. c. 31. in extrema anxietate Libonis, *ipsis, quas in novissimam voluptatem adhibuerat, epulis excruciatus.* FREINSH.

Quod

vestro, *ut decebat*, *fide exhibita. ego hic legem fati mei exspecto.. forsitan mireris*, *quod*
12 *vitam non finiam? alieno scelere*, *quam meo mori malo.* Post hanc vocem spado gemitu non [1] modo tabernaculum; sed etiam castra complevit. Inrupere deinde alii, laceratisque vestibus lugubri & barbaro [2] ululatu regem deplorare coepe-
13 runt. Persae, ad illos clamore perlato, adtoniti metu, nec arma capere, ne in Bactrianos [3] inciderent; nec quiescere audebant, ne impie deserere regem vide-
14 rentur. Varius ac dissonus clamor sine duce ac sine imperio totis castris referebatur. Besso & [4] Nabarzani nuntiaverant sui, *regem à semetipso interemptum esse.* plan-
15 ctus eos deceperat. Itaque citatis equis advolant, sequentibus, quos ad ministerium sceleris delegerant: & quum [5] tabernaculum intrassent, *quia regem vivere* spado-
16 nes indicabant, *comprehendi vincirique* [6] jusserunt. Rex curru paullo ante vectus, & [7] deorum à suis honoribus cultus, nulla externa ope admota, captivus servorum suo-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. *tabern. modo* Voss. 1. *modo tabernaculum modo.* 2 P. *ululato.* 3 Voss. 1. B. 1. *incederent.* 4 Fl. Leid. B. 1. 2. *Nabazano* Voss. 1. D. *Nabarzano* Voss. 2. *Anabarzano.* 5 Voss. 2. *in tabernaculum.* 6 Pal. 1. *jusserat.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. praeter B. 1. *Deorum auspiciis ac suis* Voss. 2. *de eorum auspiciis à suis* Pal. 1. 2. 3. B. 1. Ald. Col. Mer. Bas. *deorum auspiciis à suis.*

Quod vitam] forte, *quid.* HEINSIUS.

Alieno scelere malo, *quam meo*] Non temere damnem, etsi suspectum, neque enim sane scelus illis ἀυτοχειρία. & sic uti poterat, ne sic scelestе moreretur, aliena manu, vel hujus ipsius Bubacis. quod sollemne quidem priscis: Atque ut Florus ait. *viri fortes & sapientes in ultimis non suis manibus usi*, *ne violarent manus*, *sed in abolitione sanctissimarum pientissimarumque animarum judicio suo*, *alieno scelere uterentur.* At quid tamen haesito, quin aut sentiam libere, aut proferam, quod sentio liberius? Cordato lectori non diffidam, cui soli probabo vocem excidisse, quam reponimus audacter: *Alieno scelere*, *quam metu meo mori malo.* Id unde? qua auctoritate? Exemplo Curtii ipsius, aut Alexandri, qui lib. III. sic quoque, cum de medici fide & periculo suo anxius deliberaret: *Damnemne medici fidem? in tabernaculo me opprimi patiar? Atqui satius est*, *alieno me mori scelere*, *quam metu meo.* Is viri fortis animus, nec Darii nunc minus quam Alexandri. Illius haec etiam excusatio ad mollem spadonem. Denique Curtium qui novit, imitationem in eo sui ipsius alibi sollemnem & hîc agnoscet: lubenter quidem & cum magna voluptate. ACIDALIUS. Sic Florus l. IV, 7. de Bruto & Cassio illos *alieno scelere* usos scribit. Senec. epist. 70. *Stultitia est timore mortis mori. Venit*, *qui occidat. Exspecta. quid occupas? quare suscipis alienae crudelitatis procurationem.* Ita Scribonia, gravis femina, ad Drusum Libonem, secum agitantem, an ipse sibi consciscеret mortem, an exspectaret ab aliena manu. *Quid te delectat alienum negotium agere.* LOCCENIUS. *Quam meo.* Non audio Acidalium, qui inserta vocula malit, *quam metu meo.* Sane potuisset ita scribere Curtius, sed voluisse, quis monstret? & tamen sic concepta sententia Dario non indigna, ipsa autem structura verborum etiam elegantior. At supra III, 6, 6. de Alexandro sic locutus est, *satius est alieno me mori scelere*, *quam metu meo.* scilicet pro subjectae materiae ratione aliter ibi loqui non poterat: quae hic longe diversa aliam quoque sententiam postulavit. Sic Carthaginenses apud Florum II, 15, 9. *patriam suam malebant hostium manibus*, *quam suis everti.* FREINSH.

Deorum] Post hanc vocem intrudunt libri *auspiciis.* quod videtur ex inepta glossa marginali, volentis explicare quid sint deorum honores, in textum irrupisse. FREINSH.

Externa ope] De hujus quoque loci integritate multum dubito. nec abest multum, quin mutilum pronuntiem &c. Et tamen integer etiam videri locus, si recte capias, possit. *Non admota externa ope*, cujus jam scilicet egebat, à suis plane destitutus. Infra VI, 3, 13. *regem suum etiam externae opis egentem.* ACIDALIUS. Melius tamen illud *nulla externa ope*, cum Berneggero retuleris ad *captivus.* Darius fuit à servis propriis captus, nulla externa ope admota, h. e. ut servi non juvarentur juberenturve ab hostibus. FREINSH. Jure dubitat de hujus loci integritate Acidalius; nec potest explicari, priusquam emendetur. scribe, *nulla externa vi admota.* ut l. VI. c. 7. *quum ab externa vi non tutus modo rex*, *sed invictus*, *intestino facinore petebatur.* Qui ab externa vi non modo jam nihil metuendum haberet, sed etiam quoties metuendum habuisset, virtute superasset. Sic Modiani, sic Dan. sic Florentinus. nisi quod praepositionem adjecimus. Justinus l. X. *adeone vile paternum nomen apud tot numero filios fuisse*, *ut quorum praesidio tutus etiam adversus hostes esse debuerat*, *eorum insidiis circumventus*, *tutior ab hostibus*, *quam à filiis fuerit.* Quamquam & omissa praepositione possis accipere hoc posterius: quem exteri non solum

ſuorum, in ſordidum vehiculum pellibus undique [1] contectum imponitur. Pe- 17
cunia regis, [2] & ſupellex, quaſi [3] jure belli diripitur, onuſtique praeda, per
ſcelus ultimum parta, fugam intendunt. Artabazus cum [4] iis, qui imperio 18
[5] parebant, Graeciſque militibus [6] Parthienen petebat, omnia tutiora parrici-
darum [7] contuitu [8] ratus. Perſae, promiſſis Beſſi [9] onerati; maxime quia ne- 19
mo alius erat, quem ſequerentur; conjunxere ſe Bactrianis, agmen eorum tertio
adſequuti die. Ne tamen honos regi non haberetur; aureis compedibus Darium 20
vinciunt: nova [10] ludibria ſubinde [11] excogitante fortuna. [12] Et ne forte cultu
regio poſſet agnoſci; ſordidis pellibus vehiculum intexerant: ignoti jumenta age-
bant, ne [13] percontantibus in agmine monſtrari poſſet: cuſtodes procul ſeque-
bantur.

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. D. Pal. 3. Col. Mer. *contectus.* 2 Voſſ. 2. *ſupellexque.* 3 Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *belli jure.* 4 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *his.* 5 Voſſ. 2. *parabant* 6 ſic MSS. Pal. 1. Lugd. Bong. *Partienem* P. *Sparthienem* Voſſ. 2. *Parthiam.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. *contuitum.* 8 Voſſ. 2. *raptus.* 9 P. *honerati.* 10 P. *ſubinde ludibr.* 11 Amſt. *cogitante.* 12 Pal. 1. omittit *&.* 13 vulgo *percunctantibus.*

lum fideliter cuſtodiebant, ſed etiam invictum praeſtabant. Sed illud magis placet. GRONOVIUS l. II. Obſerv. c. 12.

Contectum] *Contectus* vulgo, nec multum refert, hoc, an illud ſequaris, niſi quod mox ſequitur. *Sordidis pellibus vehiculum intexerant.* MODIUS. *Pellibus undique contectum.* Haec verba puto ex ſequentibus intruſa inepte, ac ejicienda. Certe ſi hic poſuiſſet Curtius, non debebat paullo poſt tamquam rem novam memorare, quod *ſordidis pellibus vehiculum intexerint.* Legitur quidem in quibuſdam *contectus* in ſuperioribus, ut referri poſſit ad Darium. Sed & illud à ſciolo factum. Nam ſi Darius ita fuit contectus, quid ita hic metuunt, ne forte cultu regis agnoſcatur, & vehiculum quoque contegunt? SCHEFFERUS.

Aureis compedibus] Dio Chryſoſtomus oratione ultima, & Juſtinus v, 11, 4. narrant, hujuſmodi vinculis oneratos etiam, à Cyro Aſtyagen, ab Artaxerxe Cyrum fratrem, Antonius quoque regem Armeniae *Artavaſden fraude deceptum, catenis, ſed ne quid honori deeſſet, aureis vinxit.* ut Vellejus II, 82, 7. refert. POPMA. Vide etiam Schegkl notam ad citatum Velleji locum, & de eodem Armeniae rege Dionem lib. XLIX. Sic apud Marcellin. XXVII, 26. Sapor Arſacem *vinctum cathenis argenteis, quod apud eos honoratis vanum ſuppliciorum aeſtimatur eſſe ſolatium, exterminavit, &c.* Tertullian. de Cultu Feminarum I, 6. reſpiciens ad Aethiopas Macrobios Herodoti III, 23. *Apud barbaros quoſdam, quia vernaculum eſt aurum & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent, & divitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores.* Quem locum illuſtrat alius ex Heliodori Aethiop. lib. IX. ubi de Theagene. & Plutarch. Erotico cap. 9. De Dario & Juſtinus XI, 15, 1. Sic in Appiani Mithridat. rex ille filium cognominem *vocatum ad ſe vinxit aureis compedibus, nec multo poſt necavit.* Adde Dempſterum ad Roſin. Ant. X, 20. Voſſ. ad Vellej. FREINSH. Adde Silium l. XVII. v. 625. de Syphace in triumpho Scipionis ducto:

- - - *auratae ſervabant colla catenae.*

CELLAR.

Caput XIII.

Alexander, audito Darii periculo, ad Persarum exercitum contendit. Bessus autem cum parricidis aliis arma vultumque metuens victoris, Darium, multis confossum vulneribus, relinquit, fugaque sibi consulere conatur.

1 Alexander, audito Darium movisse [1] ab Ecbatanis; omisso itinere, quod [2] pa-
2 tebat in Mediam, fugientem insequi pergit strenue. Tabas oppidum est [3] in Paraetacene [4] ultima: ibi transfugae nuntiant, *praecipitem fuga Bactra petere Da-*

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voss. 1. B. 1. 2. *ab Haecbatanis* Voss. 2. *à Batrianis* Pal. 1. Ald. *à Bactrianis* P. Col. *à Batanis* Frob. *Ecbatanis* F. *ab Ecbathanis* Bas. *Batavis.* 2 Fl. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *petebat.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. *in parte Lacene* Voss. 2. *in parte Latone* Pall. o. *p. Latonae* Mer. & *in parte Lacene* D. Ald. Col. *parte Lacenae* Bong. quem Gruterus vidit *parte Laconae* Frob. Lugd. Amst. *in Paretacene* Col. Bas. *in parte Lacaenae.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *ultima pervenit* vulgo *ultima. quo ubi pervenit.*

Movisse] Sic simpliciter & absolute, ut l. VIII. c. 9. 1. *in Indiam movit.* Sic Silius Italicus l. VII. v. 131.

Irritus incepti movet inde, atque Appula tardo
Arva Libys passu legit.

Quod patebat in Mediam] Monuerat ante nos Glareanus, vulgatam lectionem, quae talis erat: *Alexander audito Darium movisse Ecbatanis omisso itinere quod petebat, in Mediam fugientem insequi pergit strenue.* ferri non posse. Neque enim ut ex Arrian. l. III. constat, ab Ecbatanis in Mediam porro fugit Darius, sed ex Media potius, ut ad Bactrianos se conferret. emendat itaque ille idem Glareanus, *Alexander audito Darium movisse ab Ecbatanis omisso itinere quo petebat Mediam fugientem &c.* non plane pessime, fateor, sed tamen paullo deterius, nisi sciens fallor, quam ut ego, ex Palmerii mei conjectura scripsi. Deterius inquam paullo, & à scripturra vulgata remotius, cum nostrum hoc, si unum *e* in *a* mutes, cetera cum illa plane conveniens sit. MODIUS. Arrianus contra, Alexandrum etiam Ecbatana venisse scribit. ἐλθὼν δὲ ὡς Ἐκβάτανα Ἀλέξανδρος. possis tamen interpretari Ecbatana non civitatem ipsam, sed regionem, quae etiam Ecbatana appellabatur. RADERUS. Alii *petebat.* forsan legendum *parabat.* FREINSH. Alii habent *petebat*, ex quo Freinshemius facit *parabat*; sed *petebat* rectum est. in omissa, post *petebat*, distinctione caussa est difficultatis. Nam voces *in Mediam* non referri debent ad *petebat*, sed ad antecedens *omisso itinere.* locus sic scribendus. *Omisso itinere, quo petebat, in Mediam.* SCHEFFERUS. Obscurior videtur locus ex correctione Cl. Schefferi, quem etiam sic vix assequor, & sane melior, clarior certe sic foret Glareani, de qua Modius. Freinshemii aptior, quam etiam adprobat Nob. Heinsius.

Tabas] Justinus l. XI. *Tharam, vicum Parthorum.* vocat. LOCCEN. *Tabas oppidum est.* Quae malum! hae Tabae hic in Media, vel Paraetacene? nullae Tabae in his oris. Tabas ego ternas lego apud Stephan. unae sunt Lydiae, aliae Cariae, tertiae Peraeae in Syria, nullae in Media. Proinde vere Glareanus *Ragas*, non Tabas, suffragante etiam Arriano legit. Ragas etiam Stephanus laudat. Πόλις ἐν Μηδίᾳ ἐκτισμένη ὑπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος ἐκαλεῖτο δὲ Εὐρωπὸς, μετωνομάσθη δὲ καὶ Ἀρσάκη ἀπὸ Ἀρσάκου βασιλέως Περσῶν. *Civitas est Mediae, condita* (vel potius instaurata) *à Seleuco Nicatore, appellabatur & Europus, & Arsace, ab Arsace Persarum,* (imo Parthorum) *rege.* Polybius tamen Tagas in Hyrcania ponit. est & Ragarum mentio in historia Tobiae c. 3. *Soror filia Raguelis in Rages civitate Medorum.* Strabo l. II. *Est & Apamea & Heraclea urbes apud Ragas.* Deinde nomenclaturam subjicit vocis. τοὔνομα δὲ ταῖς Ῥάγαις ἀπὸ τῶν γενομένων σεισμῶν γενέσθαι φασὶν, ὑφ' ὧν πόλεις τε συχναὶ καὶ κῶμαι δισχιλίαι, ὡς φησὶ Ποσειδώνιος, ἐτράπησαν. Ragas Alexander undecimis castris, hoc est XI. diebus, pervenit, uti Arrianus tradit, & Plutarchus exposuit, undecim inquit diebus tria millia trecenta stadia confecit, hoc est milliaria nostratia tria supra centum. Singulis diebus redduntur undecim milliaria cum stadiis quaternis. RADERUS. *Tabas.* Non ausim adfirmanti Radero credere, vere emendare Glareanum *Ragas.* praeterquam enim quod ea Mediae urbs non *Ragas* nominatur recto casu, sed *Rhagae*; etiam supra veri fidem non est, aliam ibi fuisse, *Tabas.* nec sane multum ad rem facit, quod Stephanus tres hoc nomine urbes alibi, nullam in Paraetacene nominet. Scribit quidem Arrianus III, 4, 16. Alexandrum Rhagas pervenisse, sed in tota ista narratione saepius à Curtio diffidet, ut hunc ex illo corrigere non satis tutum sit, aut integrum. Mox pro *praecipitem* ponerem *praecipite.* FREINSH. Glareanus *Ragas* substituit invitis, qui à libris non temere discedunt. Stephano *tres* sunt *Tabae*, in Lydia, in Caria, καὶ τρίτη τῆς Περσίας, sequor Holstenium, qui Παραιτακηνῆς reponit, ut eadem urbs sit, quam Polybius Excerpt. XXXI. vocat Τάβας τῆς Περσίδος. CELLAR.

Paratacene] Membranae *Parte Lacenae* pessime, uti

Darium. Certiora deinde cognoscit ex [1] Bagysthene [2] Babylonio, [3] *non equidem* 3
vinctum regem, *sed in periculo esse aut mortis*, *aut* [4] *vinculorum.* Rex ducibus con- 4
vocatis; *maximum*, inquit, *opus*, *sed labor brevissimus superest*; *Darius haud pro-*
cul destitutus à suis, [5] *aut oppressus. In illo corpore posita est* [6] *victoria nostra: & tan-*
ta res celeritatis praemium. Omnes pariter conclamant, *paratos* [7] *ipsos sequi*; 5
nec

Variantes Lectiones.

1 Ald. Frob. *Bagistene* Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. Lugd. Mer. *Bagistane* Voss. 2. *Bagistone* Col. Bas. *Bagisthene.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. praeter P. *Babyloniae.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. D. & Bong. praeter F. omittunt *non.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *vinculorum adfirmabat.* 5 vulgo edunt *aut vinctus aut oppr.* alii *aut oppressus est* Voss. 2. *erat oppressus.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *nostra victoria.* 7 Sic MSS. D. Pal. 1. Ald. sed. Mod. *ipsum.*

uti post in reliquis vulgati libri, cum legunt, *Tabas oppidum est in Paretacene ultima: quo ubi pervenit, ibi transfugae &c.* quis enim, per Deos, non continuo videat illa, *quo ubi pervenit*, glossema imperiti alicujus Sycophantae esse? MODIUS. Παραιτάκα, inquit Stephanus, πόλις Μηδικὴ, τὸ ἐθνικὸν Παραιτακηνὸς, *Paraetace urbs Mediae*, *gentile Paraetacenus.* sicut & regio Paraetacene. Ejusdem regionis mentio apud Strabonem l. 11. qui Παραιτακηνὴν appellitat. Ineptissimae quaedam chartae pro Paraetacene praeferunt Portae Lacenae. Morboniam petant hi calami. Arrianus *Paritacas* vocat ab Alexandro primo impetu captas. RADERUS.

Megistane Babyloniae] Scribe *ex Bagistane Babylonio*, & vide quae de eodem scribit Arrian. l. III. extr. MODIUS. Varia hujus nominis scriptura est. Nam alii atque alii codices habent *Bogisthene*, *Bagistone*, *Bagisthane Babylonio*, Modii *Megistane Babyloniae*, quam ipse scripturam emendat, & *Bagistane Babylonio* rescribendum monet. Atqui Arrianus *Bisthanem* appellat. ὡς δὲ ἀπεῖχεν Ἐκβατάνων ὅσον τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν, ἐνταῦθα ἀπήντα αὐτῷ Βισθάνης ὁ Ὤχου παῖς τοῦ πρὸ Δαρείου βασιλεύοντος Περσῶν. Bisthanes ergo dictus est, non Bagisthanes, vel Bagostenes, vel Bagisthenes, vel Megisthanes. RADERUS. *Bagysthene.* Rectum videatur hic cum Radero sequi Arrian. III, 4, 12. qui Bisthanem hunc appellat, Ochi, qui ante Darium regnaverat, filium. Sed sunt quae dissuadent, tum, quod modo dixi, perpetuus fere horum auctorum in ista narratione dissensus: tum etiam quod hic additur *Babylonio*, quod cur illi Bisthani tribui debeat, docendum erat: Raderus *Megisthane* edidit: atque ita Modii codices habuisse affirmat. Certe Brisson. l. 1. de reg. Pers. p. 134. *Megistanem Babylonium* hic reperit, atque sic Persarum Parthorumque proceres purpuratosque interdum appellari, non paucis Graecorum Latinorumque scriptorum locis ostendit. Supra etiam V, 1, 20. habuimus *Bagophanem Babylonium*, quo & ipso loco dubitabam, an Megistanem legi rectius foret, cum aliae edd. *Bagistanem* habeant. Est & *Megistanum* mentio in Syrac. XXIII, 19. ἀνὰ μέσον τῶν Μεγιστάνων συνεδρεύσεις. *nam inter purpuratos considebis.* Item in adjunctis Eusebianis: Μετὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν διαιροῦντες τὴν βασιλείαν οἱ Μεγιστᾶνες αὐτοῦ: *Post Alexandri vero finem dividentes imperium proceres ejus.* Et aliquanto post: Καὶ εἰσῆλθον οἱ Μεγιστᾶνες Ναβουχοδονόσορ εἰς τὴν πόλιν: *Et ingressi sunt Megistanes Nabuchodonosoris urbem* Hierosolyma. Inter Latinos est & Frontinus Strategem. II, 9, 5. *in quemdam ex Megistanis* (Armeniis) *quos ceperat, animadvertit.* FREINSH.

Non equidem] Ita est omnino legendum. membranae tamen illud *non* non habent. Arrianus praeterea diserte nuntiasse hoc Alexandro Bagistanem refert, vinctum à Besso Darium servari. Verum, ut monui antea, quidquid dicant, legendum est, ut excusum vides. & alioquin non est novum, dissentire ab Arriano Curtium. de cetero in vulgatis libris erat: *non equidem vinctum regem*, *sed in periculo esse aut mortis aut vinculorum affirmabat.* Sed hoc *affirmabat* ex glossa irrepsisse non cunctanter affirmo. MODIUS. Contendunt nonnulli particulam *equidem*, non nisi cum prima persona jungi. Curtius hic aliud docet, & accipitur pro affirmatione. *non equidem*, non sane vinctum esse Darium adhuc, sed in periculo esse, ne vinciatur, aut occidatur. hic autem Bisthanes nuntiavit Alexandro, cum à Dario nondum vincto digressus est. RADERUS. Exempla ex Cicerone dabunt Gifanii observationes. Sic *equidem* non ponitur pro *ego quidem*, sed pro *& quidem.* vide Tursell. de part. LL. à Cl. Zwarzio edit. p. 122.

Superest] Haec ita edidimus volentibus bonis Codd. & egregio sensu. Ipsum quippe Darium vocat maximum opus, & brevissimum laborem eadem figura, qua infra VII, 5, 36. *Spitamenes eum* (Bessum) *tenebat*, *collo inserta catena*, *tam barbaris*, *quam Macedonibus gratum spectaculum.* Hic loquendi modus paullo ignotior, corrupit hunc locum, quem prae manibus habemus: itidem ut alium Livii, quem ad Flor. IV, 2, 81. l. emaculavimus. FREINSH.

Aut oppressus] Adhuc impressi: *aut vinctus*, *aut oppressus.* Sed illud dicit, qui hoc dicit. MODIUS.

nec labori, *nec periculo* [1] *parceret.* Igitur raptim agmen curſus magis quam itine-
6 ris modo ducit: [2] ne nocturna quidem quiete diurnum laborem [3] relaxante. Itaque quingenta ſtadia proceſſit: [4] perventumque erat in vicum, in quo Darium
7 Beſſus comprehenderat. [5] Ibi Melon Darii interpres excipitur. corpore aeger non potuerat agmen [6] ſequi, [7] & deprehenſus celeritate regis, transfugam ſe eſſe [8] ſi-
8 mulabat. Ex hoc acta cognoſcit. ſed fatigatis neceſſaria quies erat. Itaque delectis equitum ſex [9] millibus, [10] trecentos, quos [11] *Dimachas* [12] appellant, adjungit: dorſo hi graviora arma portabant, ceterum equis vehebantur; quum res
9 [13] locuſque poſceret, pedeſtris acies erat. Haec agentem Alexandrum adeunt

[1] Orſil-

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. ſed Voſſ. 2. Ald. Mer. Baſ. Col. *parcere.* 2 Pal. 1. *nec nocturna.* 3 Voſſ. 2. *relaſſante.* 4 Voſſ. 2. omittit *que.* 5 Ald. *Melo* Baſ. *igitur Melon.* 6 ſic Pal. 1. Ald. ſed Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *adſequi.* 7 P. *ſed.* 8 Pal. 1. Voſſ. 2. *aſſimulabat.* 9 P. *milia.* 10 F. Voſſ. 2. *trecentis.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *Dimichas.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. alii *appellabant.* 13 Mer. *locus &* Frob. Lugd. Amſt. *& locus.*

Nec labori] Forte fuit: *neu labori, neu periculo parceret.* FREINSH.

In vicum] Nomen non exprimit. Juſtin. l. XI. c. 15. *in vico Parthorum Thara* vinctum fuiſſe ſcribit, non etiam ibi interfectum. FREINSH. Darius enim ex Media jam per Caſpias portas ad Parthienem progreſſus erat, quum caperetur à conjuratis. Arrian. l. III. CELLAR.

Interpres] Reges, Perſici ſermonis ignaros Graecos, per interpretem audiebant: atque ita, Sylosſontis Samii verba à Dario exaudita Herodotus III, 140. refert. Themiſtoclem quoque, ubi primum in Artaxerxis conſpectum colloquiumque venit, per interpretem locutum, Plutarch. in Them. cap. 47. ſcribit. Sic etiam cum peregrinis egiſſe reges indicat Herod. lib. III. ſermones à Dario, coram Graecis, habitos cum Indis narrans. Briſſon. lib. I. pag. 137. FREINSH.

Dimachas] Ita emendavit etiam ante nos Vulcanius, & ante Vulcanium Glareanus, cum vulgo *Dimichas* legeretur. Qui ſint autem *Dimachae* & cur ita dicti, ipſe Curtius poſtea oſtendit. MODIUS. Dimachae ἅμιπποι à Graecis dicti, qui utrumque pro rei & loci opportunitate peditis & equitis munere fungebantur: quibus non diſſimiles ſunt, quos noſtro idiomate Dragontas appellant, qui etiam equis vehuntur, & cum res locuſque poſtulat pedeſtris acies eſt. Dimachas autem legendum, non *Dimornitas*, aut *Diormitas*, ut quidam putant. POPMA. *Dimachas* Alexander maximus Imperatorum invenit, ut apud Sixtum Arcerium p. 156. not. ad Aelian. Julius Pollux teſtatur, cujus haec verba ſunt: *Erat & aliud equitum genus, Dimachae dicti, ex inventione Alexandri, armorum apparatu instructi leviore, quam qui eſt peditum gravis armaturae, graviore vero, quam qui eſt equitum; exercitati in utramque, & pedeſtrem, & equeſtrem pugnam. ut & in locis equitatui aptis equis uſantur: & ut ne, ſi in loca devenirent iniqua, & minus apta, omnino ad pugnandum inepti eſſent, idemque experirentur, quod Lydis quandoque accidit. Equum autem apprehendebat, ac cuſtodiebat famulus aliquis, qui in ſolum eum uſum una ſequebatur. iſte qui ex equo deſcenderat, confeſtim inter pedites armatos pugnabat.* Annotavit etiam Arcerius ex Heſychio eoſdem dictos ἁμίππους. *Dimachae ſunt, qui Hamippi dicti, qui quidem interdum pedites, interdum equites pugnant.* Hamippi autem, quaſi dicas, *pedes ſimul & eques.* Non abſimiles ab iſto genere ſunt equites, qui hodie in militia noſtra *Dragons* nuncupantur, bombardas geſtantes oblongas ex humeris dependentes. RADERUS. Dimachas iſtos eo demum tempore inſtituiſſe Alexandrum ex Arriano III, 4, 23. colligas: *quum intelligeret non poſſe pedites ſe feſtinanter equitantem ſequi, equites circiter quingentos equis deſilire jubet, & duces peditum alioſque praeſtantiſſimos quoſque, ita ut pedites armati erant, equos conſcendere.* Quam rem, licet alia de cauſſa imitatus Caeſar de bel. Gall. I, 42. *commodiſſimum eſſe ſtatuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, legionarios eo milites legionis decimae, cui quam maxime confidebat, imponere.* Hamippos autem iſtos tam ex equis pugnaviſſe, ex Iſaeo; quam inter pedites, ex Thucydide & Xenophonte, Harpocrationis Lexicon notat: additque à Philochoro eoſdem πρόδρομους, ſive *antecurſores*, vocari. Vide etiam Tollii notas in Palaephatum. Valeſium in excerpta Polybii, pag. 36. pr. & Alex. ab Alex. pag. 980. m. Valde falſus eſt Vir doctus in Miſcellaneis, qui apud Curtium pro *Dimichas*, ut falſo edebatur, dubitavit legere *Dimoiritas*, aut *Dioctinitas*, cum haec ipſa poſterior vocula in Marcellino XXVII, 20. & Capitolini M. Antonino cap. 21. corrupta ſit, legendumque pro ea, *Diogmitae*, ut oſtendit Cl. *Salmaſius* ad dictum Capitolini locum. FREINSH.

Pedeſtris acies erat] Leg. *pedeſtris acies erant.* HEINSIUS.

Ipſe

[1] Orsillos & [2] Mythracenes; [3] qui Bessi parricidium exosi transfugerant; nuntiabantque, *stadia* D. *abesse Persas*; *ipsos brevius iter monstraturos.* Gratus regi ad- 10
ventus transfugarum fuit. Itaque prima vespera ducibus [4] iisdem cum expedita equitum manu monstratam viam ingreditur; Phalange, *quantum festinare posset*, *sequi* jussa. Ipse quadrato agmine incedens, ita cursum regebat, ut primi conjungi [5] ultimis possent. ccc. stadia processerant, quum occurrit [6] Brocubelus [7] Ma- 11
zaei filius, Syriae quondam praetor. is quoque [8] transfuga nuntiabat, *Bessum haud amplius quam* cc. *stadia abesse. Exercitum*, *utpote* [9] *qui nihil* [10] *praecaveret*, *incompositum inordinatumque procedere.* [11] *Hyrcaniam videri petituros. si festinaret sequi*, [12] *palantibus superventurum. Darium adhuc vivere.* Strenuo [13] alioqui cupiditatem con- 12
sequendi transfuga injecerat. itaque calcaribus subditis, effuso cursu eunt. Jamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur; sed prospectum ademerat pulveris nubes. paullisper [14] ergo inhibuit cursum, donec [15] consideret pulvis. Jamque conspecti à barbaris erant, & abeuntium agmen conspexerant; [16] nequa- 13
quam futuri pares, si Besso tantum animi fuisset [17] ad proelium, quantum ad parricidium fuerat. Namque & numero barbari praestabant, & robore: ad [18] hoc refecti cum fatigatis certamen inituri erant. Sed nomen Alexandri, & fama, ma- 14
ximum in bello utique momentum, pavidos in fugam [19] convertit. [20] Bessus, & 15
ceteri facinoris ejus participes, vehiculum Darii adsequuti, coeperunt hortari eum, [21] *ut conscenderet equum*, *& se hosti fuga eriperet.* Ille *deos ultores adesse* 16
testa-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. *Orsilos.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. Col. *Mithracenis* Voss. 2. *Miracenis* Pal. 1. *Mythratenes* Ald. Bas. Mer. *Mythracenis* Lugd. Amst. Frob. *Mithracenes.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. omittunt *qui.* 4 Leid. Voss. 1. *isdem.* 5 Voss. 2. *cum ultimis.* 6 Pal. 1. *Brozubelus* Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *Brochubelus* Voss. 2. *Brocobellus* Ald. Bas. *Brocullus* Frob. Mer. Col. *Broculus* Elz. *Proculus.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. Mer. Col. Bas. *Mazei.* 8 P. *transfugam.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *qui nihil.* 10 Ald. Frob. Mer. Bas. Elz. Col. *praecaverat.* 11 Leid. Voss. 1. *Hirchaniam.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. D. Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *palantes* Voss. 2. Pal. 1. omittunt *palant.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. *alioquin.* 14 Voss. 2. *vero.* 15 Voss. 2. *resideret.* 16 Bong. *neque quam.* 17 Voss. 2. omittit *ad proelium q. a. parr. fuerat.* 18 Voss. 2. *haec.* 19 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *avertit.* 20 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *Bessus vero.* 21 Voss. 1. omittit *ut.*

Ipse quadrato] Vereor ut haec bene sana sint. Dixit eum cum expeditis equitibus iter ingressum, phalangem sequi jussisse, quantum posset: nunc statim subjungit *ipsum* quadrato agmine incessisse. Quid si fuerit? *sequi jussa quadrato agmine. Incedens* &c. Phalangem nimirum quadrato agmine sequi jussit, ut Arrianus monstrat III, 4, 23. τοὺς δὲ ἄλλους πεζοὺς, phalangem nimirum, ἐν τάξει ἕπεσθαι. ubi illud ἐν τάξει reddidit Doctiss. interpres; *quadrato agmine*, ex ipsa mente auctoris. FREINSH.

Primi conjungi ultimis] Ita ut non turmatim per intervalla incederent, sed continuo agmine, sine ulla locorum intercapedine. RADERUS.

Brocubelus] Alii *Proculus*, quod Romanum nomen est: at illud & barbaricum; & propius accedens ad id, quod ei homini imponit Arrian. III, 4, 11. *Antibelum* appellans. FREINSH.

Pulveris nubes] Lib. IV. c. 15, 32. CELLAR.

Nomen Alexandri] Claudianus B. Gildon. v. 384.

- - - *plus nominis horror*
Quam tuus ensis aget ... ...

FREINSH. idem fere est quod antea lib. III. c. 8, 7. dicebatur *fama bella stare.* CELLAR.

Deos ultores] Nihil huc facit aut *Arimanes* Persarum, aut *malus genius*, ex Agathia & Plutarchi Alex. cap. 52. Nam in hoc loco ὁ Δαίμων Περσῶν, nihil aliud est, quam *pertinax* illa *fortuna*, quae Curtii verbis, *Persas urguere non desinebat*, eademque vi est exclamatio illa Darii, quae Annibalis, apud Liv. XXVII, 53, 12. *agnosco fortunam Carthaginis. Arimanem* autem quamvis pro principio mali haberent Persae, forte post Manichaeorum insaniam, quae in illis partibus plurimum polluerat, non tamen sequitur eum potius vindicem malorum statuisse, quam bonum aliquem deum. Vindicta enim scelerum, cum ex justitia oriatur ad finem bonum, & mortalitati salutarem, non certe adscriptam fuisse ab hominibus ratione non omnino destitutis, credibile est malo genio: quem & ii non per justitiam tamquam delicta ulcisceretur, sed quod calamitatibus humanis delectaretur, mala immittere credebant, ut Vejovem suum Romani, & modo Indi suos Aygnanos, quos ideo venerantur,

ne

teſtatur, & *Alexandri fidem* implorans, negat, *ſe parricidas velle comitari.* Tum vero [1] ira quoque accenſi, tela [2] injiciunt in regem; multiſque confoſſum vulne-
17 ribus relinquunt. Jumenta quoque, ne longius proſequi poſſent, [3] convulneran-
18 tur; duobus ſervis, qui regem comitabantur, occiſis. Hoc edito facinore, ut veſtigia fugae ſpargerent, Nabarzanes Hyrcaniam, Beſſus Bactra, paucis equitum comitantibus, petebant: barbari ducibus deſtituti, qua quemque aut ſpes ducebat, aut pavor, diſſipabantur: [4] D. tantum equites congregaverant [5] ſe, in-
19 certi adhuc, reſiſtere [6] ne melius eſſet, an fugere. Alexander, hoſtium trepidatione comperta, Nicanorem cum equitum parte ad inhibendam fugam [7] praemittit: Ipſe cum ceteris ſequitur. III. ferme millia [8] reſiſtentium occiſa ſunt; reliquum agmen [9] more pecudum intactum agebatur, jubente rege, *ut caedibus abſti-*
20 *neretur.* Nemo captivorum erat, qui monſtrare Darii vehiculum poſſet: ſinguli, ut [10] quaeque prehenderant, ſcrutabantur; nec tamen ullum veſtigium fugae re-
21 gis [11] exſtabat. Feſtinantem Alexandrum vix tria millia equitum perſequuta ſunt.
22 at in eos, qui lentius ſequebantur, incidebant univerſa fugientium agmina. vix [12] credibile dictu, plures captivi, quam qui caperent, erant: adeo omnem ſenſum territis fortuna penitus excuſſerat, ut nec hoſtium paucitatem, nec multitudinem
23 [13] ſuam ſatis cernerent. Interim jumenta, quae Darium vehebant, nullo regente deceſſerant militari via, & errore delata per IV. ſtadia, [14] in quadam valle conſtiterant,

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. Mer. *ita.* 2 Fl. Leid. & alii *conjiciunt* Voſſ. 1. Bong. Lugd. Amſt. *coiciunt* Pal. 1. *iniciunt.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. & alii *convulnerant.* 4 Sic Leid. Voſſ. 1. Ald. Voſſ. 2. P. *quingentos.* 5 Voſſ. 2. *ſed.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. omittunt *ne.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *emittit.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Baſ. *reſiſtentia* Pal. 1. *reſtitentia* Mer. *reſiſtentium agmina.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *pecud. more.* 10 Ald. *quenque prehenderent* Bong. *queque prenderant* Fl. Leid. Voſſ. 1. D. *quaeque prenderent* Pal. 1. *quemque prenderent* Voſſ. 2. Mer. Col. *quemque prehenderent.* 11 Ald. *extabat.* 12 Ald. *incredibile.* 13 Voſſ. 2. *ſuorum.* 14 Voſſ. 2. *conſtiterant valle* omiſſis *in quadam.*

ne noceant. At bonis geniis ultionem tribuerunt omnes gentiles, adeoque iſtud in ore vulgi erat, DEUS, ſcilicet ille verus & unus (hoc enim eſt illud teſtimonium animae, de quo Tertullianus librum compoſuit) ultor erit. Ergo & ex ſuis diis, quos pro bonis habebant, Jovi, *Vindicis* cognomen Romani indederunt, *Ultoris*, Marti Flor. III, II, 5. *dii foederum ultores.* Vide Plutarch. de Cleomene cap. 73. Apophth. Lacon. FREINSH.

Teſtatur] Quantulumcumque eſt, malim *teſtatus.* ACIDALIUS. *Teſtatus* cum Acidalio lego, non ut vulgo *teſtatur.* RADERUS.

Tela injiciunt] Perditiſſimorum hominum perfidiam magis etiam aggravat canis exemplum, qui parricidis iſtis longe melior, proſperiorem quam illi meretur memoriam. Nam *Dario, cum à Beſſo multis vulneribus confoſſus eſſet, & jaceret ſtratus; omnibus mortuum relinquentibus, canis ab eo educatus ſolus permanſit fidelis, eumque tametſi non amplius ab eo nutriretur, eodem affectu obſervavit, ac ſi adhuc viveret.* Aelian. Hiſt. Anim. VI, 25, 4. FREINSH.

Qua quemque] Vide ſupra l. III. c. II. Flor. l. III. c. II, 10. *Reliquiae infelicis exercitus, quo quemque rapuit fuga, diſtractae.* FREINSH.

Incerti adhuc reſiſtere melius eſſet, an fugere] Diſtingues ita, ne *adhuc* jungas cum *incerti*, ſed cum *reſiſtere*, vel cum ipſo *melius*, quod neſcio, an hic omnino melius; ex Curtii quidem more plane ſcio, lib. IV. *melius adhuc ratus Alexander in eodem tumulo caſtra munire, vallum jaci jubet.* Alii ſic quoque ſaepius. Plinius Panegyr. *quorum utroque ita frueris, ut quum ipſe ardentiſſime diligas, adhuc tamen ardentius diligaris.* ACIDALIUS. *Incerti adhuc.* Sic bene conjungitur *adhuc.* Nam Acidalius jungebat voci *reſiſtere*, vel etiam *melius:* utrumque ſenſus penitius introſpectus renuit. FREINSH.

Reliquum agmen more pecudum intactum] Malim trajecta vocula: *reliquum agmen intactum more pecudum* &c. ACIDALIUS. Et ſic MSS.

Singuli] Malim, *ſingulos, ut quemque prehenderant.* illud *quaeque* pro *quemque* etiam ſupra V, II, 10. invito auctore nonnullos in codices irrepſerat: & hoc etiam loco multi bonique praeferunt, *quemque.* An retinenda prior lectio, & de vehiculis exponenda, ut ſcrutati fuerint vehicula, ut quaeque in manus venerant? Magis eſt, ut captivos ſingulos perſcrutati fuerint; ex iiſque quaeſiverint, ubi Darius eſſet; atque hoc praecedentia velint. FREINSH.

Ut quaeque] Vulgo, *ut quemque.* MODIUS.

Deceſſerant militari via] Viarum, ut Sic. Flaccus in

terant, [1] aestu, simulque vulneribus fatigata. Haud procul erat fons, ad quem 24
monstratum à peritis [2] Polystratus Macedo siti maceratus accessit: ac dum galea haustam aquam sorbet, tela jumentorum deficientium corporibus infixa conspexit. Miratusque confossa potius, quam abacta esse, [3] semivivi *** 25

Vete-

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic MSS. n. Pal. 1. Ald. sed Amst. Lugd. alii *aestuque simul & vul.* 2 B. 1. 2. F. *Polistratus* Voss. 1. *Polustratus* P. *plis* (ducta per syllab. *lis* linea) *Lustratus.* 3 *Semivivi hominis* Bong. omitt. *hominis.* Hic nota defectus in D. nulla novi libri; margini additum, *hic des. plura.* In Pal. 1. nota est novi libri. *Semivivi hoc pugnae* in F. spatio vacuo relicto adscriptum est: *Circa hunc defectum finit liber quintus. incipit sextus.* In ceteris Bongars. uno contextu haec cum sequentibus leguntur. Ald. Bas. pagellis vacuis relictis sic notant. *Hic extrema pars V. Libri desideratur, quae infelicem Darii exitum, & fugam Bessi, qui Regem suum prodiderat, continebat, in cujus supplicio tradendo Curtius à Plutarcho, & Arrhiano dissentit.* & mox *Hic etiam prima pars VI. Libri intercidit, qua caussae belli inter Macedonas & Lacedaemonios, & apparatus utriusque gentis referebantur.* Col. *quinti libri finis deest.* Voss. 2. sine ulla nota omissionis. In veteri Cod. Heinsiano I I. unius tantum vocis lacuna relicta, sine ulla libri inscriptione. in margine adscriptum, *hic deest,* in Leidens. nota defectus in margine, *hic deest.* In Voss. 1. continua oratione conjuncta sunt *semivivi pugnae discrimen* &c. Mer. quoque omittit, quae in recentioribus adtexta sunt. Et cum Col. pro initio sexti libri haec obtrudunt. *Interim dum talia fierent ab Alexandro, bellum ortum est inter Macedonas & Lacedaemonios. Antipater Macedoniae praefectus in hoc bello contra regem Lacedaemoniorum obtinuit sicut hic exponitur, pugnae &c. & sic Reg.*

in lib. de Condition. agror. ait, non omnino una eademque est conditio. nam quaedam publicae sunt, quaedam privatae. Publicae, quae in solo publico sunt, per quas iter populo patet vel ad mare, vel ad oppida. quae publice muniuntur, curatores accipiunt, & auctorum nomina obtinent, quae & βασιλικαί dicuntur, & consulares, & militares. Isidor. l. XIV. c. ult. militares viae exitum ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent, l. 11. §. viarum D. ne quid in loco pub. de itineribus publicis. de via militari Livius Dec. IV. l. IV. *Perseus,* inquit, *ad Pieriam silvam via militari frequenti agmine equitum, & regio comitatu fugit. simul in silvam ventum est, ubi plures diversae semitae erant, & nox appropinquabat, cum perpaucis maxime fidis via divertit.* De consulari Hygin. in lib. de Limitibus const. quibusdam colonis D. M. ita constituerunt, *ut viam consularem transeuntem per coloniam contineret.* POPMA.

Aestu simul &c.] Turbaverant haec in editis. MODIUS.

Polystratus Macedo] Cum in curru vulneribus confossus Darius morti vicinus jaceret, potum petivit refectionis ergo, quem & accepit a Polystrato, sed valde turbidum & lutulentum, ut illius loci aqua ferebat. unde Cicero V. Tuscul. facete. *Darius in fuga, quum aquam turbidam & cadaveribus inquinatam bibisset, negavit umquam se bibisse jucundius, numquam videlicet sitiens biberat.* Adeo sitienti vel aqua mulsum est, ut ait Varro. LOCCENIUS.

Galea haustam] Ritu militari, quia nihil ad eam rem accommodatius ad manum erat. Vide Senec. de Benef. V, 24, 3. Tibull. II, 7, 8. Frontin. I, 7, 7. Luctat. Placid. ad Statium Theb. III, 663. Pedon. Albinov. de Obitu Maecenatis in pr. Lucan. IX, 502. aliosque, quos citat Vir multijugae lectionis & accurati judicii, Dempsterus, ad antiquit. Rosini X, 12. FREINSH.

Semivivi] Haec ultima hujus libri vox in membranis fuit, nisi quod quae deesse videbantur, à nescio quo, ex Justino vesut supplementum adjecta erant, sed haec talia satius erit, apud ipsos auctores legere, quam Curtio temere aliena, ut pannum purpurae assuere. MODIUS. Idem finis est in Constantiensi Codice. RADERUS. Nos igitur non vulgare tantum supplementum, sed etiam nostrum, auctoris verbis subjecimus: ne lectorem interrupta historiae series moraretur; & tamen alio charactere expressimus, addita etiam monitiuncula, ne quis amplius existimaret habenda pro Curtianis, quod video retro doctissimis viris accidisse non quin statim videre potuerint aliena esse, si disquirendum putassent, sed quoniam iisdem typis statim textui subnexa erant, festinantes facile fefellerunt. FREINSH. Heic scripti, etiam olim excusi libri deficiunt. Itaque difficilis connexio supplementi est conjecturis in incerto errantibus. Vocem *hominis* vel scriptam fuisse proxime, vel subauditam extra dubium est: *Corpus,* quod repertum fuerit, an *gemitus,* qui auditus, an aliud exceperit, quis divinabit? Alterum vulgaris supplementi est, alterum Freinshemiani. Nihil autem deesse videtur quam quae mortem Darii & sepulturae curam describunt, quae quantum fieri potest, Justinum & Plutarchum secuti (Diodorus enim & Arrianus vix hanc attingunt caussam) & nos breviter hic designamus. CELLARIUS.

Apud

Veteres ſcripti cujusque hic deficiunt. quae in recentioribus adtexuntur, ut à genuinis dignoſci poſſint, minori typo ſubjicimus.

*** hominis corpus, cum propius acceſſiſſet, in ſordido vehiculo pellibus contecto ſitum reperit: atque Darium, multis quidem vulneribus confoſſum, adhuc tamen ſpirantem, eſſe
26 cognovit. Qui adplicito captivo, quum civem ex voce cognoviſſet, *id ſaltem praeſentis fortunae ſolatium ſe habere* dixit, *quod apud intellecturum loquuturus eſſet, nec incaſſum poſtremas*
27 *voces emiſſurus. Haecque Alexandro perferri* jubet: *Se nullis in eum meritorum officiis, maximorum autem illi debitorem mori. Agere tamen ei maximas gratias pro beneficiis in matrem, conjugem liberoſque ſuos impenſis: iis enim vitam, & priſtini ſtatus reverentiam dignitatemque*
28 *conceſſam: ſibi autem à cognatis atque amicis, quibus & regna & vitam dederit, illa omnia erepta eſſe. precari ſe, ut illi victori terrarum omnium imperium contingat. Ultionem ſceleris erga ſe perpetrati, non ſolum ſua, ſed exempli, omniumque regum cauſſa, non negligere, illi quum*
29 *decorum, tum utile futurum.* Jamque deficiens aquam popoſcit: quam adlatam poſtquam bibit, Polyſtrato, qui eam tulerat: *Quiſquis es mortalium,* inquit, *hoc mihi extremum univerſae calamitatis genus accidit, ut pro tanto in me beneficio dignas tibi grates referre nequeam;*
30 *at referat Alexander: Alexandro vero dii, pro ejus ſumma in meos humanitate ac clementia. Cui hoc fidei regiae unicum dextrae pignus, pro me dabis.* Haec dicentem, accepta Polyſtrati ma-
31 nu, vita deſtituit. Quibus Alexandro nuntiatis, ad corpus demortui perveniens, tam indignam illo faſtigio mortem, lacrimis proſequutus eſt. demptaque ſibi chlamyde, corpus illius contexit: atque regio ornatum cultu, ad matrem Syſigambin, patrio regioque more ſepeliendum, atque regiis majorum ſuorum tumulis inferendum miſit.

Apud intellecturum] Hinc quoque deprehendas, haec non eſſe à Curtio, apud quem paullo ſupra l. v, 11, 5. legitur *haud rudis Graecae linguae Darius.* FREINSH.

Exempli] Vide notam amantiſſimi ſoceri ad Juſtinum l. xi, 15, 10. unde haec deſumta. FREINSH.

Lacrimis] Notatum id in aliis quoque, eos illacrimaſſe victis hoſtibus. Vide ſupra ad iii, 12, 6. Sic Eumenes *caede Crateri nuntiata advectus ad eum, atque ubi ſpirantem & mentis compotem vidit, equo delapſus illacrimavit, dextramque ei injecit.* Plutarch. Eumen. c. 13. Nec alienum eſt, quod de M. Marcello refert Val. Max. v, 1, 4. eum captis à ſe Syracuſis *fletum cohibere non potuiſſe, quem ſi quis ignarus vir* (*forte* veri) *adſpexiſſet, alterius victoriam eſſe credidiſſet.* Atque idem etiam de Scipione in excidio Carthaginis proditur. FREINSH.

Chlamyde] Idem in Marcello fecit Annibal apud Plutarch. Marc. c. 53. & Val. Max. v, 1, 6. ext. *Punicoque* (id eſt *puniceo*) *ſagulo, & corona donatum laurea rogo impoſuit.* Ubi obiter reſcribe *aurea*, ſic enim Plutarchum in libris Valerii, nam ipſum inſpexit, legiſſe, & Graecis verbis ambiguum eſſe non poteſt, ϗ χρυσοῦν ἐμβαλὼν στέφανον. Sed de chlamyde: pridem Annibal Aemilium funerans apud Silium l. x. vſ. 569.

- - - - - *fulgentia pingui*
Murice ſuſpirans inicit velamina, & auro
Intextam chlamydem. - - - -

Sic Antonius Brutum honoravit. Plutarch. Ant. c. 28. & Bruto c. 78. Alexandri tumulum Caracallus apud Herodianum l. iv, 15. FREINSH.



JOH.

JOH. FREINSHEMII

Supplementum.

M*Iratusque confossa potius quam abacta esse*, *semivivi* hominis gemitum percipit. Itaque more ingenii humani cupidus visendi quid rei vehiculo isto conderetur, dimotis pellibus, quibus obtectum erat, Darium multis vulneribus confossum reperit. [Justin. 11. 15. 5.] regius enim cultus, & aureae catenae, quîs à parricidis vinctus fuerat, dubitationem eximebant. Non erat expers Graeci sermonis Darius; [Curt. 5. 11 5. Just. 11. 15. 6.] gratiasque agebat diis, *qui post tanta mala*, *tamque gravia*, *hoc tamen indulsissent solatii*, *ne omnino in solitudine extremum spiritum effunderet. Itaque te*, inquit, *quisquis es mortalium*, *per communem hominum sortem*, *à qua nec maximos regum exemptos esse praesenti spectaculo moneris*, *rogo quaesoque*, *ut haec ad Alexandrum mandata mea perferas*; *nihil eorum quae longe tristissima perpessus sum*, *ne hunc quidem incomparabilis calamitatis exitum*, *ita gravem mihi accidisse*, *ut hoc unum*, *quod post tanta in me meosque merita adversus clementissimum victorem inimico vivendum fuit*; *& nunc ingrato moriendum est. Sed si qua postremis miserorum votis apud deos vis est*, *& cum ipso spiritu profusas preces mitius aliquod numen exaudit*; *ille quidem sospes & incolumis*, *longeque supra contagium meae sortis & invidiam fortunae positus*, *in solio Cyri gloriosam aetatem exigat*: *suaeque virtutis memor*, *eum matri liberisque meis locum apud se esse patiatur*, *quem illi fide & obsequio meruerint. at parricidas promptum exitium consequatur*, *quod Alexander irrogabit*, *si non misericordia infelicis hostis*, *saltem odio facinorum*, *& ne impunita in aliorum etiam regum suumque ipsius exitium erumpant.* Posthaec, quum siti angeretur, adlata per Polystratum aqua recreatus, *ergo*, [Plut. cap: 27. Zonaras.] ait, *hanc etiam tantis calamitatibus extremam adcedere oportuit*, *ut benemerito gratiam referre non possim*! *at referet Alexander*; *Alexandro vero dii.* Dextram deinde protendit, *eamque Alexandro*, *fidei regiae pignus*, *ferri* jubens, adprehensa Polystrati manu animam efflavit. [Just. 11. 15. 13.] Alexander an spiranti adhuc supervenerit, incertum est: [Arrian. 1. 5. 25.] illud constat, miserabili regis opulentissimi exitu comperto, copiosas lacrimas profudisse, statimque chlamyde sibi detracta corpus operuisse, & magno cum honore [Diod. 17. 73.] *ad suos deferri* jussisse, *ut regio Persarum more curatum monumentis majorum inferretur.* [Just. 11. 16. 14.] Ingratitudinem hominum, à quîs pro summis beneficiis crudele exitium Darius pertulit, quamquam suopte ingenio horrendam & exsecrabilem, insigniore ad [Plut. cap. 78. Zon. Εὐσέβ. λόγῳ. A.] posteritatem infamia damnavit canis cujusdam mira fides, qui ab omnibus familiaribus derelicto solus adfuit, & quam in vivum prae se tulit benivolentiam, morienti quoque constanter praestitit. Hunc vitae finem sortitus est ille, quem modo contumelia adfici putabant, nisi *regem regum*, & *deorum consanguineum* salutarent: [Just. 11. 15. 8. 2. 4. 26.] magnoque iterum experimento adprobatum est, neminem magis patere fortunae, quam qui pluribus ejusdem blandiciis inreritus, jugum illius tota cervice receperit.

CHRISTOPH. CELLARII

Supplementum.

DArius Polystrati accedentis audita voce, praesentis fortunae id esse solatium dixit, quod ultima verba apud intellecturum sit redditurus. Perferri autem Alexandro jubet, *se nullis in eum meritorum officiis*; *maximorum illi debitorem mori*, *quae matri*, *uxori*, *liberis praestitisset. Gratiam se solam*, *quam moriens possit*, *precando referre*, *ut illi terrarum omnium contingat imperium. Curam sepulturae*, *& parricidii ultionem non multis verbis rogare*, *quod hanc humanitatis officio*; *illam exempli caussa*, *& communis regum securitatis non sit neglecturus Alexander.* Tandem hausta frigida, quam postulaverat, Polystrato quoque gratias egit, de ultima infeli-

 citate

citate ſua conqueſtus, quod referre non poſſit: velle autem, ut Alexander illi; Alexandro dii referant; in eamque rem ſe dextram, fidei regis pignus, Alexandro ferendam dare. Haec dicentem, accepta Polyſtrati manu, vox atque vita deſtituit. Quae ubi Alexandro nuntiata ſunt, viſo corpore defuncti, tam indignam iſto faſtigio mortem lacrimis proſecutus eſt, & chlamyde ſuo contectum, regioque ornatum cultu, ad matrem Siſygambim patrio more ſepeliendum, tumuliſque majorum inferendum miſit.

Apud intellecturum] Juſtinus l. XI, 15; 6. qui tamen interprete captivo Perſa cum Polyſtrate locutum eſſe addit; *adplicito*, inquit, *captivo*, *quum civem eſſe ex voce cognoviſſet.* Quod autem Darius ſermonis Graeci non ignarus erat, teſte Curtio l. V, 11, 5. Freinshemius Graece Macedoni Polyſtrato locutum eſſe autumat. CELLAR.

Nullis in eum meritorum] Itidem Juſtini ſunt, ejuſdem & ſequentia. IDEM.

Hauſta frigida] Plutarch. in Alex. p. 690. πιὼν ὕδωρ ψυχρὸν. IDEM.

Velle ut Alexander] Plutarch. ibidem.

Dextram fidei pignus] Juſtinus. addit Plutarchus διὰ σοῦ, *per te*, *te interprete.* IDEM.

Lacrimis proſecutus] Juſtinus.

Chlamyde contectum] Plutarch.

Ad Siſygambim] idem.



Q. CUR-

Q. CURTII RUFI,
DE
REBUS GESTIS
ALEXANDRI REGIS MACEDONUM,
LIBER VI.
JOH. FREINSHEMII
Supplementum.

1 DUm ea per Asiam geruntur, ne in Graecia quidem Macedoniaque tranquil-
lae res fuere. Regnabat apud Lacedaemonios Agis Archidami filius, qui Diod. 16,
Tarentinis opem ferens ceciderat, eodem die quo Philippus Athenienses ad 89.
2 Chaeroneam vicit. Is Alexandri per virtutem aemulus, cives suos stimulabat, *ne*
Graeciam servitute Macedonum diutius premi paterentur: *nisi in tempore providerent*, Just. 12, 1,
idem jugum ad ipsos transiturum esse. Adnitendum igitur, dum aliquae adhuc Persis 5. Diod. 17,
ad resistendum vires essent: illis oppressis, adversus immanem potentiam frustra avitae 62.
3 *libertatis memores futuros.* Sic instinctis animis occasionem belli ex commodo ce-
ptandi circumspiciebant. Igitur felicitate Memnonis invitati, consilia cum ipso mi- Diod. 17,
scere adgressi sunt; & postquam ille rerum laetarum initia intempestiva morte desti- 29.
4 tuit, nihilo remissius agebant. Sed ad Pharnabazum & Autophradaten profectus
Agis, triginta argenti talenta, decemque triremes impetravit, quas Agesilao fratri Arrian. 2,
misit, ut in Cretam navigaret, cujus insulae cultores inter Lacedaemonios & Ma- 3, 10, & 18. Curt. 4, 1,
5 cedonas diversis studiis distrahebantur. Legati quoque ad Darium missi sunt, qui in 39.
usum belli ampliorem vim pecuniae, pluresque naves peterent. Atque haec eorum Arrian 2, 3,
cepta clades ad Issum (nam ea intervenerat) adeo non interpellavit, ut etiam ad- 21. 3, 5, 10.
6 juverit. quippe fugientem insequutus Alexander in longinqua loca magis magisque
rapiebatur; & ex ipso proelio mercenariorum ingens multitudo in Graeciam fuga
penetraverat. quorum octo millia Persica pecunia conduxit Agis, eorumque opera Curt. 4, 1,
7 plerasque Cretensium urbes recepit. Quum deinceps Menon in Thraciam ab Ale- 39.
xandro missus, barbaros ad defectionem impulisset; adque eam comprimendam An- Diod. 17, 48.
tipater exercitum ex Macedonia in Thraciam duxisset, opportunitate temporis stre- Diod. 17,
nue usi Lacedaemonii totam Peloponnesum, paucis urbibus exceptis, in partes tra- 62.
xerunt, confectoque exercitu viginti millium peditum, cum equitibus bis mille,
8 Agidi summam imperii detulerunt. Antipater ea re comperta bellum in Thracia, Just. 12,
quibus potest conditionibus componit; raptimque in Graeciam regressus, ab amicis 1, 8.
sociisque civitatibus auxilia cogit. Quibus convenientibus ad quadraginta pugnato- Diod. 17, 63.
9 rum millia recensuit. Advenerat & ex Peloponneso valida manus: sed quia du- Frontin. 2,
biam ipsorum fidem resciverat, dissimulata suspicione gratias egit, *quod ad defen-* 11, 4.
dendam adversus Lacedaemonios Alexandri dignitatem adfuissent: scripturum se id regi,
gratiam in tempore relaturo. in praesens nihil opus esse majoribus copiis: itaque domos
10 *redirent, foederis necessitate expleta.* Nuntios deinde ad Alexandrum mittit, de
motu Graeciae certiorem facturos. Atque illi regem apud Bactra demum conse-
quuti sunt; quum interim Antipatri victoria, & nece Agidis in Arcadia transactum Curtius 7,
11 esset. Sane jam pridem tumultu Lacedaemoniorum cognito, quantum tot terrarum 4, 32.
spatiis discretus potuit, providerat: Amphoterum *cum Cypriis & Phoeniciis navibus* Arrian. 3,
in Peloponnesum navigare; Meneten *tria millia talentûm ad mare deferre* jusserat, 1, 22.
ut ex propinquo pecuniam Antipatro subministraret, quanta illum indigere cognovisset. Arrian. 3,
12 Probe enim perspexerat, quanti ad omnia momenti motus istius inclinatio futura 3, 20.
esset, quamquam deinceps adepto victoriae nuntio suis operibus id discrimen com-

Plutarch. Agesilao cap. 25. * Aeschines contra Ctesiphontem. Polybius 2, 48. Aeschines. Pausanias lib. I. Curtius 6, 1, 10.

parans, *murium eam pugnam fuisse* cavillatus est. Ceterum principia ejus belli haud 13
improspera Lacedaemoniis fuere. Juxta * Corrhagum Macedoniae castellum cum
Antipatri militibus congressi victores exstiterant: & rei bene gestae fama etiam qui
suspensis mentibus fortunam spectaverant, in societatem eorum pertracti sunt. Una 14
ex Elaeis Achaeisque urbibus Pellene foedus aspernabatur; & in Arcadia Megalo-
polis, fida Macedonibus ob Philippi memoriam, à quo beneficiis adfecta fuerat.
Sed haec arcte circumsessa haud procul deditione aberat, nisi tandem Antipater sub-
venisset. Is postquam castra castris contulit, seque numero militum alioque adpa- 15
ratu superiorem conspexit, quamprimum de summa rerum proelio contendere sta-
tuit: neque Lacedaemonii detrectavere certamen. Ita commissa est pugna, quae 16
rem Spartanam majorem in modum adflixit. Quum enim angustiis locorum, in
quibus pugnabatur, confisi, ubi hosti nullum multitudinis usum futurum credebant,
animose congressi essent, neque Macedones impigre resisterent, multum sanguinis
fusum est. Sed postquam Antipater integram subinde manum laborantibus suis sub- 17
sidio mittebat; impulsa Lacedaemoniorum acies gradum paullisper retulit. Quod
conspicatus Agis, cum cohorte regia, quae ex fortissimis constabat, se in medium
pugnae discrimen immisit &c.

CHRISTOPH. CELLARII

Supplementum.

Deest principium hujus libri, non autem admodum magnum. Ex Diodoro historiam supplemus: verba & ornatum non divinamus.

Alexandro in Asia gravibus bellis occupato, plerique Graecorum occasionem circumspiciebant, qua in libertatem se adsererent: eamque invenisse credebant in Thraciae tumultu, quem Memnon praefectus militum concitaverat. Duces ceteris Lacedaemonii erant, qui, tota Graecia temporibus serviente, soli Macedonum dominationi restiterant. A Persis pecunia sperabatur ad ampliorem belli usum. Quum ergo Antipater, quidquid militum habebat, in Thraciam duxisset, motum nuper exortum oppressurus; Peloponnesii, exceptis paucis, bello Macedonas invadunt, Agidi, Lacedaemoniorum regi, summam imperii deferentes. Quo audito, Antipater, utcumque potuit, res in Thracia componens, adversus Graecos proficiscitur, qui nescio qua pugna confisi, Megalopolim obsidione cinxerant, & jam in eo erat, ut caperent oppidum, quum Antipater ex Macedonia supervenit. Utrimque acriter pugnatur, & quamquam locus Macedonas, qui numero praevalebant, non capiebat: irruunt tamen, urgent, cedere cogunt. Quod ubi Agis conspexit, ut inclinatam suorum aciem firmaret; illico cum regia cohorte, quae ex lectissimis constabat, se in medium *pugnae discrimen immisit &c.*

Thraciae tumultu] Memnon rebellaverat. qui Diodor. XVII, 62. dicitur ὁ καθιστάμενος στρατηγὸς τῆς Θρᾴκης, *constitutus* ab Alexandro *dux militum per Thraciam.* CELLAR.

Soli restiterant] Quod ipse rex inscriptione, quam in supplementis II, 6, vides, significavit. Clarius Justin. l. XII, I. *Philippi Alexandrique pacem soli spreverant, & leges respuerant.* CELLAR.

Pecunia sperabatur] Cujus caussa etiam Agis ad Pharnabazum navigavit. Arrian. l. II. adde Diod. loc. cit. CELLAR.

Exceptis paucis] Megalopolitanis & Pellenaeis. Aeschines contra Ctesiphont. p. 454. CELLAR.

Res in Thracia componens] Diod. l. XVII. 63.

Pugna confisi] ad Corrhagum, ignobilem locum, (Freinshemio castellum Macedoniae est) vicerunt Spartani. Aeschines c. I. διέφθειραν τοὺς ἐπὶ Κόῤῥαγον στρατιώτας. CELLAR.

Megalopolim] Arcadiae urbem, fidam Macedonibus ἐκ τῶν κατὰ τὸν Ἀμύντου Φίλιππον εὐεργεσιῶν, *propter Philippi in ipsam merita.* Polyb. l. II. c. 48. CELLAR.

In eo erat, ut caperent] Aeschines c. I. καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπίδωξος ἦν ἁλῶναι. CELLAR.

Acriter pugnatur] Haud procul Megalopoli: in Arcadia saltem. Plutarch. Agesil. p. 604. ἐν Ἀρκαδίᾳ. CELLAR.

Numero praevalebant] Diodorus enim Antipatro peditum XL. millia; Spartanis ac sociis tantum XX. tribuit. CELLAR.

CA-

CAPUT I.

Proelii inter Lacedaemonios atque Macedones descriptio, & pax ab Alexandro victore Graecis, qui eo absente defecerant, concessa.

* Pugnae discrimen immisit, [1] obtruncatisque, qui promptius resistebant, magnam 1
partem [2] hostium propulit. [3] Coeperant fugere victores: [4] & donec avidius se- 2
quentes in planum [5] deduxere, [6] multi cadebant; sed ut primum locus, in quo
stare [7] posset, fuit, [8] aequis viribus dimicatum est. Inter omnes tamen Lacedae- 3
monios [9] rex eminebat, non armorum modo & corporis specie; sed etiam magni-
tudine animi, quo uno vinci non potuit. Undique [10] nunc cominus, nunc emi- 4
nus petebatur; diuque arma circumferens, alia tela [11] clypeo excipiebat, cor-
pore alia vitabat: donec hasta [12] femora perfossa plurimo sanguine effuso destituere
pugnan-

VARIANTES LECTIONES.

* Mod. & Rad. *Hoc pugnae.* 1 P. *obtruncatis quique.* 2 Leid. *ostium.* 3 Voss. 2. *coeperat.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Ald. Baf. Frob. Mer. Col. omittunt *&*. 5 Pal. 1. *deducere.* 6 Bong. Fl. Leid. Frob. Amst. Lugd. *inulti.* 7 Voss. 2. *possent.* 8 Leid. Voss. 1. *equis.* 9 Voss. 2. *emin. rex.* 10 Col. omittit *nunc cominus* Voss. 1. *nunc comminus* Voss. 2. *cominus nunc.* 11 Voss. 2. *clypleo.* 12 Sic Pal. 1. Voss. 2. Ald. sed Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *femina.*

Hoc pugnae] Et hae quoque principes voces sunt hujus sexti libri; reliqua, quae desunt, à Diodoro, Plutarcho, Arriano, Justino petenda. MODIUS. Atqui nec Plutarchus, nec Arrianus ullum de hoc Antipatri & Lacedaemoniorum proelio verbum faciunt, nisi quod apud Plutarchum in Agesilao Alexander sibi nuntiatam pugnam inter Agidem & Antipatrum per contemtum pugnam murium appellavit. Non pauca videntur deesse. nihil enim de loco pugnae, nihil de ordinata utrimque acie, ducibus belli, numero copiarum, initio pugnae traditur. Ex Plutarcho pugnae locum deprehendo ad proelium Macedonibus iniquum, ex quo non sine caede suorum Antipater in planum evasit, ubi mox plenam victoriam adeptus est. Itaque illa verba *hoc pugnae discrimen immisit* refero ad Antipatrum, qui quamvis sub initium pugnae videretur superior fuisse, tamen ad angustias locorum redactus videtur laborasse, adeoque circumventus periclitari coepisse, donec fuga simulata, in aequum campum descenderet, ubi redintegrato proelio Lacedaemonios cecidit. Sic ergo Antipater, quamvis antea prope victor, haerens tamen iniquo in loco, se in periculum hoc immisit, ut per medios hostes se reciperet, quod fieri non potuit, nisi promtius rex Lacedaemonius resistentes obtruncaret, & magnam hostium partem ad loca sibi aequiora propelleret. Itaque fugam etiam simulavit, pedemque retulit, donec in patentem campum evaderet. Haec potest esse hujus loci sententia. Occurrit etiam contrarius huic sensus & intellectus, ut prima verba de Agide accipias hoste Antipatri, qui cum videret suos laborantes, & prope jam victos immisit se ipse in medium pugnae discrimen, hostem propulit, atque in fugam conjecit, resistentesque sibi acrius occidit, quam tamen fugam Antipater pro se lubens arripuit, ut in plano cum Lacedaemoniis depugnaret. Interim observa non totam Graeciam defecisse, quod aliqui tradunt, sed Lacedaemonios & Peloponnenses, ut ex Curtio l. VII. constat. RADERUS. *Pugnae.* Hanc quoque lacunam explere tentamus. Interim consulatur Diodor. XVII, 48. & XVII, 63. Ceterum adsentior Radero capienda haec de Agide, qui cum videret suos laborantes & prope jam victos, *immiserit se in medium pugnae discrimen.* quae fere verba supra quoque III, 11, 2. leguntur: *ceteros in medium belli discrimen strenue transfert.* FREINSH.

Coeperant fugere victores] Macedones, qui primum cedere coëgerant Spartanos, jam ab his vicissim pellebantur. CELLAR.

In planum deduxere] Proelium enim loco iniquo & angusto committebatur. mox num. 10. CELLAR.

Inulti cadebant] Videor bene haec mihi emendasse, sed videor solum, re enim incerta nihil affirmare audeo. Illud sane planum est, quod vulgo fertur, ferri omnino non debere. tale enim est, *Coeperant fugere victores, donec avidius sequentes in planum deduxere. Multi cadebant, sed ut &c.* MODIUS. *Inulti cadebant.* Nec sane pauci; nam quamvis Antipater victoria potitus sit, mille tamen è suis amisit. RADERUS.

Corpore alia vitabat] Corporis declinatione. vide supra lib. IV. c. 6. CELLAR. Sic Cicero I. Catil. *parva quadam declinatione, & ut ajunt corpore effugi.*

5 pugnantem. Ergo clypeo ſuo exceptum armigeri raptim in caſtra [1] referebant,
6 jactationem vulnerum haud facile tolerantem. [2] Non tamen omiſere Lacedaemo-
nii pugnam; & ut primum ſibi quam hoſti aequiorem locum capere potuerunt;
7 denſatis ordinibus [3] effuſe [4] fluentem in ſe aciem excepere. Non aliud diſcrimen
vehementius fuiſſe memoriae [5] proditum eſt. Duarum nobiliſſimarum [6] bello
8 gentium exercitus pari Marte pugnabant. Lacedaemonii [7] vetera; Macedones
praeſentia decora intuebantur: illi pro libertate; hi pro dominatione pugnabant:
9 Lacedaemoniis dux; Macedonibus locus deerat. Diei [8] quoque unius tam multi-
plex caſus modo ſpem, modo metum [9] utriuſque partis augebat: velut de indu-
10 ſtria inter fortiſſimos [10] viros certamen aequante fortuna. Ceterum anguſtiae lo-
ci, in quo haeſerat pugna, non patiebantur totis [11] congredi viribus. [12] ſpecta-
bant ergo plures, [13] quam inierant proelium, & qui extra teli jactum erant,
11 clamore invicem ſuos [14] accendebant. Tandem [15] Laconum acies [16] langueſcere,
lubrica arma ſudore vix ſuſtinens; pedem deinde referre coepit [17] urguente hoſte,
ac

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *deferebant.* 2 Voſſ. 2. & aliae editt. *nec.* 3 Fl. Leid. *effuſi.* 4 Alii *ruentem.* 5 Pal. 1. *traditum.* 6 B. 1. *belligerantium.* 7 Voſſ. 2. *veteres.* 8 Voſſ. 2. *quo.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 1. *utriuſque parti* D. *partu* in quo ad marginem *utrique parti.* 10 P. omittit *viros.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. Mer. Baſ. Col. *ingredi.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. Ald. Mer. Col. Baſ. *exſpectabant.* 13 Ald. Col. Mer. *qui inierant.* 14 D. *aſcendebant.* 15 Voſſ. 2. *Lacedemonum.* 16 Voſſ. 2. *langueſcere cepit.* 17 Pal. 1. D. *coepit urgente hoſte ut apertius fugeret* Voſſ. 1. Ald. Frob. Baſ. Mer. Col. *coep. ut urg. hoſte apertius fugeret* Fl. Leid. *coepit ut urg. h. apertius fugerent* Voſſ. 2. *coepit ut urgente hoſte apertius fugere* Lugd. Amſt. *ac urg. hoſte aperte fugere.*

Clypeo exceptum] Mos militaris vulneratos vel occiſos clypeo impoſitos in caſtra referre. Virgil. x. Aen. vſ. 506.

Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.
CELLAR.

Denſatis ordinibus effuſi, fluentem in ſe aciem excepere] Monſtrum in ſententia. Utine denſarint ſe ſimul & effuderint? verbulum corrige, *effuſe*: id extrito commate refer ad ſequens *fluentem*, laxam & fluxam aciem denſati ſtipatique excipiebant. ACIDALIUS. Locum hunc cum Acidalio lego, & interpunctum emendo. RADERUS. *Effuſe fluentem.* Sic ſcribendum eſſe olim ipſa res mihi indicavit, deinde Acidalii lectio, quam Raderus approbat. FREINSH. Illud *fluentem* non parum mihi ſuſpectum eſt. MSS. veteres non pauci literis quadratis ſunt formati. At in illis E & F parum differunt. licet ergo credere, vocabulo poſteriori F accreviſſe ex litera finali vocis antecedentis. Reliquum fuerit, ex puncto illo F *luentem*, quod ſatis clare monſtrat, legendum eſſe *ruentem*, qua voce nihil uſitatius in hoc genere. SCHEFFER. Gratis hoc Cl. Schefferus enuntiat; probandum erat ſibi viſos codices MSS. literis uncialibus, quum nemo de iis, ex quibus Curtius fuerat expreſſus, quod ſciam, mentionem fecerit. *ruentem* tamen malebat etiam Nob. Heinſius, quod editiones quaedam exhibent. Utrumque ſenſui non adverſatur, nec Curtio indignum.

Vetera] Nam in veteri quoque fama multum eſſe roboris, exquiſitis auctorum locis prolixe oſtendit Gruter. toto diſcurſu 7. in Tacitum, quem & alibi jam citavimus. Simillimus autem huic locus eſt in Juſtino xxx, 4, 15. ubi jam & Macedonum gloria conſenuerat; Romana vigente: *utrimque concitati milites proelio concurrunt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes; ferenteſque in bellum, alii majorum ſuorum antiquam & obſoletam gloriam, alii virentem recentibus experimentis virtutis florem.* FREINSH.

Libertate] Tacitus 11, 46, 4. *His vocibus inſtinctos exercitus propriae quoque cauſſae ſtimulabant. cum à Cheruſcis, Longobardiſque, pro antiquo decore, aut recenti libertate; & contra, augendae dominationi certaretur.* Sed libertas fortiores ſtimulos habere debet. Philippus apud Juſtin. xxx, 4, 7. *tanto fortius hoc bellum quam illa ſuſtinendum, quanto ſit libertas imperio carior.* FREINSH.

Congredi] MSS. noſtri omnes & alii *ingredi*, nec video cauſſam, cur hic exhiberi non poſſit, cum poſſit tam ad locum anguſtum, quam ad pugnam referri, & hoc verbo ſic delectatus ſit auctor noſter. l. v, 1, 19. *Quadrato agmine, velut in aciem irent, ingredi ſuos jubet.* l. vi, 5, 5. *ne ipſo ingrediente pedibus, ſenex equo vehi erubeſceret.*

Plures inierant] Fuit cum mallem *inirent*, neque nunc poenitet, ſi invenio, cui probem. Si nemini perſuadeo, promtus etiam ego vulgato iterum adhaerere. ACIDALIUS. Cum vulgatis ego, non ut Acidalius *inirent*, ſi quid mutandum, dicerem *inibant*, ut dicas, plures ſpectabant, quam pugnabant, non *pugnarent*, communis ſcriptura aptior. RADERUS.

Pedem deinde referre] Arbitrio meo haec quoque à me

ac apertius fugere. Insequebatur [1] dissipatos victor, [2] & emensus cursu omne spa- 12
tium, quod acies [3] Laconum obtinuerat, ipsum [4] Agim persequebatur. Ille, ut 13
fugam suorum, & proximos [5] hostium [6] conspexit, *deponi se* jussit: expertusque,
membra an impetum animi sequi possent, [7] postquam deficere [8] se sensit, poplitibus 14
semet excepit; galeaque strenue sumpta, [9] clypeo protegens corpus, [10] hastam
dextra vibrabat, ultro vocans hostem, *si quis jacenti spolia demere* [11] *auderet.* [12] Nec 15
quisquam [13] fuit, qui sustineret cominus congredi; procul missilibus adpetebatur,
ea ipsa in hostem [14] retorquens: donec lancea nudo pectori infixa est: qua ex vul-
nere [15] evulsa [16] inclinatum ac deficiens caput clypeo paullisper excepit; [17] deinde
linquente spiritu pariter ac sanguine, moribundus in arma procubuit. [18] Cecidere 16
Lacedaemoniorum [19] v. millia, & [20] ccclx. ex Macedonibus [21] haud amplius [22] ccc.
ceterum vix quisquam nisi saucius revertit in castra. Haec victoria non [23] Spartam
modo, sociosque ejus; sed etiam [24] omnes, qui fortunam [25] belli spectaverant,
fregit.

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. *dissipatus.* 2 Fl. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Ald. Col. Bas. *emensus cursu* Mer. *mensus cursu.* 3 Voss. 2. *Lacedem.* 4 Fl. Voss. 1. Bong. *Hagin* Pal. 1. *agmen* Leid. *Agin.* 5 Pal. 1. *hostes.* 6 Frob. Ald. Bas. Mer. Col. *aspexit.* 7 Ald. Frob. Bas. Col. Mer. *posteaquam.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. alii omittunt *se.* 9 D. Bong. *clypeoque.* 10 Voss. 2. *hasta.* 11 Pal. 1. Voss. 2. *audebat.* 12 Voss. 1. Fl. Leid. *ne.* 13 Pal. 1. Voss. 2. omittunt *fuit.* 14 Pal. 1. Voss. 2. *torquens.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. D. B. 1. *evolsa.* 16 Pal. 1. Voss. 2. *inclinatus.* 17 Fl. Voss. 1. Bong. *dein linquente* B. 1. *delinquente* Voss. 2. *donec aliquanto spir.* 18 Pal. 1. Bong. Fl. Leid. *excidere* Voss. 1. *excedere.* 19 Fl. omittit *V.* 20 vulgo cccl. Voss. 1. Bong. ccc. 21 Voss. 2 *non.* 22 Pal. 1. Voss 2. *decem* P. F. *mille* B. 2. Fl. Leid. ∞ Lugd. Amst. *tria millia* Voss. 1. omittit ccc. 23 Leid. *Spartha.* 24 Leid. Voss. 1. *omnis.* 25 Fl. D. Bong. Voss. 1. *bellam.*

à me constituta sunt: cum in vulgatis codicibus exstaret, *pedem deinde referre coepit, ut urgente hoste apertius fugeret*, invenuste, & si dicendum est, plane inepte. Praeivit mihi ad emendationem Sigebergensis liber scriptus, in quo erat; *pedem deinde referre ac urgente hoste apertius fugeret.* MODIUS. *Coepit.* Malim abesse. Nam infinitivus pro imperfecto indicativi ponitur. Vide indicem in Infinitiv. FREINSH.

Emensus omne] Editiones, *emensus cursu omne spatium*, & scribatur sane ita, cum nihil refert. MODIUS.

Deponi se jussit] Milites, à quibus portabatur, abire jussit, & meliori se usui patriae servare, ipse extremam pugnam experturus. Diodor. CELLAR.

Deficere se] Imo vero non *se*, sed *membra*, quae experiebatur, ut constat ex superioribus. Delenda igitur vocula *se*, quam peperit syllaba prima vocabuli subsequentis *sensit*, & sunt ex libris antiquis, qui non agnoscunt. SCHEFFER.

Sustineret cominus] Auderet propius cum eo pugnare. CELLAR.

Et ccc] Impressi ccc & lx, sed illos sexaginta ad numerum apposuerunt Macedonum virtuti nimis impense faventes librarii, qui mox etiam, ubi ego *mille* reposui, ccc legebant, cum, si verum fateri volumus, & Diodoro credimus, priora à me recte emendata sunt, & posterior ille locus, ubi *mille* pro ccc reposui, etiam aliis duobus millibus adjectis restituendus videatur hoc modo: *ex Macedonibus haud amplius tria milia*, in quo ne quid contra membranas tentare praesumar, scire licet, numerum trium milium in illis, fere his notis designari III. quam rem non capientes librarii, quod proximum erat, cum plures tribus cecidisse facile sibi persuaderent, ccc pro illis reposuerunt. Verum insignis nugator ego, qui quod facturum me non esse disertis verbis supra dixi, ita plane facio, quasi id ipsum instituti nostri pars potissima sit. quin ad alia potius. MODIUS. Mira numerorum varietas in editionibus & MSS. Codex Constantiensis Lacedaemoniorum recenset quinque millia trecentos. Macedonum tantum decem. Coloniensis editio vetus, Lacedaemoniorum *quinque millia trecentos sexaginta*, Macedonum *trecentos.* Coloniensis Allobrogum ex Lacedaemoniis *quinque millia trecentos quinquaginta*, ex Macedonibus, *tria millia.* Diodorus Siculus Lacedaemoniorum quinque millia trecentos, Macedonum tria millia quingentos. Curtius videtur pauciores ex Macedonibus caesos affirmare, cum dicat Macedonum *haud amplius.* si tria millia cecidissent, satis ampla fuisset Macedonum caedes, & cruenta victoria. Argentinensis antiqua, Lacedaemoniorum *quinque millia trecentos sexaginta*; Macedonum *trecentos.* Eumdem numerum praefert Lugdunensis vetus. Ego cum in quinque millibus trecentis plerique conveniant, & Siculus suffragetur, non admodum mendosam eam scripturam existimo. Macedonum nec mille, multo minus tria millia, minime omnium tres, sed trecentos scribi oportere censeo, cum dicat Curtius *Macedonum non amplius*, si mille, aut millia

17 fregit. Nec fallebat Antipatrum, diſſentire ab animis gratulantium vultus; ſed bellum finire cupienti opus erat decipi. & quamquam fortuna rerum placebat; invidiam tamen, [1] quia majores res erant, quam quas praefecti [2] modus caperet,
18 metuebat. quippe Alexander [3] hoſtes vinci voluerat; Antipatrum viciſſe, [4] ne tacitus quidem indignabatur: ſuae demptum gloriae [5] exiſtimans, quidquid ceſſiſ-
19 ſet alienae. Itaque Antipater, qui probe noſſet [6] ſpiritum ejus, non eſt auſus ipſe

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. *quo.* 2 Pal. 1. *medus.* 3 Pal. 1. omittit *hoſtes.* 4 Pal. 1. B. 1. *nec tacitus* Voſſ. 2. omittit *ne.* 5 Voſſ. 2. *extimans.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. B. 1. *ſpiritus.*

millia tria cecidiſſent, non dixiſſet *haud amplius*, cum amplus numerus fuiſſet ſeu mille, ſeu tria millia, & cruenta victoria. Si tamen cum numero Lacedaemoniorum comparentur, tolerabilis ſcriptura videri poteſt *haud amplius mille.* RADERUS. Pravatus haud dubie locus, Diodorus enim c. 63. τρισχιλίους καὶ πεντακοσίους. unde Tellierius, expunctis ccc, in contextum recipit *tria millia.* Sic vero pro *amplius* erit *minus* ſcribendum, quod ille poſthabuit. CELLAR. Vides locum valdequam controverſum, & tamen hinc etiam vapulat Curtius à ſuo iniquo Critico c. 3, §. 5. Judicii de Curt. ſed praeterquam quod in fuga effuſa plurimi obteruntur; ſi id non placet, Modii correctio adcommodatiſſima videtur. Certe reprehendere auctorem, antequam de vera lectione conſtat, quis aequum eſſe judicet?

Non fallebat Antipatrum] Locus hic lacunoſus & hiulcus eſt. Quomodo enim vultus ab animis gratulantium diſſentiebant: & quorum? cum de nulla legatione vel populorum vel civitatum Graeciae prius mentio facta ſit. Deſiderantur ergo vel haec, vel his potius ſimilia verba: Reliqui Graeciae populi & civitates (praeter Spartanos & foederatos) eventum belli exſpectabant, miſſis legatis, Antipatro victoriam, quamvis ipſum vinci maluiſſent, gratulati ſunt. Nec fallebat Antipatrum &c. norat enim quod vulgo dicitur. *ſaepe diſſident ab animis vultus gratulantium.* RADERUS. *Nec fallebat.* Nihil hic deeſt, ne fallere. Sed Curtius haec ita ſtricte propoſuit, ut tamen non deeſſent verba pleno ſenſui, ſi cum judicio legantur. Ita ſaepiſſime optimi quique ſcriptores volunt quaedam intelligi ex conſequentia verborum, quae ipſi non aperte dixerunt. Sic apud Tacit. 11, 46, 7. *miſſus Druſus, ut retulimus, pacis firmator*, cum id nullo expreſſo verbo retuliſſet, ſed ita indicaſſet, ut lectori rerum ſimul orationiſque non imperito facile intelligi potuerit. Sic apud Liv. xxxvi, 13, 4. *ad recipienda oppida &c. ierunt. Erant autem haec Aeginium, Ericinum, Gomphi, Silana, Tricca &c. Inde Pellinaeum &c.* Ubi ſupra nominata oppida non expreſſe quidem ſcripſit eſſe recepta, ſed tamen ex dictis, & praeſertim vocula *Inde*, intelligi voluit. Hic itaque pari modo cum de *gratulantium vultu* loquatur, ipſe intelligere per te potes, eos & coram ipſo ſtetiſſe, & ut ipſum convenirent, profectos eſſe, idque ex eorum civitatibus & aedibus adeo: ſed iſta omnia commemorare putidum & puerile foret. Sic in fine hujus capitis non exſerte tradit Lacedaemoniorum Megalopolitanorumque legatos ad Alexandrum profectos fuiſſe (quae etiam cauſſa fuit, cur Vir quidam Eruditus putaret ibi quoque aliquid deeſſe) ſed ex omnibus circumſtantiis ab attento lectore facile colligi poſſe, ſufficere putavit. Brevitati narrationis inſervit, *ſi exitus rerum ita exponimus, ut ante quoque quae facta ſint, ſciri poſſint, tametſi nos reticuerimus. Quod genus, ſi dicam me ex provincia rediiſſe, profectum quoque in provinciam intelligatur.* Rhetor. ad Herenn. 1, 9. FREINSH.

Majoris res] Τὸ *res* non erat in membranis, & ſane, cum praeceſſerit *rerum*, poſſet abeſſe. MODIUS. Ideo forte legendum *majores* (ſc. res) *geſſerat.* HEINSIUS. Sic hujus libri c. 2, 16. *contentum rebus, quas geſſiſſet, in Macedoniam protinus redire.*

Antipatrum viciſſe, ne tacitus quidem indignabatur] Non ſatis liquet hoc, quod levi mutatione ſic clarabis: *Antipatrum viciſſe, nec tacitus quidem, indignabatur.* Multo expreſſius ita, nec in eam mentem aliter Latinus. Ut vulgo eſt, eo traxeris, quaſi non ſit indignatus, ne tacitus quidem, & infra ſe, qui maxime & palam indignabatur, Alexander. ACIDALIUS. Verba ambigua, ſi non vere interpungas. Quaſi diceret, Alexandrum non indignatum fuiſſe, quod viciſſet Antipater, nec ullum etiam ſignum indignationis prodidiſſe. Alienus hic à mente Curtii & Alexandri ſenſus. ergo ita diſtingue & expone: *Alexander hoſtes vinci voluerat, Antipatrum viciſſe, ne tacitus quidem, indignabatur.* hoc eſt, ne diſſimulare quidem potuit invidiam, ſed palam etiam in voces erupit, quod ex eo apparuit, quum non ſine ſcommate per contemtum, ut eſt in Plutarchi Ageſilao Μυομαχίαν appellavit. RADERUS. Non occulte, ſed aperte indignabatur, & pugnam hanc Antipatri contemtim μυομαχίαν, *murium pugnam* appellabat. Plutarch. Ageſ. p. 664. CELLAR.

Suae demptum gloriae] Forte, *ſuae ademptum gloriae.* HEINSIUS.

Non gravate] Bene quod in re praeſenti non adſum, cum ita largiter ab operis peccatur, ſi enim adſim, vix videor illis poſſe abſtinere manum, ita quaſi

ipse agere [1] arbitria victoriae: sed [2] concilium Graecorum, *quid fieri placeret*, consuluit. A quo Lacedaemonii, *nihil aliud quam ut oratores* [3] *mittere ad regem* [4] *liceret* [5] precati, [6] veniam defectionis [7] praeter auctores impetraverunt. [8] Megalopolitani, quorum urbs [9] erat obsessa [10] à defectione, [11] Achaeis & Aetolis [1] cxx.

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. Lugd. Ald. Mer. Col. Bas. *arbitrio* vulgo *arbitrum*. 2 Leid. Voss. 2. *consilium*. 3 Pal. 1. *mitteret*. 4 Pal. 1. omittit *liceret*. 5 Pal. 1. Ald. Mer. Col. Bas. *precari* D. B. 1. omittunt *precati*. 6 Sic Ald. & Frob. vulgo *non gravate veniam* D. Bong. *gratae* Voss. 2. Pal. 1. Mer. Col. Bas. *grate* B. 1. *gete* Fl. Voss. 1. *geatae*. 7 Pal. 1. *propter*. 8 Vulgo *Megalopolitanis* Ald. Mer. Col. Bas. *Megalopoltani* Bong. *Megalopelitani* Pal. 1. *Megalepelitani* D. Fl. Leid. Voss. 2. *Maegalepolitani*. 9 Voss. 2. Bong. Lugd. Amst. *obsessa erat* Fl. Voss. 1. *obsesserat*. 10 Leid. Voss. 2. *à defectionis ejus* Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *ad defectionis ejus mulctam* sed Bong. omittit *mulctam*. 11 Fl. *Achas & Eli* Voss. 1. *Achas Seteli* Voss. 2. Ald. Col. Bas. *Achasetoli* P. *Achastelli* B. 1. F. *Achaseteli* Mer. *ac Aetolii* B. 2. *Arhasseteli* Amst. Lugd. *Achaeis, & Aeleis*.

quasi de industria, quae emendaram, corrumpunt. Scripseram ego; *à quo Lacedaemonii nihil aliud, quam ut oratores mittere ad regem liceret precati, non gravate veniam &c.* excuderunt, *à quo Lacedaemonii nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret precari. Non gravitate veniam* &c. De cetero illud *non gravate*, quod reposui, de conjectura est, cum vulgo esset: *quam ut oratores ad regem mittere liceret precati, veniam.* in membranis pro *precati*, *geatae*, vel *grate*. MODIUS. Sequitur hic eorum exemplum Modius, quos tam saepe damnat, ac praepostera liberalitate de suo ista donat auctori *non gravate*. Jubeamus illum quoque res suas sibi vicissim habere. Nam quae ratio, quia in membranis pro *precati*, *geate*, vel *grate*, novas inde voces potius exsculpere, quam eam ipsam, cujus locum occupabant, elicere? Scilicet compendiose virgula τῷ *p*, quod ambigue tamen etiam *g* superimposita scriptum *precati* fuit: hoc leviter deinde in eam faciem, quam membranae exhibent, corruptum, è qua tamen facile quivis, tanto facilius Modius germanum *precati* agnosceret. Reddimus ei suum *non gravate*, quod gravate sane Curtius accepit. ACIDALIUS. *Veniam.* Omisi duo verba *non gravate*, quae inculcaverat Modius, volente cum libris veteribus Acidalio. Deinde sequentia constitui ex oratione Aeschinis contra Ctesiphontem: *Elei & Achaei omnes &c. deficiebant, & tota Arcadia, praeter Megalopolim, cujus, cum obsideretur, excidium in dies expectabatur.* huic igitur Alexander damna, quae ob fidem in ipsum pertulerat, haud dubie ab auctoribus sarciri voluit. vide Supplem. VI, 1, 14. FREINSH. Interponunt quidam cum Modio *haud gravate.* Tellierus *gratis* (imo vero Gronovius) Erasmus *grate*, quae Freinshemius libros veteres secutus expunxit. CELLAR. Vulgo *grate*, vel *non gravate* MSS. ut & Modii quidam *geatae* lege *Aegeatae*, populus nempe Peloponnesi. HEINSIUS. Procul dubio latet in his literis *gete*, *geatae* vox populi: etiamsi eas, & quod alii inde formaverunt *grate*, aut *gravate* ex sua editione ejecerit Doctissimus Freinshemius, quia huic loco minime convenire videbantur. Quippe de iis tam cito statuisse Alexandrum certe Curtio non apparuit. nam l. VI, 5. *Lacedaemoniorum legatos ad Darium missos in custodiam tradi jussit. ipsi in Bactrianis agenti nuntiatur* tantum *ex Graecia Peloponnensium Laconumque defectio, nondum enim victi erant, cum proficiscerentur tumultus ejus principia nuntiaturi.* Lib. VII, 4, 30. & ibidem n. 39. *Rex his laetus de Spartanis haud quaquam securus magno tamen animo defectionem illorum tulit, dicens; non ante ausos consilia nudare, quam ipsum ad fines Indiae pervenisse cognovissent.* Quod optime vidit Nob. N. Heinsius, qui ideo ita hunc locum constituit: *A quo Lacedaemonii nihil aliud, quam ut Oratores mittere ad regem liceret, precati Aegeatae veniam defectionis praeter auctores impetraverunt.*

Urbs obsessa erat] Lege & interpunge totum locum hoc modo: *à quo Lacedaemonii nihil aliud, quam ut oratores ad regem mittere liceret precati, non gravate veniam defectionis, praeter auctores impetraverunt. Megalopolitanis, quorum urbs obsessa erat à defectione, Achaeis, & Aeleis* CXX. *talenta dare jussit.* Intricata sunt omnia, fateor, praesertim si vulgatos consideres libros, in quibus est, *à quo Lacedaemonii nihil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret precati, veniam defectionis praeter auctores impetraverunt. Megalopolitani quorum urbs erat obsessa ad defectionis ejus mulctam Achaeis & Aetolis viginti talenta dare jussi sunt.* Intricatissima, & quibus profecto Hercules aliquis Ἀλεξίκακος opus est, feci tamen & ipse quod potui: cumque in codicibus antiquis posteriora ita scripta invenissem, *Megalopolitani, quorum urbs erat obsessa à defectione ejus mulctam Achas & Elis centum viginti talenta dare jussis.* primum, ad finem primae dictionis *s* littera adjecta, dein voce *mulctam* abjecta, quam facile ipsae membranae ostendunt, glossema esse ejus, qui voluit significare mulctae nomine pecuniam hanc Megalopolitanis indictam: postremo, facto ex illo *Achas & Elis Achaeis & Aelaeis* totam periodum constitui. Erunt fortasse etiam, qui illud *à defectione* quoque suspectum habebunt, propterea quia statim praecessit, *veniam defectionis*, & ha-

21 [1] cxx. talenta dare [2] jussi sunt. Hic fuit exitus belli, quod repente ortum, prius tamen finitum est, quam Darium Alexander [3] apud [4] Arbela superaret.

VARIANTES LECTIONES.

1 Frob. omittit *centum*. 2 Voss. 1. & vulgo *jussis*. 3 Voss. 2. omittit *apud*. 4 Vulgo *Arbella* Pal. 1. *Harbelam*. Ald. Frob. Mer. Col. *Arbellam*.

& habeant sane per me, vel ejiciant etiam hinc, dum reliqua probent, aut certe ita scribant. *Megalopolitanis quorum urbs obsessa erat in mulctam Achaeis & Aelaeis* (sive mavis *Aetolis*) *centum viginti talenta dare jussis*. etsi priora magis probo. MODIUS. Tota haec periodus confusa, mendosa, impedita, & inexplicita, in qua miror nihil acres Acidalii nares olfecisse. Multa Modius est conatus, sed non eluctatus. Nam ex illius editione dubites, an Achaei, & Aelaei Megalopolitanis, an Megalopolitani Achaeis & Aelaeis jussi sint pendere centum viginti talenta. Constantiensis & Argentinensis vetus codex adhuc absurdiores sunt, & monstra verborum repraesentant. Sequor Glareani libros & clarissimam & certissimam scripturam, quae ita habet. *Megalopolitani, quorum urbs obsessa erat, ad defectionis mulctam Achaeis & Aetolis centum viginti talenta dare jussi sunt*. Nunc & sensum verborum accipe. Megalopolitani ab Achaeis & Aetolis & Macedonibus defecerant, & cum Agide senserant, Achaei & Aetoli illorum urbem *à defectione*, hoc est, postquam defecerant, obsederunt. confecto bello & victis cum Agide Lacedaemoniis, pacem ab Antipatro petierunt: quibus in poeanm & mulctam à communi Graecorum, sive concilio, Corinthi imperatum est, ut Achaeis & Aetolis, qui in obsidione urbis Megalopeleos impensas fecerant, vicissim ad damnum resarciendum centum viginti talenta penderentur. Interim verba, *ad defectionis mulctam*, puto glossema fuisse, in contextum à librariis praeter mentem Curtii insertum. RADERUS. Intricatissima haec, quibus aliquis Hercules Ἀλεξίκακος opus sit, ait Modius. Itaque forte melius his abstineremus manum. non placet tamen solos Megalopolitanos Lacedaemoniorum socios fuisse, quum Graeciam fere omnem faciat Justinus: non placet Aetolos sub signis Alexandri poni, qui gloriantur apud eumdem, se Philippum non timuisse, Alexandri edicta sprevisse. Florentin. *precati geatae veniam*. Dan. *gratae*. Pal. *grate*. unde fecerunt *haud gravate*. Dein Pal. *Megalepolitani*. Dan. *Megalepolitanis*. Denique Flor. *quorum urbs erat obsessa defectionis ejus Achas & Eli* &c. *dare jussis*. unde scribendum existimo: *precati, gratis veniam defectionis, praeter auctores, impetraverunt. Megalepolitanis, quorum urbs erat obsessa, defectionis rei Achaei & Elei* cxx. *talenta dare jussi*. Achaei nempe & Elei conjuncti Lacedaemoniis fuerunt, & Megalepolitanos desciscere nolentes obsederunt, agro haud dubie vastato & direpto: pro quibus detrimentis illa exacta est pecunia. Lacedaemonios *gratis* ait impetrasse veniam dicturus contrarium de ceteris. *Megalenpolin* etiam in Livii scriptis notavimus. GRONOV. lib. II. Obs. c. 12. *A defectione*. Forte *pro defectione*, hoc est, ut alii legunt *ad defectionis mulctam*. Si tamen *à defectione* retineas, recte cum praecedenti *obsessa* junges: capiesque urbem *à defectione*, id est, post defectionem, obsessam fuisse. FREINSH. *A defectione*. Post defectionem Peloponnesiorum à fide Macedonibus promissa. quidam malunt *pro defectione*, aliterque incidunt, ut cum sequentibus cohaereat. CELLAR. *Quorum urbs obsessa erat à defectione*. MSS. o. addunt vocem *ejus*. forte, *quorum urbs diu possessa à defectionis reis, Achaei & Elii*. vel forte, *Quorum urbs obsessa erat à die defectionis ejus*, vel, quod malo, *Quorum urbs obses erat data defectionis ejus*. De Achaeis copiose Justin. l. XXXIV. HEINSIUS. Utut haec capienda sunt, rerum historia, quam ex supplementis colliges, tamen desiderat, ut *Megalopolitanis Achaei & Aelei dare* cxx. *talenta jussi* sint. quod omnium pulcherrime hic, ut solet semper, expedivit perspicacissimus Gronovius.

CA-

CAPUT II.

Alexander bello invictus, otio & delitiis frangitur. unde rumor in castris, qui torpentem excitat.

Sed ut primum instantibus curis [1] laxatus est animus, [2] militarium rerum quam 1
quietis otiique patientior; excepere eum voluptates: & quem arma Persa-
rum non fregerant, vitia vicerunt. [3] Intempestiva convivia, & [4] perpotandi 2
[5] pervigilandique insana [6] dulcedo, ludique, & greges [7] pellicum, omnia in
[8] externum [9] lapsa [10] sunt morem. [11] quem aemulatus [12] quasi [13] potiorem [14] suo,
ita popularium animos oculosque pariter offendit, ut [15] à plerisque amicorum
pro hoste haberetur. Tenaces quippe disciplinae suae, solitosque [16] parco ac 3
parabili victu ad implenda [17] naturae desideria [18] defungi, in peregrina [19] &
devictarum gentium mala impulerat. Hinc saepius comparatae in caput ejus 4
insidiae: secessio militum: & liberior inter mutuas [20] querelas dolor: ipsius
deinde nunc suspiciones; quas excitabat inconsultus pavor: ceteraque his simi-
lia, quae deinde dicentur. Igitur quum [21] intempestivis conviviis dies pariter no- 5
ctesque consumeret; satietatem epularum ludis [22] interpolabat: non contentus [23] arti-
ficum,

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *lassatis.* 2 Voss. 1. *militarum.* 3 B. 1. *tempest.* 4 Fl. *perpotanti* Voss. 2. *pernoctandi.* 5 Voss. 2. *vigilandique.* 6 Mer. *cupido.* 7 MSS. nostri *pelicum* semper. 8 Pal. 1. *exterum.* 9 Voss. 2. *lassa* 10 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. omittunt *sunt.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Ald. Mer. *quemque aemulatus* P. *aemul. quemque.* 12 Voss. 2. omittit *quasi.* 13 Lugd. Amst. *potentiorem.* 14 Pal. 1. *suorum.* 15 Ald. Frob. Col Mer. Bas. omittunt *à.* 16 Ald. *parto.* 17 Pal. 1. *nunc.* 18 P. omittit *defungi.* 19 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. praeter B. 1. sed Pal. 1. Mer. Bas. Ald. Col. B. 1. *& evictarum* vulgo *& victarum.* 20 Voss. 1. *quaerellas.* 21 B. 1. *tempest.* 22 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *interpellabat.* 23 Frob. Mer. Col. Bas. *musica artificum.*

Intempestiva convivia] Eum singulis diebus in coenam, ad quam vocavit sexagenos, aut summum septuagenos convivas, expendisse centenas minas Ephippus Olynthius tradidit, ut est apud Athenaeum lib. IV. Hae vero efficiunt aureos Ungaricos 848. semuncialem unum, duodenarios quinque, duplos duos, simplum unum. Agricola de pretio veterum monetarum lib. III. Quae de tempestivis intempestivisque conviviis contra Turnebum Adversar. VI, 16. & Manutium de Quaesitis per epist. I, 6. disputat Lipsius, supra ad V, 7, 2. monuimus. quo pertinet & iste locus Apulei ex Apolog. prima. *Nuptiaene illae fuerunt, an aliud celebratum officium, an tempestivum convivium?* FREINSH. Nulla in veterum libris *intempestiva* convivia exstare, nisi vitio librariorum, & ubique *tempestiva* legendum esse, Salmasius in Vopisci Florian. extr. argumentis probat, suffragantibus non minori auctoritate viris Gronovio ad Quinctil. Declam. CCLX. Graevio ad Sueton. Calig. c. 45. *tempestiva* enim, hoc est, de medio die inita, in vitiis posita erant, ut opus non sit *intempestiva* illis opponi. Adde Lips. in Tacit. A. XIV. Qui vero *intempestiva* admittit, sed nocturna, *tempestivis*, tamquam diurnis opposita: cui noster obstat. n. 5. conviviis sive tempestivis legas, sive intempestivis *dies noctesque* consumtas tradens. Freinshemio sunt intempestiva, quae temporibus non conveniunt, instituta quando aliud agendum erat, sed & hoc invitis puto, quos laudavi, IIIviris. CELLAR.

Lapsa sunt] Alii omittunt, *sunt?* propius, opinor, à vero. Ego etiam altius metuo, & ita potius olim haec concepta fuisse suspicor: *quem arma Persarum non fregerant, vicerunt intempestiva, convivia & p. p. i. d. l. e. g. p. o. in externum lapsa morem &c.* FREINSH. Verbum *sunt* libri meliores non agnoscunt; Et plane abesse debet; nam respiciunt omnia praecedens *vicerunt.* SCHEFFER.

Non contentus artificum] Tota emendatio hujus loci, si verbum *interpolabat*, pro quo illae *interpellabat* scribendum suadent, eximium habeas, tota plane à membranis est. in vulgatis legebatur. *non contentus musica artificum, quos è Graecia excitaverat, turba. quippe captivae foeminarum jubebantur* &c. quibus verbis, quod venenum praesentius existimas, qui homines urbanioris notae intoxices? MODIUS. *Non contentus musica artificum, quos è Graecia excitaverat, turba.* Ita Modius corrigit, ego malim *n. c. musica, quam è G. e. t.* in universum fuerunt duodecim, ut Athenaeus l. XII. recenset. LOCCEN. *Contentus artificum.* Gifanius in Observ.

ficum, quos è Graecia [1] excitaverat, [2] turba. quippe captivae [3] feminarum [4] ju-
6 bebantur *suo ritu canere* inconditum, & abhorrens peregrinis auribus carmen. In-
ter quas unam rex ipse conspexit moestiorem quam ceteras, & producentibus [5] eam
verecunde reluctantem. excellens erat forma, & [6] formam pudor [7] honestabat;
dejectis in terram oculis, & quantum licebat, ore velato, suspicionem praebuit
7 regi, nobiliorem esse, quam ut inter [8] convivales ludos deberet ostendi. Ergo
interrogata *quaenam esset? [9] neptem se Ochi*, *qui nuper regnasset in Persis*, *filio ejus
genitam esse*, respondit; *uxorem [10] Histaspis fuisse*. propinquus hic Darii fuerat,
8 magni & ipse exercitus praetor. Adhuc in animo regis tenues reliquiae pristini
moris haerebant. itaque fortunam regia stirpe genitae, & tam celebre [11] nomen
reveritus; *non dimitti modo captivam*, [12] *sed etiam restitui ei suas opes* jussit: *virum
9 quoque requiri*, *ut reperto conjugem redderet*. Postero autem die praecepit [13] He-
phaestioni, *ut omnes captivos in regiam* [14] *juberet adduci*. [15] ubi singulorum nobi-
litate

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *exciverat*. 2 Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. Col. Mer. *turbae* Voss. 2. *turbe*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *feminarum*. 4 Voss. 2. Pal. 1. *videbantur*. 5 Frob. Ald. Bas. Mer. Col. *eas*. 6 Pal. 1. omittit *formam*. 7 Voss. 1. *homnestabat*. 8 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. Lugd. *convivia-les*. 9 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *neptim*. 10 Fl. Leid. Voss. 1. *Histapsis*. 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. D. Pal. 1. Frob. Mer. Col. Bas. *nomen neptem Ochi*. 12 Ald. *sed &*. 13 Fl. Voss. 1. 2. Col. Bas. *Ephestioni*. 14 Pal. 1. Voss. 2. *deberet adducere*. 15 Fl. Leid. D. Bong. *ibi*.

serv. in Ling. Lat. *Contentus alicujus rei: pro, re aliqua. Claud. JC. l.* XXXVII. *Cum quis decedens*, §. *Nupturae. in fine de leg.* 3. *Quoniam in his expressit, ut contentus esset partis dimidiae dotis. Sic Curtius Contentus artificum. ubi vulgo tamen contra vet. lib. addunt, opera.* Hactenus Gifanius, qui si ita in MSS. reperit, mirum à nullo alio umquam hactenus animadversum fuisse. Sane in omnibus quos vidi, aut de quibus relatum mihi est, vel *turba* adjectum est, vel *turbae*, nullibi quod sciam, omissa ista voce. Ego quidem in his talibus memini diffidere. Saepissime enim adverti monstrosos ineptissimorum librariorum partus, blandiente novitate, à multis pro certissimo Latinitatis genuinae pignore excipi foverique. Ejusdem generis esse arbitror quod infra IX, 4, 11. volunt scripsisse Curtium *majora omnium. In oculis duo majora omnium navigia submersa sunt.* Qui tersissimum auctorem tam horridi sermonis reum faciunt, nae illis aut judicium deest, aut voluntas vere de antiquorum geniis sentiendi. Sed de eo loco infra pluribus. FREINSH. Vide notas ad Vellej. Paterc. l. II. c. 88. HEINSIUS. Gifanius, & reliqui, qui hoc loco de voce *contentus* cum genitivo constructa cogitarunt, secuti sunt lectiones MSS. quae nobis praestant *turbae*, & vocem *feminarum* omittunt, & distinguunt, *turbae quippe captivae jubebantur suo ritu canere.*

E Graecia] Livius XLV, 32, 1. de Pauli Aemilii ludis: *Nam & artificum omnis generis, qui ludicram artem faciebant, ex toto orbe terrarum multitudo, & athletarum, & nobilium equorum convenit; & legationes cum victimis: & quidquid aliud deorum hominumque caussa fieri magnis ludis in Graecia solet.* Ibi enim ejusmodi hominum maxima erat copia, quia *ibi ludicras quoque artes exercere honestum erat.* Auctor de Causs. corruptae Eloqu. X, 7. FREINSH. *E Graecia excitaverat.* Alii *exciverat*, quod praefero, nam excitantur, qui per otium, ignaviam, aut similes caussas manent in occulto, ac proferre se nolunt, quod hic non attenditur, sed id solum, quod ad se evocaverit è tam longinquis terris. id autem est *excire*. SCHEFFER.

Feminarum] Lubenter cum lib. Bong. exesse jubeam hanc vocem. nam video inde receptam fuisse, quod in aliquibus scripserant *turbae* pro *turba*. quam vocem proinde non ad *artifices* referendam putarunt, sed ad *captivas*, & cum à *turbis captivis* non admodum suave carmen expectarent delicati homines, restrinxerunt eum chorum, adjectione voculae, ad feminas. FREINSH. *Captivae foeminarum*, captivae foeminae, Graecismus. CELLAR.

Producentibus eam] Editiones *producentibus eas*. MODIUS.

Verecunde reluctantem] Sic de Aspasia *ad coenam Cyri inter alias mulieres introducta*, Plutarch. Artaxerxe cap. 42. *parantibus adducere ipsam cubiculariis: Vae ei, inquit, mihi qui admoverit manus.* Additque Cyrum inde etiam indolem mulieris perspexisse atque aestimasse. Videatur Fr. Junius de Pictura veterum pag. 261. f. FREINSH.

Conviviales ludos] Ita scripti codices, sed vulgatum illud *convivales* usitatius videtur bonis auctoribus. Sic Tacitus dixit, *convivales fabulas.* MODIUS.

Nomen reveritus] Quid non recipiunt in contextum nostri magistelli? quum ad vocem *nomen*, *sc. neptem*

litate ſpectata, ſecrevit à vulgo, quorum eminebat genus. [1] Decem hi fuerunt;
inter quos repertus eſt [2] Oxathres Darii frater, non illius fortuna, quam indole
animi ſui clarior. [3] Sex & viginti millia [4] talentum [5] proxima praeda [6] redacta erant: 10
[7] è quîs duodecim millia in congiarium militum [8] abſumpta ſunt. [9] par huic [10] pecuniae ſumma cuſtodum fraude [11] ſubtracta eſt. [12] Oxydates erat nobilis Perſes, 11
[13] qui à Dario capitali [14] ſupplicio deſtinatus, cohibebatur in vinculis; huic [15] liberato [16] ſatrapeam Mediae adtribuit: fratremque Darii recepit in cohortem amicorum, omni [17] vetuſtae [18] claritatis honore ſervato. Hinc in [19] Parthienen 12
per-

Variantes Lectiones.

1 P. F. B. 1. 2. & vulgo *mille* Leid. Voſſ. 1. ∞. 2 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. ſed Ald. *Oxyatres* P. omittit Pal. 1. *Meathles* Voſſ. 2. *Menathres.* 3 Leid. *XXVI.* Fl. Voſſ. 2. P. omittunt *millia* Aldus totum hunc verſiculum omittit. 4 Frob. Mer. Col. Baſ. *talentorum.* 5 Voſſ. 2. Pal. 1. *è proxima.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 2. D. Baſ. Col. Mer. *reducta.* 7 Fl. *queis è* D. *quis è* Leid. Voſſ. 1. *qui ſe* Pal. 1. Voſſ. 1. *quis* Mer. Col. Baſ. *equis.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. B. *adſumpta* Mer. Col. Baſ. F. *aſſumpta.* 9 Voſſ. 1. *per.* 10 Voſſ. 2. *pecunia.* 11 Pal. 1. *ſub detracta.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. Amſt. Frob. Lugd. Col. Mer. Baſ. *Oxidates.* 13 Lugd. Amſt. alii omittunt *qui.* 14 Voſſ. 2. *judicio.* 15 D. B. 1. F. *liberto.* 16 Sic MSS. Frob. Ald. Lugd. Mer. Col. Baſ. ſed Voſſ. 2. *ſatropeam* vulgo *ſatrapiam.* 17 Mer. *vetuſtate.* 18 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Bong. Mer. Col. *caritatis.* 19 Pal. 1. *in Perthienem* Ald. & Elz. omittunt *in.*

neptem Ochi, aliquis annotaſſet, indigniſſimum facinus futurum judicarunt, ſi non è veſtigio ea pro Curtii verbis haberentur, & ex animi ſententia non deberent hujuſmodi homines, cum oculos domi non habeant, foris utendos rogare? enimvero deberent. MODIUS.

M. hi fuerunt] Vulgo x. impoſuit illis, quod ut dixi etiam antea millenarius numerus ſimili ferme cum denario nota à librariis deſignatur. MODIUS.

M. hi fuerunt &c. Prolixius erit adſcribendus locus, ut ratio lectori facilius conſtet emendationis. hanc puto certam me habere, nec levem; quippe in ordine turbato, & ἀνακολουθία manifeſta. Quis non videt, male cohaerere iſta? *Oxidates erat nobilis Perſes, à Dario capitali ſupplicio deſtinatus, cohibebatur in vinculis.* Jam quis credat captivorum recenſioni interſeruiſſe Curtium de praeda inde in militum congiarium abſumta partim, partim cuſtodum fraude ſubtracta? ἀπροσδιόνυσον hoc, & indecorum. Nec eſt per auctorem aliter, neque poteſt ex ipſa re, quin illa cohaeſerint de Darii fratre, & nobili altero Oxidate. At nunc quomodo divulſa? tranſpoſita liquet, & fas nobis ſit reſtituere, priſtina ſerie verborum ex ingenio retexta. Scribe totum locum de integro: *M. hi fuerunt; inter quos repertus eſt Oxatres Darii frater, non illius fortuna, quam indole animi ſui clarior. Oxidates etiam nobilis Perſes, à Dario capitali ſupplicio deſtinatus, cohibebatur in vinculis, huic liberato - - - - - - honore ſervato. XXVI. millia talentum - - - - - fraude ſubtracta eſt. hinc in Parth.* Quae inſititia ante, ut nunc traduximus, haud dubie in natalem reduximus locum. De quo ſi quis tamen haeret, illud quidem conſentiet ſtatim, captivorum ſic recte continuatam enumerationem. Omnino enim Oxathres & Oxidates iſto conjungendi modo. ACIDALIUS.

XXVI. Acidalius hunc & ſequentem numerum tranſpoſitos fuiſſe judicat, & omnino cohaerere vult de Oxathris & Oxydatis fortuna narrationem, quem plane ſecutus RADERUS. Aldus totum eum verſum aut non reperit in libris ſuis; aut ſi reperit, pro ſpurio habuit: omiſit enim. Hoc quidem patet, etiam ita ut illi volunt tranſpoſitum, non admodum concinnum eſſe aut congruum antecedentibus & ſequentibus verbis. Sane de Oxydatis fortuna diu ante tradidit Arrian. III, 4, 17. cum adhuc viveret Darius. Et ſi haec non reſecemus ad vivum, tamen vitioſus adhuc eſſe videtur locus. apparet enim totam eam pecuniae vim, ex Curtii ſententia, tum fuiſſe alienatam atque exhauſtam. ea ratio ut conſtet, aut pro *XXVI.* legendum eſt *XXIV.* aut *XIII.* pro *XII.* FREINSH.

XII. millia] Neceſſario hic emendandus in XIII. millia, nam addit *par huic pecuniae ſumma cuſtodum fraude ſubducta eſt.* Si autem ſummam XII. millium addas, & parem facias ſummae diſtributae in militem, non erunt XXVI. millia, ſed XXIV. itaque vel hic lege XIII. M. vel ſupra XXIV. millia. LOCCENIUS.

Congiarium militum] Quamquam diſtinguunt Latini ſaepe numero, ut *donativum* militi, *congiarium* plebi addatur (vide Tac. XII. Ann. c. 41. Plin. Paneg. c. 13.) tamen etiam laxiore uſu vocis, quae militi donantur, congiaria ſunt. Quinctil. l. VI. c. 3. etiam dona, quae Auguſtus amicis miſit, *congiaria* vocat, additque *congiarium eſſe commune liberalitatis, atque menſurae.* CELLAR.

In vinculis] De carceribus Perſarum non omiſit exactiſſimus Briſſonius l. II. de regn. Perſ. p. 258. FREINSH.

Vetuſtae claritatis] *Vetuſtate caritatis*, in membranis, qui ſcripſit, aliud, opinor, egit. MODIUS.

Hinc in Parthienen] Sive Parthiam, anguſtam illo tempore regionem, poſt uſque ad Caſpias Pylas ampliatam. Strabo l. XI. Hinc Curtius Juſtino,

perventum est, tunc ignobilem gentem; nunc caput [1] omnium, qui post Eu-
13 phraten & Tigrim amnes siti rubro mari terminantur. Scythae regionem [2] campestrem ac fertilem occupaverunt; graves [3] adhuc adcolae. sedes habent & in Europa, & in Asia: qui super [4] Bosporum colunt, [5] adscribuntur Asiae; at qui in Europa sunt, à laevo Thraciae latere ad [6] Borysthenen, atque inde ad Tanaïn
14 alium amnem, recta plaga [7] adtinent. Tanaïs Europam & Asiam medius interfluit. nec dubitatur, quin [8] Scythae, qui Parthos condidere, non à Bosporo, sed
15 [9] ex [10] regione Europae [11] penetraverint. Urbs erat ea tempestate clara [12] Hecatompylos,

VARIANTES LECTIONES.

1 Cellar. edit. *omnino.* 2 Voss. 2. *non campestrem at fertilem.* 3 Sic MSS. & Bong. praeter P. qui omittit *adhuc* Ald. Frob. Mer. Col. *adhuc incolae* Bas. *adhaec incolae.* 4 Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *Bosphorum mare* Pal. 1. *Posforum mare.* 5 vulgo *ascribuntur* P. *asscrib.* 6 Voss. 1. 2. *Boristenem.* 7 sic Fl. Leid. Voss. 1. Pal. 1. D. Bong. Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Bas. Col. sed alii *pertinent* 8 Voss. 1. *scite.* 9 P. omittit *ex.* 10 Voss. 1. 2. P. Lugd. Amst. *Eur. reg.* 11 Voss. 2. *penetraverunt.* 12 Bong. *Haesatomphilos* Fl. Leid. *Haecatomphilos* Voss. 1. 2. *Hecatomphilos* D. *Hecatomphylos* Pal. 1. *Haec tomphylos* Ald. Mer. Col. Bas. *Atomphilos.*

no, & Arriano conciliatur. Illi enim quum Pylas praetergressum Darium in Parthiae vico captum vinctumque tradunt, Parthiam sui aevi, hoc est, auctam ampliatamque intelligunt; Curtius autem Parthienen, ut Alexandri temporibus angustis finibus circumscripta fuit. CELLAR.

Caput omnium] Justinus l. XLI, 1, 1. *velut divisione orbis cum Romanis facta, imperium Orientis iis* asserit. Tacitus l. II, 60, 5. Parthis *vim*, Romanis *potentiam* tribuit. Ut mirari Livii l. IX, 18, 5. stomachum libeat, *repertos ex Graecis, qui Parthorum contra nomen Romanum gloriae faverint.* Nec ambigam, hos Graecos Strabonem imitatum l. II. ubi Parthos *tantum possidere terrarum, tot gentibus dominari* affirmat, *ut ob imperii magnitudinem, Romanorum potentiae quodammodo pares sint.* Reineccius de regno Parthico. FREINSH.

Graves adhuc adcolae] Non satis fido istis verbis, suspicor leviter, *gnavi adhuc agricolae.* ut commendet eos à peritia agriculturae, qua excellant suo etiam tempore. Certe studium illis & vita in illa maxime, qui propterea campestrem fertilemque, ut hic ait, regionem occuparint, & ut l. VII. inter bona sua praecipue jugum boum numerent & aratrum. ACIDALIUS. Romanis provinciis vicini Crassum victum occiderunt Parthi, etiam aevo Neronis & sequentibus annis Romanis infesti. RADERUS. *Graves adhuc adcolae.* De Scythis intellige, qui accolae tum Parthorum, nec imperio eorum subjecti, & saepius hostes. Justinum lib. XLI. & XLII. & Tacit. VI, 36, 5. VI, 44, 1. &c. inspice. Proinde jocabatur Acidalius, cum emendandum suspicaretur, *gnavi adhuc agricolae.* Nec serio rem dispexit Raderus, qui accolas Romanis fuisse tradit Parthos: cum Curtio de Scythis Parthorum accolis sit sermo. FREINSH. Divide Scythas: qui occupavere regionem, jam non erant accolae, sed incolae, caeterorum demum pars accolebat. CELLAR.

Bosphorum] Editi *Bosphorum mare.* MODIUS.

Boristhenen] *Tricosi sunt qui negant Boristhenem esse, qui hodie* Neper, *aut* Nieper *vocatur. Nam de Borysthene ita scribit Periegetes Dionysius* vers. 3, 11.

Ubi Borysthenis fluvii extensa aqua
Miscetur Euxino, arietis ante frontem (promontorio nomen est) *Hodie in toto illo tractu nullus magnus fluvius in Euxinum exoneratur è regione* τοῦ κριοῦ μετώπου (frontis arietis) *in fine Tauricae Peninsulae, praeter* Neper. *Ergo* Neper *est Borysthenes, &* Bog, *qui in illum illabitur, is est Hypanis: quod & doctis quoque placere video.* Scalig. in Euseb. num. MCCCLXII. FREINSH.

Medius] Inde *terminus gentium*, hoc est Europaearum atque Thracicarum, appellatur Floro III, 4, 6. IDEM.

Parthos condidere] Persas etiam à Scythis conditos Marcellinus XXXI, 6. tradit. Quod non quidem est impossibile: tamen magis Parthos ab eo, vel auctore certe, quem ibi sequitur, intelligi, credibile est. Et vulgo notum, circum ea tempora Persarum Parthorumque nomina promiscue à Graecis Latinisque fuisse usurpata, sicut etiam aliquanto prius Persarum & Medorum, ex eadem caussa. Vide eruditissimas Cl. Salmasii notas in Tertullian. de Pallio cap. 2. ubi *Scythae exuberant Persas.* Et ipse Marcellin. praeced. cap. dixerat Persas vicinos populos *in gentilitatem nominis sui traxisse.* IDEM.

Ex regione Europae] Cur vero non ex Asiae Scythia, quae multo propinquior erat? ut vero supra vidimus, familiaris error Curtio, ut quae ad Tanaim & Euxinum Pontum sunt, regionibus tribuat, quae circa Caspium mare existunt. Alioqui non negamus longiores migrationes Europaeorum, quam vel à Tanai, vel à Scythia, trans Bosporum in Europa sita, in Parthienem. Quem vero Curtius *Bosporum* opponit, Asiatica regio est, terra Cimmeriorum. CELLAR.

Hecatompylos] Vox ipsa Graeca est, & è Graecia profectos conditores ostendit. urbem significat, quae centum habeat portas. Sed Polybius X, 25. aliam etymi caussam adfert: *In media Parthia haec urbs sita est: cum autem diverticula viarum ad omnes regio-*

pylos, condita à Graecis: ibi ſtativa rex habuit, commeatibus undique advectis. Itaque rumor, otioſi militis [1] vitium, ſine auctore percrebuit, *regem* [2] *contentum rebus, quas geſſiſſet, in Macedoniam* [3] *protinus redire ſtatuiſſe.* Diſcurrunt [4] lym- 16
phatis ſimiles [5] in tabernacula, & itineri ſarcinas aptant: [6] ſignum datum crederes, ut vaſa colligerent. Totis caſtris tumultus hinc contubernales ſuos requirentium, hinc [7] onerantium plauſtra, perfertur ad regem. Fecerant fidem [8] rumori 17
temere vulgato Graeci milites, *redire* juſſi *domos*, quorum equitibus ſingulis [9] denariorum ſena millia [10] dono dederat. [11] Ipſis quoque finem militiae adeſſe credebant.

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulgo *viritim* Pal. 1. D. *ritum* Voſſ. 1. 2. *vicium.* 2 Bong. *contentum eſſe.* 3 P. omittit *protinus.* 4 Voſſ. 2. *lymphaticis* P. *lymphantis.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. omittunt *in.* 6 Sic D. ſed ſuperſcripto *o* quaſi eſſet *ſigno dato* quomodo habent Voſſ. 2. Pal. 1. Baſ. Mer. Ald. Frob. Col. 7 Bong. *honerantium.* 8 Mer. *rumore.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *denarium.* 10 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. D. omittunt *dono dederat* Pal. 1. *data.* 11 Col. Baſ. *ipſi.*

regiones ibidem coëant, ex eventu ipſo centum portarum nomen locus invenit. Strabo lib. XVII. à Caſpiis portis ad Hecatompylon regiam Parthorum (ita appellat) 1260. ſtadia auctore Apollodoro numerat, hoc eſt, 12. ſtadia ſupra 39. milliaria Germanica. Diodorus XVII, 75. Hyrcaniae quidem aſſignat, ſed Parthiam quoque Hyrcaniae nomine complectitur. A quibus autem Graecis condita ſit, nondum legi. Urbis Stephanus quoque mentionem habet, ſed ſimplicem, ut & Ptolemaeus. RADERUS. Quod Strabo regiam eam Parthorum vocat, id confirmat lectionem MSS. apud Athen. XII, 2. *Parthorum reges &c. hyemant Babylone,* ubi vulgo lacuna eſt, χειμάζουσι δ' ἐν Βαβυλῶνι (....τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ) quam optime explent γρ. διάγουσι δ' ἐν Ἑκατομπύλῳ τὸ λοιπόν. *in Hecatompylo autem reliquum anni exigunt.* Fuit & Thebarum Aegyptiarum cognomen *Hecatompylos*, à centum portis quas habebant: quod cum hac urbe Parthica non eſt confundendum. Ceterum non credo Radero Diodorum Hyrcaniae aſſignare Hecatompylon, minus etiam, Parthiam quoque Hyrcaniae nomine complecti. Hoc enim vix pro ſano fecerit. Sed certe non fecit. tantum dixit Alexandrum in itinere cum Hyrcanos peteret, veniſſe Hecatompylon: nimirum priusquam Hyrcaniam intraret, per Parthiam ducens, ut ita examuſſim Curtio adſentiat. Dubito autem an hanc urbem intellexerit Vincent. Belvacenſ. in Speculo hiſt. lib. XXX. cap. 89. ita ſcribens: *Tartari Perſidem invaſerunt. civitatem in ea centum portarum, quae vocatur Saphan acceperunt.* FREINSH.

Condita à Graecis] Sed quibus? nomen à Macedonibus impoſitum, largior: urbem jam tum Alexandri temporibus claram à Graecis conditam fuiſſe, unde probabitur? CELLAR.

Viritim] Sigebergenſis Codex MS. *ocioſi militis vitium*, quod quidem niſi forte dormiens haec ſcribo, ferri non incommode poſſet, ſimile habes alibi. MODIUS. Offendi jam olim vehementer ad vocem *viritim*, cujus inſolens hic uſus, nec qui ferri poſſet, ut ego ſentiebam. Itaque varie mutabam, nec inepte quidquam: omnia tamen fruſtra, quando alia tandem ſcripta lectio reperta in Modii Sigebergenſi bono ſane libro. Is pro ea *vitium* habet: ſane bene. Nec enim ferri modo poteſt, quod Modius ait, ſed ferri una, & praeferri omnibus debet ipſiſſima Curtii ſcriptura. *Rumor otioſi militis vitium*, vere. Sic libro VIII. c. 9. idem *Otium ſerendis rumoribus natum* ait. Et huc trahas illud è Taciti Annal. XIV. ambiguae adhuc lectionis: *Haec more famae, credentium otio augebantur.* quod eo modo noſter hic ipſe Modius in Novantiquis cenſuit emendandum, cum vulgo ſcribatur: *Haec in ore famae credentium otio agebantur.* Sed de illo exſpecta nos ad ipſum Tacitum ſuo proprie loco. Curtii quidem etiam noſtri iſtud ex lib. VIII. huc accommodaveris. c. 1. *prudens otii vitia negotio diſcuti, edicit ut omnes in veſtibulo regiae praeſto ſint.* ACIDALIUS. Non *viritim* ut vulgo. Conſtantienſis codex *vitium.* quam ſcripturam, ſupra quam dici poteſt recte commendat Acidalius. RADERUS. *Vitium.* Haud dubie vera haec eſt ſcriptura, quam in Cod. Sigebergenſi Modio repertam merito vulgatae praefert Acidal. Raderus etiam ex Conſtantienſi codice firmat. Sic apud Tacit. XIV, 58, 4. *Haec more famae, credentium otio augebantur.* FREINSH.

Lymphatis] Vide l. IV. c. 12, 14. CELLAR.

Signum datum] Editiones, *ſigno dato*, ſed ita plena non erit oratio. MODIUS.

Sena millia] Diodorus XVII, 74. ἐδωρήσατο δὲ τῶν μὲν ἱππέων ἑκάστῳ τάλαντον, τῶν δὲ πεζῶν μνᾶς δέκα. *Equitibus ſingulis talentum dono dedit, peditibus denas minas.* Adde Plut. Pompejo c. 56. Talentum igitur, & ſena millia denariorum eamdem ſortem efficiunt. De peditibus autem tacuiſſe Curtium, cum equites nominaſſet, mirum mihi fit; & libenter hominum aut temporum injuriam incuſem. FREINSH.

Quam

18 bant. Haud secus quam par erat [1] territus [2] Alexander, qui Indos atque ultima Orientis peragrare [3] statuisset, [4] praefectos copiarum in praetorium contrahit: [5] obortisque lacrimis, *ex medio gloriae spatio* [6] *revocari se*, *victi magis*, *quam*
19 *victoris fortunam in patriam* [7] *relaturum* conquestus est. *nec sibi* [8] *ignaviam militum obstare*, *sed* [9] *deorum invidiam*; *qui fortissimis viris subitum patriae desiderium admovissent*, *paullo post in* [10] *eamdem* [11] *cum majore laude famaque* [12] *reditu-*
20 *ris.* Tum vero pro se quisque *operam suam* offerre: [13] difficillima quaeque poscere; polliceri *militum quoque obsequium*, *si animos eorum leni & apta oratio-*
21 *ne permulcere voluisset. Numquam infractos & abjectos recessisse*, [14] *quoties ipsius alacritatem & tanti* [15] *animi* [16] *spiritus haurire potuissent. Ita se facturum esse* respondit. [17] *Illi* [18] *vulgi aures* [19] *praeparent sibi.* satisque omnibus, quae in rem videbantur [20] esse, compositis; *vocari ad concionem exercitum* jussit, apud quem talem orationem habuit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. *territos.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. omittunt *Alexander.* 3 Voss. 2. Pal. 1. *statuit.* 4 Pal. 1. *praetores.* 5 Pal. 1. *abortisque* 6 Voss. 2. Pal. 1. *revocare.* 7 Pal. 1. *relaturus.* 8 Voss. 2. *militum ignaviam.* 9 Voss. 1. *deum.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. *eadem.* 11 Pal. 1. omittit *cum.* 12 Pal. 1. *rediturus.* 13 Mer. *& difficil.* 14 Pal. 1. *quo.* 15 Leid. *animis.* 16 Mer. *spem.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. Lugd. Amst. Frob. Col. Bas. Mer. *illi modo* Voss. 2. Pal. 1. Ald. *illi vero.* 18 Col. *vulgati* alii omittunt *vulgi.* 19 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. praeter B. 1. *praepararent.* 20 plurimae editiones omittunt *esse.*

Quam par erat] Scripti *parebat.* quod rectum esse pareret, nisi l. III. dixisset Curtius. *At Darius audita Memnonis morte, haud secus quam par erat motus.* MODIUS.

Deûm invidiam] Membranae non omnes deos accusant, sed eos tantum, qui à Macedonibus non starent. legunt enim *eorum Deûm.* MODIUS. Impie & irreverenter, non autem praeter morem gentilium hominum, quibus solenne erat de Diis suis ita sentire, atque dicere. supra l. V. c. 8, 15. *si justa ac pia bella Dii aversantur.* & l. VII. c. 7, 7. *Deos quoque incusans querebatur.* l. X. c. 5, 10. *invidia Deûm ereptum esse rebus humanis.* Florus l. I. c. 13, 8. de Gallorum Senonum incursione, *sive invidia Deûm, sive fato.* Rufus Festus c. 24. *Cari victoriam ad invidiam coelestis indignationis pertinuisse credendum est.* CELLAR.

Infractos] Eleganter hoc, ut omnia Curtius, non vulgari intellectu, quo pro fortibus, & nequaquam fractis accipitur. Contrario hic sensu accipe, ut sequens etiam vox *abjectos* declarat. Ita alii melioris aevi scriptores locuti Cicero, Livius, Virgil. l. XII. vs. I.

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos
Defecisse videt.

Nec enim subscribo Servio, qui *infractos* explicat non fractos, certe illud *defecisse* ostendit fractos. RADERUS. *Infractos & abjectos.* Infractos valde fractos, timidos, desperantes, ut *in* augeat, non minuat vim simplicis. Vide Virgil. l. IX. Aen. vs. 499. Vell. Pat. l. II. c. 37. & 39. CELLAR.

Modo aures] Excusi, *illi modo vulgi aures.* recte, etsi abesse poterat illud *vulgi.* MODIUS. Recte *vulgi aures*; nam sic alibi saepe noster de militibus. Supra n. 9. *secrevit à vulgo, quorum eminebat genus.* l. X, 5, 3. *Dimissoque vulgo velut omni vitae debito liberatus.* Ovid. Metam. XIII. vs. 123.

- - - - - *vulgique secutum*
Ultima murmur erat.

HEINSIUS. Ovid. l. XIII. vs. I.

Vulgi stante corona.

Virg. l. II. Aen. vs. 99.

Spargere voces
In vulgum ambiguas, & quaerere conscius arma.

& mox vs. 119.

Vulgi quae vox ut venit ad aures.

CA-

CAPUT III.

Hortatoria Alexandri ad milites oratio, ut bellum, in Asia inchoatum, persequantur & absolvant.

Magnitudinem rerum, quas gessimus, milites, intuentibus [1] vobis, minime mirum 1
est, & desiderium [2] quietis, [3] & satietatem gloriae occurrere. Ut omittam [4] Il- 2
lyrios, Triballos, [5] Boeotiam, Thraciam, Spartam, [6] Achaeos, [7] Peloponnesum:
quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioque perdomui. ecce [8] orsi bellum [9] ad Helle- 3
spontum. Ionas, Aeolidem servitio barbariae [10] impotentis [11] exemimus; [12] Cariam,
Lydiam, Cappadociam, [13] Phrygiam, [14] Paphlagoniam, Pamphyliam, [15] Pisidas,
Ciliciam, Syriam, Phoenicen, Armeniam, Persidem, Medos, [16] Parthienen [17] ha-
bemus in [18] potestate. plures [19] provincias complexus sum, quam alii urbes ceperunt. & 4
nescio, an [20] enumeranti mihi [21] quaedam ipsarum rerum multitudo subduxerit. Ita- 5
que si crederem, satis certam esse possessionem terrarum, quas tanta velocitate domui-
mus; [22] ego vero, milites, ad penates meos, ad parentem sororesque, & ceteros ci-
ves, vel [23] renitentibus vobis erumperem: ut ibi potissimum parta vobiscum laude &
gloria fruerer; ubi [24] nos uberrima victoriae praemia exspectant: [25] liberorum, conju-
gum, parentumque [26] laetitia; pax; quies; rerum per virtutem partarum [27] secura
possessio. Sed in novo, & (si verum fateri volumus) precario imperio, adhuc jugum 6
ejus

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *nobis.* 2 Mer. *quieti.* 3 Leid. *ad societatem.* 4 Sic MSS. & Bong. sed Ald. Col. Mer. Baf. Frob. *Illyricos.* 5 Fl. *Boetiam.* 6 Ald. Mer. *Acheos.* 7 Fl. *Meloponensum* Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. *Peloponnensum* D. *Peloponnensum* Baf. Col. *Peloponesum.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. *orsum.* 9 B. 1. Lugd. Amst. *ab Helisponto* Fl. Leid. Voss. 1. B. 2. *ad Hellesponto* D. *Hellesponto* superscripta novissimae literae hac nota *ū.* 10 Fl. Leid. Voss. 2. D. Bong. *impotentes* B. 1. *impotentis* sed suprascripta literae *i* alia *e.* 11 Pal. 1. *excomimus.* 12 Ald. *Carium.* 13 Voss. 1. 2. *Frigiam.* 14 Fl. *Papagoniam* Voss. 1. *Pagoniam.* 15 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Col. Baf. Mer. Ald. Frob. *Pisides* 16 Sic MSS. & Bong. 17 Voss. 2. Pal. 1. *habentes.* 18 Voss. 2. *potestatem.* 19 Pal. 1. Voss. 2. *regiones.* 20 Voss. 2. *nemeranti* P. *enumerati.* 21 Frob. *quasdam ipsarum multitudo.* 22 Voss. 2. *ego enim vero* Pal. 1. *enim ô milites.* 23 Voss. 1. Fl. Leid. Mer. Baf. Ald. *retinentibus* Voss. 2. *retinentibus nobis.* 24 Pal. 1. *vos liberrima.* 25 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *liberum.* 26 D. *laetia.* 27 Pal. 1. *secuta.*

Alia ductu] Sueton. in Augusto 21, 1. *Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis &c.* Apud Plin. III, 20. exstat de eodem Augusto vetus inscriptio: *Quod ejus ductu auspiciisque gentes Alpinae omnes, quae à mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium pop. Rom. sunt redactae.* Ductu, id est, per se ipsum; auspiciis, quando per legatos bellum agitur, ut notum est. Tamen apud Plautum confunduntur. Sosia enim de hero Amphitruone loquens, Amphitr. I, 1, 41. qui contra Theleboas militaverat, ait: *ut gesserit remp. ductu, imperio, auspicio suo.* & ipse Amphitruo II, 2, 25. *eos auspicio meo atque ductu, primo coetu vicimus.* Nam vere Creontis Thebani regis auspiciis bellum patratum fuerat. Pichena ad illa Taciti II, 41, 1. *Ductu Germanici, auspiciis Tiberii.* Lipsius ostendit Curtium hoc loquendi genus ad res Graecanicas transtulisse à more Romano, quem ipse diligenter explicat in opere de Militia Rom. II, 12. FREINSH. *Ductu*, quibus ipse rex praefuerat bellis: *imperio & auspicio*, quae per duces suos gesserat. Adde principium l. V. & ejusdem lib. c. 9, 4. inscriptio apud Plinium l. III. N. H. c. 20. *quod ejus ductu auspiciisque gentes Alpinae omnes sub imperium P. R. sunt redactae.* CELLAR.

Ab Hellesponto] An non rectius ita, quam ut alii *ad Hellespontum?* MODIUS.

Quaedam ipsarum rerum] Vulgo, *& nescio an enumeranti mihi quasdam ipsarum multitudo subduxerit.* Nos scriptos libros sequimur, quia scripti sunt. MODIUS. *Quaedam.* Malim *quasdam*, nisi intelligas loca vel regna. Lycaoniam certe praetermisit, nisi sub Cappadocia comprehendas. praetermisit & Lyciam, cujus mentio supra III, 3, 1. RADERUS. *quasdam* etiam hic edidit olim Frobenius. FREINSH.

Retinentibus] Adhuc vulgo *renitentibus*, sed plus est *retinere*, quam *reniti.* MODIUS.

In novo] Ergo illi populi videntur Alexandro *jam domiti, ut pareant; non victi, ut serviant.* quod de Bri-

ejus rigida cervice subeuntibus barbaris, tempore, [1] *milites, opus est, dum mitioribus*
7 *ingeniis* [2] *imbuantur, & efferatos* [3] *mollior consuetudo* [4] *permulceat. Fruges* [5] *quoque*
maturitatem statuto tempore exspectant: adeo etiam illa sensus omnis expertia, tamen
8 *sua lege mitescunt. Quid? creditis tot gentes, alterius imperio ac* [6] *nomine adsuetas,*
non sacris, [7] *non moribus, non commercio linguae nobiscum cohaerentes; eodem proelio*
domitas [8] *esse, quo victae sunt?* [9] *Vestris armis* [10] *continentur, non suis moribus;*
[11] *& qui praesentes metuunt, in absentia hostes erunt. Cum feris bestiis res est, quas*
9 *captas & inclusas,* [12] *quia ipsarum natura non potest, longior dies mitigat. Et adhuc*
sic ago, tamquam omnia subacta sint armis, [13] *quae fuerunt in ditione Darii. Hyr-*
caniam Nabarzanes occupavit; Bactra non possidet solum [14] *parricida Bessus; sed*
etiam [15] *minatur:* [16] *Sogdiani, Dahae, Massagetae,* [17] *Sacae, Indi sui* [18] *juris sunt.*
10 *Omnes* [19] *hi,* [20] *simul terga nostra* [21] *viderint, sequentur. Illi enim ejusdem natio-*
nis sunt; nos alienigenae & externi. [22] *suis autem quique parent placidius: etiam*
quum

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Elz. Bas. Mer. Col. sed Voss. 2. ut vulgo *milite.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & plurimae editt. *imbuuntur.* 3 Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. *melior.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. & vulgo *permulcet.* 5 Voss. 2. Pal. 1. *vero.* 6 Sic MSS. D. Pal. 1. Ald. sed Bas. *nomini.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. omittunt *non.* 8 Voss. 2. omittit *esse.* 9 Voss. 2. Pal. 1. *nostris.* 10 Voss. 2. omittit *continentur.* 11 Leid. Voss. 2. Pal. 1. D. Ald. *sed.* 12 Voss. 2. Pal. 1. Ald. *quas ips.* 13 Voss. 2. *quaeque* Pal. 1. Mer. *quoque.* 14 Voss. 2. *parricidas* Ald. *paricida* P. omittit. 15 Pal. 1. *minitatur.* 16 Fl. Leid. Voss. 2. *Sogdianide* D. Pal. 1. Bong. Voss. 1. *Sogdianidae* Ald. Mer. Bas. Col. *Sogdiani, Dacae.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. Col. *Sagae.* 18 Pal. 1. *jure.* 19 P. *isti.* 20 Sic Fl. Leid. Voss. 1. Mod. Amst. Lugd. sed vulgo *simul si.* 21 Fl. Leid. *viderunt si sequentur* Voss. 1. D. Bong. *viderint si seq.* B. 1. *vid. sin equentur.* 22 Fl. Leid. Voss. 1. *suisque autem placidius paret* F. *suis enim quisque pl. paret* B. 1. 2. Voss. 2. D. Pal. 1. *suisque autem pl. parent* P. *Syrisque autem pl. parent* Lugd. Amst. *suis quisque autem pl. parent.*

Britannis recens subactis Tacit. Agric. 13, 2. Adde nos ad Flor. l. IV, 12, 2. FREINSH.

Precario imperio] Quamquam enim Persarum rex magnis aliquot proeliis victus erat; multas tamen nationes habebat id imperium, quarum unaquaeque suis viribus bellum gerere contra Macedones potuisset: itaque recte dicit *precario* potius *imperio* eas teneri, quam vi, si verum fateri oporteat. Quamquam enim postea *de armis suis* subjiciat, intelligit tamen in illis ad obtinendum tantum imperium plus terroris esse, quam virium. FREINSH. *Precario imperio.* Nullae preces adhibitae in subigendis barbaris: tanta tamen earum gentium multitudo erat, tantaque potentia, ut fama potius & terrore, quam vi armorum, numeroque Macedonum subjectae ac domitae essent. CELLAR.

Melior consuetudo] *Mollior*, legunt alii omnes, verum mihi placuit insane, quod excusum est. opinor etiam tibi, lector, praesertim si habes in memoria, quomodo veteres Latini voce *melior* usi sint, cum dixerunt, *melior Deus*, *melior natura*, & quae infinita bonos auctores tractanti se offerunt. MODIUS.

Statuto] Numquid melius *stato?* ut alibi in his libris. Vide Fr. Junium de Pictura Veterum pag. 58. pr. FREINSH.

Et qui praesentes] *Sed qui* vulgo. male. Notavi simile quid in prooemio Justini, monuique: quo loco est in editis, *cognitione quaeque digna excerpsi, sed omissis his.* legendum: *& omissis his.* MODIUS.

In absentia] Clarius & venustius fuerit, *in absentis*, sive *absentes*, atque ita credimus omnino Curtium scripsisse. ACIDALIUS.

Cum feris bestiis] Cum efferatis hominibus. infra l. VIII. c. 1. Clitus. *mittor ad feras bestias praecipitia ingenia sortitas.* Sogdianos intelligens. Ignatius Epist. ad Romanos: Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ . . . ἐνδεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστι στρατιωτικὸν τάγμα. quod ne novum glossema putes, interpretationis caussa adjectum, Hieronymi versionem ex lib. de Scriptura Ecclesi. adjungo: *ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus.* CELLAR.

Simul terga nostra] Et hic quidem, quamquam in re tenui, velim dari quemvis arbitrum, qui arbitretur, melius hoc sit, an quod dicam jam: *omnes hi simul, si terga nostra viderint, sequentur.* illud procul dubio praeferet, & merito. Hoc enim à vulgo est, illud ab antiquis monumentis. MODIUS. *Simul terga.* Hunc quoque locum occupaverat nullo jure *si* particula: ut supra ad III, 12, 19. notavimus; & hic à Radero, item Amst. & Lugd. edd. praetermissam video. aliae habebant, *simul si terga &c.* FREINSH.

Sequentur] MSS. optimi *si* (vel *sin*) *sequentur*, lego *insequentur.* HEINSIUS.

Suis quisque autem placidius] Excusi, *suis autem quique parent placidius.* MODIUS.

Time-

quum [1] *is praeest, qui magis timeri potest. Proinde, aut quae cepimus,* [2] *omittenda sunt; aut quae non habemus, occupanda.* [3] *Sicut in corporibus aegris,* [4] *milites, nihil quod nociturum est,* [5] *medici relinquunt; sic nos quidquid obstat imperio, recidamus. Parva saepe scintilla contempta magnum excitavit incendium. Nihil tuto in hoste despicitur: quem spreveris, valentiorem negligentia* [6] *facies.* [7] *Ne Darius* 12 *quidem hereditarium Persarum accepit imperium: sed in sedem Cyri, beneficio* [8] *Bagoae castrati hominis, admissus, ne vos magno labore credatis Bessum vacuum regnum occupaturum. Nos vero* [9] *peccavimus, milites, si Darium ob hoc vicimus, ut servo* 13 *ejus traderemus imperium. qui ultimum ausus scelus, regem suum, etiam* [10] *externae* [11] *opis egentem,* [12] *certe, cui nos victores pepercissemus; quasi captivum in vinculis habuit:* [13] *ad ultimum, ne à nobis conservari posset, occidit. Hunc vos regnare patiemini?* 14 *quem equidem* [14] *cruci adfixum videre festino, omnibus* [15] *regibus gentibusque* [16] *fidei, quam violavit,* [17] *meritas poenas solventem. At hercule, si* [18] *mox eum-* 15 *dem Graecorum urbes, aut Hellespontum vastare nuntiatum erit vobis; quo dolore adficiemini, Bessum praemia vestrae* [19] *occupasse victoriae? Tunc ad repetendas res festinabitis;*

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. praeter F. *hic* Voss. 1. 2. *his.* 2 D. *committenda* sed jugulata principe litera & alteri superscripta *a* P. F. *amittenda* quomodo & Pal. 1. in quo inversa haec duo membra leguntur. *cum quae non habemus occupanda, aut quae cepimus amittenda sunt* Voss. 2. *aut quae non habemus occupanda sint, aut quae cepimus omittenda sunt.* 3 Pal. 1. Voss. 2. omittit *sicut.* 4 Voss. 2. omittit *milites.* 5 Voss. 2. *& med.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. D. *facias.* 7 Pal. 1. *nec Dar.* 8 Voss. 2. *Bagrae* Pal. 1. *Bagorae* Ald. *Bagoe.* 9 Pal. 1. *peccamus.* 10 Voss. 1. *externe.* 11 Pal. 1. Bas. *opus.* 12 P. omittit *certe.* 13 Col. *aut ultim.* 14 Ald. Mer. Col. Bas. Frob. *crucifixum.* 15 Pal. 1. *gentibus regibusque.* 16 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *& fidei.* 17 Voss. 2. *& meritas.* 18 Voss. 2. *eumdem mox.* 19 Fl. Leid. Voss. 1. *occupavisse.*

Timeri] Sensus: etiam asperum & immitem principem, dum indigena sit, tolerari prae externo & alieno, quantumcumque humano & leni. FREINSH.

Medici] Ex Hippoc. Epidem. 6. 2. IDEM.

Parva scintilla] Est dictum vulgi sermone tritum. Horat. epist. *Et neglecta solent incendia sumere vires.* Ovid. Met. l. VII. *Parva sub inducta latuit scintilla favilla.* POPMA. Add. Cic. Philipp. V, 11. Flor. l. III, 5, 14. FREINSH.

Nihil tuto] Securitas fugienda. ut docet Lips. Polit. V, 16. Livius l. XXI, 43. *saepe contemtus hostis cruentum certamen edidit.* Vellej. l. II, 118. *Neminem*, ait, *celerius opprimi, quam qui nihil timet; & frequentissimum initium esse calamitatis securitatem.* CELLAR.

Ne Darius quidem hereditarium imperium] Darius in sedem Cyri beneficio Bagoae castrati hominis admissus, Ἀστάνδης fuit: qui exuto vestitu tabellarii, regiam arrectamque Cidarim sumpsit, ut supra l. IV. diximus. Plut. l. II. de Fort. Alex. Darium Bagoae eunuchi beneficio ad regni culmen evectum narrans; καὶ στολὴν, inquit, ἐκδυσάμενος Ἀστάνδου περιέθετο τὴν βασιλικὴν, καὶ ὀρθοστάδιον κίδαριν. Et Strab. l. XV. ὃν ἀποκτείνας Βαγῶος ὁ εὐνοῦχος κατέστησε Δαρεῖον οὐκ ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλέων. POPMA.

Sedem Cyri] Quod Curtius hic *sedem Cyri* dixit, Plutarch. l. II. de Fortuna Alexandri Κύρου θρόνον vocat. Horat. l. II. od. 2. *Cyri solium.* POPMA. Vide Brisson. l. 1. de regn. Pers. p. 51.

Bagoae castrati hominis] Artaxerxem Ochum Persarum regem Bagoas eunuchus & Chiliarchus veneno sustulit, & ceteris filiis interfectis minimum natu Arsen in solio collocavit. Hoc quoque post triennium dejecto, Darium Codomannum in fastigium regni evexit. Diod. Sic. l. XVII, 1. CELLAR.

Ultimum ausus scelus] Quo gravius admitti non potest: parricidium nempe: quod infra l. VIII. c. 8, 2. *ultimum facinus* vocatur. Senec. de Clem. 1, 23. *multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdiu sine lege crimen fuit.* De parricidio ibidem differit. CELLAR.

Externae opis] Forte, *externe opis.* HEINSIUS. & sic Voss. 1.

Ad ultimum] Denique, tandem ut l. III. c. 1, 7. l. VI. c. 5, 7. CELLAR.

Cruci adfixum] Elegantius hoc, quam *crucifixum* illud, quod in editis est, eadem ratio in iis, quae sequuntur, *omnibus regibus gentibusque, & Fidei* (sic enim capitali litera scribendum, non quomodo operarum negligentia legitur *fidei*) *quam violavit meritas poenas solventem.* Nam haec quoque meliora sunt vulgatis. *omnibus regibus gentibusque fidei, quam violavit.* MODIUS.

16 *nabitis; tunc arma capietis. Quanto autem praestat territum adhuc & vix mentis*
suae compotem opprimere? [1] *Quatridui nobis iter superest, qui tot proculcavimus ni-*
ves; tot amnes superavimus; tot montium juga [2] *transcurrimus. Non mare illud,*
quod exaestuans [3] *iter fluctibus occupat,* [4] *euntes nos moratur; non Ciliciae fauces &*
17 *angustiae includunt: plana omnia & prona sunt. In ipso limine victoriae stamus. pau-*
ci nobis fugitivi & domini [5] *sui interfectores supersunt. Egregium me hercule opus, &*
inter [6] *prima gloriae vestrae numerandum posteritati famaeque tradetis;* [7] *Darii quoque*
hostis, finito post mortem [8] *ejus odio, parricidas esse vos ultos; neminem impium effu-*
18 *gisse* [9] *manus vestras. Hoc perpetrato, quanto creditis Persas obsequentiores fore,*
quum intellexerint, vos [10] *pia bella* [11] *suscipere; & Bessi sceleri, non nomini* [12] *suo,*
irasci?

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *qui quat.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. *transcucurrimus.* 3 Voss. 2. *inter.* 4 P. *nos euntes* B. 1. omittit *nos.* 5 Voss. 2. omittit *sui.* 6 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. sed Pal. 1. Ald. Bas. Col. Mer. Frob. Lugd. Amst. *praemia.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. Mer. Col. Bas. *Darium q. hostem* Amst. *Darii q. hostes.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *illius.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. Amst. *vestras manus.* 10 Mer. *& pia.* 11 Voss. 1 *suspicere.* 12 Voss. 2. *ejus.*

Mare quod exaestuans iter] Mare Pamphylium, cujus fluctibus angustum iter ad Elimacem montem tegebatur, quum Macedones transirent. Supplem. II, 9. CELLAR.

Prima gloriae] *Praemia gloriae*, editi. sed nemo mihi eripiet, quin illud *prima* prae omnibus praemiis hic primum esse debeat. MODIUS. Alii *praemia*, non istud quidem male, sed tamen illi non praetulerim. FREINSH.

Darii quoque hostis] Membranae, *Darium quoque hostem &c.* Quae lectio si vera esset, copula aliqua desideraretur, quae committeret orationem. sed neque desideratur copula, neque vera est ista lectio. MODIUS. *Darii.* Multi & meliores libri *Darium quoque hostem.* & sane oritur dubitatio sic fuisse, omissa voce *parricidas*, quae mox sequitur. FREINSH. Recte Freinshemius. HEINSIUS.

Non nomini suo] Persico nomini, & nationi, ut non opus sit ad Bessum referre, & per *ejus* exponere. ad *Persas* potius reducatur pronomen, ut vim nativam reciprocandi retineat. CELLAR. Nec opus est, ut *suo* per *ejus* exponatur, si fides habeatur Cod. Vossiano secundo, sic exhibenti; sed recte & melius ad Persas refertur, nec ulla est sensus ambiguitas.

CAPUT IV.

Zioberis miri fluminis descriptio. Alexander Nabarzani per literas salutem quaerenti veniam pollicetur. Deinde mari Caspio & Hyrcaniae proximus, quosdam Darii praefectos recipit in gratiam.

1 Summa militum alacritate, [1] jubentium, *quocumque vellet,* [2] *duceret,* oratio ex-
2 cepta est. nec rex moratus impetum; tertioque [3] per Parthienen die ad
fines

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. Mer. Col. *subeuntium* Bas. *subclamantium.* 2 Leid. Voss. 1. Col. *ducere.* 3 Voss. 2. omittit *per.*

Jubentium] Membranae iterum *subeuntium.* MODIUS. *Jubentium.* MSS. *subeuntium* recte. Claudian. Consulatu Manlii vs. 173. *subit ille loquentem Talibus.* HEINSIUS. *Subeuntium.* ita Gronovius l. II. Obs. c. 4. trium codicum MSS. auctoritate. vulgo *jubentium* legunt. CELLAR. J. F. Gronovius trium MSS. codicum auctoritatem jactans pro *jubentium* scribi jubet *subeuntium.* Addere possum quartum. Nam & Theocrenianus codex habebat *subeuntium.* Nihilominus rejiciendam arbitror hanc lectionem, quam temere Gronovio dicto audiens recepit Cellarius, priore, eademque vera, ejecta. Repugnat enim Gronoviana lectio indoli Romani sermonis, certe Curtii nostri, apud quem eamdem dictionem reperias l. IX, c. 4, 23. Idque simili in argumento: *Non alias tam alacer clamor ab exercitu est auditus, jubentium, duceret diis secundis, & aequaret gloria, quos aemularetur.* Supra quoque dixerat l. IV, 1, 29. *Igitur conclamant, duceret, quo videretur.* Item l.

V, 1.

[1] fines Hyrcaniae penetrat; Cratero relicto cum [2] iis copiis, quibus praeerat, & [3] ea manu, quam Amyntas ducebat, additis [4] ſexcentis equitibus, & totidem ſagittariis: ut ab [5] incurſione barbarorum Parthienen tueretur. [6] Erygyium *impedimenta*, modico praeſidio dato, [7] *campeſtri itinere ducere* jubet. Ipſe cum phalange & equitatu CL. ſtadia [8] emenſus, caſtra in valle, qua Hyrcaniam adeunt, [9] communit. Nemus [10] praealtis [11] denſiſque arboribus umbroſum eſt, pingue vallis ſolum rigantibus aquis, quae ex petris [12] imminentibus manant. Ex ipſis radi- 3 4

Variantes Lectiones.

1 Voſſ. 2. *finem.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. *his cop.* 3 vulgo *ex.* 4 Ald. Baſ. Col. Mer. Frob. *ſex millibus.* 5 Voſſ. 2. *incurſu.* 6 Fl. *Frigum* Leid. *Phrigum* Voſſ. 1. *Riphum* Ald. *Phrygium* D. *Phrygum* Voſſ. 2. Pal. 1. *Phorigium* Col. *Phorygium* Mer. *Phrygiam* Elz. *Erigium* Alii *Erigyum.* 7 Pal. 1. omittit *campeſtri itinere.* 8 B. 1. *menſus.* 9 Mer. *communiit.* 10 Mer. *praealtum.* 11 Voſſ. 2. omittit *denſiſque.* 12 Sic omnes MSS. Bong. Amſt. vulgo tamen *eminentibus.*

v, 13, 5. *Omnes pariter conclamant, paratos ipſos ſequi: Nec labori nec periculo parceret.* Ubi *jubendi* verbum ſub *clamandi* vocabulo latitare, ſatis eſt perſpicuum: ſicut idem ſub voce reſpondendi latet, cum C. Nepos in Themiſt. c. 11, 6. *Deliberantibus*, inquit, *Pythia reſpondit, moenibus ligneis ſe munirent.* id eſt, edito reſponſo juſſit, ſe munirent. Rurſus Curtius l. v, 4, 12. *Jubet, monſtraret iter.* Sic & Tacit. Ann. XIII, 15. *Nero Britannico juſſit, exſurgeret, progreſſuſque in medium cantum aliquem exciperet.* Nimirum particula *ut* elegantiae cauſſa eſt praetermiſſa, quam alias quoque poſt *jubendi* verbum recte omitti, docet ipſe Curtius l. VIII, 1, 38, ubi Alexandrum refert *juſſiſſe, ut* Clitus *convivio excederet.* Alia auctorum loca, qui *jubendi* vocem cum particula *ut* conjungunt, produxit in Antibarbaro p. 238. & Curis poſterior. p. 180. ipſemet Cellarius. Concludam Ovidii loco, ubi poſt *jubeo* pariter vocula *ut* ſubintelligitur. l. VI. Met. vſ. 508.

Abſentes pro ſe memori jubet ore ſalutent.

HEUMANN. de Art. Crit. p. 20. Forte cuiquam Cl. Heumannus *Minerva & Muſis refragantibus* in hoc loco explicando verſatus eſſe videatur, qui *notat depravandi peccatum* in ſummo Gronovio, quem ut columen ſuum unice amarunt & expoliverunt caſtiores Muſae & Minerva, quum hic ſolos ſecutus ſit Codd. MSS. quod eo magis virum doctiſſimum debuiſſet movere, Theocreniano ſuo ſuffragante. nam profecto ſi iidem Codd. *jubentium* prae ſe ferrent, haud mutaſſet Gronovius; ſed cur à rariori uſu vocabuli, praeeuntibus MSS. recederet cauſſa etiam non fuit. Nam ſibi fraudi eſt Cl. Heumannus, ſi credit, eo contigiſſe, quod vir hic ſummus conſtructionem verbi *jubendi* cum particula *ut* ignoraret, aut id, quod ipſe docuerat, latuiſſe Cl. Cellarium. Movit profecto viros praeſtantiſſimos conſtans Codd. MSS. lectio, in quibus non tam facile vox uſitatiſſima *jubentium* potuit mutari in vocem hanc *ſubeuntium* tam inſolenti ſignificatione: & huic ſubſcribere videtur Baſil. edit. quae habet *ſubclamantium*, quod procul dubio gloſſema eſt alicujus, explicantis ſenſum hujus vocis *ſubeuntium.* Sic *ſubire orationem* pro excipere Cic. l. 1. de Divinat. *ſermonem ſubit* idem l. XI. Fam. ep. 6. Claudiani locum pro *reſpondere* ex IV. Conſ. Hon.

- - - - - dicturum plura parentem
Voce ſubit. - - - -

Itidem alium Conſ. Manlii vſ. 173. qui omnem eximunt dubitationem, jam adduxit accuratiſſimus Latinitatis inſtaurator Gronovius, & annotatis ſuis comprobavit Nobiliſſimus Heinſius. Sic *ſubire* pro impellere Virg. l. 11. Aen. vſ. 575. *Subit ira cadentem Ulciſci patriam.* Ut proinde haec depravandi nota non fuerit benemerito ſubeunda, etiamſi adſenſum viri docti non haberet.

Ea manu] Non dubito ſic ſcribendum ſupra v, 4, 14. *Cratero relicto cum peditibus, quîs adſueverat, & eis copiis, quas Meleager ducebat.* Et de hac ipſa re Arrian. III, 5, 2. Κράτερον δὲ τήν τε αὐτοῦ τάξιν ἔχοντα, καὶ τὴν Ἀμύντου &c. *Craterum cum ſuo & Amyntae agmine, cumque equitibus* &c. & vero abſurdus vulgatorum ſenſus *ex manu*, qui vellet ſexcentos, ſeu ut alii codd. habent, ſex iſta millia equitum &c. fuiſſe ex manu, quam Amyntas ducebat, quod ita non fuiſſe conſtat. FREINSH.

Sexcentis equitibus] Editiones, *ſex millibus equitibus*, adeo etiam Curtium βαρβαρίζειν placuit iſtis beluis, qui in typographiis praeſident. MODIUS. *Sexcentis.* Ita melius quam aliorum *ſex millibus.* Arrianum vide lib. III, 5. FREINSH.

Erygyium] Hic à Sabellico Ennead. IV, 5. vitiatos codices ſequuto, perperam appellatur *Phrygius.* De aliis Edd. vide in variis. Sed & Indicem conſule. FREINSH.

Imminentibus] *Eminentibus*, editiones Lugdunenſes. Verum quid ad nos, *imminuerint*, an *eminuerint* petrae, de quibus ſermo eſt. MODIUS. *Eminentibus.* Melius *imminentibus.* ita ſupra III, 4, 12. *Dorſum montis imminebat viae, crebris oberrantibus rivis, qui ex radicibus montium manant.* Sane Gebhardus in Crepund. III, 23. citans hunc locum ait: *Sic eleganter Curtius* imminentes petras *dixit.* FREINSH.

radicibus montium [1] Zioberis amnis [2] effunditur, qui tria fere stadia in longitudi-
nem universus fluit; deinde saxo, quod alveolum [3] interpellat, [4] repercussus,
5 duo itinera velut dispensatis aquis aperit. [5] Inde torrens, & saxorum, [6] per quae
[7] incurrit, asperitate violentior, terram [8] praeceps subit. Per ccc. stadia condi-
tus labitur: rursusque velut ex alio fonte conceptus [9] editur, & novum alveum
6 intendit; priore sui parte spatiosior. quippe in [10] latitudinem [11] XIII. stadiorum
diffunditur: rursusque [12] angustioribus [13] coërcitus ripis iter cogit; tandem in
7 alterum amnem [14] cadit, [15] cui [16] *Rhidago* nomen est. Incolae adfirmabant, [17] *quae-
cumque dimissa essent in cavernam*, *quae* [18] *propior est* [19] *fonti*, *rursus* [20] *ubi aliud os
amnis* [21] *aperit*, [22] *exsistere*. Itaque Alexander, *duos* [23] *tauros*, *qua subeunt aquae
terram*,

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 1. Bong. *Ziobetis* Voss. 2. *Zoberis* Pal. 1. *Obentis*. 2 B. 1. *effundit*. 3 Sic MSS. Bong. Pal. 1. D. sed vulgo *interpolat*. 4 Ald. *repercursus*. 5 Voss. 2. omittit *inde torrens*. 6 Mer. *per quam*. 7 Pal. 1. *currit*. 8 *Subit praeceps* Pal. 1. *praeceps subiit*. 9 Fl. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. *edit*. 10 Voss. 1. *altitudinem* Voss. 2. *latitudine*. 11 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *decem & trium* P. *triginta & trium*. 12 Pal. 1. *velut angustioribus*. 13 Leid. Voss. 1. *cohercitus*. 14 Fl. Voss. 1. B. 2. *cadat* & sic B. 1. nisi quod ultimo *a* superscriptum est *i*. 15 Fl. Leid. D. Bong. omittunt *cui*. 16 Leid. Voss. 1. Pal. 1. D. *Ridagno* Voss. 2. *Ridagus* Bong. *Ridagrio* Ald. *Rhindaco*. 17 D. Pal. 1. *quicumque dimisso* Ald. Col. Frob. Bas. Mer. Elz. Leid. Voss. 1. 2. *quicumque dimissi* Fl. *quicumque dimissa* sic B. 1. sed superscripto *e* syllabae *qui*. 18 Pal. 1. *propior esset* Voss. 1. *propior est* sic D. sed deleto *r*. 19 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. Frob. Col. Mer. Bas. vulgo *fontem*. 20 Voss. 2. Ald. Col. Mer. Bas. *sibi* Voss. 1. B. 1. *subi* Frob. *per*. 21 Voss. 2. Ald. Col. Bas. Mer. *apertum* Fl. Leid. Voss. 1. Amst. Lugd. *aperitur* Frob. *in apertum*. 22 Pal. 1. omittit *exsistere*. 23 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. omittunt *tauros*.

Zioberis amnis] Στιβοίτην vocat Diodorus, Arrianus μεγάλην θάλασσαν, non expresso ejus nomine. LOCCEN. *Zioberis*. Diodoro XVII, 75. est *Stiboetis*, Στιβοίτης. Cujus quidem vocis ductus etiam in Curtiano nomine apparent, quod facilius corrumpi potuit, quam illud Graecum. Certe non longe abludit *Zibetes*, quomodo Boccatium legisse pro Zioberi Raderus ait. Item *Ziobetis* & *Obetis* Manuscriptorum. FREINSH. Longam hic fluviorum, quibus eadem natura est, descriptionem Cl. Freinshemii omisimus, & mirum, si illa non affecerit taedio Cl. Clericum, si perlegerit, qui offensus Curtiana περιφράσει, vellet liberaliter & hanc condonare in cap. 5. Judicii de Curt. §. 5. cui satis fuerat dicere hunc fluvium, postquam terram subiit, iterum exsistere; reliqua sunt ipsi visa inutilia, & captanda Rhetori, non Historico: mallem dixisset, Logices Critico, nihil venustatis aut elegantiae gratia admittenti.

Alveolum interpolat] Ubique fere turbae & confusio in verbis *interpolat*, & *interpellat*. suppositis invicem sibi, nec locum suum tuentibus prae injuria alterna. Hic quidem *interpellat* esse verius putem, quod praeferunt quidam è vulgatis. Atque idem recte l. IV. repositum à Modio. *Nec saxa cotesque, quae interpellent specus, obstant*. ubi vulgo *interpolent*. Illud etiam inferius legitur hoc libro: *otium interpellandum erat bello*. quo loco non constituo, an melius *interpolandum*. bonum & elegans utrumque. at alibi non nisi alterum legendum. l. IV. *silentium gemitu interpolabo*. lib. VI. *satietatem epularum ludis interpolabat*. in Manilio dubitavi quoque jam olim. lib. III. *interpellatum variantium forte dierum*, dubitavi an non rectius *interpolatum*. Maxime ob praecedens verbum *mutatur*, sed hoc suo quoque, cum Dii volent, loco dispiciemus. ACIDALIUS. *Interpellat*. Constantiensis manu exaratus exerte habet *interpellat*, quomodo etiam Acidalius legendum putat. RADERUS. Sic & in Var. nostris legebatur: itaque maluimus prae illo *interpolat*. FREINSH.

Conceptus editur] Colon. & meus scripti *conceptas edit*. Sigeberg. *conceptus edit*. MODIUS.

Rhidago] Nec hoc nomen apud alios memini legere. Nam quod nonnulli Rhindacum ex Rhidagone (videtur igitur illud *Rhidago* pro primo casu accipere, quod ego cum Sabellico Enn. IV, 5. pro tertio habebam) faciunt, procul à vero abeunt. Rhindacus enim Stephano est civitas inter Hellespontum & Phrygiam, unde Rhindaceni populi seu cives. Plinio idem nomen est fluvius inter eumdem Hellespontum & Phrygiam, (sed hic noster) mille prope parasangis abest ab Hellesponto & Phrygia. Glareanus Syderin à Plinio dictum putat, conjectura dubia & incerta. RADERUS. Neque hujus apud alios occurrit mentio, nec apud Diodorum, qui tamen *Zioberis*, vel, ut ipse vocat, *Stiboetae* mirandam naturam scripsit. CELLAR.

Quaecumque dimissa] Longe aliter impressi, hoc modo. *incolae affirmabant*, *quicumque dimissi essent in cavernam*, *quae propior est fonti*, *rursus per aliud os amnis in apertum existere*. omnia insulse plane, inepte, perperam. MODIUS. *Quaecumque dimissa*. Sic malui sensu, & nonnullis editt. volentibus, longo melius, quàm ut habebant alii: *quicumque dimissi*. Id autem de plerisque eorum fluviorum,

quos

terram, *praecipitari* jubet, quorum corpora, ubi rurſus erumpit, expulſa videre,
qui miſſi erant, ut exciperent. [1] Quartum jam diem eodem loco quietem militi 8
dederat; quum literas [2] Nabarzanis, qui Darium cum Beſſo interceperat, acci-
pit; quarum ſententia haec erat: *Se Dario non fuiſſe inimicum; immo etiam quae*
credidiſſet [3] *utilia eſſe ſuaſiſſe: & quia fidele conſilium regi dediſſet, prope occiſum ab*
eo. Agitaſſe Darium, cuſtodiam corporis ſui, contra jus faſque, peregrino militi tra- 9
dere, damnata popularium fide, quam per [4] *ducentos & triginta annos inviolatam re-*
gibus ſuis [5] *praeſtitiſſent. Se in praecipiti & lubrico ſtantem conſilium à praeſenti ne-* 10
ceſſitate [6] *repetiſſe. Darium quoque, cum occidiſſet* [7] *Bagoan, hac excuſatione ſatisfe-*
ciſſe popularibus, quod [8] inſidiantem ſibi interemiſſet. *Nihil eſſe miſeris mortalibus* 11
ſpiritu carius. amore ejus [9] *ad ultima eſſe* [10] *propulſum. ſed ea magis eſſe* [11] *ſequutum,*
[12] *quae coëgiſſet neceſſitas, quam quae optaſſet. In communi calamitate ſuam quemque* 12
habere fortunam. Si venire ſe juberet, ſine metu eſſe venturum. Non timere, ne fi-
dem datam tantus rex violaret: deos [13] *à deo falli non ſolere. Ceterum ſi, cui fidem* 13
daret, videretur indignus, multa exſilia patere fugienti: patriam eſſe, ubicumque vir
fortis

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. *quarto jam die.* 2 Fl. Leid. *Nabazanis.* 3 Ald. *utillima.* 4 Fl. Leid. Voſſ. 1. Ald. Mer. Col. Baſ. *II. & CCC.* F. P. Voſſ. 2. *duo millia & CCC.* B. 1. 2. *II. & CCC.* 5 Lugd. Amſt. alii *Perſae praeſtitiſſent.* 6 vulgo *reperiſſe.* 7 Pal. 1. *Bogran.* 8 Sic Ald. Col. Mer. Frob. Baſ. ſed Voſſ. 2. Pal. 1. *inſidiantem peremiſſet* Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. & aliae edit. *inſidiantem interemiſſet.* 9 B. 1. *ad ultimum* exſculpto *a.* 10 B. 1. omittit *propulſum. ſed ea magis eſſe.* 11 Voſſ. 2. *ſecurum.* 12 Pal. 1. omittit *quae coëgiſſet neceſſitas* Fl. Leid. etiam ſequentia *quam quae* Voſſ. 1. 2. Bong. etiam ſequens *quam.* 13 Pal. 1. D. *adeo.*

quos ſub terra condi modo diximus, aſſeverari; facile reperiet, qui citatos ibi ſcriptores volet evolvere. FREINSH.

Rurſus erumpit] Ad *erumpit* amnem potes intelligere: tamen quia aquas terram ſubeuntes praemiſit, concinnius *erumpunt* legas: niſi vel hoc ipſum ideo de induſtria vitatum: ne in ſenſu pareret ambiguitatem, & temere de corporibus taurorum, non de aquis caperetur. ACIDALIUS. Si ad proximum referas, *erumpunt* erat dicendum. Curtius amnem reſpexit, ut putat Acidalius. RADERUS.

Ducentos & triginta annos] *Hoc Q. Curtius juſtiſſimo, & ne minimum fallenti calculo tradidit. cui etiam adſentitur B. Hieronym. ad c. 9. Damelſ.* Atlas major Mercatoris in regno Perſico. Vide ſupra l. IV, 14. 20. FREINSH.

Praeſtitiſſent Perſae] Vox *Perſae* à me ex membranis aſſumta eſt in contextum. MODIUS.

Repetiſſe] Longe hoc malo, quam *reperiſſe*, quod laudant editi. MODIUS. *Repetiſſe.* Prorſus (cum Modio) & ipſe malo *repetiſſe*, prae vulgatorum *reperiſſe.* quod tamen neque ipſum inelegans praepoſitione mutata: *conſilium è praeſenti neceſſitate reperiſſe.* id eſt, quaeſiſſe, & inveniſſe conſilium è re nata, atque ut praeſens neceſſitas ſubjiciebat. ACIDALIUS. Acidalius & *è neceſſitate reperiſſe.* & *à neceſſitate repetiſſe* laudat, cum utrumque in eumdem ſenſum cadat. Nam *reperiſſe* refertur ad *neceſſitatem*, quae ut praeſens tempus ferebat, conſilium etiam ingerebat: *repetiſſe* etiam à neceſſitate, quid illa ſuggeret tali tempore; nempe ut Darium inſidiatorem vitae meae interficerem, ſicut ille Bagoam ſibi inſidiantem interfecerat. RADERUS. Excuſat autem ſe à neceſſitate, quae ſummum quibuſvis factis praeſtare creditur patrocinium. Sic apud Thucyd. 1, 12, 18. Athenienſes: *Nec invidioſum eſt, aliquem qui in ſummum periculum deducatur, conſulere utilitatibus ſuis.* Poplicola apud Dionyſ. v, 64. f. *Neceſſitati impares ſunt humani ingenii vires: omneſque tum demum de decoro deſpiciunt, cum jam verſantur in tuto.* FREINSH.

Quum occidiſſet Bagoan] Ne quis haereat poſt paullo legens Bagoam à Nabarzane, mortuo jam ante Dario ad Alexandrum adductum, duo fuere Bagoae cognomines, uterque Eunuchus, ille à Dario occiſus ſenior, hic paene puer Alexandro à Nabarzane donatus. ut ex ratione temporum apud Siculum conſtat. RADERUS. Bagoas, qui Dario regnum dederat, quum & hunc veneno ſublaturus eſſet, coactus ab eodem eſt poculum ipſum, quod miſcuerat, ebibere, & vim ſuae vitae inferre. Diod. l. XVII, 5. CELLAR.

Amore ejus] Darii, an vitae? Darii hic accipio, affirmat Nabarzanes ſe ſtudio ſervandi Darii ad ultimum periculum adductum, ſed tandem neceſſitati magis, quam voto paruiſſe. RADERUS. *Amore ejus.* Nimirum ſpiritus atque vitae ſuae, non ſane Darii, quod perſuadere nobis vult Raderus. FREINSH.

Patriam] Ovid. Faſt. 1, 493.

Omne

14 *fortis sedem* [1] *elegerit.* Nec dubitavit Alexander fidem, quo Persae modo accipiebant, dare, *Inviolatum, si venisset, fore.* Quadrato tamen agmine, & [2] com-
15 posito ibat; speculatores subinde praemittens, qui explorarent loca. levis armatu-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. *sibi elegerit.* 2 Voss. 1. *incomposito.*

Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor.
Πατρὶς γάρ ἐςι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Iterum gnome communis, de qua multa passim gnomologi. RADERUS. Tencteri apud Tacit. H. IV, 64, 6. *Quomodo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit.* FREINSH.

Sedem sibi legerit] Iterum editi, *sedem elegerit.* elige de duobus utrum melius videbitur. MODIUS.

Nec dubitavit] Miror Sabellicum Enn. IV, 5. cum Nabarzanis literas verbis Curtianis recitasset, contra manifestam auctoris mentem subjicere: *Adhaec nihil Macedo respondit.* cum Curtii verba eumdem plane sensum habeant, quem illa Virgil. Aen. III, 610.

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus,
Dat juveni atque animum praesenti pignore firmat.

FREINSH.

Quo Persae modo accipiebant] Haec verba in libris scriptis non erant, dubitari tamen vix debet, quin Curtii sint. MODIUS. Observa hic vocem compositam dividi, & dictionem *Persae* interponi, id quod frequens apud historicos & poëtas. Sic Terent. Eun. *Thais maximo me orabat opere.* Livius *ignaros omnium se venum à principibus datos.* qua de re fusius Auson. Popma frater meus l. I. c. 16. de Usu Antiquae Locutionis. POPMA. Reliqua sunt ex Brissonio l. I. p. 107. *Quo Persae modo.* Sic Cornel. Nepos in Datame X, I. Scilicet ut dextram rex daret, aut praesenti; aut per internuntium. Vide Brisson. l. I. p. 107. Qui ibi citatus ex Diodoro locus, non est in lib. XVIII. ut ex Brisson. Popma & Raderus edidere, sed in cap. 34. lib. XVI. Praeter auctores quorum Brissonius meminit, huc pertinent excerpta ex Ctesiae Persicis cap. 8. *Illos & mutuo & cum Amorge dexteras in amicitiae testimonium jungere voluit.* & Xenophon lib. I. Ἀναβάσ. *adeoque dextram ipsi & dedi, & accepi:* Cyrus de Oronte loquitur & in hist. Graec. lib. IV. paullo post pr. *datis* (Spithridati nimirum) *acceptisque dextris, Cotys dimissus fuit.* Polyb. V, 54. de Antiocho Magno: *rebellem exercitum duris verbis increpitum in fidem data dextra recipit. dextram Pharnabazo porrigente, suam vicissim ei porrigit Agesilaus.* Idem & aliis gentibus observatum. Anchisae suo tribuit Virg. Aen. III, 610. loco praecedenti nota recitato. Item Aeneae I, 412.

- - - - *cur dextrae jungere dextram Non datur.*

& III, 83.

Jungimus hospitio dextras - - -

Admetus ita fidem Themistocli dedit. Corn. Nepos Themist. 8, 4. In Appiani Punicis Lentulus, pacem cum Carthaginensibus dissuadens: *At fides firma est, ac dextera.* Chalcocondylas lib. III. de Temire: *Dubitabat autem quo pacto eum mori cogeret, qui olim regi, privato adhuc, dextram societatis dedisset, ne pactis contravenire videretur.* Hist. Miscella XXII, 10. de Hizid. *obtinuit Damascum & dextras accepit ut principaretur.* S. Paulus ad Galat. 2, 9. *dextras dederunt mihi & Barnabae societatis,* de Petro & Jacobo Apostolis agit. Liv. XXX, 12, 11. de Sophonisba & Masanissa: *quum modo dextram amplectens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem exposceret.* & mox: *data dextera in id quod petebatur obligandae fidei.* Idem XXX, 13, 5. de Scipione & Syphace: *recordatio hospitii, dextraeque datae, & foederis publice ac privatim juncti.* Probus Themistocle: *inde non prius egressus est, quam rex* (Molossus) *eum data dextra in fidem reciperet.* Cicero ad Caesarem pro Dejotaro cap. 3. *Per dexteram te istam rogo, quam regi Dejotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram, non tam* (hoc *tam* omittendum putem) *in bellis, & in proeliis, quam in promissis, & fide firmiorem.* Idem in Verrem V, 40. *Ubi fides? ubi exsecrationes? ubi dextrae, complexusque?* Idem Philipp. XI, 2. *dextrae, quae fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatae.* Id. ad Attic. epist. VII, 1. *Ubi illae sunt densae dexterae.* Euseb. de vita Constantini II, 15. φιλικὰς αὖθις σπείσασθαι δεξιάς. Hesychius in Δεξιάς. συνθήκας. *Dextrae dicuntur, conjunctio manuum dextrarum in foederibus, in signum, firma fore quae convenerunt.* Apud Homer. Iλ. Ω. vers. Achilles:

Sic fatus Priami dextram, ne forte timeret,
Prendit, & hoc dubiam firmavit pignore mentem.

Ubi notat Eustathius, non in vola manus, sed in junctura, fuisse fidei sedem, Plinius XI, 45. indistincte: *dextra in fide porrigitur.* FREINSH.

Quadrato agmine] Livius XXXV, 3, 2. *Inde quadrato agmine ad Pisas duxit.* Contra Ibid. XXXV, 1, 4. *Superior aliis: nam & acie frequenti armatis adversus longum & impeditum turba pecorum agmen, & recenti milite adversus fessos longo itinere concurrerat.* Quae addenda notatis supra ad V, 1, 19. FREINSH.

Levis armatura ducebat agmen] Hoc est praecedebat justam militum aciem. nam *agmen quadratum*, est acies justorum militum, seu juste armatorum, in itinere constituta. *ducere* autem hic est, *anteire, antecedere.* SCHEFFER.

Et

matura ducebat agmen; phalanx eam ſequebatur; poſt pedites erant impedimenta. & gens bellicoſa, & [1] natura ſitus difficilis [2] aditu, curam [3] regis intenderat.
Namque perpetua [4] vallis jacet, uſque ad mare Caſpium patens. Duo terrae ejus 16
[5] velut brachia excurrunt: [6] media flexu [7] modico ſinum faciunt, lunae maxime
ſimilem, quum eminent cornua nondum [8] totum orbem ſidere implente. [9] Cercetae, 17
Moſyni, & [10] Chalybes à laeva ſunt: [11] ab altera parte [12] Leucoſyri, & [13] Amazonum campi; & illos qua [14] vergit ad ſeptentrionem; hos ad occaſum converſa [15] proſpectat. Mare Caſpium dulcius ceteris, ingentis magnitudinis [16] ſer- 18
pentes alit: [17] piſces longe diverſi ab aliis coloris. [18] quidam *Caſpium*, quidam *Hyr-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. Mer. *naturae.* 2 Pal. 1. *aditus.* 3 Mer. Baſ. *regi.* 4 Fl. Leid. Voſſ. 1. B. 2. D. *valles.* 5 Voſſ. 2. *velut media brachia.* 6 Pal. 1. omittit *media* Voſſ. 2. tranſpoſuit. 7 Leid. *modica.* 8 Voſſ. 2. omittit *totum.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *Cerc. & Moſſyni* Voſſ. 2. *Cerceae Moſim* Pal. 1. *Corece Moſin* Ald. Baſ. Mer. Frob. Col. Elz. Lugd. Amſt. *Cerc. Moſſini.* 10 Leid. Voſſ. 1. 2. *Calibes* Ald. *Calybes.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. Ald. Mer. Baſ. Elz. *& ab alt.* 12 Pal. 1. *Leucoſin* Voſſ. 2. *Lecoſiri.* 13 Pal. 1. *Amozonum.* 14 Frob. *vergunt.* 15 Frob. *proſpectant.* 16 Voſſ. 2. omittit *ſerpentes* Ald. Baſ. *piſces.* 17 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *piſcium in eo longe diverſi ab aliis colorem* Ald. Col. Frob. *Piſces longae diverſi ab aliis coloris* Pal. 1. *piſcis in eo longe diverſum colorem* & ſic etiam D. niſi quod obelis configit duas noviſſimas literas F. P. *piſcium in eo longe diverſi ab aliis color eſt* B. 1. 2. Amſt. Lugd. *piſcium in eo longe diverſus ab aliis color* Mer. *piſcis eſt in eo longe diverſi ab aliis coloris* vulgo *piſcium longe diverſus ab aliis color.* 18 Ald. Frob. Col. Mer. Baſ. *qu. C qu. Hyrcanum* Amſt. Lugd. omittunt *quidam Caſpium.*

Et gens bellicoſa] Nihil hac corruptius periodo, ut vulgo legitur, nam & male diſtincta eſt, & ipſa verba male ita concepta ſunt, *& gens bellicoſa, & naturae ſitus difficilis aditu curam regi intenderat.* MODIUS.

Lunae] Strabo lib. XI. An de hoc ſitu locutus? *Sequitur Hyrcania. exinde mare altum jam fit, donec Medicos & Armenios attingat montes. Horum montium radices in lunae formam curvantur, quae ad mare deſinentes, intimum maris ſinum efficiunt.* RADERUS. Sic & Plin. VI, 13, 8. *ubi cepit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur cornibus.* FREINSH.

Moſyni] Ammianus Marcellinus & Strabo *Moſynaecos* vocant. LOCCEN. *Moſyni.* Sic potius quam *Moſſini* ſcribendum, certum eſt, quantum quidem ad priorem ſyllabam attinet, ex Tibullo IV, 1, 147.

Quaque Hebrus, Tanaiſque Getas rigat atque Moſynos.

A Graecis fere *Moſynoeci* dicti ſunt, quod in turribus habitarent, quae gentili lingua *Moſyni* dicerentur. De iis latiſſime ſimul, optimeque tradit Reineccius in regno Sarmatico: qui hoc loco ſit inſtar omnium. FREINSH. Grandi errore mare Caſpium cum Ponto Euxino confunditur. Omnes enim hae gentes ad Pontum fuere, non ad mare Caſpium, & *Leucoſyri* pars Cappadocum erant. *Amazonii* campi ibidem ad Thermodoonta fluvium. CELLAR.

Qua vergit ad] Editi, *& illos qua vergunt ad ſeptentrionem; hos ad occaſum converſa proſpectant.* perinde eſt, utcumque legatur. MODIUS.

Piſcium in eo] Mendoſiſſime ſic locus hic antea legebatur. *Piſces longe diverſi ab aliis coloris: quidam Caſpium quidam Hyrcanum appellant.* Quare auro contra expendenda ſit noſtra emendatio. Si cui Achilles det aurum, Hector qui expenſus fuit. Recte enim ſi de me mihi credis, cum in membranis eſſet: *piſcium in eo longe diverſi ab aliis colore: quidam Hyrcanum appellant.* Recte inquam, & illud *quidam Caſpium* ex gloſſa eſſe vidi, & reliqua integritati ſuae reſtitui. MODIUS. *Piſces.* Valde hic turbant libri: planum eſt fuiſſe; *ſerpentes alit, & piſces longe diverſi ab aliis coloris.* FREINSH.

Quidam Caſpium] Haec verba omittuntur in quibuſdam editt. quae res movit Sebiſium, ut reliqua quoque delenda opinaretur. praeſertim cum crederet Caſpium & Hyrcanum mare non pro uno eodemque uſurpare auctorem, infra VII, 3, 21. ubi certe manifeſtam antitheſin inſtituit inter Caſpium & Hyrcanum. Sed poſſit dici, eum ex diverſis auctoribus ea hauſiſſe, & cum alii Caſpio, alii Hyrcano mari eamdem rem adſcriberent, etiam re, ut nomine, ſeparatos iſtos ſinus, cum iſta ſcriberet, crediſiſſe, praeſentis loci immemorem. ſic ſupra etiam nobis in Mardos duplicem Alexandri expeditionem ex una fecerat. Vel potius cum Mela III, 5. dicemus, Caſpium mare interdum generaliter ſumi, ut & Caſpius ſinus proprie ita dictus, & Hyrcanus, & vero Scythicus eo nomine comprehendatur: interdum primum horum ſinuum *proprie & totius nomine Caſpium appellari.* Et hoc verum eſt. Utcumque autem ea ſe habeant, illud utique conſtat, idem mare ab aliis Caſpium vocatum, ab aliis Hyrcanum. *Ita multis ante Alexandri expeditionem annis ſcripſerunt, in quatuor ſinibus, qui ex Oceano ſubeunt continentem, hunc maxime ad Boream vergere. Hyrcanum pelagus*

Hyrcanum appellant: alii ſunt, qui [1] *Maeotim paludem in id cadere* putent: & argumentum [2] adferunt; *aquam*, [3] *quo dulcior ſit quam cetera maria*, *infuſo paludis hu-*
19 *more* [4] *miteſcere.* [5] A Septentrione ingens in litus mare incumbit, longeque agit [6] fluctus, & [7] magna parte exaeſtuans ſtagnat. idem alio coeli ſtatu recipit in ſe fretum, eodemque impetu, quo effuſum eſt, relabens, terram naturae ſuae [1] red-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *Meotiam* Ald. *Meotida* Bong. *Meotiam* Pal. 1. *Maeotidem* Mer. Baſ. Frob. Col. *Maeotida* Elz. *Maeotin.* 2 Voſſ. 1. *adferent.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *quod* Frob. Col. Baſ. Mer. Pal. 1. Ald. *quae.* 4 Voſſ. 1. *inteſcere* 5 Lugd. Amſt. *ad ſeptentrionem.* 6 Pal. 1. *fructus.* 7 Pal. 1. *magis exaeſtuans.*

& Caſpium pariter nuncupant. Plut. Alex. cap. 78. Sic Arrian. VII, 3, 25. *Cupiebat enim etiam illud mare, quod Caſpium ſimul & Hyrcanium appellatur,* (ſic enim vertendum fuerat) *cui mari committatur cognoſcere: utrum ponto Euxino, utrum ab orientali mari Indos verſus circumductus Oceanus in ſinum Hyrcanum refundatur (quemadmodum etiam Perſicum, rubrum mare alii vocant, ſinum Oceani eſſe compererat) Neque enim adhuc inventa erant Caſpii maris initia.* Corrigendus leviter idem Arr. V, 4, 6. *Indicum ſinum cum Perſico confluere, Hyrcaniam cum Perſico ſinu conjungi.* lege, τ δ' Ὑρκάνιον τῷ Ἰνδικῷ: *Hyrcanium* (nempe ſinum) *cum Indico.* Adde Strabon. lib. XI. Qui Hyrcanium mare pro Pontico accipiunt, non mihi magis, quam Radero ad III, 1, 12. & Sebiſio perſuadent. Cum aliis etiam facit Dionyſ. verſu 49. *Caſpio profundum fluentem intromittit mari: Quod etiam Hyrcanium alii nuncuparunt.* Plin, VI, 13, 5. *mare id pluribus nominibus accolarum appellatum: celeberrimis duobus, Caſpio & Hyrcano.* Diodor. XVII, 75. *Hyrcaniam ingreſſus, oppida illius cuncta uſque ad mare Caſpium, quod & Hyrcanum appellitant, ſubegit.* Zonaras in Alex. *barbari quidam circa pelagus Hyrcanum, quod & Caſpium dicitur.* Sic & hodie multis nominibus vocari, ab accolis gentibus inditis, apud Ortelium, & in Atlante Mercatoris leges. FREINSH.

Maeotim] Hanc credo fuiſſe rationem, propter quam nonnulli Caſpium mare cum Pontico confuderint, quod viderent Curtium illi tribuere Maeotidis influxum, quem conſtat ad Ponticum ſpectare: deinde etiam dulcius ceteris facere, quod itidem Ponto convenit. Sed enim id ex aliorum opinione ſe ſcribere teſtatur Curtius. Eos autem Macedonas fuiſſe, cum Alexandro militantes, prodit Strabo lib. 11, qui multa finxerint, quo latius orbem domuiſſe viderentur; Jaxarti Tanais nomen, Caucaſi Parapaniſo indiderint. Idem & Plutarchus arguit, in Alex. cap. 78. *deſcendit in Hyrcaniam. Sinum illic maris Ponto (ut apparebat) invenit non minorem, ſed cetero mari dulciorem. Verum certi nihil habuit de eo diſcere. Omnino conjecit Maeotin lacum illuc reſtagnare. Atqui non praeteriit phyſicos veritas &c.* De argumento autem, quo illi apud Curtium contendunt Maeotin illabi Caſpio mari, dulcedine nimirum aquarum, vide prolixe differentem Stuckium in Periplum Ponti Euxini ab Arriano ſcriptum, ubi de ſapore Pontici maris. FREINSH. *Maeotim.* MS. *Maeotiam.* vide quae dixi ad Claudianum IV. Conſul. Honorii vſ. 180. HEINSIUS.

Quo dulcior] *Quae dulcior*, vulgo. MODIUS. Legam *quod dulcior ſit*, vel certe *quia*, nam vulgati *quae* repraeſentant. Vidi & alibi *argumento*, quod valeat, in argumentum, pro argumento. ACIDALIUS. Si dulcior eſt, quod alii dubitant, magis id fluminibus, quae in illud mare exonerantur, imputandum erit. ſunt autem Rha, Wolga, Cyrus Araxes, Oxus, Jaxartes, & alia. CELLAR. *Et argumentum adferunt aquam, quo dulcior ſit quam cetera maria, infuſo paludis humore miteſcere.* ita edidit diſtinxitque Freinſhemius. Sed eſt locus hic ſine dubio depravatus. Ecquid enim ſibi volunt iſta, *aquam miteſcere, quo ſit dulcior?* An miteſcere alio fine aquae poſſunt; vel an omnino finis hic, ut miteſcant? Putem ego unum idemque eſſe in aquis ſi miteſcunt, & ſi fiunt dulces. itaque ſic verba haec diſtinguo, atque lego. *& argumentum adferunt aquam, quod dulcior ſit, quam cetera maria. Infuſo paludis humore miteſcere.* ſententia, pro argumento ſuo adferunt, ipſam Caſpii maris aquam, propterea quoniam eſt dulcior, quam aqua marium aliorum. Id porro dicunt fieri non aliam ob cauſſam poſſe, quam quia in id Maeotis palus infunditur. illud *quod* agnoſcit etiam codex Bongarſii. SCHEFF. Videtur hic Acidalii correctionem non vidiſſe.

Ad Septentrionem] *A Septentrione* editiones Lugdunenſes. MODIUS. Non conſtituo, hoc quod ſcripti libri, an *à Septentrione*, quod impreſſi habent, melius. illud plane & facile ſtatuo, voculam deinceps tranſponendam: *recipit ſe in fretum*, quod cum ſententia manifeſte velit, mirum eſt, non alios antehac vidiſſe. ACIDAL. Recte Acidalius, *mare late ſtagnans recipit ſe in fretum*, non ut vulgo, *recipit in ſe fretum.* nec enim aeſtus recipit in ſe fretum, ſed fretum recipit in ſe reciprocantem aeſtum. RADERUS. *Recipit ſe in fretum.* In quale? iterum videtur Pontum & quae adjacent Boſporana freta cum Caſpio mari confundere. CELLAR.

Non

[1] reddit. & [2] quidam credidere, [3] non Caspium mare esse; sed ex India in Hyrcaniam

Variantes Lectiones.

1 Pal. 1. *reddidit.* 2 Voss. 1. *quidem.* 3 Ald. omittit *non.*

Non Caspium] Ea dubitatio orta ex eo, quod longinqua ea loca sint, & insuper feris gentibus, cum quibus nullum fere nostro orbi commercium est, habitata. Quae eadem caussa confudit veram de *portis* etiam *Caspiis* narrationem. quae quoniam & ipsae ad res Alexandri pertinent, hoc loco non incommode tractari potest. Nam, ut Aen. Silvius cap. 33. de Asia fatetur, *de portis Caspiis multa memoria est. Nemo tamen satis explicat, ubi terrarum existant.* Et sane fallitur Raderus, quod in Prolegom. cap. 8. dum *perpetuam vallem*, cujus hoc in Curtii capite ter recurrit mentio, pro Caspiis pylis accipit. Primo igitur in Ptolemaei tabulis inter Mediam & Parthicam collocantur. Ibidem ponit eas & Strabo lib. xi. & Arrian. iii, 4, 16. ubi Darium in fuga sua, & Alexandrum in persequendo per eas Parthienen ingressos narrat. cui consentiunt Diognetus & Beton itinerum Alex. mensores apud Plin. vi, 17. circa fin. & Erathosthenes apud Strab. lib. xi. Item Plinius vi, 14. qui sic describit: *Caussa portarum nominis eadem quae supra* (scilicet Caucasiearum vi, 11.) *interruptis angusto transitu jugis, ita ut vix singula meent plaustra, longitudine VIII. M. pass. toto opere manu facto. Dextera laevaque ambustis similes impendent scopuli, sitiente tractu per XXXVIII. M. pass. Angustias impedit corrivatus salis* (Vide eumdem xxxi, 7.) *e cautibus liquor, atque eadem emissus. Praeterea serpentium multitudo, nisi hieme, transitum non sinit.* Plinium, ut solet, sequitur Solin. cap. 47. Duris apud Strabon. lib. i. Rhagades Mediae sic dictas ait, *quod terrae motibus rupta fuerit terra apud Caspias portas.* De iis Dionysius versu 1034. *usque ad portas Caspias, quae sunt profundis sub rupibus Claustra terrae Asianae; qua via extensa est & in Boream & in Austrum euntibus, illa quidem ad Hyrcanos, haec vero ad montes Persicae terrae.* Ubi Eustath. *Adeo autem angustus est iste locus, ut & portae ibidem opponantur, ad prohibendum Borealium ad objectas gentes transitum.* Hi ergo omnes Caspias portas eo quem diximus loco, inter Mediam atque Parthiam constituunt. ubi cum nulli habitent Caspii, caussam nominis non reperio. nisi forte cum Silvio dicas, ideo sic vocatas videri, quod per eas nonnullis gentibus transitus sit ad mare Caspium. Quod ipsum etsi veteribus scriptoribus traditum sciam, tamen quomodo accipiam, non dispicio. *Babyloniis* enim *& Persis*, nam ii nominantur, via alia longe propior & commodior eo est, nisi tabulae Geographicae fallunt. Cum autem longe hinc Caspii montes absint, quo loco mare istud maxime ad Occidentem vergit, ibi quoque alias angustias Caspiarum portarum nomine indigitatas reperio. De quibus libenter acceperim, quod Eustathium ad Dionys. Periegesin adnotasse memoravi. Is enim locus ad prohibendum septentrionalium gentium transitum idoneus est, eoque portis occlusus ab Alexandro traditur. At in prioribus Caspiis pylis, quae nec ad Septentriones vergunt, si idem tentasset, etiam insanire videretur, qui Parthos Medosque, utrosque ipsius in imperio sitos, inexpugnabili munitione secluderet. Quae ratio, conjuncta aliis, efficit, ut non dubitem, omnes eos, qui Alexandri Claustra in Caspiis pylis nominant, de eo loco accipiendos esse. Nec minus Ammianum xxiii, 18. de regno Persico: *Ab Arctoo cardine, adusque Caspias portas. Cadusiis conterminat, & Scytharum gentibus multis, & Arimaspis &c.* quod falsum est, si de aliis portis, quam his, intelligis. Quod igitur iis claustris ab imperio Persico semoverentur homines immani barbarie efferi, fabula orta est, Alexandrum ibi reclusisse Gog & Magog, vel, ut alii, Japeti de gente nepotes, vel denique Judaeos de decem tribubus, olim in Mediam & finitimas regiones abductis: quam ex pseudo-Methodio, Josepho Gorionis Fil. & Petro Comestore refert, & refutat Raderus cap. 8. Prolusionum. Quibus similia Theodor. à Niem de Schismate ii, 30. etiam Augustinum citans. quem ego longe diversum de Gog & Magog sentire, in opere de Civ. DEI xx, 11. reperio. Videatur & Orosius, qui ab Ocho reclusos ibi Judaeos scribit, ex Euseb. num. MDCLVIII. Vide & notas in Itiner. Benjamini, quas edidit l'Empereur, ad pag. 96. Sed illa, licet fabulis perfusa sint, tamen ex vero situm locorum designant, & castellum ab Alexandro ibi potissimum exaedificatum fuisse, ratio & auctores probant. Quapropter & Bonfinius Rer. Ungar. ii, 8. p. *his adstipulari fortasse non absurdum* putavit. Vincentium tamen Belvacensem immerito culpat Raderus, nam ille cap. 89. lib. xxx. aperte fabulam illam respuit. *Fratres nostri*, inquit, *s. ordinis praedicatorum in Georgia* civitate Triphelis (lego *Georgiae civ. Tiphlis*) *quae prope montes Caspios est, per septem annos commorati sunt, diligenter à Georgianis & à Persis, & etiam à Judaeis de inclusione illa inquisierunt, & dicunt omnes etiam ipsi Judaei, quod nihil penitus inde sciunt. nec unquam istud in suis historiis invenerunt. Hoc autem scriptum habent tantummodo, quod Alexander ille quosdam homines immundos & horribiles prope montes Caspios habitantes, qui alios homines & etiam se invicem comedebant, intra montes illos habitare coëgit, & etiam ibi portas extrui fecit. quae videlicet adhuc Portae Alexandri dictae sunt. Unamque illarum Tartari confregerunt.* Intelligit civitatem fortem, de qua paullo ante locutus, *Drubaldi* eam vocavit, pro *Derbenthi. Emporium Derbentum* vocat ex Jovio

caniam cadere, cujus [1] fastigium, ut supra dictum est, perpetua valle [2] submittitur.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *vestigium.* 2 Leid. Voss. 1. *summittitur* Pal. 1. *sumitur.*

vio Surius in Comment. ad Ann. MD. De qua audiamus Schickardum, in prooemio Tarich regum Persicorum, ubi videmus, eam traditionem etiam ad Muhammedem impostorem pervenisse. refert enim Alexandrum *homines offendisse montanos, & ignoti sermonis, quibus bellum inferre cogitarit; sed à Deo prohibitum fuisse, ne quidquam illis noceret. ideo saltem eos à suarum regionum termino seclusisse, ferramentis inter vicina saxa, velut obicibus interjectis, & cupro interfuso munitis, quod claustrum isti transmontani perfringere nulla vi queant.* Ubi subjungit Schickardus: *Nil dubito quin Caspias pylas, juxta mare Hyrcanum sitas, intelligat, quae vulgo* Derbenth, *id est angustiae, & à Turcis* Demir-capi, *hoc est ferrea porta nominantur: quam Geographorum aliqui prave* Amirali *nuncupant, post eas Alexander Judaeos reclusisse creditur; quamvis id neget Fr. Vincentius Belvacensis, in Spec. Hist. l.* xxx. *c.* 89. *Est is unicus* (unus ex tribus) *è Tataria transitus in Persiam, ut annotavit Haytho c.* 47. *locus ipsa natura munitissimus, & vere mirabilis, qualem orbe toto alium non credo reperiri, quem pulchre descripsit* il magnifico messer Josaphat Barbaro, *Reip. Venetae legatus ad Persas, in suo* Viaggio, *fol. mihi* 50. Profecturo ex Persia (*sic enim reddimus Italica à Schickardo relata*) Turcia, Syria, & superioribus regionibus in Scythiam, una istius loci porta intrandum, & per aliam itidem exeundum est. Quae res ignaro loci mira, & pene impossibilis videatur. Hoc autem eo accidit, quod à mari de Bachu (*sic enim Caspium hodie vocant*) ad mare magnum via recta, puta si per aërem transiri possit, quingenta computantur millia, omni, quod interjacet, spatio montibus atque vallibus consito. *Et post pauca:* Ubi occurrit mons quidam altissimus, ita ut adscensus ejus descensusque bidui iter efficiat. *item fol.* 51. *b.* Unum de Derbentho dico, quod mirum videtur: ab una portarum istarum sub ipsos usque muros euntibus, uvae pomaque omnis generis, & praesertim amygdali reperiuntur. Ab altera vero nihil pomorum neque arborum cernas, praeter cotonea silvestria: eaque loci facies ab isto latere per decem, vel quindecim, usque ad viginti millia continuatur. *Atque post hunc P. Jovius hist. l.* xiv. *fin.* Abruptae Caspii montis rupes, usque adeo ad mare coarctant iter, ut exesi fluctibus, devoratique in profundum ejus litoris margines, vix duorum stadiorum aditum transeuntibus relinquant. Ea enim forma Derbenthum in edita montium crepidine situm est, ut duobus ex quadrato lapide muris, ad mare deductis, inferiora aedificia, & navigiorum stationem, tamquam duobus brachiis complectatur, non majore quam trecentorum passuum intervallo. quod spatium singulis utrimque ferreis portis, superstantibusque propugnaculis, ita munitur, ut perpetuis custodiis, nisi clara luce & explorato litore viatores, nec admittantur, nec recepti intra portam, altera prius emittantur, quam portorium persolvant. *Hactenus Schickardus.* Quantum ad portas ferreas, addendus locus Josephi pag. 985. A. Hunc esse locum quem *Caspiam viam* appellat Tacitus, firmiter mihi persuadeo. *Hiberi*, ait vi, 33, 4. *locorum potentes Caspia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt.* Deque eodem iterum loqui credo H. 1, 6, 4. *numeri, quos idem Nero electos praemissosque ad claustra Caspiarum* (scil. portarum) *& bellum quod in Albanos parabat &c.* cum Suetonio loquens in Nerone 19, 4. atque iis *qui in Armenia cum Corbulone res gessere*, ut constat ex Plinio vi, 13, 14. quamquam hic contendat, non *Caspias* eas *portas*, sed *Caucaseas* dici debuisse. At praeter quod illis viris, qui in ipsis iis locis non oscitanter versati sunt, sed ut ipse fatetur, *res* ibi *gessere*, merito amplior fides debetur; etiam locorum situs contra Plinium testimonium perhibet. Nero enim Albanos petebat, quos haud obscurum est eo tempore omnia post Caspias pylas, atque adeo ipsas tenuisse: at inter has & Caucaseas portas tota Albania; vel si alio itinere tenderet, Iberia interjacet. quomodo igitur penetrasset ad Caucaseas pylas, nondum subactis potentissimis gentibus, cum quibus maxime bellatum ibat. Sane turbavit Plinium, quod sciret alias illas Caspias portas, quae à plurimis veterum ita vocarentur, longe ab iis regionibus distare; Albaniam autem Caucaso connecti noverat. De Caucaseis igitur pylis interpretor τὰ καλούμενα κλεῖθρα Σκυθῶν in Appiani Mithridatico. Et sane ab eo demum tempore angustias montis Caspii, Caspias portas vocari coepisse, videre videor. cum ii, qui res ibi gererent, nomen aliud aptius non invenirent, quam ut à Caspio monte Caspias dicerent, sicut ab Amano Amanicas. Nisi tamen & Clitarchus apud Strab. lib. xi. de iis sensit: Thalestrim inde venisse scribens, quamquam enim longe distarent à Thermodonte, tamen inde proficiscenti per has iter fuisse potuit. Magis tamen est, ut de aliis illis pylis ad Parthiam loquatur, quando per eas transire potuit, Alexandrum quaerens, qui tum ibi forte res gerebat. Per eas igitur & Sarmatae apud Tacitum in Armeniam effusi sunt, quomodo diu postea *Hunni, qui dicuntur Saber, transeuntes Caspias portas* (has ipsas nimirum) *Armeniam & Cappadociam, Galatiam & Pontum depopulati sunt.* Hist. Miscell. xv, 14, & xxii, 33. *Anno vicesimo tertio imperii Constantini* (quarti) *egressi* sunt Turci à Caspiis *portis, & occiderunt in Armenia multos.* Vide Gregoram pag. 26.

f. Has

titur. Hinc rex xx. stadia processit semita propemodum [1] invia, cui silva imminebat,

Variantes Lectiones.

1 D. *in via.*

f. Has *à Lazorum gente pro munitione Romana* sub Justiniano custoditas fuisse, Jornandes de Reb. Get. docet, ubi tradit ipsum Alexandrum eo loco portis constitutis, Pylas Caspias nominasse, ipse tamen etiam cum Caucaso confundit. Porro ea munitio anno Christi 1583. in Turcae potestatem pervenit, quod sic narrat Leunclav. in suppl. Annal. Turc. Osman bassa *nocte quadam cum paucis suorum versus Temircapim, hoc est, portam ferream, sive Derbentum, aufugit. Id situm est ad mare Caspium, quod ipsorum lingua Beher-culzum, sive Culzum denizi dicitur.* & mox: *Osman vero bassa quum Temircapim venisset, astute sibi Schemhalin Chanem, hoc est regulum sive principem Derbenti, amicum reddidit, natione Tatarum: cujus & filiam duxit uxorem; quae post instinctu mariti patrem veneno sustulit.* Sed & prius Turcarum in potestate fuit, nam *eam gentem, regnante apud Francos Pipino, à Caspiis portis egressam*, Otho Frising. apud Aeneam Silvium cap. 4. de Europa, & cap. 100. de Asia, scribit. quamquam Silvius, Plinium, ut videtur, secutus, potius *à Caucaseis* mallet. Cum Othone prope consentit Soiter. lib. I. de B. Pannon. in pr. & Blondus in pr. libri de Gestis Venetorum: *Fueruntque ipsi Turci Scythae ex his, quos Alexandrum Macedonem inter Hyperboreos montes ferreis clausisse repagulis, cum alii tradunt scriptores, tum beatus Hieronymus affirmat.* Nisi quod ex ea, quae Plinium decepit, ratione, videtur potius Hyperboreos montes, quos recentiorum industria fabulosos deprehendit, quam Caspias portas nominare. Hieronymus Epitaphio Fabiolae paullo cautius: *ab ultima Maeotide inter glacialem Tanain, & Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent.* Quae respiciens haud dubie Isidorus IX, 2. *Ugnos &c. qui prius in ultima Maeotide inter glacialem Tanain & Massagetarum immanes populos habitaverunt. Deinde pernicibus equis Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibente ruperunt.* At claustra, si qua iis in locis fuerunt Alexandri, opus est fuisse citra Caucasum, siquidem credimus probatissimis scriptoribus, qui negant Alexandrum ad Caucasum penetrasse. Fuerunt igitur sane in Caspii montis pylis. Idem judicium est de istis Marini Sanuti in Secret. Fidel. Cruc. III, 13, 5. De duce Tartaro sub Octota, quam Haytho *Hoccotam* vocat: *pervenit ad magnum montem Caucasum, ubi Alexandretam* (an *Alexandreiam*) *Alexander aedificavit, quae postea porta ferrea dicta est. Haec transitum prohibet de profunda Asia ad majorem.* De eadem Tartarorum expeditione loquitur, de qua Vincentius loco supra citato. At ibi videmus *portas* istas *ferreas* non ad Caucasum montem, sed in Caspio fuisse. Ex dictis apparet large errare Marium Nigrum Geogr. lib. V. *Heraclea civitas Graeca Arsacia à Parthis vocitata, Rhages prius, quoniam ibi terrae motu fracta sit tellus, quo & urbes plurimae, & vici duo millia, ut scribit Posidonius* (apud Strabon. lib. I.) *subversi sunt. Flumina quoque cursus mutavere. Cui rupturae Alexander Macedo portas apposuit, interioribus gentibus iter intercludens.* Non enim ad alium locum decantatae istae portae spectant, quam ad Derbenthum. Quo traho & ista ex Procop. lib. I. de bello Persico: *Ascendenti quoque Iberorum montes semitae quaedam in angustia multa stadiis supra quinquaginta producitur, ea siquidem via in abrupto quodam ac penitus invio desinit loco: exitus autem nusquam apparet, praeterquam porta quadam à natura inventa, quae Caspia antiquitus dicitur &c. Quod Alexander Macedo animadvertens, muniminis ac brevitatis gratia dicitur eas aedificasse, praesidio ibidem relicto, quod postea quum alii plures, tum Aribazutes habuere. is genere Hunnus &c.* Nam etiam infra eodem libro Cabadem dicentem facit se tenere easdem portas Caspias ad prohibendum incursum Massagetarum, hoc est, juxta Albanorum, sive, ut postea vocati sunt, Alanorum gentem, quam eum tractum late incoluisse, ex Marcellino XXXI, 5, & 6. constat. immo eosdem & Alanos & Massagetas fuisse vocatos, idem, ni fallor, Marcellinus; certe ex Dione Xiphilinus in Adriano, Zonaras tom. 2. & Gregoras VI, 17. tradunt. Oportet igitur portas istas medias fuisse Persicum inter imperium & Alanos. de quibus etiam Benjamini Itinerarium: *Alaniae regio montibus cingitur, nec ullum exitum habet praeter portas ferreas, quas Alexander fixit.* Hodie Georgianos eum tractum habitare constat inter auctores. His igitur tribuit claustra Alexandri M. Paulus Venetus in Chorographia Tartariae I, 14. Et specialius adhuc regno Abcae (ut in versione Germanica legitur, quae sola nunc ad manus est) hoc est parti Georgiae Haytho cap. 5. & 47. Quamquam ibi difficultatem movet, quod videtur confundere aditus ex Sarmatia & Hiberia in Asiam majorem. Scribit enim tres eos esse, primum à Turquestania per Persiam: alterum vocari Ledorbent (forte fuit *Loderbent*, ubi nomen Derbenthi agnoscis, cum articulo Italico, qua lingua primitus iste liber conscriptus fuit) propter mare, ubi Alexander aedificarit urbem Portas ferreas, ut legatur in historiis regni Cumaniae; tertium transire per mare magnum & regnum Abcas. Et mox subjicit, per Derbentum potuisse transiri per hiemem, nisi Abcas fossis & munitionibus iter praestruxisset. Ut ita rursus videatur confundere duo ista claustra, quae modo distinxerat. In quibus non simplex est difficultas. nec auxilio sunt recentiorum tabulae, quando limites regnorum ab Haythone

nebat, [1] torrentesque & eluvies iter [2] morabantur. [3] nullo tamen hoste obvio,
21 [4] penetravit; tandemque [5] ad ulteriora perventum est. Praeter alios commeatus, quorum [6] tum [7] copia [8] regio abundabat, pomorum quoque ingens modus nasci-
22 tur, & uberrimum gignendis [9] uvis solum est. Frequens arbor faciem quercus habet, [10] cujus folia multo melle tinguntur: sed nisi solis ortum [11] incolae occu-
23 paverint, vel modico [12] tepore succus exstinguitur. xxx. [13] hinc stadia processerat; quum [14] Phratraphernes ei occurrit, seque & eos, qui post Darii mortem profugerant, dedens: quibus benigne exceptis ad oppidum Arvas pervenit. [15] hic
24 ei Craterus & [16] Erigyius occurrunt. [17] Praefectum [18] Tapurorum gentis [19] Phradaten

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *terrentes.* 2 Voss. 2. *morantur.* 3 Voss. 2. *nullus.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *penetrat.* 5 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. alii *in loca tuta.* 6 Pal. 1. *cum.* 7 P. omittit *copia.* 8 Bas. omittit *regio.* 9 P. *vivis* B. 2. *huvis* Voss. 1. *hujus.* 10 Pal. 1. *cui.* 11 Voss. 2. *in colle.* 12 Fl. Voss. 2. B. 1. *tempore* P. *tpr.* 13 Voss. 2. Pal. 1. alii *hic.* 14 Leid. Voss. 1. *Phratafernes* P. *Pharatennes* Voss. 2. *Phrataphrenos.* 15 Voss. 2. *his* B. 1. *hinc.* 16 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Bong. *Eriguus* Amst. *Erigyus* vulgo *Erigonus.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. B. 2. *praefecto.* 18 Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Col. Bas. *Taurorum.* 19 Fl. Leid. Voss. 1. *Pharadatem* Voss. 2. *Pharadantem* B. 1. 2. *Phardatem* Pal. 1. *Phradantem* & sic mox.

thone longe aliter constituuntur, quam illae repraesentent. Totum autem illud Cumaniae regnum, quod cap. 5. describit Haytho, nec ibi, nec apud Venetum reperio: Sanutus autem collocavit juxta Tanaim. Sed Haytho dicit, quosdam populos regno Cumaniae subjectos usque ad Caucasum pertinere. Unde videatur illud regnum circa eum montem esse collocandum, & fortasse appellationem habuisse à Cumania castello, de quo Plin. VI, 11. *Portae Caucasiae, magno errore à multis Caspiae dictae, ingens naturae opus montibus interruptis repente, ubi fores obditae ferratis trabibus, subter medias amne Dyriodori fluente, citraque in rupe castello, quod vocatur Cumania, communito, ad arcendas transitu gentes innumeras.* Atque ita hae tertiae essent angustiae, quae Caspiarum portarum nomine innotuerunt. Sed vereor, ne erret Plinius, & ii, quos erroris arguit, non de eo loco, quem ipse describit, sed de Caspii montis angustiis sentiant. de qua controversia supra dictum est. Sunt igitur Caucasiae pylae, quae, si Plinio credimus, ab aliquibus appellatae sunt Caspiae. Sunt & eae, quas inter Mediam & Parthienen sitas Geographi sic vocarunt: sunt denique in ipso monte Caspio, loco qui *Derbent* nunc dicitur, quo vocabulo Turcis angustiae signantur. Sic *ad superandum Haemum in Thraciam & Macedoniam euntibus, unus aditus à Trajano plerisque putatur factus, ubi adhuc quadrato lapide porta maxima spectatur.* Et mox: *locum hunc Turci comites nostri nominabant Capi Derbent, hoc est, portam faucium vel angustiarum.* Ait Leunclav. in Pandect. Turc. Ecloge MSa, ex Hodoeporico Constantinopolitano Stephani Gerlachii Theologi: Der *Persice porta*, bent *ligamen*, *quasi porta ligata ac serata.* Essent plura, quae de tam illustri loco dicerem, nisi nimis arctis cohiberer terminis, quos tamen sentio me non mediocriter nunc excessisse. FREINSH.

Ex India] Hoc putabat & Arrian. V, 4, 6. quamquam VII, 3, 25. dubie sentiens. Varias veterum ea de re sententias necessario omittimus. & jam relatae sunt aliquae supra ad VI, 4, 18. Antiquissimam autem Herodoti I, 203. *Hoc mare per sese est, nec cum ullo alio commiscetur:* recentiores approbant, Paulus Venetus I, 14. Haython cap. 5. & ex iis Sanutus & Mercator. FREINSH. Quod periplum hujus maris nullum fecerant Macedones, sed diversis tantum ex terris accesserant, factum, ut quidam in plura illud maria diviserint, quod ab oriente est, ex Indico Oceano, aliud ex boreali derivantes. Sed unum lacum majorem esse undique terris cinctum hodie notissimum certissimumque est. CELLAR.

Ad ulteriora] *Ad cultiora.* Sic VII, 3, 17. apud Liv. XXVIII, 11. *in loca culta* bene habent MSS. vulgo, *in loca tuta.* Sic igitur etiam hic malui, quam *ad ulteriora.* FREINSH.

Quorum tum copia] De veritate scripturae hujus non dubitem, etsi concutiunt quidam omissione *τ tum*, ut scribendum forte, *quorum copia regio abundabat*, Ego nolim, non verborum equidem, sed sententiae caussa. ACIDALIUS.

Quercus] Idem Diodor. XVII, 75. forte eo respexit Virg. Ecl. 4, 30.

Et durae quercus sudabunt roscida mella.

In Lydia copiosum mel ex arboribus colligi scribit Auctor Mirabil. Auscultat. cap. 18. FREINSH.

Oppidum Arvas] Et hoc Geographis ignotum est, Arrianus *Zadracarta* vocat urbem, juxta quam Craterus regi occurrerit. CELLAR.

Taurorum] Et hoc loco, & infra aliquam multis, ita ex membranis, cum vulgo *Tapyrorum* legeretur, scripsi, sed male, ut postea deprehendi. repone igitur ubique *Tapyros* denuo in suum locum, & vide Arrian. l. III. MODIUS. *Tapur.* Hyrcaniae finitimae, ut ex hac expeditione apud nostrum & Arrianum

daten adduxerant. hic quoque in fidem receptus multis exemplo fuit experiendi clementiam regis. [1] Satrapem deinde Hyrcaniae dedit [2] Menapim. exsul hic regnante Ocho ad Philippum pervenerat: [3] Tapurorum quoque gentem Phradati reddidit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. *Satrapen.* 2 Fl. Leid. *Menanapi* B. 1. *Menapi* Voss. 2. *Menapem* Voss. 1. D. *Manapi* Pal. 1. *Manapin.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Bas. Mer. Col. *Taurorum.*

num patet. Ptolemaeus autem Margianae conjungit. CELLAR.

Satrapem] Forte *Satrapiam.* HEINSIUS.

Menapim] Arrianus III, 4, 26. *Post haec Ammynapem Parthum, qui sibi una cum Mazaeo* (scribe *Μαζάκη Mazace*) *Aegyptum tradiderat, Parthorum & Hyrcanorum satrapem constituit. Ammynapes* Arriano, qui *Menapis* Curtio, adjectione literae *A.* quae in ejusmodi nominibus est frequentissima. Sic *Axuerses* & *Amistris* alibi vocantur; qui frequentius *Xerxes* & *Esther*, quod me docuit Scaliger in Eusebium. Apud Stephanum in Ἀμαζόνιον *Mazaeum* pro *Amazaeo.* apud Strab. & Plin. VI, 13, 6. *Amardi* & *Mardi.* apud Plin. VI, 7. *Riphaei, Arimphaei.* Sic *Derceto* aliis *Atergatis* est. Ut propemodum suspicer illud *A*, ubi praeter rationem additum est, nihil aliud esse quam articulum, qui Hebraeis fere est ה, & in illas quoque gentes pervenisse videtur, si non eadem scriptura, certe vicino sono. Hujus corruptionis exemplum tetigimus in voce *Derbent*, quae apud Haythonem, utpote Italice conceptum, est lo Derbent, & deinde etiam in versionibus in unam vocem coaluit *Loderbent.* Ejusmodi vitia in Cedreno, & aliis ejusdem commatis Graecis scriptoribus non pauca corrigit Leunclav. in Pandect. Turcic. quae res opinionem meam haud mediocriter firmat. Contra accidit, ut qui in uno aut altero ejusmodi vocabulo falsi fuerunt, si moneantur id eo accidisse, quod articulum voci junxerint, deinceps omnia ejusdem soni vocabula suspecta habent, & interdum etiam radicales literas detrahunt. quod accidisse credo in iis, quibus A. quod habebant, violenter ademptum est. FREINSH.

CAPUT V.

Artabazo summa cum animi benevolentia excepto, Graecis, qui Darium adjuverant, parcit Alexander, & Mardorum gente debellata, Amazonicae cujusdam reginae petitioni satisfacit.

Jamque [1] rex [2] ultima Hyrcaniae intraverat, quum [3] Artabazus (quem Dario 1
[4] fidissimum fuisse supra diximus) cum propinquis Darii, ac suis liberis, modica-
que Graecorum militum manu occurrit. Dextram venienti obtulit rex; quip- 2
pe & hospes Philippi fuerat, quum Ocho regnante exsularet; & hospitii pignora
[5] in regem suum ad ultimum fides [6] conservata vincebat. Comiter igitur [7] exce- 3
ptus,

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Lugd. Amst. omittunt *rex.* 2 Voss. 1. 2. *Hyrc. ult.* 3 Voss. 2. *Artabarzus.* 4 P. *fidelissimum.* 5 Voss. 2. omittit *in* Pal. 1. *erga regem.* 6 Voss. 2. *servata fides.* 7 D. *rexceptus* sed confixa litera *r.*

Hospes Philippi] Historiam habes apud Diodor. l. XVI, 53. FREINSH.

Fides vincebat] Hoc explicandum, ne etiam pervertatur. Ista enim vera mens: Alexandro duplici nomine carus & gratus Artabazus: & ob hospitii cum patre jus, & magis ob fidem, quam ad ultimum regi suo constantem exhibuisset. Hospitii pignore commendatum validius egregia sua virtus commendabat, & fides tam certa unius in regem suum, quantumvis hostem Alexandri. Alia scriptura alienam sententiam gignit. *Fides conservata vicerat.* ACIDALIUS. *Fides vincebat.* Hoc est, praepollebat apud Alexandrum, ut ob hospitii memoriam eum amaret; & magis etiam propter fidem in regem suum. Eo magis, quod etiam apud Graecos id usu receptum esset. Unde Agesilaus ad Pharnabazum, referente Xenoph. lib. IV. Ἑλλην. *Non ignorare te arbitror etiam Graecis in urbibus hospitiorum necessitudines inter homines contrahi. Nihilominus ubi bellum inter urbes ipsas geri coeptum est, una cum patria quilibet hospitibus bellum facit. Quin etiam si res ita ferat, nonnumquam mutuo se hospi-*

ptus, *Tu quidem*, inquit, [1] *rex perpetua felicitate floreas. ego ceteris laetus, hoc uno torqueor, quod praecipiti senectute, diu frui tua bonitate non possum.* [2] nonagesimum
4 & quintum annum agebat. Novem juvenes, [3] eadem matre geniti, patrem comitabantur: hos Artabazus [4] dextrae regis admovit, precatus *ut tam diu viverent,*
5 *donec utiles Alexandro essent.* Rex [5] pedibus iter plerumque faciebat: tunc *admoveri sibi & Artabazo equos* jussit; ne ipso [6] ingrediente pedibus, senex equo vehi
6 erubesceret. [7] Deinde ut castra sunt posita, *Graecos*, quos [8] Artabazus adduxerat, *convocari* jubet: [9] at illi, *nisi Lacedaemoniis fides daretur*, [10] respondent, [11] *se,*
7 *quid agendum ipsis foret, deliberaturos.* Legati erant Lacedaemoniorum missi ad Darium, quo victo [12] adplicaverant se Graecis mercede apud Persas militantibus.
8 Rex *omissis sponsionum fideique pignoribus, venire* [13] *eos* jussit, *fortunam quam ipse dedisset habituros.* Diu [14] cunctantes, plerisque consilia [15] variantibus, tandem
9 *venturos se* pollicentur. At Democrates Atheniensis, qui maxime Macedonum opibus semper [16] obstiterat, [17] venia desperata, gladio se transfigit. ceteri, sicut
10 constituerant, [18] ditioni Alexandri [19] se ipsos permittunt. [20] mille & [21] D. milites erant. praeter hos legati ad Darium missi [22] xc. In supplementum [23] distributus miles:

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Mod. Col. Bong. Lugd. *rex deos quaeso* Voss. 2. Pal. 1. *rex deorum quaeso.* 2 B. 1. *nonagensimum.* 3 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. *omnes eadem.* 4 Fl. Leid. Bong. *dexterae* Voss. 1. *dextere.* 5 Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *iter pedibus faciebat plerumque.* 6 Voss. 2. Pal. 1. *gradiente.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *ut deinde.* 8 Leid. *Artabatus.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. D. *at illi nisi fides Laced. est* (in hoc suprascriptum &) *inopensibus daretur* Voss. 2. *ac illi non fides Lacedaem. daretur* Pal. 1. *& quoque Peloponnensibus* Bong. *at illi nisi fides quoque Laced. & iorpensibus* F. *Pelopensibus* exscalpta priore lectione. vulgo *fides quoque daretur.* 10 Leid. *respondens.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *siquid.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Ald. Frob. Col. Mer. Bas. Amst. *adplicuerant.* 13 Voss. 2. *ipsos.* 14 Ald. *cunctantis.* 15 Mer. *narrantibus.* 16 Pal. 1. *obsisterat.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. *desperata venia.* 18 Pal. 1. *dictioni.* 19 Fl. Leid. Voss. 2. *ipsos se* Pal. 1. *& ipsos se* Voss. 1. D. *ipsos sem* sed in hoc jugulata extrema litera. 20 Voss. 2. *decem milia* Frob. Col. Bas. Ald. *X. millia.* 21 Mer. *centum.* 22 Voss. 2. *XC. milia.* 23 Pal. 1. *distributio: milites.*

hospites occidunt. Caussam reddit Badius apud Livium xxv, 18, 9. *publicis foederibus ruptis dirempta simul & privata jura esse.* ubi itidem pugna hospitis cum hospite narratur. FREINSH.

Eadem matre] *Artabazo e Mentoris & Memnonis sorore undecim filii, & decem filiae prognati fuerant.* Diodor. l. xvi, 53. FREINSH.

Deos quaeso] Absunt haec ab editis, sed desunt quoque. MODIUS.

Omnes eadem] Iterum vocem *omnes* ex membranis inserui. IDEM.

Lacedaemoniis quoque] Membranae, *Lacedaemoniis quoque & Sinopensibus*, optime. Arrian. τοῖς Σινωπέων δὲ ἀφῆκεν. ὅτι Σινωπεῖς οὔτε τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων μετεῖχον. MODIUS. *Lacedaemoniis.* Vera haud dubie lectio est, quam exhibet optimus Cod. Dan. *nisi fid. Laced. est inopensibus daretur:* si leviter emendes. *& Sinopensibus*, de quibus Arrianus iii, 5, 10. si tamen id recipimus, eliminanda est ex seq. vers. vox *Lacedaemoniorum.* FREINSH.

Deliberaturos] At sic *qui deliberant desciverunt* inquit Tacitus Hist. ii, 77, 6. FREINSH.

Quam ipse dedisset] Supra iv, 11, 21. ubi ait, *se in Asiam non venisse, ut ab aliis acciperet, sed ut aliis daret*, quibus in verbis excidisse unum puto *ut ab aliis leges acciperet.* FREINSH.

Democrates] An Demochares frater Demosthenis? de quo Plutarchus in Demosthenis vita. Nam de Democrate nihil memini legere. RADERUS. At ille Democrates neque frater fuit Demosthenis, sed sororis filius, ut ex Cicer. de Orat. ii, 23. & Bruto cap. 83. ὁ τοῦ Δημοσθένους ἀδελφιδοῦς est Aeliano Histor. Var. iii, 7. ex quo capite liquet eumdem esse quem Parrhesiasten vocatum adfirmat Seneca de Ira iii, 23. Sed & ipse Plutarch. in vita Demosth. cap. 9. in libello de Decem Oratoribus, expresse tradit, sorore ejus genitum fuisse, ubi etiam ait Antipatro oratore, ab Atheniensibus petenti restitisse. Superfuit igitur Alexandro. nam id post mortem regis accidit, ut ex ejusdem libri cap. 7. constat. Immo ex cap. 10. diu postea vixisse. Ergo non potest substitui huic Democrati. FREINSH.

M. D. milites] Vulgo, *decem milia & quingenti milites erant.* pessime. antea enim dictum est 4000. Graecorum Darii fugam fuisse prosecutos. Neque hi omnes Artabazum postea comitati sunt, sed pro parte tantum. Vide Arrian. l. iii. MODIUS. *Mille D.* Sic legendum, licet reclament vulgati codices fere omnes. Nam Curtius paullo ante vi, 5, 1. refert Artabazum *cum modica Graecorum militum manu*

miles: ceteri remissi domum, praeter Lacedaemonios, quos *tradi in* [1] *custodiam*
jussit. Mardorum erat gens confinis Hyrcaniae, cultu vitae aspera, & latrociniis 11
adsueta. haec sola nec [2] legatos miserat; nec videbatur imperata factura. Itaque
rex indignatus, si [3] una gens posset efficere, ne invictus esset; impedimentis cum
praesidio relictis, [4] invicta manu comitante procedit. Noctu iter [5] fecerat, & 12
prima luce hostis in conspectu erat: tumultus magis quam proelium fuit. Deturbati ex collibus, quos occupaverant, barbari [6] profugiunt; proximique vici ab
incolis [7] deserti capiuntur. Interiora regionis ejus haud [8] sane [9] adire sine [10] magna 13
vexatione exercitus [11] poterat. Juga montium praealtae silvae, rupesque inviae
[12] sepiunt; ea quae [13] plana sunt, novo munimenti genere [14] impedierant barbari. Arbores [15] densae sunt [16] ex industria consitae, quarum teneros adhuc ramos 14
[17] manu flectunt, quos intortos rursus [18] inserunt terrae; inde velut [19] ex alia radice [20] laetiores virent trunci. hos qua natura fert, adolescere non sinunt; quippe 15
alium alii quasi nexu conserunt, qui ubi multa fronde vestiti sunt, operiunt terram.
itaque [21] occulti nexus ramorum velut laquei perpetua sepe iter [22] cludunt. [23] Una 16
ratio erat caedendo aperire saltum: sed hoc quoque [24] magni operis. crebri namque nodi [25] duraverant stipites, & in se implicati arborum rami suspensis [26] circulis similes, lento vimine frustrabantur ictus. Incolae autem ritu ferarum virgul- 17
ta subire soliti, tum quoque intraverant saltum; occultisque telis hostem lacessebant. Ille [27] venantium modo latibula scrutatus, plerosque confodit: ad ultimum
[28] *circumire saltum milites* jubet, *ut si qua* [29] *pateret*, *inrumperent*. Sed ignotis lo- 18
cis

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *custodia*. 2 Voss. 1. *glegatos*. 3 Pal. 1. *ima*. 4 MS. p. *invita*. 5 Voss. 1. *ferat*. 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. *profugerunt*. 7 Leid. *devii*. 8 Voss. 2. *sana*. 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *adiri*. 10 Voss. 2. omittit *magna*. 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. & alii *poterant*. 12 Fl. *saepiunt*. 13 Fl. Leid. Voss. 1. D. P. *plena*. 14 Amst. *impediverant*. 15 Pal. 1. *dempsae*. 16 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. *de industria*. 17 Voss. 2. *flectunt manu*. 18 Voss. 2. Pal. 1. *inferunt*. 19 D. *dex alia* sed inducta litera *x* P. F. *de alia*. 20 Pal. 1. *laxiores*. 21 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *occultu ramorum* Pal. 1. *occulto connexu r.* Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *occultus connexus r.* 22 Fl. Leid. Voss. 1. *cludit* Voss. 2. Pal. 1. *claudit iter* B. 1. habet superscriptum *dunt* ut sit *cludunt* Ald. Frob. Col. Mer. Bas. *iter claudit*. 23 Voss. 2. *vana*. 24 Voss. 2. Pal. 1. omittunt *magni*. 25 Voss. 2. & vulgo *nudaverant* vel *nodaverant*. 26 P. *cirrulis*. 27 Pal. 1. *venantis*. 28 Voss. 2. Pal. 1. *circumvenire* vulgo *circuire*. 29 Ald. *paterent*.

manu Alexandro occurrisse; & Arrianus III, 5, 7. Graecos mercenarios, qui cum Artabazo erant, circiter 1500. fuisse ait, qui se ipsos Alexandro permiserint. POPMA. Consentit & Diodor. XVII. 76. FREINSH.

Ceteri] Pertinet haec vox ad legatos, quos domum remisit, exceptis Lacedaemoniis. Arrian. ubi modo vide. FREINSH.

Invicta] Repetita videtur haec vox ex superiore linea: sane aliud hic fuit, quod jam non divino, nisi cui placeat, *reliqua manu*, quod equidem sensus videtur requirere. FREINSH. Lego *incita manu*, ut supra l. IV, 12, 4. legendum est *concitis equitibus. incitato gradu accurrere.* Senec. in Troad. *inciti & alacres Delphini.* HEINSIUS. Merito haec vox Freinshemio suspecta est, nimis tamen recedit *reliqua*, quam substituit. Mallem *indicta*, ut significetur imperata, jussa, certorum nempe ad haec electorum. SCHEFFER. *Expedita manu.* Adhuc omnes legerunt *invicta manu.* Spuria vox *invicta*, sine dubio ex praecedente *ne invictus* redundans. locus tamen quod supplendus est, Freinshemius *reliqua* supponit, scitius T. Faber. l. I. epist. 51. *expedita*. Relinquuntur enim impedimenta, relinquitur praesidium: quid superest nisi manus *expedita?* CELLAR.

Tumultus] Forte, *cum tumultus*. HEINSIUS.

Adiri sine] Iterum vulgo; *interiora regionis ejus haud sane adire sine m. v. e. p.* non aeque bene. MODIUS.

Laetiores trunci] Supra l. V. c. 4. *colles frondibus laeti*. CELLAR.

Quasi nexu conserunt] Forte; *quasi nexu mutuo conserunt*. HEINSIUS.

Occulti ramorum] Sic dictum, ut *clausa domorum* & similia, pro his tamen habent libri editi, *itaque occultus nexus ramorum, velut laquei, perpetua sepe iter claudit.* MODIUS.

Duraverant] Vulgo *nodaverant*. Sed & hoc & illud aliorum, *nudaverant*, pariter ineptum. Quis

nodos

cis plerique oberrabant. [1] excepti sunt quidam; inter quos equus regis, [2] *Bucephalam* vocabant: quem Alexander non eodem quo ceteras pecudes animo aestimabat. [3] nam ille nec [4] in dorso insidere suo patiebatur alium; & regem, quum vellet [5] adscendere, sponte [6] sua genua submittens excipiebat, credebaturque senti-
19 re quem veheret. Majore [7] ergo quam decebat, ira simul ac dolore stimulatus, *equum vestigari* jubet; *& per interpretem pronuntiari, ni reddidissent, neminem esse*
20 *victurum.* Hac denuntiatione territi, cum ceteris donis equum adducunt. Sed [8] ne sic [9] quidem mitigatus, *caedi* [10] *silvas* jubet, *adgestaque humo* [11] *è montibus*
21 *planitiem ramis impeditam exaggerari.* [12] Jam [13] aliquantulum altitudinis opus creverat,

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *exceptique* Voss. 2. *excepti quidam sunt.* 2 Sic MSS. o. vulgo *Bucephalum.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. alii *namque* Voss. 2. *nam nec ille.* 4 Pal. 1 omittit *in.* 5 B. 1. *escendere* sed superscripto *a.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. Amst. omittunt *sua.* 7 D. P. F. omittunt *ergo.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. D. *nec sic* Voss. 2. Pal 1. *non sic.* 9 Voss. 2. Pal. 1. omittunt *quidem.* 10 Voss. 2. Pal. 1. *silvam.* 11 Voss. 2. Pal. 1. Mer. *& montibus.* 12 Pal. 1. *jamque* Voss. 2. *namque.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. *aliquantum.*

nodos nodare dicat? quid autem ad rem si nodi stipites nudarunt? quos tamen illi quomodo nudarunt? Emendo, *duraverant.* ACIDALIUS. *Nodi nudaverant.* Delendum est τὸ *nodi*, quod librarius ob sequentis vocis similitudinem importune iteraverat. Totum igitur locum lego hoc modo. *Crebri namque nodaverant stipites, & in se implicati arborum rami &c.* RUTGERS. Var. L. l. III. c. 4. Acidalii conjecturam optimis libris confirmari videns recepi. FREINSH.

Bucephalam] Aliae editiones *Bucephalum* habent. Graecis vel Βουκέφαλος vel Βουκεφάλας, ita Latinis utrumque expressum. De hoc Bucephalo plura in Prolusionibus cap. 8. Hic de aliis hoc genus equis eruditis, variasque artes doctis traderem, nisi jam pridem Lipsius Epistolarum volumine ad Belgas tertio, epistola 56. ad contubernales, bene longa, laborem meum occupasset, memorandaque è variis scriptoribus prodidisset, quo lectorem etiam curiosissimum remittimus, ubi de hoc ipso Bucephalo narrat. Sed miror ab ipso hunc Curtii locum non animadversum. RADERUS. Vide citatos à Radero Plutarch. Alex. cap. 9. Plin. VIII, 42. Agell. V, 2. Strab. lib. XV. Solin. cap. 47. Graecum Aristophanis Scholiasten in Nubib. p. 123. Italum auctorem de Re Equestri p. 12. M. Fuggerum de Cura Equorum p. 17. & Tzetz. Chil. I, 28. Quibus utiliter addas Majolum dier. Canicul, V, I. Camerar. Subcis. I, 21. Salmuthi notas in Pancirolli res deperditas, cap. de equis. Patricium de Regno III, 2. Oppian. Cyneget. I, 229. ubi ait *Bucephalam adversus arma dimicasse*, quod interpretare ex Herod. V, III. ubi similia de equo Artybii. Plutarch. de Solert. Animal. cap. 34. Festum, Etymologicum Graecum, ubi nominis ratio redditur. Arrian. V, 3, I. &c. ubi inter alia, non à *Mardis*, ut Curtius, sed ab *Uxiis* exceptum fuisse scribit: Diodor. XVII, 76. Piccartum apud Becman. in Origin. Latinae linguae: ubi & fabula de Megapolitanorum ducum insignibus. Pierii Hieroglyph. lib. IV. quos, si vacat, inspicere poteris. Ego enim sentio cum Aeliano Hist. An. VI, 44. *Quod longe lateque pervagatum est, qualis in Alexandrum Bucephalus fuerit, propterea nihil mihi jucunditatis ad narrandum habere videtur.* Illud notatu dignum, Romae collem Quirinalem, hodie *montem Caballum* dici: quae appellatio sub Impp. ceperit, *à duabus statuis marmoreis Alexandri Magni regis Macedonum, equum Bucephalum domantis, quas Alexandria Constantinus Imp. Romam transtulerit, atque in medio thermarum à se in Quirinali extructarum collocaverit*, ut ex Onuphrio, & Georg. Fabricio in sua Roma, adnotat Rosinus Antiquitat. I, 6. Merulae Cosmogr. in sexta regione urbis habet aliquid de Alexandri statuis. Imaginem earum formis aereis expressit Ant. Lafrerus Sequanus. Eum etiam in nummis suis exprimi curasse Alexandrum, colligo ex Zamosii Analect. Antiquit. Daciae cap. 11. ubi dicit; *equum habet Alexandri moneta.* Sed & Lazius Rer. Graecar. lib. I. nummi talis effigiem exhibet. FREINSH.

Ascendere] Membranae *descendere*, unde scribi, fortasse posset antique *escendere.* MODIUS.

Sentire] Ita de elephante Martialis Spectac. 17.

Quod plus & supplex elephas te, Caesar, adorat,
Hic modo qui tauro tam metuendus erat:
Non facit hoc jussus, nulloque docente magistro;
Crede mihi, numen sentit & ipse tuum.

Nec illud ejusdem est abs re de spectaculo etiam aliarum ferarum, Epigr. I, 105.

Haec clementia non paratur arte:
Sed norunt cui serviant leones.

De elephanto Pori regis mira narrat Curtius ipse VIII, 14, 39. RADERUS. Plurima ejusmodi observarunt Aelianus in Hist. Animal. Plutarch. de Solertia Animal. & alii complures, veteres novique. FREINSH.

Aliquantulum] Addenda praepositio; *in aliquantulum*

verat, quum barbari, [1] deſperato regionem, quam occupaverant, poſſe retineri,
gentem ſuam dedidere. Rex obſidibus acceptis [2] *Phradati tradere eos* juſſit. In-
de quinto die in ſtativa revertitur. [3] Artabazum deinde, geminato honore, 22
[4] quem Darius habuerat [5] ei, remittit domum. [6] Jam ad urbem Hyrcaniae, in
qua regia Darii fuit, ventum erat. ibi [7] Nabarzanes accepta fide occurrit, dona
ingentia ferens. inter quae Bagoas erat ſpecie ſingulari ſpado, atque [8] in ipſo flo- 23
re pueritiae; cui [9] & Darius [10] fuerat adſuetus, & mox Alexander adſuevit: ejuſ-
que maxime precibus motus Nabarzani ignovit. Erat, ut ſupra dictum eſt, 24
[11] Hyrcaniae finitima gens Amazonum, circa [12] Thermodoonta amnem [13] The-
miſcy-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. D. Ald. Baſ. Frob. Mer. Col. *deſperati.* 2 Pal. 1. Voſſ. 2. *Pharadanti.* 3 Voſſ. 2. *Artabazo.* 4 Voſſ. 1. B. 1. Ald. Lugd. Elz. Frob. Mer. Col. Baſ. *quam.* 5 Voſſ. 2. Pal. 1. *eum.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Mer. *jamque* Pal. 1. *tandem.* 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. *Nabazanes.* 8 Voſſ. 2. omittit *in.* 9 Pal. 1. omittit *&.* 10 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *adſuet. fuerat* B. 1. omittit. 11 P. omittit *Hyrcaniae.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. P. *Thermodanta* Pal. 1. Ald. *Thermodonta* Voſſ. 2. *Termodonta.* 13 Voſſ. 1. 2. *Themiſcirae* Pal. 1. *remiſcire* Mer. *Themiſyrae* Ald. *Themiſcyre.*

tulum. ſup. IV, 2, 19. *in altitudinem montis opus excreverat.* ACIDALIUS. *In aliquantum* Tellierius, procul dubio Freinshemii ſequutus conſilium, edidit. vulgo negligitur *in.* CELLAR.

Deſperato regionem] Editiones, *deſperati regionem, quam occupaverant, poſſe retineri.* Malo prius, ſic legit apud Tacitum recte flos Belgicae noſtrae vir ſumma mihi familiaritate, dum fata deuſque ſinebant, conjunctus J. Lipſius, *mox comperto publicam pecuniam avertiſſe.* pro quo vulgo *compertum* ſcribitur. MODIUS. Hunc loquendi modum apud alios etiam animadvertes. Horat. Epiſt. I, 10. *excepto quod non ſimul eſſet.* Livius. *nondum comperto quam regionem hoſtes petiſſent.* Tacit. l. II. *audito caſtellum --- obſideri.* RADERUS. Abſolute ut Juſtin. *cognito quod illatum Croeſo bellum eſſet.* id eſt poſtquam cognitum fuit. Sic noſtrum interpretamur, poſtquam deſperatum fuit. Eraſmus legit *deſperati*, & active, *qui deſperant*, interpretatur. dure. CELLAR.

Tradere] Immo *tradi* potius, ſi conſuetum loquendi morem attendas. Sed ne id quidem huic loco accommodum, quem enim id juſſerit, & cur non potius ipſe praeſens traderet? mirum, ni ſcripſerit Curt. *Phradati parere eos juſſit.* De re vide Arrian. III, 5, 9. cui hic ſatrapa, eo loco, & paullo ſupra eſt *Authophradates.* FREINSH.

Geminato honore] Geminis provinciis praefecit. RADERUS. Quae explicatio nullo certo fundamento nixa, mihi non ſatisfacit; & tamen non habeo melius dicere. FREINSH. Multipliciter aucto, ut *tergemini honores* ſunt maximi & ſummi Horatio Od. l. I. Adde Barth. Adverſ. XXI. c. 12. CELLAR.

Quem Darius] Iterum editiones, *geminato honore quam Darius habuerat ei.* MODIUS.

Urbem Hyrcaniae] Modus loquendi qualis apud Virgilium Aen. III, 293.

- - - *Buthroti aſcendimus urbem.*

vulgo, *Buthrotum.* Hyrcania enim non eſt gentis & provinciae, ut ſupra, ſed civitatis nomen. Multae enim regiones communia habent nomina cum ſuis urbibus primariis (ut Babylonia, Bactra &c.) Proinde Hyrcaniam hanc Ptolemaeus metropolim appellat in Hyrcania. Arrian. vero III, 4, 5. eamdem ſuo proprio nomine dictam ait *Zadracarta*, & *Zeudracarta. Motis inde caſtris in Hyrcaniam progreſſus Zadracarta urbem petit.* & infra III, 4, 12. diſertius. *His rebus peractis, ad Zeudracarta maximam Hyrcaniae urbem, ubi regia erat, exercitum duxit.* Eadem ergo urbs & *Zadracarta*, & *Zeudracarta* (niſi codices fallunt) & *Hyrcania* dicta. RADERUS. Hujus urbis iterata mentio eſt apud Juſtin. XXXVIII, 9, 3. & 7. de ea igitur capiendus Appian. fine Syrac. de Demetrio: *captus vixit in Phraatae regia.* A Scythis *Carizath* dici, Thevetus apud Ortelium tradit. FREINSH. Cui nomen erat *Zeudracarta*, ſive *Zadracarta* Arrian. Ut non opus ſit cum Radero hoc loco Hyrcaniam nomen urbis facere, & poëtae figura Aen. l. III. vſ. 293. explicare, quamquam Ptolemaeus urbem hujus nominis memoravit. CELLAR.

Darius fuerat & mox] Adhuc editiones, *cui & Darius fuerat aſſuetus, & mox Alexander aſſuevit.* MODIUS. Non poteſt abeſſe, quamquam defuit in membranis, quod abeſt, non ſupereſt in vulgatis: *fuerat aſſuetus.* ACIDALIUS.

Adſuevit] Fruſtra ergo Plutarch. cap. 37. eum à nefario hoc flagitio vindicat. FREINSH.

Finitima] Error inſignis, natus ut puto ex eo, quod Curtius legerat à quibuſdam Amazonas haud procul mari Caſpio collocari: id autem cum & Hyrcanum dicatur, perſuaſit ſibi, quae Hyrcano mari finitimae eſſent, eaſdem & juxta Hyrcaniam colere debere. FREINSH. Solenne Curtio, ut quae vicina Ponto ſint, ad mare Hyrcanum transferat. Thermodoon enim amnis Cappadociae & Ponti Polemoniaci eſt. etiam Themiſcyra Amazonum

miscyrae incolentium campos. Reginam habebant [1] Thalestrin, omnibus inter Cauca-

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic MSS. Bas. Lugd. Amst.

zonum campus circa illum fluvium. Strabo l. 11. & l. XI. An vero umquam fuerint Amazones, non disputamus, nec tot auctorum conspirationi contradicimus. Valde autem suspectum nobis est, Alexandri temporibus tam potens mulierum regnum in Pontica ora fuisse, à Thermodoonte nempe, aut amplius, ad Phasim usque Colchidis amnem. Neque enim ante haec Medicum Lydis de superiori Asia certantes, & Halym constituentes communem terminum, leguntur cum feminis belligerasse: nec post Alexandrum Antigonus, Mithridates aliique, regnorum his locis sedem figentes, mulierum repugnantiam experti sunt. CELLAR. Haec Curtio non magis imputanda sunt, quam omnibus veteribus scriptoribus, sed huic uni sc. maledixit Clericus Judicii de Curt. c. 3. §. 7. 8.

Amazonum] De hac si velimus accurate tradere, una volumen ingens impleverit. Nos ergo contenti erimus ostendere loca auctorum, qui affirmare videntur, eas adhuc tempore Alexandri, aut post etiam superfuisse. Deinde eorum, qui meliore judicio usi, haud ita proni sunt ad credendas fabulas. Igitur Amazonum Alexandri temporibus, aut postea mentionem faciunt Ammian. Marcellin. l. XXII, 14. Antigenes apud Plutarch. Alex. c. 81. Apollodorus l. II. Appianus Mithridatico. Caesarius quaest. 47. Cedrenus in Alex. Clitarchus apud Plutarch. Alex. 81. & Strabon. l. XI. Diodorus, XVII, 77. Hispani in descriptione orbis recens reperti. Hypsicrates apud Strabon. lib. XI. *Jacobus de Vitriaco* Histor. Hierosol. cap. 90. *Jornandes* de reb. Get. c. 8. *Isidorus* IX, 2. ex Servio ad Virgil. Aen. I, 494. *Ister* apud Plutarch. *Justinus* XII, 3, 6. *Metrodorus* Scepsius apud Strab. *Onesicritus* apud Plut. *Orosius* III, 18. *Philostratus* in Heroicis, ubi de Achille. *Plinius* VI, 13, 5. *Plutarchus* Pomp. c. 58. ex Theophane ut videtur. *Polycritus* apud Plut. *Pomponius Mela* I, 20. *Ptolemaeus* Geogr. V, 9. *Reineccius* in regno Amazonico. *Stephanus* de Urbibus. *Aen. Silvius* c. 20. de Asia. *Theophanes* apud Strab. ex quo Plutarch. & Appian. ni fallor. *Vopiscus* Aureliano c. 34. *Zonaras* tomo II. ex Plutarcho. Ex diverso negant id *Anticlides* apud Plutarch. Alex. c. 21. quidam apud *Aristidem* in Panathenaico. *Aristobulus* apud Plut. *Arrianus* VII, 3, 4. *Chares* apud Plut. *Duris* Samius ibid. *Goropius* lib. VIII. qui *Amazonica* inscribitur. *Hecataeus* Eretriensis, *Isangelus*, *Lysimachus*, *Philippus* Chalcidensis, *Philippus* Isangelus, *Philon* Thebanus, *Ptolemaeus* Lagi, apud Plut. Alex. c. 81. *Servius* in Virgil. Aen. I, 494. *Strabo* lib. XI. Sed & alia quaestio oritur, an umquam fuerint Amazones? quod Straboni praecipue non videtur verisimile. Goropius, si quae fuerint, conjugatas fuisse putat. Contra fuisse quales vulgo creduntur, adstrui possit praeter superiores, auctoritate *Aeschyli* Eumenid. versu 688. Supplic. vs. 293. & Prometheo. vs 696. *Ammonii* apud Harpocrationem. *Apollonii* Argon. 2, 994. & ejus *Scholiastae*. *Atheniensibus* apud Herodot. IX, 37. & Arrian. VII, 3, 5. *Atticae picturae* in Poecile porticu apud Pausan. in Atticis: quam Cimoni tribuere videtur Arrian. VII, 3, 4. nam illud γέγραπται ἡ μάχη, potius exponam, *Picta est pugna*, quam cum interpretibus, *scripta est*. Pictor enim fuit Cimon, idem ille, ni fallor, cujus apud Plinium XXXIV, 8, 5. mentio. *Aristidis* Panathenaico. *Augustini* Quaest. ex utroque Testam. c. 115. *Bionis* apud Plutarch. Theseo c. 27. *Caesaris* apud Sueton. in vita 22, 4. *Q. Calabri*, *Callimachi*, *Callippidis* apud Strabon. lib. XII. *Chronici Abbatis Stadensis* in Roboamo: nisi ibi pro *Saturnia conditur ab Amazonibus*, *ab Aboriginibus* scribendum. *Chronici Alexandrini* in posteris Sem. *Chronologicorum Excerptorum* Latinobarbarorum, apud Scaligerum, in posteris Japhet. *Clementis Alexandrini* Admonit. ad gentes. & Stromat. lib. I. & IV. *Clidemi* apud Plut. Theseo c. 30. *Cornelii Taciti* III, 61, 3. IV, 56, 1. *Daretis* Phrygii. *Dictyos* Cretensis lib. III. & seq. *Diodori* Siculi II, 44. III, 52. IV, 16, 28. *Dionysii* historici apud Diod. III, 52. *Dionysii* Periegetae versu 656. *Dresseri* in anno Mundi 2073. & post annum 2456. *Ephori* apud Scholiast. Apollonii, & Stephanum. *Eudoxi* apud Strab. lib. XII. *Euripidis* Hercule Fur. versu 407. & Hippolyto vs. 10. & 307. & 582. & Ione 1131. *Eusebii* num. 810. 833. 870. & 938. *Eustathii* in Dionys. *Glycae* Annal. part. 2. ubi de Alexandro. *Hellanici* apud. Plut. Theseo c. 27. & 29. Strab. lib. XII. *Herodori* apud Plut. Ibidem. *Herodoti* IV, 110. & apud Strab. lib. XII. *Hippocratis* in lib. de Aëre &c. & lib. de Articulis. *Homeri* Iliad. III, 189. VI, 186. & ejus *Scholiastae*. *Hygini* fab. 30. 163. 223. & 225. *Jornandis* de rebus Get. c. 7. & 20. *Isaei* apud Harpocration. & Suidam. *Isocratis* orat. 8. *Justini* II, 4, 10. XLII, 3, 7. *Lysiae* Oratoris. *Marsi* apud Martial. IV, 29. *Martiani* Capellae de nupt. Philol. lib. IX. *Megarensium* in Atticis Pausaniae. *Menecratis* apud Plut. Theseo cap. 28. *Metrodori* Scepsii apud Strab. lib. XII. Nicolai Damasceni in Excerpt. Vales. pag. 512. *Orosii* I, 15. & 16. *Ottonis* Frisingens. II, 25. *Ovidii* in epist. Cydippes versu 119. *Palaephati* apud Strab. lib. XII. *Pausaniae* in Achaicis, Messeniacis, & Eliacis prioribus. *Pherecydis* apud Scholiast. Apollonii & Plutarch. Theseo c. 27. *Pindari*. Nem. IV, 3, 61. Olymp. 13, 124. & apud Pausan. in Achaic. *Platonis* lib. VII. de Legibus. *Plinii* VII, 56. *Plutarchi* in Theseo c. 31.

Caucasum montem & [1] Phasin amnem [2] imperitantem. Haec cupidine visendi regis accensa finibus regni sui excessit; & quum haud procul [3] abesset,
praemisit indicantes, *venisse reginam adeundi ejus cognoscendique avidam.* Proti- 26
nus facta potestate veniendi, ceteris jussis subsistere, [4] ccc. feminarum [5] comitata
processit. Atque ut primum rex in [5] conspectu fuit, equo ipsa [6] desiluit
duas lanceas dextra praeferens. Vestis non toto Amazonum corpore obducitur; 27
nam

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic MSS. Voss. 2. *fasin.* 2 Voss. 1. *imperitatem.* 3 D. *ab esset.* 4 Voss. 1. 2. B. 1. 2. *tercentis* D. *trecentis* P. F. *centis.* 5 Ald. Frob. Amst. *comitatu.* 6 Mod. *conspectum.* 7 Sic MSS. Ald. Frob. Col. Mer. Bas. Lugd. Amst. sed vulgo *desiliit* P. *dissiluit* B. 2. *desilivit* Voss. 2. *prosiluit.*

31. *Polyaeni* Strateg. I, 1, 3. *Pomponii Melae* I, 17. & 18. *Pretis Joannis* in epistola Hebraica, quam edidit Munsterus fine Cosmogr. *Propertii* III, 14, 15. IV, 4, 71. *Sallustii* apud Servium in Virg. Aen. XI, 659. *Solini* cap. 40. *Statii* Silv. I, 6, 24. *Stephani* in Ἀκμόνια. Σίβυρσα. Μύρλεα. Σμύρνα. Ἔφεσος. *Jo. Tzetzae* II, 36. & XIII, 450. *Isaaci Tzetzae* in Lycophronis Cassandram. *Virgilii* Aen. II, 659. *Xenophontis* Ἀναβάσ. lib. IV. Nos in re tam ambiguae fidei abunde praestiterimus, si tot & tantis scriptoribus credamus, haud omnino ex vano haustam fuisse istam opinionem: nam ut in miraculum Graecula vanitate corruptam esse non putemus, quis à nobis exigat? Mulieres autem militasse quandoque multis fidisque probatorum scriptorum testimoniis certum est. Eusebius ex Philochoro scribit, *Bacchum cum viris & feminas armasse*, cui consentit & Polyaen. Strateg. I, 1, 3. Ex recenti memoria est, quod in obsidione Famagustae, cum 29. die Junii anno 1571. iterum impressionem in muros facerent Turcae, etiam feminas urbanas cum armis, alias cum saxis & aqua, ad juvandos suos accessisse fides fit, ex *relatione fatta per il S. Conte Nestor Martinengo, al sereniss. Prencipe di Venetia.* Eodem anno quum Turcae oppidum insulae Corcyrae nigrae, sive Curzolae, *quod ipsum quoque Curzolae nomen habet, à viris desertum, adgrederentur: à feminis, animose patriam defendentibus, memorabili cum marium Curzolanorum, & ipsorum hostium infamia, femineique sexus immortali laude, rejecti fuerunt.* Leunclav. in supplem. Annal. Turcic. Quomodo olim Argivae feminae, apud Plutarch. de Virtut. Mulier. cap. 8. (quo libro & alia continentur, huc pertinentia) & Pausaniam in Corinthiacis. Sic in obsidione Belgradi, nisi me fallit memoria, mulierem uno foenariae falcis ictu, duobus Turcis, qui vallum conscendebant, capita praesecuisse, Pantaleon in reb. gestis ordinis Joannitarum memoriae prodidit. *In Bohemia tenuisse feminas principatum legimus. & in Hungaria Mariam viriliter imperasse, quae non* reginam *sed* regem *se appellavit. In regno Neapolitano duas Joannas rerum potitas scimus, quarum altera nostra aetate, altera paulo ante, res magnas gessit. Sed puella Franciae, de qua suo loco dicemus, non parum dubietatis affert, cujus ductu saepe Anglorum copiae nostro aevo profligatae fuerunt.* Aeneas Silvius c. 20. de Asia & de Bohemis feminis c. 7. hist. Bohem. Cui similis de Lemniadibus est fabula apud Statium Theb. lib. V. 105. & Plut. Erot. c. 14. Insigne exemplum Blancae Scardeoniae, vide apud Lipsium Monit. Polit. II, 16, 19. De Mysis mulieribus Philostrat. in Heroicis, ubi de Achille, & de iisdem & aliis Tzetzem XIII, 450. &c. De Agilaeis Caesarium apud Glycam Annal. part. 2. ubi de Alexandro, & Cedrenum pag. 127. De Zenobia, Vopiscum in Aureliano vide. De Semiramide, & Tomiri notum. Margaritae trium regnorum, Daniae, Sueciae, & Norvagiae reginae historia ex Munsteri Cosmographia peti potest. Complures etiam Polyaenus lib. VIII. Strategematum celebrat. Item Zwingerus in Theatro: & Tiraquell. tom. II. pag. 15. FREINSH.

Thalestrin] Sive *Minotheam.* nam binominem faciunt Justinus XII, 3. 5. & Orosius III, 18. Straboni lib. XI. est *Thalestria:* Ottoni Frisingensi II, 25. corrupte *Alestra:* Cedreno *Thaleuta.* FREINSH.

Adeundi ejus] Membranae, *adeundi eos.* Verum male. MODIUS.

Comitata processit] Vulgo *comitatu processit*, corrigendus autem videtur hinc Justinus l. XII. ubi est. *Ibi & occurrit Thalestris sive Minothaea Amazonum regina cum trecentis milibus mulierum:* reponendum *cum trecentis mulierum.* MODIUS. Libri alii habent *comitatu*, quod praefero. nam *trecentis feminarum comitata* genus loquendi nostro minus suetum. Magis illud alterum, *comitatu trecentarum feminarum*, quam lectionem fecit dubiam, quod solis numeris ccc. positis incertum esset, *trecentisne*, an *trecentarum* esset legendum. SCHEFFER.

In conspectum] Dum libros veteres testes laudare possum, nihil verebor ita scribendum esse pronuntiare, etsi vulgo *in conspectu* legebatur. MODIUS. Ita l. III. *Darium in Ciliciam fore.* Cic. l. XV. epist. 4. *in Tusculanum essem futurus.* Nihil hoc loco clarius, qui Curtianam lectionem confirmat. RADERUS.

Duabus lanceis] Sic & apud Virg. Aen. I, 317. describitur Aeneas:

Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Ubi Taubmanni notam vide. FREINSH.

Vestis non toto Amazonum corpore obducitur] Vulgo pleraque exemplaria *non toto Amazonum corpori* obdu-

nam laeva pars ad pectus est nuda, cetera [1] deinde velantur. nec tamen sinus
28 vestis, [2] quem [3] nodo [4] colligunt, infra genua descendit. [5] Altera papilla intacta servatur, [6] qua muliebris sexus liberos [7] alant: aduritur dextra, ut arcus
29 facilius [8] intendant, & tela vibrent. Interrito vultu regem [9] Thalestris intuebatur, [10] habitum ejus haudquaquam rerum [11] famae parem oculis [12] perlustrans. quippe [13] hominibus barbaris in corporum majestate veneratio est; magnorumque

que

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. & vulgo *inde.* 2 Voss. 2. & Pal. 1. omittunt *quem.* 3 Voss. 1. Pal. 1. Ald. *modo.* 4 Voss. 2. *colligitur.* 5 B. 1. *alterna.* 6 Pal. 1. *quae.* 7 Voss. 2. Pal. 1. *alat.* 8 P. *intendatur.* 9 Voss. 1. 2. *Talestris.* 10 Voss. 2. omittit *habitum ejus.* 11 Voss. 1. *fame.* 12 Mer. *perlustrat.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. & aliae editt. *omnibus.*

obducitur. mendose nec syntactice. Goropius vero legit *non toto corpore.* fuit qui rescribendum putaret, *non ex toto, Amazonum corpore obducitur.* sed non ex elegantia Curtiana. RADERUS.

Nodo colligunt] Versum Maronis adspexit *nodoque sinum collecta fluentem.* ACIDALIUS.

Tela vibrent] Forte *librent.* HEINSIUS.

Habitum] Non respicit ad *venustatem* formae, sed *dignitatem*, ut distinguit Cicer. Offic. 1, 36. quae non est nisi in iis, qui praeter reliquam corporis symmetriam, etiam eminenti statura sunt. hos igitur praecipue venerabantur barbari: in tantum ut apud Saracenos in eligendo rege maximam proceritatis rationem olim habitam Munsterus scripserit Cosmogr. III, 2. f. εἶδος illud ἄξιον τυραννίδος, *formam imperio dignam* cum Euripide vocare solent. Ita supra IV, 1, 25. conspecto Abdolomino Alexander; *famae generis* inquit, *habitus corporis non repugnat.* Apud Cathaeos etiam *regem pulcherrimum eligi*, *Onesicritus auctor est* apud Strab. lib. XV. quod & in Aethiopia solere, quidam affirmant apud Aristot. Politicor. IV, 4. & Athenaeum lib. III. Adde Tiraquell. in L. Connub. 2, 1. 2, 44. Fr. Junium de Pictura veterum, pag. 230. & seq. Marselaer in Legato 1, 12. Certe, *augustissima quaeque species plurimum creditur trahere de coelo.* ut est in Pacati Panegyr. cap. 6. Inde & supra III, 12, 17. Sysigambis, mulier, ut omnia docent, haudquaquam rudis sensus, Hephaestionem pro rege habuit, quod habitu corporis Alexandro praestaret. Accidit Philopoemini Achaeorum Stratego celeberrimo apud Plut. in vita c. 2. ut apud hospitem Megarensem coenaturus, ab illius uxore juberetur ligna findere: cum viro supervenienti, & inexpectato spectaculo attonito dixit, *deformitatis suae se poenas pendere.* Sic apud Josephum Antiquit. XVIII, 12. Artabanus viso Asinaeo *apud amicos dictitabat*, *nihil esse in tantillo corpore, quod tam vasto animo respondeat.* Etiam Agesilaus ea de caussa despectus Aegyptiis fuit, ut Plutarch. in vita cap. 66. & Athenaeus XIV, 1. tradunt. & Rumetrudae Rodulfi Herulorum Regis germanus, apud Warnefrid. Hist. Longob. 1, 20. Apud Joseph. Jud. 1, 5. Sabinus vir longe fortissimus adeo exili erat habitu, ut qui eum vidissent, ne conditione quidem gregarii militis dignum fuissent arbitrati. Apud Romanos *aetas Galbae & irrisui & fastidio erat*, *assuetis juventae Neronis*, *& imperatores forma ac decore corporis* (*ut est mos vulgi*) *comparantibus.* Tacit. Hist. 1, 7, 5. Contra Ariobarzanes *ob insignem corporis formam*, *volentibus Armeniis praeficitur*, apud eumdem II, 4, 1. Nec omisit id in suo Trajano extollere Plinius Paneg. IV, 7. *jam firmitas*, *jam proceritas corporis*, *jam honor capitis*, *& dignitas oris*, *nonne longe lateque principem ostentant.* Nec in suo rege divinus ille Samuël 1, 10, 23. *Stetitque in medio populi* (Saul) *& altior fuit universo populo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad omnem populum*, *Certe videtis quem elegit Dominus*, *quoniam non sit similis illi in omni populo.* Adde ibid. 1, 16, 6. & 7. Idem de Xerxe prodidit Herodot. VII, 187. *In exercitu Xerxis nemo erat*, *qui aut specie*, *aut magnitudine corporis cum Xerxe ipso posset contendere.* Multa in eum sensum lectu digna collegit Schönborn. Polit. II, 26. quae malo indicare, quam exscribere. Recte igitur in politissimo opere de Rep. Hebraeor. 1, 14. Cunaeus Curtium tacite reprehendens, cum locum Samuëlis supra relatum recitasset: *Quare profecto non jam barbarorum illud duntaxat*, *sed hominum etiam excultissimorum est*, *majestatem corporis venerari*, *magnorumque operum illos capaces putare*, *quos eximia specie natura donavit. Aristotelis*, *maximi auctoris*, *scitum est*, *si qui nascantur tanto aliis corpore excellentiores*, *quanto simulacris hominum antecellunt deorum imagines*, *dignos videri reliquos*, *qui his serviant.* De Pori regia forma narrabit Curtius infra VIII, 14, 13. Saepe tamen falluntur, qui ex solo adspectu judicant. Pulchre Tacit. Agric. 40, 4. *adeo ut plerique*, *quibus magnos viros per ambitionem aestimare mos est*, *viso adspectuque Agricola*, *quaererent famam*, *pauci interpretarentur.* FREINSH.

Omnibus barbaris] Editi libri *quippe hominibus barbaris*, verum illud vult dicere Curtius, omnes omnino barbaros, tam feminas quam viros ex corporum majestate quemquam judicare. MODIUS. *Barbaris in corporum majestate.* Sic ignoti faciem intuentes Agesilai contemnebant. Nepos c. 1. brevis enim & claudus erat. Contra Porum sui venerabantur propter corpus rarae magnitudinis. L. VIII. c. 13. CELLAR.

Haud

que operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura di-
gnata est. Ceterum interrogata, *num aliquid petere vellet:* haud dubitavit fateri, 30
ad [1] *communicandos cum rege liberos se venisse: dignam, ex qua ipse* [2] *regni genera-
ret heredes.* [3] *feminini sexus* [4] *se retenturam; marem reddituram patri.* Alexander, 31
an cum ipso militare vellet? interrogat: [5] & illa caussata, *sine* [6] *custode regnum reli-
quisse;* petere perseverabat, *ne se inritam spei* [7] *pateretur abire.* Acrior ad Vene- 32
rem feminae cupido quam regis, [8] ut paucos dies [9] subsisteret, perpulit. XIII.
dies in obsequium desiderii [10] ejus absumpti [11] sunt. Tum [12] illa regnum suum;
rex [13] Parthienen petiverunt.

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss.2. *communicandum.* 2 Pal.1. *regis* Voss.2. *regeneraret.* 3 Sic MSS. Vulgo *feminei.* 4 Sic Fl.Leid.Voss. 1.2.D. Ald. sed Lugd. Amst. omittunt *se.* 5 Pal. 1. *at illa.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. D. *custodiae.* 7 Fl. Leid. Voss. 2. Bong. *abire pateretur.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. *ac ut p.* Ald. Bas. Mer. Col. *at ut paucos.* 9 Ald. Bas. *sustineret* Col. *substineret.* 10 Ald. Bas. Mer. Col. omittunt *ejus.* 11 Pal. 1. omittit *sunt.* 12 hoc loco in D. inter lineas exstat ab eadem manu *postquam utero se habere comperit.* 13 Pal. 1. *Parthienon.*

Haud dubitavit] Diversum plane narrat Arrianus VII, 3, 2. Alexandrum jussisse reginae nuntiari, *se ad eam generandae prolis caussa profecturum.* FREINSH.

Reddituram] Ex more Amazonum, si fides Philostrato in fine Heroicorum, & Jornandi de reb. Get. cap. 7. vide Caesar. Quaest. XLVII. propius vero, quam alii, qui debilitasse eas mares liberos, aut interfecisse tradunt. Eamdem consuetudinem hodie quoque Regis Monimotapae Amazonas servare scribit Eduard. Lopez de regno Congi II, 9. Cui affine est quod narrat M. Paul. Venetus III, 37. de duabus insulis inter Soccoteram & Chesmacoram, quarum incolae Christiani sint: nam alteram earum à viris, alteram à mulieribus habitari: has numquam insulam virorum ingredi: illos autem quotannis per tres menses quemvis cum uxore sua degere, de hinc sua in loca reverti. Liberos mares apud matres ad duodecimum usque aetatis annum educari, postea ad patres transmitti. FREINSH.

Cum ipso militare] Sociam belli ac militiae se ipsi jungere. SCHEFFER.

Caussata] Cedrenus tamen ait Alexandrum eam *sociam belli adscivisse.* FREINSH.

Sine custode] MSS. *sine custodiae* leg. *sine custodia.* HEINSIUS.

Quam regis] *Ob immodicam forte illam vini appetentiam, ad Venerem ideo proclivis non fuit, quoniam, ut explicat Aristoteles in quaestionibus physicis* (Quaest. 11. & 32. sect. 3.) *hominum ejusmodi genitura in aquam eliquescat. Hieronymus in Epistolis Theophrastum referre tradit, Alexandrum ad Venerem ignavum fuisse. Cum ergo mater Olympias curasset &c.* Athenaeus x, 10. Cui adde Plutarch. Sympos. 1, 6. FREINSH.

XIII. dies] Hinc quoque emendandus Justinus l. XII. scribendumque: *ob hoc XIII. diebus otio datis à rege.* ubi vulgo est *XXX. diebus.* MODIUS. *Tredecim. Trogus XXX. scribit: quod tempus ad conceptum deprehendendum magis idoneum fuisse mihi videtur, quam quod Curtius posuit.* Sabellic. Ennead. IV, 5. Sed hodie etiam apud Justinum *tredecim dies* eduntur: & Diodor. XVII, 77. cum Curtio consentit. FREINSH.

Regnum suum] Placet hic adnotare, quod alibi non reperi, ex Mart. Capellae lib. IX. de nupt. Philol. *Quid Amazones? nonne ad calamos arma tractabant? quarum una, quae concipiendi studio venerat, cum Alexandrum salutaret donata tibicine, ut magno munere gratulata discessit.* FREINSH.

CA-

Caput VI.

Macedones Alexandri offenduntur moribus, qui ut ſeditionem averteret, ad bellum Beſſo inferendum mentem convertit. quod & ſtrategemate inchoat: ac Satibarzanem, quod defeciſſet, primum perſequitur: Barbaros à montibus diſpellit: Artacacnam expugnat.

1 Hic [1] vero palam cupiditates ſuas ſolvit; continentiamque & moderationem, in altiſſima quaque [2] fortuna eminentia bona, in ſuperbiam ac laſciviam
2 [3] vertit. Patrios mores [4] diſciplinamque Macedonum regum ſalubriter temperatam, & civilem habitum, velut leviora magnitudine ſua ducens; Perſicae regiae,

Variantes Lectiones.

1 D. *vero rex.* 2 Voſſ. 1. *fortunam.* 3 Voſſ. 2. Pal. 1. *convertit.* 4 P. omittit *que.*

Hic vero] Concinunt in hanc rem praeter proprios hujus hiſtoriae conditores, Athenaeus lib. XII. *Alexander Aſia ſubjugata Perſica ſtola eſt uſus.* & mox: *Ephippus ſcribit Alexandrum ſacras etiam veſtes in conviviis geſtaſſe, nunc quidem Ammonis purpuream, per ambitum diviſam, & cornua, tamquam deum: nunc vero Dianae, cum curru vectaretur: ſaepius ſub extima veſte ſtolam Perſicam oſtentaſſe, ab humeris ſuperne, cum arcu, & ſibyne: aliquando & indumentum Mercurii; cetera, ferme quotidie chlamydem purpuream, tunicam albo diſtinctam, cauſiam, quae diadema regium ſuſtineret: & amicis ad eum convenientibus, talaria, petaſum in capite, in manibus caduceum, nonnumquam leonis pellem, & clavam, ut Herculem.* Joannes Antiochenus in excerptis Valeſii: *Alexander Macedo exſtincta Perſarum dominatione, atque occiſo Dario, mente corruptus ad voluptates corporis declinavit. Nam & Perſicam veſtem induit, ac decem mille juvenes corporis cuſtodes habuit, ac trecentis pellicibus eſt uſus: adeo ut Macedoniei imperii forma in Perſicam migraſſe videretur.* Cedrenus: *Non deſunt, qui eum Dario devicto in deterius mutaſſe animum, ac ſe voluptatibus corporis dediſſe affirment: Etenim qui olim Darii filias ne videre quidem ſuſtinuiſſet, is & Perſico amictu poſtea uſus, decem millia juvenum praeſidii loco circa ſe habuit, ac CCC. pellicibus uſus eſt, Macedonicamque regum conſuetudinem in Perſicam mutavit.* Aelian. Hiſt. Var. IX, 3, f. poſt deſcriptionem tabernaculi cuſtodumque ejus: *neque quiſquam facile ad regem accedere audebat. Magnus enim timor exiſtebat ex eo, quod ſuperbia & fortuna in tyrannidem elatus eſſet.* Suidas Ἀλέξανδρος, ex eodem fonte, quo Antiochenus & Cedrenus: *poſtquam omnes gentes ſubegit, animo corruptus eſt, & in corporis voluptates delapſus eſt, Perſica ſtola induta, & decies mille juvenum cuſtodia munitus, & trecentis pellicibus utens, ita ut omnem Macedonicam Regum conſuetudinem cum Perſica commutarit.* De tabernaculo ejus barbaricae opulentiae luxu decantatiſſimo varii paſſim, quibus jungi poteſt Plinius XXXIV, 8, 2. FREINSH.

Altiſſima quaque] Sigebergenſis liber, *in altiſſimam quamque fort.* Quod ſi placet, etiam illud erit placendum, ut *imminentia*, non *eminentia*, legatur. ac tum quidem hoc lucri feceris, ut te mente viduum hominem merito omnes appellent. MODIUS. Hoc *quaque* mihi ſuſpectum eſt. Puto Curtium ſcripſiſſe, *in altiſſima quoque fortuna*, ſenſu longe efficaciori, & emphatico magis. Eſt enim ea ſententia, nullam eſſe tam alte conſtitutam fortunam, ut non longiſſime ſupra eam emineat id bonum, ſi quis in ea uti poſſit moderatione & continentia. SCHEFFER.

Diſciplinamque] Palatinus primus conjunctionem *que* hic non agnoſcit. Adducor itaque ut credam, Curtium ſic locum hunc ſcripſiſſe, atque diſtinxiſſe. *Patrios mores, diſciplinam Macedonum, Regum ſalubriter temperatum & civilem habitum.* Sane diſciplina Macedonum vix dici poteſt temperata, cum fuerit ſevera, & adſtricta, habitus vero regum vere temperatus, & de eo maxime agitur per oppoſitionem faſtus Perſici hoc loco. SCHEFFER.

Civilem habitum] Vide quae huc pertinentia veterum monita affert Juſtus Lipſius lib. II. Civilis Doctrinae cap. 15. & in Notis ad idem illud caput. FREINSH. *Civilem.* Civibus cum principe communem. Supra l. III. c. 6, 19. *cultus habituſque paullulum à privato abhorrens.* CELLAR.

Perſicae regiae] Perſicorum regum arrogantiam divinae magnitudini ſe aequantium imitabatur. CELLAR. *Perſicae regiae par Deorum potentiae.* Non dubito illatinum pronuntiare iſtud dicendi genus: *aemulabatur faſtigium Perſicae regiae potentiae par Deorum.* Abſit igitur, ut Curtium ita ſcripſiſſe credam. Reſcribo: *Perſiae regum.* Eruditae enim aures, tantum abeſt, ut abhorreant, ut etiam vehementer probent hoc loquendi genus: Alexander *aemulabatur Perſiae regum faſtigium par* (id eſt, quod par erat) *Deorum potentiae.* Innuit enim Curtius adorationem. Quare ſtatim addit. *Jacere humi venerabundos pati coepit.* Vide & l. VIII, 5, 6. HEUMANN. Parerg. Crit. p. 100. Merito dubitet

giae, par deorum potentiae [1] fastigium aemulabatur. Jacere humi [2] venerabun- 3
dos pati coepit: paullatimque servilibus ministeriis tot victores [3] gentium imbue-
re; & captivis pares facere [4] expetebat. Itaque purpureum diadema distinctum 4
albo, quale Darius habuerat, capiti [5] circumdedit, vestemque Persicam sumpsit;
[6] ne omen quidem veritus, quod à [7] victoris insignibus in devicti transiret habi-
tum. & ille se quidem [8] Persarum spolia gestare dicebat: sed cum illis quo- 5
que [9] mores induerat; [10] superbiamque habitus animi insolentia sequebatur.

Lice-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. Pal. 1. *fastigia.* 2 Sic Ald. Frob. Mer. Bas. vulgo *venerabundos ipsum* Pal. 1. Voss. 2. *venerabundus coepit ipsum* Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *venerabundus ipsum* omissis sequentibus *pati coepit.* 3 Pal. 1. omittit *gentium.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. *exspectabat.* 5 Pal. 1. *circundidit.* 6 Fl. *nemōn* Leid. Voss. 1. 2. P. F. B. 2. D. Pal. 1. *nemo non* B. 1. *ne onem* superscripta syllaba *mi*, quasi esset *neminem.* 7 Pal. 1. *victoribus.* 8 Leid. Voss. 1. *spolia Persarum.* 9 Pal. 1. *moribus.* 10 Pal. 1. *superbiam: quae.*

tet quis, an non magis illatinum reddiderit hunc locum Vir Doctissimus, dum corrigit *Persiae regum.* quum nullus Geographorum, aut qui de rebus Persicis mentionem fecerunt, umquam *Persiam*, sed semper *Persidem* appellarint. nam Plauti unus & alter locus magis ad ridiculos scenicos referendus est, quam ut exemplo sit. Utique si *Persia* Latine diceretur, non tam constanter eam vitavissent Livius, Nepos, Curtius, Justinus, & alii, qui numquam hac terminatione, quam non potuissent non aliquando revocare, usi sunt. potuisset Vir Doctissimus hoc loco corrigere, *Persidis regum* ex l. IV, 10, 6. Sed non opus esse videtur; siquidem duriuscula illa geminatio adjectorum hoc loco eo fit, ut respondeat praecedentibus, in quibus *Persica potentia*, *Macedonum disciplinae*, *regia civili* opponuntur. ut proinde non sit sollicitanda haec constructio, quum eam intactam reliquerint codices. Si vero geminatio adjectivi offendit, quod & Servius in Latinitate vitiosum censuit ad Virg. Eccl. III, vs, 38. consule indicem Gifanii ad Lucretium, in voce *Epitheta*; & abunde exemplorum etiam ex Curtio nostro exhibebit Sanctii Minerva l. II. c. 8.

Jacere humi venerabundos] Quod interpunctioni, quod emaculationi feci sedulo. impressi habebant *jacere humi venerabundos pati coepit paullatimque.* in quo illud *pati coepit* primum de glossa suspectum habui, sed tantum suspectum, donec membranarum, in quibus non erat, judicio exemta dubitatio est, nec si advertas animum, aliter hic legi poterat. qui enim pati coepit hoc, quod fieri quidem expetebat, sed nemo tamen Macedonum, de quibus solis sermo est, facere sustinebat? MODIUS. *Jacere humi.* Προσκυνεῖν vocabant, quod Graecis hominibus indignum invisumque erat. Nepos Conon. c. 3. CELLAR.

Pati cepit] Sic edidi Vett. sequutus. quae verba recentiores sine caussa eliminarunt, cum potius extrema hujus periodi vocula *expetebat*, ejicienda foret. FREINSH.

Purpureum diadema] L. III. c. 3. Adde Lipsium ad Tacit. Ann. l. VI. c. 37.

Vestemque Persicam] Quam eamdem fuisse cum Medica, quantum quidem tum temporis regium ornatum contingebat, facile ostendi potest. ut argutari videatur Plutarchus, alias quoque amori hujus regis nimium deditus, in excusationem ejus adferens; non Medicum vestitum, quod plane barbaricus esset, adscivisse, sed eum cum Persico temperasse, quasi hic minus barbaricus fuerit. Olim certe Persas Medis frugaliores fuisse, in confesso est, sed nemo negat, cum imperio & luxum ad eos transisse. Xenophontem fine Cyropaed. & Strabon. lib. XI. circ. fin. vide. Atque hinc est, ut nihil referre putarint auctores, Medicam eam vestem appellarent; an Persicam. Immo Arrianus, acerrimi vir judicii, interdum *Medicam* vocat, ut IV, 2, 3. Interdum *Persicam* ut VII, 5, 23. Et Aelianus, quam Hist. Var. I, 22. *Medicam stolam*, eam I, 32. *Persicam* appellat. FREINSH.

Ne omen quidem] Sensum hunc attigit & Justin. XII, 3, 8. *velut in leges eorum, quos vicerat, transiret.* Arrian. IV, 2, 3. *Cidarim Persicam, iis quos proelio vicerat ademptam, cum eo ornatu, quem ipse olim victor gestare solebat, commutare non erubuit.* Tertullian. de Pallio cap. 4. *vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste, triumphalem cataphractam amolitus, in captiva sarabara decessit.* Pertinet huc Polybii judicium IX, 10. *Quoties aliquis, relictis populi vincentis institutis, eorum qui vincuntur mores aemulatur, sine controversia dici potest, delictum heic versari ejus qui ita faciat: quum praesertim simul illa subeunda sit, quae talia solet comitari, invidia: res una omnium maxime potentatu praeditis fugienda.* Eodem tendit quod infra VIII, 5, 19. Callisthenes: *Non pudet patriae: nec desidero, ad quem modum rex mihi colendus sit, à victis discere.* A simili argumento cavillatur Marius apud Salluſt. Jugurth. 85, 19. *Neque literas Graecas didici. parum placebat eas discere, quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt.* Collaudavit tamen Peucestam Alexan-

 der;

6 Literas quoque, quas in Europam mitteret, [1] veteris anuli gemma [2] obſignabat: [3] iis, quas in [4] Aſiam ſcriberet, Darii anulus imprimebatur; ut appareret, unum
7 animum duorum non capere fortunam. Amicos vero & equites, [5] cumque his principes militum, aſpernantes quidem, ſed recuſare non auſos, Perſicis [6] orna-
8 verat veſtibus. Pellices [7] ccc. & LX, totidem [8] quot Darii fuerant, regiam imple-

VARIANTES LECTIONES.

1 D. *veteres* ſed correctum *veteris*. 2 Pal. 1. *abſignabat*. 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Mer. Lugd. *his*. 4 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. *Aſia*. 5 Sic Ald. Frob. Col. Mer. Baſ. ſed vulgo *unaque* alii *his unaque* Voſſ. 2. P. F. *hi namque* Fl. Leid. *hii namque* Voſſ. 1. *hunamque* D. Pal. 1. *his namque* B. 1. 2. *huncque*. 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Pal. 1. *oneraverat*. 7 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. B. 1, 2. *CCCC*. P. *quadringenti* F. *quadringentae* Voſſ. 2. *quadringenta*. 8 Pal. 1. *quae* Voſſ. 1. *quod*.

der, quod Perſiae factus ſatrapa, linguam Perſicam didicit, veſtitumque ſumſit: atque Perſarum etiam hoc facto conciliavit amorem. Arrian. fin. lib. VI. FREINSH.

Literas] Huic affine eſt, quod Plutarch. in Phocion. c. 22. & Aelian. Var. Hiſt. 1, 25. narrant, *nulli praeter Phocionem cum ſcriberet τὸ χαίρειν*, id eſt, ſalutem, *appoſuiſſe Alexandrum* in diebus Genialibus & Antipatrum addit. Simillimum autem quod Polyaeno l. IV, 3, 24. teſte, *ſi in Macedonibus, aut etiam Graecis judicium exerceret, mediocre vulgareque forum probabat: ſin inter barbaros, ſplendidum & imperatorium*. Item quod *cernens Hephaeſtionem ad inſtitutum ſuum ſe accommodantem, Craterum vero patriis inſiſtentem moribus; hoc interprete Graecis & Macedonibus reſponſa dabat, illo barbaris*. Plutarch. cap. 83. Hujus rei vera cauſſa fuit, quod nondum volebat ſupra Graecos & Macedonas, libertati, aut civili imperio adſuetos, tam ſuperbo & dominico verius quam regio faſtigio, ſe efferre. Sed ita *paullatim*, ut loquitur ſupra num. 3. ſibi ſtruebat gradum, ut quae in aliis diu vidiſſent, ſi poſtea in ſe quoque experirentur, non ita haberent pro novo & inaudito more. Populos enim illos, tot per annos civiliter habitos, non audebat ad duriora ſubito vertere. Sic fere Auguſtus in provinciis templa ſibi decerni paſſus eſt: *in urbe pertinaciſſime abſtinuit hoc honore*. Sueton. Aug. 52, 2. immo & in Italia ſecundum Dionem lib. LI. abſtinuit. FREINSH.

Darii anulus] Briſſon. l. 1. p. 141. Conſule & Kirchm. de An. c. 6. de Philippi ſigillo Plutarch. c. 14. FREINSH.

Unum animum duorum non capere fortunam] Par illud Taciti: *unum imperium unius animo regendum*. LOCCENIUS.

His unaque principes] Ita hoc ſcripſi ex ductu literarum, quae in membranis erant. & ita loquuntur optimi Latinorum. remove igitur mihi vulgatum illud, *cumque his principes militum*. MODIUS.

Aſpernantes] Non tamen omnes. quippe certum eſt Peuceſtam non ſpreviſſe. Ceterum valde hic pugnant auctores. Juſtinus XII, 3, 9. cum noſtro conſentit, amicos Alexandri Medicas veſtes accepiſſe. Verum Arrianus & Diodorus ſcribunt unum omnium Macedonum Peuceſtam Perſicum habitum ſumpſiſſe: & ipſi nonnihil inter ſe diverſi. Nam Arrian. extremo lib. VI. ſcribit eum collaudatum *recepta Medica veſte*, ſic enim potius interpretandum, quam cum aliis *mutata*. forte in ipſo quoque textu μεταλαβὼν potius τὴν Μηδικὴν ſcribendum eſt, quam μεταβαλὼν, niſi forte & hoc eumdem ſenſum reddat, ut Latinorum *mutare*. Curtius ſupra III, 7, 11. *exſilium patria ſede mutaverat*. hoc eſt, relicta patria in exſilio remanſerat. ſic etiam mutare Medicam veſtem fortaſſe recte dixeris; durum tamen certe eſt. At Diodor. XIX, 14. ait dici *Alexandrum huic ſoli ex Macedonibus indulſiſſe, ut Perſicam geſtaret ſtolam*. qui ſi ita ſcripſit, falſus eſt. Sed quod hi de *ſolo* Peuceſta narrant, confutat Plutarch. c. 83. qui Hephaeſtionem ea quoque inſtituta ſequutum ait, adjecta inſigni veritatis nota, ea de cauſſa Alexandrum ad reſponſa barbaris danda, illo potiſſimum interprete uſum. Porro etiam diu ante Alexandrum, *Pauſaniam abjecto popularium & gentilium pallio ſtolam Perſicam induiſſe*; & mox ejus exemplo Alcibiadem, apud Athenaeum libro XII. traditur. Aliis etiam Graecis, ſi legationem apud Regem obirent, ſolebat dono dari Medica ſtola. Auctor Aelian. Hiſt. Var. 1, 22. FREINSH.

Oneraverat veſtibus] *Ornaverat* impreſſi libri, ſed quia inviti qui ornantur, onus magis geſtant quam ornamentum, quippe quibus ingratus eſt omnis cultus: feci non invitus, ut membranas ſequerer. incertus auctor nondum editus de vita Alexandri. *Membra papiri tegmine, vel quod eſt verius pudore velantur, feminae noſtrates non ornantur ut placeant, quae quidem ornamentorum cultum magis oneri deputant quam decori*. Dixit etiam noſter Arbiter. *Pallio enim coccino adraſum incluſerat caput, circaque oneratas veſte cervices laticlaviam immiſerat mappam*. MODIUS. *Ornaverat*. Alii *oneraverat*, quod videtur convenientius, quoniam praecedit *aſpernantes*. SCHEFFER.

CCC. & LX.] Quaſi non ſatis ei ſit malarum mercium, cui tot ſint domi ſcorta, ſcortea adjiciunt auctarium lenunculae membranae, & conciliant Alexandro etiam alteras c, leguntque CCCCLX. verum

plebant; quas spadonum greges, & ipsi muliebria pati adsueti, sequebantur.
[1] Haec luxu & peregrinis [2] infecta moribus veteres Philippi milites, rudis [3] natio 9
ad voluptates, palam [4] aversabantur; [5] totisque castris unus omnium sensus ac ser-
mo erat, *plus amissum victoria, quam bello* [6] *quaesitum esse.* [7] *Tum maxime vinci* 10
ipsos, [8] *dedique alienis moribus & externis:* [9] *tantae morae* [10] *pretium, domos quasi*
in

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. Ald. Frob. Col. Mer. Bas. Elz. *hoc* Voss. 1. omittit periodum usque ad *totisque*, sed infra adscripta sunt alia manu & atramento quasi obsoletiore. 2 Pal. 1. Ald. Col. Bas. Frob. Mer. *infecti.* 3 Pal. *natio voluptatesque* Bong. Voss. 2. *natio voluptates* F. *ratio voluptates* Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *naturae voluptates.* 4 Voss. 2. Ald. *advers.* Mer. *versab.* 5 Voss. 2. *totis.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. Lugd. *esse quaesitum.* 7 Sic Pal. 1. Ald. sed Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *cum* Col. Mod. Lugd. Amst. *tum cum.* 8 Pal. 1. *dumque* Voss. 2. *denique.* 9 Fl. Leid. Bong *quo tantae* Voss. 1. *quotante more* Voss. 2. *qu. tantae* Pal. 1. *quod tantae* D. *quos tantae.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. D. Mer. omittunt *pretium.*

verum si Plautinus ille bonum nolebat, cui admixtum erat malum, multo minus debemus etiam nos rem quaqua malam recipere, praesertim quum ante jam dixerit Curtius, *tum regiae pellices CCC. & LX. vehebantur, & ipsae regali cultu ornatuque.* MODIUS. *Pellices CCCLX.* Ad numerum dierum anni: in tot enim dies annum Persae dividebant. Diodor. XVII, 77. *Concubinas insuper, prout Darius consueverat, circumducere secum cepit: quarum turba dierum numero haud inferior erat.* Hic tamen observa Curtium de annis Persarum inconstanter loqui, aut certe mendum chartas ejus occupasse, nam supra III, 3, 10. numerat distincte 365. dies, cum dicit: *Magos trecenti & sexaginta quinque juvenes sequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero.* lege quae ad V, 1, 26. annotavimus, ubi itidem numerus mendosus, & pro 368. rescribendum 365. non 8. Hoc capite rursus pellices 360. rotundo numero posuit. Ita quinarium vel neglexit, vel certe sibi ipse non constat. RADERUS. Credo hunc esse locum, quem intelligit Tiraquellus ad Alexandri dies genial. III, 24. lit. b. ubi post citatum auctorem in lib. III. verbis modo relatis, addit: *Idem tamen Curtius libro IX. dicit iis in 360. dies annum esse descriptum.* Certe Scaliger de Emend. Temp. lib. III. docet, Persis, Chaldaeis, Armeniis, Syris, Hebraeis, Aegyptiis, unum eumdemque annum fuisse, numero dierum parem nostro. Unde videretur hoc in loco Curtii vitium esse scripturae, nisi defendi posset eo, quod tantum numerum pellicum hic indicaverit, nullo ad dies anni respectu habito. Et quamquam hoc Diodorus fecerit, necesse tamen non est idem & in Curtio tradi. Accedit quod & ab aliis quorum ad lib. III. habita est mentio in pellicum numero variant. Ergo nihil hic muto. Quamvis & Reineccius in regno Macedonico Diodori verba de 365. pellicibus accipiat: cujus verba adpingam. *Concubinas Diodorus Alexandro tribuit 365. in quibus commemorantur Thais Attica, quae postea nupsit Ptolemaeo Lagi: Campaspe Larissaea, Aeliano Pancasta: qui quidem addit, eam primam fuisse mulierum, cujus commercio Alexander uteretur. Hanc concessit postea Apelli &c.* Plinium XXXV, 10. vide. Fabulosum haud dubie est, quod Camerar, Subcisiv. III, 69. narrat, *Alexandro puellam pulcherrimam à Rege Indorum muneri datam fuisse, ut voluptatibus suis inserviret, quae Napelli veneno nutrita, hocque alimento, cui assueta natura esset, absque noxia uteretur &c.* sed Alexandrum monitu Aristotelis ab ea abstinuisse. Si recte memini, desumptum hoc est ex Epistola de rebus Indicis, quae falso Alexandro adscribitur. FREINSH.

Haec luxu] Gratas gratias Musis, cum bene haec emendavimus, miseris modis alioqui vulgo habita, imo miserrimis. Sic enim ibi legebantur, *hoc luxu & peregrinis infecti moribus veteres Philippi milites, rudis naturae, voluptates palam aversabantur.* Quomodo autem si luxu & peregrinis moribus erant infecti, quae prima apud illos sunt, voluptates aversatos dicemus? deinde quid quaerit sibi illud *rudis naturae?* nimirum recte nos. MODIUS.

Infecta] Alii *Hoc luxu &c. infecti.* Malim *Hoc luxu &c. infectum*, uti ad ipsum regem referatur. Sic supra IV, 7, 31. *immortalitatem affectantem, contumacius &c. aversati sunt.* FREINSH. Forte *haec luxu & peregrinis intacti moribus.* HEINSIUS. *Infecta* est imbuta, vitiosa & corrupta. Sed dubitatio inde oritur, quod vitia vitiis *infecta*, id est, corrupta dicuntur. sic etiam pene Virg. l. VI. Aen. vs. 742.

Infectum eluitur scelus.

Rudis natio ad voluptates] Asperis enim locis, Thraciae & Illyrici finibus, plerique exciti erant. CELLAR.

Tum maxime] Distingue ita: *Tum cum maxime vinci ipsos, dedique alienis moribus, & externis, quos tantae morae pretium: domos quasi &c.* vulgo erat, *Tum maxime vinci ipsos dedique alienis moribus & externis: tantae morae pretium, domos quasi &c.* in membranis legebatur: *Tum cum maxime vinci ipsos dedique alienis moribus & externis, quot tantae morae &c.* illo igitur *quot* in *quos* mutato omnia constitui. MODIUS. *Dedique alienis moribus.* In Palatino primo est, *dumque*, quod longissime abest à vulgato *dedique.* Itaque vix dubito, quin ei subsit scriptura vera. non intellecta aliis. scripserat nimi-

 rum

in captivo habitu [1] *reversuros. pudere jam* [2] *sui. regem victis quam victoribus similio-*
11 *rem ex Macedoniae imperatore Darii* [3] *satrapen factum.* Ille [4] non ignarus, & principes amicorum, & exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate [5] donisque [6] recuperare tentabat. sed, [7] opinor, liberis pretium servitutis ingratum est.
12 Igitur ne in seditionem [8] res verteretur; [9] otium [10] interpellandum erat [11] bello,
13 cujus materia [12] opportune alebatur. Namque Bessus veste regia sumpta, [13] *Artaxerxen appellari se* jusserat; Scythasque & ceteros Tanaïs adcolas contrahebat. Haec [14] Satibarzanes nuntiabat: quem receptum in [15] fidem, regioni, quam antea

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *reversos.* 2 Pal. 1. *suum.* 3 Sic MSS. o. 4 Pal. 1. *vero.* 5 Pal. 1. Voss. 2. omittunt *que.* 6 Bong. *reciperare* Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. *reparare.* 7 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. sed Pal. 1. *ut opinor.* 8 P. *reverteretur.* 9 Voss. 2. *ocius* Pal. 1. *otius* Mer. *otio.* 10 Mer. *interpolandum.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. D. *bellum.* 12 Voss. 1. *oportunae.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. *Artaxersen* Pal. 1. D. *Artaxersem* Voss. 2. *Artaserfen.* 14 Fl. Leid. B. 1. 2. D. *Satabarz.* sed in D. jugulato medio *a* Pal. 1. *Sabersanes* P. *Sadibarz.* F. *Satharz.* Voss. 2. Ald. Mer. Frob. Bas. Col. Lugd. Elz. Amst. *Nabarzanes.* 15 Voss. 2. *fidem regni* Pal. 1. *fide regno quod.*

rum Curtius *Tum cum maxime vinci ipsos ducique alienis moribus.* Ut *vinci moribus* pro *vinci à moribus*, ita *duci moribus* pro *duci à moribus*, quod quia in altero *dedi moribus* (nec enim *moribus dedi* sensum habet isto quidem loco, qui possit cum praecedente cohaerere) non procedit, ideo manifestum est, hanc lectionem esse veram, illud *duci* est intelligendum, quomodo victi & captivi ducuntur, rectissimeque τῷ vinci subjungitur. *Dedi* autem, quod nunc legitur in vulgatis, glossa est alterius. SCHEFFER.

Captivo habitu] Vestitu eorum, qui victi erant. CELLAR.

Reciperare] Membranae, *reparare*, & paullo ante *gravatum* pro graviter. MODIUS. Constantiensis MS. *reparare*, vetustiores codices retinent *recuperare*. *Recipere* tamen vox non improba est, qua subinde Tacitus usus est, unde nomen *reciperatio* apud Festum, cum inter civitates peregrinas lex convenit, ut res privatae reddantur singulis, recipianturque. RADERUS.

Ingratum] Sic Arminius apud Tacitum l. II. Ann. 9, 4. *irridet* in Flavio fratre *vilia servitutis praemia.* Comparavimus olim hunc locum cum Floro l. IV, 2. *gravis erat liberis ipsa beneficiorum potentia* &c. ubi vide. FREINSH.

Liberis pretium servitutis] Florus l. IV. c. 2. *gravis erat liberis ipsa beneficiorum potentia.* Arminius apud Tacit. Ann. l. II. c. 9. aucta stipendia, torquem & alia militaria dona, quibus Romani fratrem ornaverant, irridet, tamquam *vilia servitutis pretia.* CELLAR.

Alebatur] Suspecta fuit haec vox & Sebisio, & mihi: ille rescribebat *habebatur*; ego *dabatur*. nam quod editur, vix est ut defendi possit. FREINSH. *Alebatur.* Non video, cur hoc defendi non possit, aut cur *dabatur*, *habebatur*ve melius sit: cum praesertim non inobservatum transmiserint, quod est lib. VII. *ita bellum vitando alemus.* Sic Plancus ad Ciceronem, *ne videar mea patientia etiam bellum alere*, Livius l. XXXI. *patienter rursus eum in Hellespontum trajicere, occupantemque Graeciae opportuna loca vires colligere, bellum aluere.* GRONOVIUS. Ad Senec. l. VI. de Benef. ubi ex hoc locus restituitur.

Artaxerxen appellari] Ut titulus majestatem adderet personae. nam Persis moris fuit, cum ad regnum venirent, mutare nomen, praesertim non educatis in spem regni, ad delendam sc. opinionem injuste occupati regni, & abjectionis vilitatisque. Vide Joh. Mercerum ad Aristaeneti epist. 19. l. 1. ita Darius ante dictus Codomannus. LOCCENIUS. *Artaxerxen.* Quod nomen etiam ante eum & Ochus adsumpserat apud Ctesiam. Consilii rationem aperit Justinus l. x, 3, 1, *Darii nomine, ne quid regiae majestati deesset, honoratus.* Sic apud Diodorum in excerptis belli servilis, duo mancipia alter *Antiochum* se vocari jussit, alter *Tryphonem.* Est enim in ea re non nihil momenti, adeo ut Regillianum solius occasione nominis ad imperium evectum legamus in Pollionis Triginta Tyrannis loco nono. Frustra igitur putat vir doctus Hist. Fab. tom. III. p. 200. quia Artaxerxes appellari voluerit, Bessi nomen non ipsi proprium, sed dignitatis fuisse, ut hodie Turcis Bassa. FREINSH. Justin. l. x. c. 3. Ochus Artaxerxis Diodor l. XV, 40. & major Ochus itidem Darii, cognomine Nothi, nomen assumserant. CELLAR.

Tanais] Negant Geographi Tanaim ullum ad Bactra esse, quamvis enim Europam ab Asia dividat, ut supra Curtius docuit, non tamen in illis apud Indos regionibus id fieri omnes testantur. Scythae tamen illic degebant, qui postea legationem ad Alexandrum misere, ab eodem demum victi. RADERUS. *Tanais accolas.* Non veri Tanais, Europam & Asiam dividentis, sed quem falso ita nominabant Macedones, Iaxartis Plin. l. VI. c. 16. CELLAR.

Satibarzanes] Editi *Nabarzanes*, male. antea enim de Nabarzane actum est, & sequitur de illo mox

tea obtinuerat, praefecit. Et quum grave ſpoliis [1] adparatuque [2] luxuriae agmen 14
vix moveretur; *ſuas primum, deinde totius exercitus ſarcinas, exceptis admodum ne-*
ceſſariis, [3] *conferri* [4] juſſit *in medium.* Planities [5] ſpatioſa erat, in [6] quam vehi- 15
cula onuſta [7] perduxerant. Exſpectantibus cunctis, quid deinde eſſet imperatu-
rus; *jumenta* juſſit *abduci*; *ſuiſque primum ſarcinis* [8] *face* [9] *ſubdita, ceteras incendi*
[10] praecepit. Flagrabant [11] exurentibus dominis, quae ut [12] intacta ex urbibus 16
hoſtium raperent, ſaepe flammas [13] reſtinxerant; nullo ſanguinis [14] pretium
[15] audente deflere, quum regias opes idem ignis exureret. [16] Brevis deinde [17] ora- 17
tio mitigavit dolorem; habileſque militiae, & ad omnia parati, laetabantur, *ſar-*
cinarum potius, quam diſciplinae feciſſe jacturam. Igitur Bactrianam regionem [18] pe- 18
tebant. Sed Nicanor, Parmenionis filius, ſubita morte correptus, magno deſi-
derio ſui adfecerat cunctos. Rex ante omnes moeſtus, cupiebat quidem ſubſiſtere 19
funeri adfuturus; ſed penuria commeatuum feſtinare cogebat. Itaque Philotas
cum II. millibus & DC. [19] relictus, ut juſta fratri perſolveret: ipſe contendit ad
Beſſum. Iter [20] facienti literae ei adferuntur à [21] finitimis [22] ſatraparum; è qui- 20
bus cognoſcit, *Beſſum quidem hoſtili animo occurrere cum exercitu: ceterum* [23] *Sati-*
barzanen, quem [24] *ſatrapen* [25] *Ariorum ipſe praefeciſſet, defeciſſe ab eo.* Itaque 21
quamquam Beſſo imminebat, tamen [26] ad Satibarzanen opprimendum [27] praeverti
optimum ratus, [28] levem armaturam & equeſtres copias educit, totaque nocte
[1] ſtre-

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *apparatumque* Baſ. *apparatu.* 2 Voſſ. 1. *luxoriae* & ſic D. ſed ſuperſcripto *u.* 3 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. *referre.* 4 Voſſ. 2. ſic diſtinguit *juſſit. In medium planities.* 5 F. *ſpecioſa.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. *qua.* 7 Ald. Frob. Baſ. Mer. *perduxerat* Col. *praeduxerat.* 8 haec vox exſtat in D. ſed cum litura. 9 Voſſ. 2. Ald. Col. Mer. Baſ. *ſubducta.* 10 Ald. Baſ. Frob. Mer. Col. *praecipit.* 11 Voſſ. 2. *extantibus.* 12 Voſſ. 2. Pal. 1. omittit *intacta.* 13 Ald. *reſtrinxerant.* 14 Voſſ. 2. *pretio* in margine *pretium adeunte* 15 Pal. 1. *ardentu.* 16 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. P. *brevi.* 17 Leid. *horatio* Voſſ. 1. 2. D. Ald. Mer. Col. Baſ. *ratio.* 18 Pal. 1. Ald. *petebat.* 19 Voſſ. 2. omittit *& relictus.* 20 Fl. Leid. Voſſ. 2. D. *facienti ei* Voſſ. 1. *faciendi ei.* 21 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. Bong. *finibus.* 22 Voſſ. 1. B. 2. *Satrapharum.* 23 Sic MSS. Ald. *Sarib.* F. *Sartib.* Mer. Col. Baſ. *Satribarz.* Voſſ. 2. *Nabarz.* 24 Sic Col. Frob. Mer. Baſ. Amſt. Lugd. Fl. Leid. Voſſ. 1. B. 2. D. *Satrapham* ſed in hoc inducto *h.* 25 Voſſ. 2. omittit *Ariorum.* 26 Leid. Voſſ. 1. omittunt *ad.* 27 Pal. 1. *praeſenti* Voſſ. 2. *praeveniri.* 28 Voſſ. 1. D. *laevem* Voſſ. 2. Pal. 1. *levi armatura copias equeſtres ducit.*

mox *Caeterum Satibarzanes, quem Satrapen* &c. MODIUS.

Luxuriae] Illuſtre exemplum apud Aelian. l. x. Var. Hiſt. 3. & Plutarch. Alex. c. 72. & Phylarch. cum Agatharchide apud Athenaeum l. XII. FREINSH.

Conferri juſſit] Alexandraei hujus facti meminit & Polyaenus Strateg. l. IV, 3, 10. Sic etiam ante Alexandrum Graeci à Xenophonte perſuaſi: *plauſtra tentoriaque cremaverunt.* Deinde vaſa ſupervacanea cum indigentibus communicant, cetera in ignem abjiciunt. Xenoph. Ἀναβ. l. III. Scipionis imperio *Scorta, calones, ſarcinae, niſi ad uſum neceſſariae amputantur* ad Numantiam. Flor. l. II, 18, 10. ſic Caeſar Bell. Civ. l. III, 6. *concionatus apud milites, quoniam prope ad finem laborum & periculorum eſſet perventum, aequo animo mancipia atque impedimenta* in Italia *relinquerent, ipſi expediti naves conſcenderent.* Adde Frontinum l. IV, 1, 7. FREINSH. MSS. *referre.* forte, *deferri.* HEINSIUS.

Brevis deinde oratio] Membranae, *brevi deinde ratio mitigabat dolorem, habileſque militiae & ad omnia parati &c.* quam quidem lectionem probarem, niſi noſtram mallem. Simile autem mendum latet etiam apud Arbitrum eo loco, *praeterea curandum eſt ne ſententiae emineant extra corpus rationis expreſſae;* nam & hic quoque *orationis,* non *rationis* ſcribendum eſt. MODIUS.

Satrapen] Eſt & *ſatrapiae:* quod potius videtur cum verbo *praefeciſſet*, ut alterum *ſatrapen* cum ſimplici *feciſſet.* ACIDALIUS. Ego plane mihi perſuadeo fuiſſe *Satrapem &c. refeciſſet.* dixit hoc paullo ſupra VI, 6, 13. *regioni, quam antea obtinuerat praefecit.* id nunc aptiſſimo vocabulo *reficere* dixerit. Ita *refecti* Coſſ. dicuntur, iterum facti. FREINSH. *Satrapiae Ariorum.* Vulgo *ſatrapen*, quod ſi retinetur, vel ſimpliciter *feciſſet* poſtea cum Acidalio, cujus etiam conjectura altera de *ſatrapia* eſt; vel *refeciſſet* ſcribendum erit cum Freinshemio, id eſt, denuo feciſſet, nam & ſub Dario hanc praefecturam adminiſtraverat n. 13. CELLAR.

Ad Satibarzanen] Iterum membranae; *tamen Sati-*

22 [1] strenue facto itinere, improvisus hosti supervenit. Cujus cognito adventu Sa-
tibarzanes cum II. millibus equitum (nec [2] enim plures [3] subito contrahi po-
23 terant) Bactra perfugit, ceteri proximos montes occupaverunt. Praerupta rupes
[4] erat, qua spectat Occidentem: eadem qua vergit ad Orientem [5] leniore sub-
missa fastigio, multis arboribus obsita, [6] perennem habet fontem, ex quo [7] lar-
24 gae aquae manant. Circumitus ejus XXX. [8] & II. stadia comprehendit. in vertice
herbidus campus. *In hoc multitudinem imbellem considere* [9] jubent: ipsi, qua rupes
25 erat, arborum truncos & saxa obmoliuntur. XIII. millia armata erant. In [10] ho-
rum [11] obsidione Cratero relicto, ipse Satibarzanen sequi festinat. & quia longius
[12] eum abesse cognoverat; ad expugnandos eos, qui edita montium [13] occupave-
26 rant, [14] redit. Ac primo [15] *repurgari* [16] jubet, *quidquid ingredi possent:* deinde ut
occur-

VARIANTES LECTIONES.

1 Leid. Voss. 1. Bong. *itinere strenue facto* Voss. 2. omittit *itinere.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. Lugd. omittunt *enim.* 3 Voss. 2. Pal. 1. omittunt *subito.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. *est.* 5 Voss. 2. Pal. 1. Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *leviore.* 6 Bong. *peremnem.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. *large.* 8 Voss. 2. omittit *&*. 9 Mer. *jubet.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. *quorum.* 11 Mod. & alii *obsidionem.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *abesse eum.* 13 Fl. *occupaverunt* Leid. *occupavere.* 14 Voss. 2. *rediit.* 15 Pal. 1. Voss. 2. *expugnari* Ald. *expurgari* B. 1. P. *repugnari.* 16 Pal. 1. *jubet quae ingredi posset* Ald. *jubet ut quicquid ingredi posset* P. *quicquid ingredi possent* omisso *jubet.* ceteri Bong. *jubet, ut quicquid ingredi possent.*

Satibarzanem opprimendum praevertit. pessime, ut sequentia declarant. MODIUS.

Ipsi, qua rupes erat, arborum trunc.] Qui attentius hoc legit, neque praetervolat oculo vel animo, eum necesse est offendi. quo enim consilio illi saxa & arborum truncos obmoliebantur ea parte, qua erat rupes? hic quidem nulla munitione opus, ubi rupes ipsa satis arduum munimentum. Contra potius, *qua rupes deerat*, illic natura deficiente, manu & arte subveniendum erat. Sed non ita tamen auctor scripsit, cujus haec è conjectura nostra non arbitraria, sed certa lectio: *qua rupes sederat*, hoc est, ubi leniore fastigio erat submissa, quomodo paullo ante locutus, in ipsa descriptione: *praerupta rupes erat, qua spectat Occidentem: eadem qua vergit ad Orientem, leniore submissa fastigio multis arboribus obsita.* Ecce, qua rupes humilior, arbores ad manum, quas excisas cum saxis pariter intercludendo aditum moliebantur. ACIDALIUS. *Qua rupes erat.* Qua aditus erat ad rupem; vel qua rupes erat, id est, per totam undique rupem, & omnes ejus partes, ut quidem Raderus explicat. Melius Acidalius, *nulla munitione opus, ubi rupes ipsa satis arduum munimentum. Contra potius, qua rupes deerat. illic natura deficiente, manu & arte subveniendum fuisse. Sed non ita tamen auctor scripsit, cujus haec à conjectura nostra non arbitraria, sed certa lectio*, qua rupes sederat. *hoc est* ubi leniore fastigio *erat* submissa, *quomodo paullo ante locutus, in ipsa descriptione.* Bongarsio videbatur post vocem *rupes* aliquid deesse. FREINSH. Forte, *qua rupes deerat.* HEINSIUS. Locus sine dubio depravatus. Acidalius veram putat scripturam, *qua rupes sederat.* mihi longius à veteri scriptura haec abesse videtur, quam ut vera possit credi. Scribo itaque, *qua rupes cesserat, aut qua rupes desierat.* SCHEFFER. *Qua rupes erat.* Circa totam undique rupem. CELLAR.

In quorum obsidionem] Vulgo *in horum obsidione.* MODIUS.

Repurgari] *Repugnari* scripti libri, verum non recte, ut apparet. Porro vide, si videre vacat, aestuantem hic misere Glareanum. MODIUS. Vulgo *repugnari*, & *quacumque*, & *posset.* Dicam quod sentio. non mihi totus hic locus satisfacit: quem & vereor, ut satis integrum habeamus. Certe ante *eum* deesse videtur nescio quid, quo significet ad obsidendam Artacaenam, quae Artacoana Arriano, Diodoro Chertacana, Craterum missum. Nam paullo inferius ecce: *Hinc ad Craterum, qui Artacaenam obsidebat, redit.* Nisi enim & hic diserte missum eo praedicat, intelligamus apud regem in oppugnatione rupis haesisse, in cujus obsidionem antea fuerat relictus. Hoc igitur omissum turbare & sequentia potuit, ut nec verba nunc fortassis omnia, nec sententia compareat satis expedita. ACIDALIUS.

Ingredi possent] Lege *ingeri posset*, nam ante dixit de barbaris *ipsi qua rupes erat arborum truncos & saxa obmoliuntur*, haec *repurgari jubet*, & auferri, ne ingredientibus ingererentur. LOCCENIUS. *Ingredi.* Vir doctus corrigit *ingeri*, & accipit de saxis & lapidibus aliis, quae barbari in subeuntes ingerere potuissent, ea removeri repurgarique jussisse Alexandrum. Sed quis repurgatoribus iis securitatem praebuit, ut barbari illi placati & propitii aspicerent se exarmari, neque telis suis in ipsos illos repurgatores uterentur. Rectum haud dubie est *ingredi*, ut & Raderus bene sentit, nempe, *qua via patebat, priusquam ad cautes & rupes accedere-*

occurrebant inviae cotes, praeruptaeque rupes; inritus labor videbatur obstante
natura. Ille, ut erat animi semper obluctantis difficultatibus; quum & progredi 27
arduum, & reverti periculosum esset, versabat se ad omnes cogitationes, aliud at-
que aliud, ita [1] ut fieri solet [2] ubi prima quaeque [3] damnamus, subjiciente ani-
mo. haesitanti, quod ratio non potuit; fortuna consilium subministravit. Ve- 28
hemens Favonius erat, & [4] multam materiam ceciderat miles, [5] aditum per saxa
molitus. haec vapore torrida [6] inaruerat. Ergo [7] *adgeri alias arbores* jubet; *&* 29
igni [8] *dari alimenta:* [9] celeriterque [10] stipitibus cumulatis fastigium montis aequa-
tum est. tunc undique ignis injectus cuncta [11] comprehendit. flammam in ora ho- 30
stium ventus ferebat; fumus ingens velut quadam nube absconderat coelum. sona- 31
bant incendio silvae; atque ea [12] quoque, quae [13] non incenderat miles, conce-
pto igne proxima quaeque adurebant. Barbari suppliciorum ultimum, si qua
[14] intermoreretur ignis, effugere tentabant; [15] sed qua flamma dederat locum,
hostis

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Frob. Col. Mer. Bas. sed aliae editt. *ut solet.* 2 Voss. 2. *ut.* 3 Pal. 1. *damnantur.* 4 Pal. 1. *multa materia miles.* 5 Voss. 1. *additum* Mer. *aditumque.* 6 Ald. *intraverat* Pal. 1. *aruerat* Leid. Voss. 1. Bong. *jam inaruerat* Voss. 2. *jam aruerat.* 7 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. aliique, sed vulgo *adgerari.* 8 Sic Ald. sed Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Voss. 2. & vulgo *dare.* 9 Pal. 1. *celeriter qua* Voss. 2. *celeriter qui.* 10 P. *stipentibus.* 11 Voss. 2. *comprehendens.* 12 Voss. 2. omittit *quoque.* 13 Ald. Frob. Col. Mer. Bas. omittunt *non.* 14 Voss. 2. Pal. 1. alii *intermoraretur* Ald. Col. Bas. Mer. *intromitteret* Frob. *intermitteret.* 15 Voss. 2. *si.*

deretur, repurgari jubet: exscindi silvas, fruteta, senticeta, ut non singuli, sed plures una simul incedere possent. Est ergo hic *quidquid* pro *quousque*, vel *quacumque* positum, aut *quaecumque* (loca scil.) *ingredi possent.* Quo exemplo supra III, 9, 6. *quidquid in illis angustiis adiri poterat.* Livius VIII, 39, 5. *quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant.* qui hoc *quidquid* alibi reddit per *quoad.* XXXIV, 47, 1. *Bojorum Ligurumque agros populatum esse, quoad progredi silvae paludesque passae sint.* Justinus per *quatenus.* XII, 10, 4. *Quatenus aut terrarum solitudines prodire passae sunt.* Non ergo est quod Acidalio accedamus defectum hunc locum habenti. Nam ad illud, quod pro argumento adfert, mox num. 33. dici Craterum in obsidione Artacacnae relictum fuisse, quod ante nullibi sit expressum, jam supra ad VI, 1, 17. respondimus, multa apud auctores proponi tamquam dicta, quae intelligenda sint ex consequentibus, disertis verbis non tradita. De repurgando itinere similiter Livius XLIV, 4, 8. *per invia transgressus, praemissis qui repurgarent iter, Attalum & Misagenem, cum suae gentis utrumque auxiliaribus, praesidio esse saltum aperientibus jubet.* FREINSH. *Quidquid ingredi.* Forte, *quidquid ingredienti obesset.* HEINSIUS. Quousque patebat iter ante praerupta montium, sed tum saxis, & arborum truncis impeditum. CELLAR.

Inaruerat] Sebisius malebat *inarserat.* Materiem aridam concepisse ignem fortuitum, quo viso Alexander putaverit occasionem expugnandae rupis sibi dari, atque incendio alimenta suggeri jusserit. Id mihi jam minus, quam olim, displiceat, reputanti multoties factum narrari, ut spontaneo incendio per nimii aestus vaporem silvae conflagraverint. nisi mox sequeretur stipitibus cumulatis ignem demum injectum. Sed hercle modo etiam *igni dari alimenta* jusserat, quod qui potuit, si nullus adhuc ignis fuit excitatus? Atque hoc adnumerari potest diversis artibus, quibus ad expugnandos hostes in locis inaccessis, duces veteres usos, ad Flori III, 10, 6. notavimus. FREINSH. Non dubitem, quin cum Sebisio *inarserat* sit legendum. sed obstat, quod *tunc* demum, cum stipites cumulati, *ignis injectus* dicatur, quod Freinshemius notavit. neque debuit ab hac sententia discedere ob superiora *jubet igni dari alimenta.* non enim eum intelligit ignem, qui tum flagrabat, sed qui paullo post erat futurus. Consiliumque Alexandri natum non ex igne fortuito, sed arefactione fortuita per Favonium materiae, quae alias concipiendo igni fuit inepta. SCHEFFER.

Non incenderat] Diserte contra editiones, in illis enim illud *non* non erat, sed pessime, ut videre poterit, qui totum locum intentiore cura considerabit. corrigendus in eadem re & voce prope Silius noster vs. 69. l. 1. reponendumque est. *inaccensi flagrant altaribus ignes*, pro vulgato *inaccensis* MODIUS.

Quaeque adurebant] Qui? non potest dici miles, sic enim ut *incenderat* singulari, sic & *adurebat* scribere debuerat. neque aliud quid superest, quo commode referas. Itaque metuo, ne sit à glossa, qua quis illud *incenderat* exponere volebat; locumque totum ita lego: *Sonabant incendio silvae, atque ea quoque, quae non incenderat miles* (sc. sonabant incendio) *concepto igne proximo quoque.* SCHEFF.

Intermoreretur] Elegans hoc prae vulgato illo *inter-*

32 hostis obstabat. Varia igitur caede consumpti sunt. alii [1] in medios ignes; [2] alii
in petras praecipitavere se; quidam [3] manibus hostium se obtulerunt: [4] pauci
33 semiustulati [5] venere in potestatem. Hinc ad Craterum, qui [6] Artacacnam obside-
bat, redit. Ille, omnibus praeparatis, regis exspectabat adventum, captae urbis
34 titulo, sicut par erat, cedens. Igitur Alexander *turres admoveri* jubet; ipsoque
adspectu [7] territi barbari, [8] è muris supinas manus tendentes, orare coeperunt,
[9] *iram in* [10] *Satibarzanen defectionis auctorem reservaret*; *supplicibus* [11] *semet deden-
tibus parceret.* Rex data venia, non obsidionem modo solvit, sed omnia sua in-
35 colis reddidit. Ab hac urbe digresso supplementum novorum militum [12] occur-
rit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. *medio ignis* B. 1. *medio ignes* sed superscripto *i*, ut sit *ignis*. 2 Pal. 1. omittit *alii in petras praec. se* Voss. 2. omittit *alii in petras* Bong. D. Voss. 1. omittunt *in* Amst. omittit *se* Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Mer. habent *petris*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. D. *manibus hostium obtulerunt* Pal. 1. *manibus obtulerunt* Bong. *host. man. se obt.* 4 Voss. 1. *paucis*. 5 Voss. 1. *venenere*. 6 Voss. 2. *Nabarzanen* Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *Artacacna* Ald. *Artabazana cava* Mer. *Artacava*. 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *barb. territi*. 8 Voss. 2. *de muris*. 9 Mod. Col. Frob. Mer. Bas. Col. Amst. Lugd. *ut iram*. 10 Voss. 2. semper *Nabarzanen* Ald. Sarib. Col. Mer. Bas. semper *Satribarz.* 11 Voss. 2. *& semet*. 12 Voss. 2. *currit*.

intermitteret. Sic dixit Plautus; *nam si ignis vivet, tu extingue extempulo*, & Petronius; *jam & Tricliniarches experrectus, lucernis occidentibus oleum infuderat.* MODIUS.

Caede] Minus proprie *caedem* dixerit omnia haec genera mortis. Scribo, *Varia igitur clade consumpti sunt.* Et id verum mihi sane liquet. ACIDALIUS. Similis hypotyposis est in Marcellin. XVII, 30. FREINSH.

In petras praecipitavere] Secutus sum excusos codices, ut probiores, uno eo excepto, quod vocem *se*, quae post *praecipitavere* in illis sequebatur, omittendum duxi: cum alios item bonos, ita ut ego nunc Curtium volo loqui, meminissem. Membranae habebant *alii in medio ignis, alii petris praecipitavere. Quidam* &c. male. MODIUS.

Artacacnam] Variant hic impressi codices. In nonnullis est, *Artaacnam*, in aliis *Artacacnam*, quam lectionem ut veriorem secuti sumus, cujus & Plinius in Commentatione Indiae lib. VI. cap. 23. meminit: tametsi Diodorus XVII, 78. hanc urbem ejus regionis insignem & situ munitissimam *Chortacana* vocat, Arrianus III, 5, 14. *Artacoanam*, in qua Regia Ariorum erat. POPMA. Cod. Constantiensis praefert *Artacrana*, apud Srabonem lib. XI. est *Arctacana*. *Articaudnam* putant apud Ptolemaeum. RADERUS. *Artacana* est Marcellino XXIII, 24. FREINSH. Videsis Cl. Clericum Curtium nostrum in hoc loco omissionis reum agentem Judicii de Curt. c. 5. §. 13.

Cedens] Vide Lips. Polit. l. III, 11.

Ipsoque adspectu] Gaudet hac voce noster pro conspectu: ut lib. III, 9, 11. *funditorum maxime adspectu fugerant territi.* Sic l. III, 2, 10. *cujus cum universae adspectu admodum laetus.* ut etiam l. IV, 4, 5. *utrisque laetus belluae adspectus.*

Auctorem] Egregium exemplum est apud Plutarch. Apophth. Rom. c. 34. Pompejus *cum Mamertinos universos constituisset necare, quod stetissent ab adversariis, Sthenis injuste Pompejum agere dixit, qui ob unum sontem, multos innocentes occidere vellet. se solum in culpa esse, qui amicis persuasisset, inimicosque vi adegisset ad factionem Marianam.* quo dicto sibi & civitati veniam impetravit. Conf. Liv. XXIV, 47, 4. de Arpinis, & quae notavi ad Surii Comment. An. MDII. Vide omnino caput 19. discurs. Gruteri in Tacitum. ubi prolixe ostenditur, aequum esse, ut suos auctores poena teneat. FREINSH.

Ab hac urbe] Diu me & acriter hic locus torsit: neque dum inveni, in quo penitus acquiescam. Primum offendebar, quod ait *peregrinus miles*, & mox, *gentis ejusdem.* Cur gentem ipsam non nominavit? (forte ex verbis istis, *ex Lydia*, conjicias eam gentem intelligi) Offendebar & ibidem hoc quod, cum *miles* dixisset, *equites* subjungit. An equites ergo non sub nomine militum? sunt vero: sed noster etiam alias equitem à milite discernit, ut hunc de pedite magis capiat. Ita V, 1, 41. VI, 6, 7. & 9. VI, 8, 18. X, 9, 12. Hoc igitur planum: alterum, de nomine gentis omisso, leve. Sed illis quid faciemus? *Thessali equites centum & triginta cum Philippo erant.* Quid enim sibi volunt? scimus equitibus Thessalis praepositum Philippum. è multis id locis constat, ex isto IV, 13, 29. maxime: *Hos Thessali equites claudebant Philippo duce.* Quid autem hoc ad milites novos, qui nunc primum advenisse memorantur? An is sensus in hoc loco, Philippum è Thessalia recentes hos centum & triginta adduxisse? sic videtur. At inquit, *Erant cum Philippo:* nec mentio usquam, si memini satis, ab Alexandro Philippum digressum. Ita verba magis hoc innuerint, ex omni Thessali equitatus numero centum & triginta jam saltem Philippo superfuisse: reliquos scilicet variis superioribus proeliis absumptos. At quid hoc dici attinebat

rit. [1] Zoilus D. [2] equites ex Graecia adduxerat: III. millia ex Illyrico Antipater miserat. Thessali equites C. & XXX. cum Philippo erant: Ex Lydia II. millia, & [3] DC. peregrinus miles [4] advenerant: CCC. equites gentis ejusdem sequebantur. [5] Hac manu adjecta [6] Drangas [7] pervenit. bellicosa natio est. Satrapes erat [8] Bar- 36
zaëntes, sceleris in regem suum particeps [9] Besso. Is suppliciorum, quae meruerat, metu profugit in Indiam.

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. *Zolus.* 2 Voss. 2. *milites.* 3 Mer. *II.* 4 Pal. 1. *advenerat.* 5 Voss. 2. *hic.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. Lugd. *Drancas* Ald. Col. Mer. Bas. *Dracas.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. omittunt *pervenit.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. Bong, *Barzanenses* Voss. 2. *Barzanesces* Ald. Col. Frob. Mer. Bas. *Nabarzanes* D. *Barrenenses* Pal. 1. *Barsene* Alii *Bazaëntes.* 9 Pal. 1. *bello.* Mer. *cum Besso.*

nebat isto loco? Importune inserat enumerationi supplementi, nisi aliud praeterea addat. Quod si is sensus, addidisse profecto mihi aliquid videtur, & videor id ipsum hic videre, sed divulsum à prioribus & trajectum. Liceat enim conjicere, in hanc sententiam sic illa cohaesisse: *Thessali equites centum &c. erant: CCC. equites* (possis & debeas *equites* hic omittere) *gentis ejusdem sequebantur.* Id enim nunc dicat: equitatum Thessalum, qui cum Philippo, ad centum & triginta recidisse: his in subsidium & supplementum venisse novos Thessalos trecentos. Sed haereo adhuc ego de interpretatione verborum priorum: quorum si ista vera; de traductione recte. Quo firmem, non habeo, & facilius invenerit alius, quo infirmet. Si tamen aliquid in re; quae traduximus & conjunximus, iis vel praeponi vel postponi debebunt interjecta adhuc ista; *Ex Lydia duo millia & DC. peregrinus miles advenerant.* Rogo considerent alii diligentius, & vel haesitantem me confirment sine mea laude, vel refellant errantem sine mea fraude. ACIDALIUS. Acidalii notam quamvis haud approbarem, tamen inserui, quia in loco sane obscuro nihil occurrebat aptius, & dignae videbantur Viri sane Docti dubitationes, quibus animum alii adverterent. Postea vero incidi in locum Arriani, ex quo fere decidi possint. Est autem III, 5, 13. *Alexander omnes jam copias conjunctas habens in Bactra movet. Eo loci Philippus etiam Menelai filius ad eum ex Media venit, equites mercenarios habens, quibus ipse praeerat, & Thessalos, qui voluntarii remanserant, ac peregrinos Andromacho duce.* Sic igitur se res habet. *Ab hac urbe digresso*, non tamen jam capta, sed in prima profectione, cujus supra VI, 6, 25. meminit (sic enim proxime concilietur Arriano) occurrerunt novi milites. Horum praefecti videntur fuisse Zoilus, cujus apud Curtium; & Andromachus, cujus apud Arrianum mentio: Philippus autem summae copiarum istarum praepositus. Cum hoc igitur *erant*, ait Curtius, hoc est, explicante Arriano, *remanserant* CXXX. Thessali, qui sponte haeserant apud Philippum: quo tempore *Alexander ubi in Ecbatana venit, Thessalos equites aliosque socios in maritimam oram remisit, ac praeter integrum stipendium duo millia talentum militibus donavit. Quicumque autem illorum privatim* (sive *viritim* potius) *stipendia mereri vellent conscribi jussit. neque pauci nomen dederunt.* Arrian. III, 4, 13. Tangit & Curtius VI, 2, 17. Hi igitur, quia denuo nomen dederunt, sacramento jam soluti, novos inter milites à Curtio recensentur. Et quia illi Ecbatanis dimissi, ideo posteriore loco addit Arrianus Philippum ad Alexandrum venisse *ex Media.* Peregrini autem militis ducem Andromachum fuisse, ex Curtii atque Arriani comparatione colligi potest. FREINSH.

Thessali equites] Non recentes ex Thessalia, sed qui ceteris in Media dimissis voluntarie remanserant. Arrianus Θεσσαλῶν τοὺς ἐθελοντὰς ὑπομείναντας. Philippus autem, qui ex Media adducebat, eidem est Menelai filius. CELLAR.

Drangas pervenit] Sic legendum, non ut in quibusdam impressis, Draucas, vel Dracas. Dracarum enim in descriptione Indiae nulla mentio apud Plinium, vel alium Geographorum. Strabo l. XV. Κράτερος δ' ἀπὸ τοῦ Ὑδάσπου ἀρξάμενος δι' Ἀρχωτῶν ᾔει καὶ Δράγγων εἰς Καρμανίαν. Arrianus Drangas vocat Zarangas. Diognetus & Beton itinerum Alexandri mensores meminere etiam Drangarum & Zarangarum apud Plinium l. VI. c. 17. & 23. in eo tractu Indiae, quem subegerat. POPMA.

Bazaëntes] Scribe Barzaëntes, & vide Arrianum. editi libri adhuc, *Nabarzanes*, suum retinebant. MODIUS. *Nabarzanes.* Sic quidem impressi codices. Alii *Bazaëntes.* At legendum *Barzaëntes*, qui enim tum Drangarum provinciam obtinebat Barzaëntes, unus ex iis erat, qui Darium fugientem oppresserant. Is cognito Alexandri adventu ad Indos, qui cis flumen Indum incolunt, profugit; quem comprehensum ab Indis, & ad se retractum Alexander ob perfidiam ejus in Darium interfici jussit. ut l. III. Arrianus refert. POPMA.

Particeps Besso] Vide c. 7. 6. *fortibus viris & illustribus particeps.* l. VI, 10, 20. *conscius Dymno.*

CAPUT VII.

Conjurationem in Alexandrum Dymnus Nicomacho, hic per Cebalinum fratrem Alexandro detegit. Hinc mors Dymni, qui ipſe ſibi manus infert.

1 Jam nonum diem ſtativa erant, quum externa vi non [1] interritus modo rex, ſed
2 invictus, inteſtino facinore petebatur. [2] Dymnus modicae [3] apud regem au-
ctoritatis & gratiae, exoleti, cui [4] *Nicomacho* erat nomen, amore flagrabat;
3 obſequio uni ſibi dediti corporis [5] victus. Is, quod ex vultu quoque perſpici po-
terat,

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic Voſſ. 2. Pal. 1. Bong. Frob. ſed Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. D. & vulgo *tutus* Pal. 2. *at tutus* Pal. 3. *teritus* Ald. Col. Mer. *territus*. 2 Voſſ. 2. ſemper *divinus* Fl. *Dimnus*. 3 Voſſ. 2. *auctoritatis apud regem*. 4 Fl. Leid. Voſſ. 1. *Nichomaco* Voſſ. 2. *Nicomaco*. 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pall. o. D. Bong. *vinctus*.

Tutus modo] *Interritus*, impreſſi, quod unde huc invaſerit, plane divinare non queo. MODIUS. Neſcio quid monſtri alit vulgatum *interritus*, pro *tutus*, quod in ſcriptis. Sed & hoc tranſponendum videatur ſic potius: *externa vi non invictus modo rex, ſed tutus*. Ita ſenſus enim velit, etſi de verborum ordine ſcio auctores aliquando ita variare. Ait, non modo numquam victum externo tali ſcelere, ſed nec umquam, reapſe nimirum, attentatum, quod tunc domeſtico ſit petitus. Quid autem, ſi ex utraque lectione conglutinatis ipſis binis vocibus unam facias? Haud equidem difficulter ex *interritus* & *tutus* fiat *intentatus*. Callidum hoc eſt, & ſit fortaſſe nimis callidum: valde tamen ſuſpicioni favet & litterarum in hanc vocem tacita conſpiratio, & magis ipſa ſententia: quae omnino vult, non invictum modo regem externis inſidiis, ſed etiam prorſus intentatum. Quomodo vocabulum primo diſſilierit, mox in diverſa literae abierint, & nata denique ſit ex librariorum haeſitantia diverſitas, in promtu erat oſtendere, niſi nollem videri plus aequo conjecturae iſti tribuere, & vident tamen omnes mediocriter in hoc ſtudio verſati. ACIDALIUS. Acidalius ordinem verborum immutat, & non incompoſite diſponit. Conſtantienſis MS. *non tutus modo rex, ſed invictus*, quae ſcriptura haud dubie vulgari praeferenda, uti Acidalia Modianae & ſcriptae praeſtat, quamquam parum inter ſe differant, & intellectus loci utramque admittat. Acidalius ex *interritus* & *tutus* cudit *intentatus*, ſed non placet tam procul abire à ductu literarum. RADERUS. *Non interritus modo*. Vulgo, *non tutus modo*, ſed ſtatim ſe prodit ejus lectionis tepor, quamquam Aldi judicio bonae: ideo mutarunt varie. Acidal. invertit ordinem *non invictus modo, ſed tutus*, quod quidem meliorem paullo ſenſum habet, atque à Radero receptum eſt. Idem Acidal. ex vet. lectione *non interritus modo*, cum recenti conjuncta, excudere tentat *intentatus*. Sed hoc à ſcriptura longe abit, & longius adhuc à bono ſenſu. Non enim *intentatus* externa vi fuit, unde enim tot proelia, vulnera, pericula? deinde ridicule haec opponuntur *intentatus* & *invictus*. Quidam MSS. habere dicuntur, *non territus modo*. Sed vera lectio eſt *non interritus modo*. Alexandrum nulla vis externa terruit, nec hoc ſolum, ſed etiam ubi ingruiſſet, non vicit. Idem jam petitur domeſticis inſidiis, & quod hoſtes non potuerunt, amici moliuntur. Ita juſta verba ſenſus, & juſtum ordinem verba conſequuntur. Nam *interritum* eſſe, minus eſt, quantum ad hunc locum attinet, quam *invictum*. Multos enim vis hoſtilis etſi non terruit, obruit tamen & oppreſſit. At hunc, quem tantum extulerat animi magnitudo, ut periculum omne deſpiceret, tantum fortuna, ut nulla vi ſuperaretur, inteſtinum facinus petit. Inducta eſt haec comparatio ad duplicem finem, ut videamus nihil in humanis rebus tutum eſſe, &c, ut huc trahere liceat verba Livii xxx, 44, 6. *qui foris hoſtem non habet, domi invenire:* deinde ut ipſa facinoris magnitudo objiciatur animis, ex praeſtantia viri, contra quem admittebatur. Atque haec pro ſtabilienda vera lectione neceſſario prolixius dicenda fuerunt. Similis illa periodus Ammiani xxix, 1. f. de Valentiniano: *ſecurus interim hoſtium externorum, inteſtinis paene perierat fraudibus.* FREINSH. Forte *ab vi*, vel *interim non tutus modo*. HEINSIUS. Et optimus Gronovius etiam legit *ab externa vi non tutus modo*, in notis, quas adduximus ad l. v, 12, 16.

Modicae auctoritatis] At Siculus c. 79. *φίλων τις τ͂ βασιλέως, ex amicis regis*. Non autem primae cohortis, quod noſter *modicae* vocabulo ſignificavit. Ceterum verbo moneo, in Curtii libris *Dymnus* per *y* ſcribi, in Graecis autem Diodori & Plutarchi per jota. CELLAR.

Victus] *Vinctus* membranae, ſolenti errore, quo voces *vinctus*, *junctus*, *victus* invicem in alterius locum invadunt. emendandum & apud Manilium 4. à fine l. IV.

Atque Adamantaeis diſcordia vincta catenis.

Ubi vulgo *victa* eſt. emendandi in ſimilibus innumeri alii, quibus perſequendis non eſt nunc otium. MO-

terat, similis adtonito, remotis arbitris cum juvene secessit in templum, *arcana se &*
[1] *silenda adferre praefatus:* suspensumque exspectatione *per mutuam caritatem & pi-* 4
gnora utriusque animi rogat, [2] *ut adfirmet jurejurando, quae commisisset, silentio esse*
tecturum. Et ille ratus, nihil, quod etiam cum [3] perjurio detegendum foret, in- 5
dicaturum, *per praesentes deos* [4] jurat. Tum Dymnus aperit, *in tertium diem* [5] *in-* 6
sidias regi comparatas, [6] *seque ejus consilii fortibus viris & illustribus esse participem.*
Quibus juvenis auditis, *se vero fidem in parricidio dedisse* constanter abnuit, *nec ulla* 7
reli-

Variantes Lectiones.

1 Leid. Voss. 1. B. 2. *silentia* B. 1. *silenti* superscripta syllaba *da.* 2 Voss. 2. Pal. 1. *adfirmet ut.* 3 Ald. *perjuro.* 4 Voss. 2. Pal. 1. 2. *adjurat.* 5 Leid. Voss. 1. 2. *regi insidias.* 6 Bong. Gruteri *sequi ejus consilium* Voss. 2. *seque consilium.*

MODIUS. *Victus.* Melius cum membranis Modianis, *vinctus.* Nam ea metaphora frequens in amoribus. Sic apud Tacit. IV, 10, 2. *corrupta ad scelus Livia, Sejanum Lygdi quoque spadonis animum stupro vinxisse.* Ovidius:

Ipse ego praeda recens factum modo vulnus habebo,
Et nova captiva vincula mente feram.

FREINSH.

Et pignora utriusque animi rogat, ut adfirmet jurejurando, quae commisisset, silentio esse tecturum] Consideranda hic duo proponimus. Primum pignora utriusque animi nulla omnino esse inter amasiam & amicum, ut praeter alios docere nos possit vel unus Lucianus amoribus. Interim suspicio non evanida animo inhaeret, scripsisse Curtium *per pignora unius utriusque.* Hoc est per mutuam dilectionem, quam sibi perperam spondebat Dymnus. Vox ea, quam nos inserendam ducimus, facile ex more antiquorum librariorum in UTRIUSque correpsit, grandibus videlicet literis ita exaratis, quae erant repetendae. Quod genus aliquoties à nobis notatum, & in Pandectis Florentinis obvium est. Unus etiam animus duorum à nobis supra illustratus haberi scilicet pro summo inter duos affectu. Et quo magis quis Curtii lector attentus est, eo magis hoc probaturum arbitror. Videtur vero nullius pretii esse illud *commisisset*, quod in omnibus libris inibi legitur. Nam cum de re futura loquatur Dymnus, *commiserit* scribendum rei ordo poscebat. Verum potius suspicio subit, duas voces coaluisse imprudentiori librario, & legendum *commissa essent*, quae sane & ad futura extrahi possint. Ea enim conditione sese elocuturum praefert insanus amator. BARTHIUS, Adversar. l. XXVII. c. 15. *Pignora utriusque animi.* Vir Doctus Advers. XXVII, 15. suspicatur leg. *pign. unius utriusque an.* cui non accedo. Simplicius est explicare de benevolentia, utriusque mutuis officiis testata. sic mox n. 9. ut hoc loco *pignora animi* vocat, *benevolentiae pignus* dixit. Altera ejus conjectura probabilior, quo mox pro *commisisset*, malebat *commissa essent.* Sed tamen vulgatum rectum est: & ejusmodi temporum enallage alibi quoque in his libris defenditur. FREINSH. *Quae commisisset.* Quae concrediturus esset. Barthio l. XXVII, 15. suspecta vox est, & vel *commiserit*, vel *commissa essent* mavult, ut nobis videtur, sine caussa. CELLAR.

Praesentes Deos] Nicomachus ratus nihil dicturum, quod cum perjurio, seu violato etiam jurisjurandi sacramento esset aperiendum, jurat per *praesentes deos*, qui in illo templo, ad quod deductus erat, colebantur. Non est assecutus vim verborum Glareanus, quod ingenue fatetur. Ferebat ita veterum consuetudo Macedonum, uti ducti ad templum tactis altaribus & simulacris jurarent, quod erat per praesentes deos jurare. Justinus XXIV, 2, 8. *Quo perducto in sanctissimum Jovis templum veterrimae Macedonum religionis, Ptolemaeus sumptis in manus altaribus contingens ipsa simulacra & pulvinaria deorum inauditis ultimisque execrationibus adjurat, se sincera fide matrimonium sororis petere.* Videtur & Ovidius de Trist. II, 53. ad formulam per praesentes deos jurandi alludere, quamvis Augustum alloquatur:

Per mare, per terras, per tertia numina juro,
Per te praesentem conspicuumque deum.

RADERUS.

Ejus consilii viris fortibus & illustr. participem] Rarus loquendi modus: *sum tibi consilii particeps.* Auctor Declamationum, quae vulgo Quinctiliano (sive is pater, sive avus Fabii fuit) adscribuntur, ita locutus traditur raro exemplo, quod proinde observandum, nescio an etiam imitandum. Decl. 3. *mater in ruris operibus marito particeps.* RADERUS. Non video, à quo illa, *fortibus viris & illustribus* regantur, puto igitur deesse *cum*, legique oportere, *se ejus consilii fortibus cum viris &c.* Nam ut per ellipsin credamus omissum, vix persuademur. Sic enim & paullo post: *sciscitari inde pergit, cum quibus tantae rei societatem iniisset.* SCHEFFER. At cur non eadem difficultas oborta est, cum paullo ante hujus libri c. 6. extr. legissent. *Bazaëntes sceleris particeps Besso?* ut sibi constet Curtius.

In parricidio] Non venustius tantum, sed & rectius sit, *in parricidium*, quomodo volo prorsus emendari. ACIDALIUS. Cujus judicium sequutus est Raderus. Facerem, si aut librorum auctoritas adstipularetur; aut illud vulgatum plane non subsisteret. FREINSH. *In paricidio* silentium pro-

misisse

8 *religione, ut ſcelus tegat, poſſe conſtringi.* Dymnus, & amore & metu amens, dextram exoleti complexus, & lacrimans, orare [1] primum, *ut particeps conſilii operiſ-*
9 *que fieret. ſi id ſuſtinere non poſſet; attamen ne proderet ſe, cujus* [2] *erga ipſum benevolentiae praeter alia hoc quoque haberet fortiſſimum pignus, quod caput ſuum permi-*
10 *ſiſſet fidei adhuc inexpertae.* Ad ultimum [3] averſari ſcelus perſeverantem [4] metu
11 mortis terret: *ab illo capite conjuratos pulcherrimum facinus inchoaturos.* Alias deinde *effeminatum & muliebriter timidum*, alias *proditorem amatoris* appellans, nunc ingentia promittens, interdumque regnum quoque, verſabat animum tanto faci-
12 nore procul abhorrentem. Strictum deinde gladium modo [5] illius, modo ſuo admovens jugulo; ſupplex idem & infeſtus expreſſit [6] tandem, *ut non ſolum ſilen-*
13 *tium, ſed etiam* [7] *operam* polliceretur. namque abunde conſtantis animi, & dignus, qui pudicus eſſet, nihil ex priſtina voluntate mutaverat. ſed, [8] *ſe captum Dymni a-*
14 *more*, ſimulabat *nihil recuſare.* [9] Sciſcitari [10] inde pergit, *cum quibus tantae rei ſocietatem iniſſet. plurimum referre, quales viri tam memorabili operi admoturi manus*
15 *eſſent.* Ille, & amore & ſcelere male ſanus, ſimul gratias agit, ſimul gratulatur; *quod* [11] *fortiſſimis juvenum non dubitaſſet ſe* [12] *jungere Demetrio corporis cuſtodi,* [13] *Peucolao, Nicanori.* [14] *adjicit his* [15] *Aphoebetum,* [16] *Loceum,* [17] *Dioxenum,* [18] *Ar-*
16 *chepolim,* [19] *&* [20] *Amyntam.* Ab hoc ſermone dimiſſus Nicomachus, ad fratrem, [1] *Ceba-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voſſ. 2. Pal. 2. 3. Ald. Col. Frob. Baſ. *primum coepit.* 2 Voſſ. 2. omittit *erga.* 3 Voſſ. 2. Ald. Bong. Gruteri Pall. o. *adverſari.* 4 Leid. Voſſ. 1. *mortis metu.* 5 Voſſ. 2. *illi.* 6 Sic Fl. Leid. P. F. D. Pal. 1. Voſſ. 2. & aliae editt. *ut tandem* Voſſ. 1. B. 2. omittunt *tandem.* 7 P. *aſperam* B. 1. 2. *aperam* ſed ſuperſcripto *s* ut ſit *aſperam.* 8 Sic Voſſ. 2. Gruteriani & editt. Col. Frob. Mer. Baſ. ſed B. 1. & alii omittunt *ſe* Ald. *ſi captum* Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. D. *captus.* 9 Voſſ. 1. Col. *ſcitari.* 10 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. vulgo *deinde.* 11 D. Bong. Grut. Pal. 1. *fortiſſimus.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. Amſt. *adjungere.* 13 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. *Peuculao* Voſſ. 2. Bong. Gruteri Pal. 1. 2. *Penaculo* Pal. 3. *Petulao* Ald. Frob. Mer. Col. Baſ. *Peculao.* 14 Fl. Leid. Voſſ. 1. *adicit.* 15 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. D. Pal. 1. *Apoeb.* P. 2. Bong. Gruteri *Apocbetum* Frob. *Aphobetum.* 16 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *Joceum* B. 1. *Lorcum* Bong. *Lorcmum* D. Pal. 1. Voſſ. 2. *loceum* Bong. Gruteri *Loctum.* 17 Ald. Frob. Mer. Baſ. *Dioſemum* Fl. Leid. D. Pal. 1. F. P. 1. *Idioxenum* Voſſ. 1. *Adioxenum* Pal. 3. *Idcoexum* B. 1. *Idoxeum* Bong. & vett. edd. Gruteri & Col. *Dioſenum* vulgo *Diogenum* Elz. *Diogonum.* 18 Voſſ. 1. 2. Bong. D. Pal. 3. *Arcepol.* Pal. 1. 2. Bong. Gruteri *Arcopolim.* 19 Fl. omittit *&.* 20 Voſſ. 1. Bong. D. Pal. 1. 2. *Amint.*

miſiſſe in cauſſa parricidiali, ſive conjuratione. CELLAR.

Suſtinere non poſſet] Quis Curtii gnarus dubitet eum ſcripſiſſe, *ſi id non ſuſtineret*, & deinde gloſſam fuiſſe adpoſitam *non poſſet: Si id non ſuſtineret, non poſſet.* Unde homines ingenioſi videntes, id non ſubſiſtere, fabricaverunt hanc lectionem, quae jam editiones obſidet. FREINSH.

Regnum quoque] Poſt has voces commate opus eſt, ſententia enim haec eſſe debet: Dymnum ingentia, & in ingentibus regnum etiam promittentem verſaſſe animum Nicomachi. MODIUS.

Verſabat animum] Plane ut Maro lib. IV. Aen. vſ. 290.

In parteſque rapit varias, perque omnia verſat.

Namque abunde conſtantis animi] Pro integris ubivis haec expreſſa ſunt. At mihi clarum videtur, ante *τὸ namque* quaedam excidiſſe. Alioquin nihil eſt, quod illa particula conjungat, potiuſque *tamen*, vel *at* requiratur. BARTHIUS, Adverſar. l. XXVII. c. 15. *Namque.* Optime haec vox connectit ſequentia ſuperioribus: de cujus elegantia alibi quoque egimus. Reſpondet enim tacitae objectioni, aut dubitationi, & explicat, quo conſilio ſilentium & operam ſpoponderit ille, quem toto animo ab eo ſcelere abhorruiſſe dixerat. Nihil ergo deeſt ante iſtam particulam, quod putaverat Adverſariorum ſcriptor, l. XXVII, 15. quia ſenſus alias *tamen*, vel *at* requirit. FREINSH.

Fortiſſimis] Valde blanditur illud MSS. *fortiſſimus*, ut ad exoletum referas, quem ille male ſanus amator gaudio promiſſae operae ſic extollat. Rectius tamen ad conjuratos refertur, quos ita commendat, ut ampliorem homini faciat animum. & tamen priori conjecturae egregie favet Plutarch. de Amici & Adulat. Diſcrimine, cap. 23. *ὥς πȣ καὶ Πλάτων φησὶ, τὸν ἐραστὴν κόλακα τῶν ἐρωμένων ὄντα* &c. FREINSH. Male edidit Freinshemius *fortiſſimus.* HEINSIUS.

Dioxenum] Sic exſerte Pal. 2. & reliqui eodem alludunt; Editi corrupte *Dioſemum*, aut *Diogenum.* FREINSH.

Dimiſſus Nicomachus ad fratrem] Male in Freinshemiana haec cohaerent, nam verba, *ad fratrem*, ſpectant

[1] *Cebalino* erat nomen, quae acceperat, defert. Placet *ipsum subsistere in taberna-
culo*; *ne*, *si regiam intrasset*, *non adsuctus adire regem*, *conjurati* [2] *proditos se esse re-
sciscerent.* Ipse Cebalinus ante vestibulum regiae, neque enim [3] propius aditus ei 17
patebat, consistit; [4] operiens aliquem [5] ex prima cohorte amicorum, [6] quo intro-
duceretur ad regem. Forte ceteris dimissis, unus [7] Philotas, Parmenionis filius, in- 18
certum quam ob caussam, [8] substiterat in regia. huic Cebalinus, ore confuso ma-
gnae perturbationis notas prae se ferens, aperit, quae ex fratre compererat; & *si-
ne* [9] *cunctatione* [10] *nuntiari regi* jubet. Philotas [11] laudato eo, protinus intrat ad 19
Alexandrum; multoque invicem de aliis rebus [12] consumpto sermone, nihil eo-
rum, quae ex Cebalino cognoverat, nuntiat. Sub vesperam eum prodeuntem in 20
vestibulo regiae [13] excipit juvenis; *an mandatum exsequutus foret* requirens. Ille, 21
non vacasse sermoni suo [14] *regem*, caussatus, discessit. Postero die Cebalinus ve-
nienti in regiam praesto est: intrantemque admonet *pridie communicatae cum ipso
rei.* Ille, *curae sibi* [15] *esse*, [16] respondit: ac ne tum quidem regi, quae audierat,
aperit. Coeperat Cebalino esse suspectus. Itaque non ultra [17] interpellandum 22
ratus, nobili juveni, [18] *Metron* erat [19] ei nomen, super armamentarium posito,
quod scelus pararetur, indicat. Ille Cebalino in armamentario abscondito, proti- 23
nus regi, corpus forte curanti, *quid* [20] *ei index detulisset*, ostendit. Rex, ad com- 24
prehen-

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic Fl. Leid. Voss. 2. D. Pall. o. Bong. semper, vulgo *Ceball.* Voss. 1. *Ceballimus* Bong. Gruteri *Ochalmo* Mediol. Grut. *Crebalion.* 2 Voss. 2. *se proditos esse* Voss. 1. omittit *esse.* 3 P. B. 2. *proprius.* 4 Sic Voss. 2. Ald. Mer. Elz. sed Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. Grut. Frob. Col. Amst. *opperiens.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. D. P. F. & Bong. praeter B. 1. *amicorum ex prima cohorte.* 6 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Bong. Grut. Pal. 1. 2. Ald. Mer. Col. sed Bas. Lugd. Amst. Frob. alii *à quo* B. 1. alii *ut.* 7 Fl. D. *Phylotas* semper. 8 Leid. Voss. 1. Bong. *subsisteret* Voss. 2. *substiteret* B. 1. *subsisterat.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *dilatione.* 10 Ald. Mer. *nuntiare regi* Amst. *regi nuntiari* Voss. 2. *nuntiari jubet regi.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *conlaudato.* 12 Leid. Voss. 1. 2. *sermone consumpto.* 13 Voss. 2. *excepit.* 14 Voss. 2. *regem sermone suo* Bas. *rem.* 15 D. *esset.* 16 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. D. *respondet.* 17 Ald. Col. Mer. Bas. *interpol.* 18 Bong. Grut. *Metrano* Mer. *Metion* Bas. *Metrion.* 19 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Grut. D. Pall. o. sed Ald. Col. Frob. Mer. Bas. Lugd. Elz. Amst. *nomen ei.* 20 Fl. Leid. Voss. 1. omittunt *ei.*

spectant ad sequentia *defert*, *quae acceperat.* Itaque post *Nicomachus*, comma est scribendum. SCHEFFER.

Cebalino] Sic edidi cum MSS. non, ut editi, *Ceballino.* Juvat Plutarch. cap. 87. & Diod. XVII, 79. quorum illi est Βάλινος; huic Κιβάλινος, unica *l.* FREINSH.

Ex prima cohorte] Plures amicorum cohortes fuisse docebit Lipsius ad Tacit. l. VI. Ann. c. 9. Curtius vero per *amicos* (quae vox crebro in hisce libris occurrit) non simpliciter tales intelligit, sed ἑταίρους, id est, socios regis. Nam ita vocabantur intimae admissionis apud Alexandrum; imo & ipsi milites, utrique tamen per gradus distincti. Harpocration in voce Πεζέταιρος ex Anaximene: Ἀναξιμένης ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν περὶ Ἀλεξάνδρου λέγων φησίν. ἔπειτα τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους ἱππεύειν συνεθίσας ἑταίρους προσηγόρευσε. τοὺς δὲ πλείστους καὶ τοὺς πεζοὺς εἰς λόχους καὶ δεκάδας, καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διελὼν πεζεταίρους ὠνόμασεν. ὅπως ἑκάτεροι μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρείας προθυμότατοι διατελῶσιν ὄντες. Vides equestris dignitatis homines dictos ἑταίρους, vulgum vero militum ad distinctionem nobiliorum πεζεταίρους. Omnes tamen sine discrimine socios vocatos, ut hoc modo regiae societatis participes ad munia militaria exsequenda alacriores redderentur. LOCCEN.

Perturbationis notas] In ore indicia adfectuum apparent. Pacatus Paneg. Theodosii c. 37. *ita intimos mentis adfectus proditor vultus enuntiat*, *ut in speculo frontium imago exstet animorum.* CELLAR.

Metron erat nomen] An *Metroni*? ut supra *Nicomacho erat nomen.* certe MS. habet *Metron ei nomen erat*, unde existimem *Metroni* scriptum fuisse Curtio. ita certe mecum legit Acidalius, quamvis non inficias eam, lege etiam Grammatica recte dici, *Metron nomen erat*, sicut & *Metroni.* RADERUS. *Metron.* Raderus cum Acidalio legit; *Metroni*, cum & in Constant. MS. legatur *Metron ei.* Idque praeferam vulgato *Metron erat nomen ei*, in quo nulla Curtianae venustatis in oratione disponenda vestigia. Ita bis hoc ipso cap. *Nicomacho erat nomen: Cebalino erat nomen.* FREINSH.

Super armamentarium] Praefecto armamentarii. armamentarium autem locus est, in quo arma reconduntur

prehendendum Dymnum miſſis ſatellitibus, armamentarium intrat. ibi Cebalinus
25 gaudio elatus, *habeo te*, inquit, [1] *incolumem ex impiorum manibus ereptum.* Percontatus deinde Alexander, quae noſcenda erant, ordine cuncta cognoſcit. Rurſuſque inſtitit quaerere, *quotus dies eſſet, ex quo* [2] *Nicomachus ad eum detuliſſet indicium?*
26 Atque illo fatente, *jam tertium eſſe*; exiſtimans, haud incorrupta fide tanto [3] poſt
27 deferre, quae audierat, *vinciri eum* [4] juſſit. Ille clamitare [5] coepit, *eodem tempo-*
28 *ris momento, quo* [6] *audiſſet, ad* [7] *Philotan* [8] *decurriſſe: ab eo* [9] *percontaretur.* Rex [10] item quaerens, *an Philotan adiſſet? an inſtitiſſet ei, ut* [11] *perveniret ad ſe?* perſeverante eo adfirmare, quae dixerat; manus ad coelum tendens, manantibus lacri-
29 mis, [12] *hanc ſibi à cariſſimo quondam amicorum relatam gratiam* querebatur. Inter haec Dymnus, [13] haud ignarus quam ob cauſſam accerſeretur à rege, gladio, quo forte erat cinctus, graviter ſe vulnerat; [14] occurſuque ſatellitum inhibitus, per-
30 fertur in regiam. Quem intuens rex, [15] *quod*, inquit, *in te, Dymne,* [16] *tantum cogitavi nefas; ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quoque ipſo videretur?* Illum jam defecerat vox. itaque edito gemitu, vultuque [17] à conſpectu regis aver-
31 ſo, ſubinde conlapſus exſtinguitur. Rex, [18] Philota [19] *venire in regiam* juſſo, *Cebalinus*, inquit, *ultimum ſupplicium* [20] *meritus, ſi in caput meum* [21] *praeparatas inſidias biduo* [22] *texit; hujus criminis reum* [23] *Philotan* [24] *ſubſtituit: ad quem protinus in-*
32 *dicium detuliſſe ſe adfirmat. quo propiore gradu amicitiae me contingis, hoc majus eſt diſſimulationis tuae facinus; & ego Cebalino magis, quam Philotae* [25] *id convenire fateor.* *Faven-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. *incolumen.* 2 Leid. Voſſ. 1. *Nichomacus.* 3 Voſſ. 2. *poſſe differre.* 4 Fl. Leid. Voſſ. 2. *juſſerat* Voſſ. 1. *juſſit at.* 5 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. MSS. o. Grut. Ald. Frob. Col. Mer. Baſ. ſed vulgo omittunt edd. *coepit* 6 Pal. 2. *adiſſet, an inſtitiſſet* intermediis omnibus omiſſis. 7 Sic MSS. o. 8 Voſſ. 2. *detuliſſe* Lugd. *decucurriſſe.* 9 Sic Pal. 3. ſed Ald. *ab eo percunct.* Pal. 1. *habeo percomperta* Leid. Voſſ. 1. *percomperta* Voſſ. 2. *praecomperta* D. Bong. & Grut. *ab eo percompertum.* 10 Voſſ. 1. omittit *item* Amſt. *iterum.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *pervenirent.* 12 Voſſ. 2. omittit *hanc.* 13 Bong. omittit *haud ignarus.* 14 Mer *occurſu.* 15 in D. ſemper *quid* loco *quod.* 16 B. omittit *tantum.* 17 D. P. omittunt *à* B. 1. habet *adſpectu.* 18 Baſ. *Philotas.* 19 Bong. *in reg. ven.* 20 Ald. *meritus eſt* Frob. Col. Mer. Baſ. *meritus eſſet.* 21 Voſſ. 2. *comparatas.* 22 Fl. Leid. Pall. o. Bong. Gruteri Ald. Frob. Col. Mer. Baſ. *texiſſet* Voſſ. 2. *praetexiſſet* B. 2. *ter iſſet.* 23 Leid. Voſſ. 2. Bong. *Philotreum.* 24 P. *conſtituit.* 25 Voſſ. 2. omittit *id convenire fateor.*

duntur, Diodoro c. 79. ὀπλοθήκη. CELLAR.

Ille clamitare] Pergunt editi, jurati credo Curtio corrumpendo operas conferre, *ille clamitare coepit.* MODIUS.

Decurriſſe] Bong. malebat *detuliſſe.* ſic mox num. 31. FREINSH. Perinde eſſe videtur. nam detuliſſe eſt. c. 8, 10. *auditis, quae ad eum delata erant.* & ibid. n. 14. *credulos eſſe debere, vana quoque deferentes admittere.* Attamen etiam l. VII, 1, 29. eſt decurriſſe. *ut ad Philotan decurrerent, qui placere vellent.* & placet hic feſtinationis verbum.

Item] Forſan *iterum.* ACIDALIUS. Quem ſequutus Raderus ſic expreſſit. Sed certe fuit *item item*, hoc eſt *idemtidem*, ut nunc malunt ſcribere. Saepius enim quaeſiit, ut ſolet, ubi objicitur animo res inopinata, & minime exſpectata. *idemtidem* eſt ſubinde repetitis vicibus. ſic infra VI, 9, 24. *Soletis idemtidem à me petere.* Firmat emendationem & quod ſequitur: *perſeverante eo adfirmare*, quod arguit, non ſemel interrogatum fuiſſe. FREINSH. Magis placet Acidalii *iterum*, vel forte *interim.*

Inſtitiſſet ei] An urſiſſet Philotam, ut denuntiaret. *Inſiſto* cum dandi caſu ad perſonam relato rarius apud ſcriptores reperies, ut dicant *inſiſto tibi*, id eſt, urgeo te, & ut hic apud Curtium. RADERUS. Ad verbum *inſtare* referendum eſſe hoc praeteritum docebit exemplum ex Cicerone pro Quinctio c. 10. *verum quoniam tibi inſtat Hortenſius, ut eas in conſilium.*

Ut perveniret ad ſe] Haec ex gloſſa ſuſpicor adjecta, quemadmodum & illa: *adfirmare, quae dixerat.* SCHEFFER

Cariſſimo] Ut patet ex Plutarch. cap. 16. & 19. FREINSH.

Meritus ſi] An mirum eſt, ſi hoc malo, quam vulgata illa? *Cebalinus, inquit, ultimum ſupplicium meritus eſſet, ſi in caput meum praeparatas inſidias biduo texiſſet &c.* MODIUS.

Non

Faventem habes [1] *judicem, si quod* [2] *admitti non* [3] *oportuit, saltem negari potest.* Ad 33
hoc Philotas haud sane trepidus, si animus vultu [4] aestimaretur, *Cebalinum quidem*
scorti sermonem ad se detulisse; sed ipsum tam levi auctori nihil credidisse respondit;
veritum, ne jurgium inter amatorem & exoletum, non sine risu [5] *aliorum, detulisset.*
Quum Dymnus [6] *interemerit se ipsum, qualiacumque erant, non fuisse reticenda.* com- 34
plexusque regem orare coepit, *ut praeteritam vitam potius quam culpam, silentii*
tamen, non facti ullius, intueretur. Haud facile dixerim, crediderítne ei rex, an 35
altius iram suppresserit; dextram reconciliatae gratiae pignus [7] obtulit; & *contem-*
ptum magis, quam celatum indicium esse [8] *videri sibi* [9] dixit.

Variantes Lectiones.

1 Voss. 2. *indicem.* 2 P. F. *amitti.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Pall. o. Bong. Grut. D. Ald. Col. Mer. Bas. *potuit.* 4 Voss. 2. *extim.* 5 Voss. 2. omittit *aliorum.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. *interemerit semet* Amst. Lugd. *semet interemerit.* 7 Leid. Voss. 1. D. *optulit.* 8 Voss. 2. *sibi videri* Fl. omittit *sibi.* 9 MS. p. *dixerit.*

Non oportuit] Mitte hic nugas Glareani, & ita lege, ut excusum est, quicquid somnient illi, qui *non potuit* pro eo nobis reponunt. MODIUS.

Non fuisse reticenda: complexusque regem] Valde hic festinantur omnia, defensio, objectorum remotio, preces, complexus etiam, atque interim nullae Alexandri partes. Ego nihil video, quod mutare sententiam cogat, qua olim ante verba, *cum Dymnus*, aliquid intercidisse credidi. Nam quomodocumque interpreteris, non sane cohaeret oratio, & omnino non omisit Curtius interserere verba regis. Deinde quid hoc, quod nulla dum impetrata venia in amplexus regis ruit, itane solent supplices, quibus laesae majestatis crimen intenditur? Si genua complecti fecisset, scirem quid diceret. At hoc quod dicit valde dubito, an licuerit etiam *carissimo quondam amicorum.* Ipse quidem infra VI, 10, 11. non regem se amplexum dicit, sed *dextram* ejus. Sane pro Tiridate magni regis fratre, rege ipso, anxie paciscebantur Parthi apud Tacit. XV, 31, 1. *ne complexu provincias obtinentium arceretur.* Severus, teste Spartiano cap. 2. *quum eum quidam municipum suorum Leptitanus, praecedentibus fascibus, ut antiquum contubernalem, ipse plebejus, amplexus esset, fustibus eum sub elogio ejusdem praeconis cecidit; Legatum P. R. homo plebejus temere amplecti noli.* Tanti amplexus praesidum aestimabatur erga provinciales: immo erga regem exterum. Idne temere licuisset subdito adversus suum regem, eumque Alexandrum, supra mortale fastigium se efferentem. nec jam Philippi, sed Hammonis filium? Ego sane (quando haec studia ad vitae communis usum produci possunt & debent) valde pro *scholastico* facturum putem, qui in ejusmodi periculo Curtianum hunc Philotam imitaretur, quantacumque etiam prius gratia floruisset. Ergo geminas hic lacunas intercedere suspicor, alteram ante *cum Dymnus*; alteram ante *complexusque.* FREINSH. Incertum cujus haec verba sint, Philotae, Alexandri, an Historici. Mutila enim esse, etiam Freinshemius agnovit, & post illum alii editores, nemo vero ausus fuit supplere. CELLAR. Non quidem audax ego, sed si verba sub Philotae persona continuentur, quasi diceret: *nunc quidem liquere, quum Dymnus interemerit se ipsum, qualiacumque erant, non fuisse reticenda,* sensus sibi constare mihi videtur.

Complexus regem] Non cohaeret cum prioribus. videtur ergo, tum ante *quum Dymnus*, & ante *complexus* aliquid deesse. Consule Freinshemium. CELLAR. Nisi plane caecutio, non haec tam hiulca sunt, quam forte sunt visa: nam festinatus complexus absque impetrata venia, ardori consueti amici potius condonandus, quam ad omnes severitatis leges exigendus fuisse videtur; praesertim cum coram rege, nondum in judicio, res agatur, & carissimis suis amicis familiarior fuerit Alexander, quam reges plerumque solent.

Videri sibi] Si tollas illud *sibi*, ex vulgari usu vocem *videri* transfers ad forensem. quo & usus Curtius tam hic, quam infra VI, 11, 34. *satis quaesitum videri.* *Videri* enim judicis vox est, caussa cognita pronuntiantis. Clarum id ex Cicer. Academ. Quaest. II, 47. ubi, *quae jurati judices cognovissent, ut ea non esse facta, sed ut* videri *pronuntiarent*, à majoribus institutum ait. Sic apud Festum; *parum cavisse videri pronuntiat magistratus, cum de consilii sententia capitis quem condemnaturus est.* Sic intelligendus Cassius apud Tacit. XIV, 43, 4. *Pronuntiemus ultro, dominum jure caesum videri.* l. IV. C. ad l. Corn. de Sicar. *eum, qui inferendae caedis voluntate praecesserat, jure caesum videri.* P in. XIV. 13. *Cn. Domitius judex pronuntiavit, mulierem videri plus vini bibisse, quam valetudinis caussa.* Vide omnino Cujac. Observ. III, 29. Polletum in Histor. Fori Rom. V, 15. & Savaron. ad Sidon. Epist. III, 12. FREINSH.

Caput VIII.

Amicorum regiorum conſilio Philotas, Parmenionis filius, conjurationis auctor & particeps creditus, capitur, ac velato capite in regiam abducitur.

1 Advocato tamen [1] conſilio amicorum, cui [2] tum Philotas adhibitus non eſt,
2 *Nicomachum introduci* jubet. Is eadem, quae detulerat ad regem, ordine
expoſuit. Erat Craterus regi carus in paucis, & eo Philotae ob aemulationem
3 dignitatis adverſus. [3] neque ignorabat, ſaepe [4] Alexandri auribus nimia [5] jactatio-
ne virtutis atque [6] operae gravem fuiſſe: & [7] ob ea non quidem ſceleris, ſed con-
4 tumaciae [8] tamen ſuſpectum. Non aliam premendi inimici occaſionem aptiorem
futuram ratus, odio [9] ſuo pietatis praeferens ſpeciem; *Utinam*, inquit, *in princi-*
5 *pio quoque hujus rei nobiſcum deliberaſſes. Suaſiſſemus, ſi Philotae velles ignoſcere,*
[10] *patereris potius ignorare eum, quantum deberet tibi; quam uſque ad mortis metum*
adductum [11] *cogeres* [12] *potius de periculo ſuo, quam de tuo cogitare beneficio. Ille enim ſem-*
6 *per* [13] *inſidiari tibi poterit; tu non ſemper Philotae poteris ignoſcere. Nec eſt quod*
exiſti-

Variantes Lectiones.

1 Amſt. *concilio.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. MSS. Gruteri o. *tamen.* 3 Voſſ. 2. *nec.* 4 Ald. *Alexandro.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. MSS. Gruteri o. Ald. Mer. Baſ. Col. *actione.* 6 Voſſ. 1. Mer. Col. Baſ. Ald. *opere.* 7 Voſſ. 2. *ab.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Pal. 3. *tamen eſſe ſuſp.* Pal. 1. 2. Bong. Grut. *tum eſſe ſuſp.* 9 P. *ſuae.* 10 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. MSS. Grut. Ald. Mer. Baſ. ſed vulg. *paterere.* 11 Sic MSS. noſtri D. Pal. 1. Ald. ſed. B. 1. omittit *cogeres* Pal. 2. *cogites* Pal. 3. *cogeretur* Bong. Grut. *cogens.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *ſaepius.* 13 Voſſ. 2. *tibi inſid.*

Advocato conſilio] Vide ſupra l. IV. c. II, 2. CELLAR.

In paucis] Adeo ut aequipararet eum Hephaeſtioni, quem quantum dilexerit, ſatis oſtendit Curtius l. x. 4, 11. Plutarch. c. 83. Diodor. XVII, 114. FREINSH.

Jactatione] Colonienſes membranae, *taxatione*, & eadem manu adſcriptum, *vel jactatione*, Sigebergenſis *actione.* MODIUS. *Jactatione virtutis.* De Philotae jactantia apud Plutarchum c. 86. & quantum ea res damni adferat miniſtris regum, exemplis multis oſtendit Gruter. Diſc. in Tacitum c. 33. FREINSH.

Utinam in principio quoque &c.] Intricata ſatis haec ſunt. Et ſane floriditas Curtiana talibus declamatorio affectui obnoxia magis eſt, quam ſummorum auctorum auctoritas ferat. Praecipue de Orationibus hoc dictum volumus, fictis declamationum floſculis ex umbra ſcholae oſtentandis. Senſus hujus periodi, fortaſſis non cuivis liquidus, hic eſt: Velle Craterus ſeſe ait, antequam Philotam evocatum ſententia abſolviſſet, Regem concilium hoc amicorum convocaſſe. tum enim inter eos ſeſe hoc Regi conſilium daturum fuiſſe; uti vel plane diſſimularet, Philotam ſeſe jure ſuſpectum habere conjurationis initae, vel, quod reliquum eſt & animo habet, non audet primore loco eloqui, ne praeceps odium inimicum abſolveret potius, quam condemnaret, ſed per ambages demum eo venit, ut morti admovendum indicet fuiſſe. Sic namque futurum, ut gnarus quantum deberet regi Philotas, ut à quo meritâ & propinquâ jam morte ſit abſolutus, ſaepius extremi ſui periculi recordaretur, quam regiae clementiae, quorum priùs in poſterum illum à tali conamine abſtineret, alterum ad porro tale quid audendum incendere poterat. Conſumta enim miſericordia nullam ſuper ſpem veniae eſſe: Et tantae audaciae, potentiae animi tam magni virum invitum ſummi ſupplicii debitorem jam Regi futurum, quam in comperta re tam ſocordem vindicem expertus eſſet, ut uno verbo placatus ignoſceret capitali crimini, quin poſtea violentiori affectu eo rem deducturum, ut ſera indulgentiae poenitudo Regem ſit ſecutura. Haec mens eſt acutiſſimae calumniae, quam miro artificio ex laudabili Regis indulgentia Craterus invidia ardens derivat. BARTHIUS, Adverſar. l. XXVII. c. 15.

De periculo ſuo] Pro iſtis erat in editis, *paterere potius ignorare eum, quantum deberet tibi, quam uſque ad mortis metum adductum, cogeres potius de periculo ſuo, quam de tuo cogitare beneficio*: unde forte legendum, *paterere potius ignorare eum, quantum deberet tibi, quam uſque ad mortis metum adductum cogeres ſaepius de periculo ſuo, quam &c.* Forte inquam ita legendum; ſed nihil affirmo, eoque nec muto. MODIUS.

Tantum

existimes, eum, qui tantum [1] *facinus ausus est, venia posse mutari. scit eos, qui* [2] *misericordiam consumpserunt, amplius sperare non posse. At ego, etiam si ipse vel* 7
poenitentia, vel beneficio tuo victus quiescere volet; patrem ejus Parmenionem, tanti ducem exercitus, & inveterata apud milites tuos auctoritate, haud multum [3] *infra magnitudinis tuae fastigium positum,* [4] *scio non aequo animo salutem filii sui* [5] *debiturum tibi. Quaedam beneficia odimus. meruisse mortem confiteri pudet. Superest, ut ma-* 8
lit videri injuriam accepisse, quam vitam. proinde scio, tibi cum illis de salute esse pugnandum. Satis hostium superest, ad quos persequendos ituri sumus: latus à domesticis 9
hostibus [6] *muni. hos si* [7] *submoves, nihil metuo ab externo.* Haec Craterus. [8] Nec 10
ceteri [9] dubitabant, *quin conjurationis indicium suppressurus non fuisset, nisi auctor, aut*

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. D. Pal. 1. 2. Bong. Grut. omittunt *facinus.* 2 Mer. *materiam.* 3 Voss. 2. *in.* 4 Voss. 2. *si.* 5 P. *dediturum.* 6 Mer. *muniendum.* 7 Ald. Frob. Mer. Bas. Col. *submoveas.* 8 Bong. Grut. Pal. 3. D. Bong. *ne.* 9 Mer. *dubitant.*

Tantum ausus] Vulgo, *tantum facinus*, & ita Terentius, *Eho mea tu, tantum facinus ne audivi quidem.* verum ego, ut alias dixi, nihil temere contra membranas recipiendum censeo, sine quo alioqui stare posset oratio. MODIUS. MSS. omittunt vocem *facinus*, quod plerique omnes antiqui codices addunt, & fieri potest, ut ex glossemate irrepserit. RADERUS.

Parmenionem] Arrianus l. III, 5, 21. scribit, propter eum metum maxime interfectum mox fuisse Parmenionem. FREINSH.

Beneficia odimus] Quod fit praesertim in magnis beneficiis, & quae gravant capientem. Tacit. IV, 18, 3. *Beneficia eo usque laeta sunt, dum videantur exsolvi posse: ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.* Lipsius ad ista Senecae de Benef. II, 24, 1. *Tutius est quosdam offendere, quam demeruisse. argumentum nihil debentium odio quaerunt.* Interdum etiam *gravis est ipsa beneficiorum potentia*, ut ait Florus IV, 2, 92. Evenit ergo quandoque, *ut quosdam habeamus infestissimos, non post beneficia tantum, sed propter beneficia.* Seneca de Benef. III, 1, 1. Hoc sensu Senec. Tragoedus Medea vs. 504.

Ingrata vita est, cujus acceptae pudet.

Et Oedip. vs. 701.

. . . . quisquis in culpa fuit
Dimissus odit.

Quae verba huc non absurde trahas, licet illic alio sensu posita. Vide & 19. Epist. Senecae in fine. FREINSH. *Quaedam beneficia.* Quibus probrosum & infame est indiguisse. Simili modo Tacit. l. IV. Ann. c. 18. *beneficia eo usque laeta sunt, dum videntur exsolvi posse, ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.* CELLAR.

Scito tibi] Sic de conjectura scripsi: cum in libris omnibus invenissem, *scio tibi*, quod minus placebat. MODIUS. *Scio.* Legendum *scito*, nam hic *scio* locum habere non potest, ut in superioribus. Raderi editio habet *scias* in contextu, *scio* in margine, quae est lectio MSS. CLERICUS, Judic. c. 10, 7. Recte Clericus hoc loco legendum esse contendit *scito*, pro *scio.* Nam paullo post rursus regem Craterus appellat, vel potius allocutionem continuat: *latus*, inquiens, *à domesticis hostibus muni.* Nec ignota cuiquam esse potest illa loquendi ratio per *scito*, quod ter in eadem epistola usurpare placuit Ciceroni l. V. ep. 7. HEUMANN. Parerg. Crit. p. 178.

Hostibus] Illud *hostibus* futilis glossa est librarii, qui *domesticos* non omnes hic censeri putabat; recte quidem, si acumen in repetitione ex superiori eadem voce petendum animadvertere potuisset. C. BARTHIUS, Adversar. XXVII, 15.

Nihil metuo ab externo] Non video, cur ipse hic de suo metu nominatim agere debuerit. Quid enim? si aliud judicium fuisset aliorum? Suspicor itaque, sententiam protulisse generatim, *nihil metus ab externo*, pro nullus metus est ab externo, externum non metuimus. SCHEFFER.

Suppressurus] Rectissima praesumptio, quamquam (ut sunt res hominum) non ubique certa. Reperitur enim, qui nullo malo consilio pressit, sed ut diligentius rem exploraret, quod de Marcello scribit Procopius lib. III. Gotthic. in conjuratione contra Justinianum. Sed ibi omnia cum fide prudenter acta, simile nihil habent cum Philotae negotio, cujus summa defensio est, se non credidisse tam levi auctori. Cur enim ab ipsius incredulitate cum summa negligentia conjuncta (ut jam absuisse dolum largiamur) incolumitas regis pendeat? Certe legi Juliae olim aequum visum est, in adulterio uxoris dissimulato *puniendum esse maritum, cum excusare ignorantiam suam non potest, vel adumbrare patientiam praetextu incredibilitatis*, ut est in l. 29. de Adult. Hoc in privato crimine, si cum Majestate compares, cujus incolumitati totius reip. salus innititur. Nullo igitur modo excusandus est Philotas, aut pro insonte habendus. Jurisconsultorum aliqui nulla distinctione omnes, qui insidias in principem reticeant, eadem poena afficiendos putant, qua sceleris complices; *quando malefi-*

aut particeps. Quem enim pium & bonae mentis, non amicum modo, sed [1] *ex ultima*
11 *plebe, auditis quae ad eum delata erant, non protinus ad regem fuisse cursurum? Ne*
[2] *Cebalini quidem exemplo, qui* [3] *ex fratre comperta ipsi nuntiasset, Parmenionis filium, praefectum equitatus,* [4] *omnium* [5] *arcanorum regis arbitrum? simulasse etiam non*
12 *vacasse sermoni suo regem,* [6] *ne index alium internuntium quaereret. Nicomachum, religione quoque deûm adstrictum, conscientiam suam exonerare* [7] *properasse:* [8] *Philotan,* [9] *consumpto per ludum jocumque pene toto die, gravatum esse pauca verba,* [10] *ad ca-*
13 *put regis pertinentia, tam longo & forsitan supervacuo inserere sermoni. At enim* [11] *non credidisse talia deferentibus* [12] *pueris! cur igitur extraxisset biduum, tamquam indicio haberet fidem? dimittendum fuisse Cebalinum, si* [13] *delationem ejus damnabat.*
14 *In suo quemque periculo magnum animum habere; quum de salute regis timeretur, cre-*
15 *dulos esse debere;* [14] *vana quoque* [15] *deferentes admittere.* Omnes igitur *quaestionem de eo, ut* [16] *participes sceleris indicare cogeretur, habendam esse* decernunt. Rex admonitos, [17] *ut consilium silentio premerent*, dimittit. [18] *Pronuntiari* deinde *iter*
16 *in posterum* [19] *diem* jubet; ne qua novi initi consilii daretur nota. Invitatus est etiam

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. omittit *ex.* 2 Voss. 2. *Cebalinus.* 3 Lugd. *à fratre.* 4 Voss. 2. omittit *omnium.* 5 Voss. 1. 2. *archanorum.* 6 Voss. 1. *ut.* 7 P. *properassent.* 8 Sic MSS. Voss. 2. *Fil.* 9 Voss. 2. *absumto.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. Pal. 1. *pertin. ad cap. reg.* 11 Fl. Leid. Voss. 2. Ald. Bas. Mer. Col. Frob. MSS. Grut. *si non credidisset* Voss. 1. *non credidisset.* 12 Mer. *pro veris.* 13 Mer. *dilat.* 14 F. D. *una.* 15 Frob. Bas. alii *deferenteis* Fl. Leid. MSS. Grut. Ald. Mer. *deferentis* B. 1. 2. *deferentis* sed superscripto *e.* 16 Voss. 1. *particeps.* 17 Fl. Leid. D. Pal. 1. 2. Bong. Grut. *uti cons.* 18 Lugd. Amst. *pronuntiare.* 19 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omnes omittunt *diem.*

maleficium committitur in personam, cujus potestati debet esse subjectus ille, qui rescivit de facinore. Bartol. in l. Utrum ad L. Pompei. Cujus animam licet Baldus in l. 31. Depos. ea caussa in inferno torqueri autumet; certum tamen est, vix esse, ut cui tali in casu penitus ignosci debeat. Sane pro diversitate circumstantiarum alii atque alii gravius puniendi sunt. Merito igitur jure Impp. in l. Quisquis §. penult. C. ad L. Jul. Maj. eamdem poenam interminati sunt *consciis*; ut vicissim indicibus impunitatem & praemia. Inter Caesaris interfectores etiam conscii proscripti sunt, ut scimus ex Dione XLVI, 8, 9. & Appiano, itemque Suetonio Ner. cap. 3. FREINSH.

Auctor aut particeps] Immo ut Plutarchus testatur ὄργανον fuit ὑπὸ μείζονος ἀρχῆς ἀφιέμενον. *instrumentum à majore principe* (Parmenione sc.) *motum.* LOCCEN.

Nuntiasset] Sola interpunctione lucem reddimus loco parum alias intellecto. Comparationem enim odiosam instituit inter quemvis ex vulgo, & Philotam ea nobilitate, ea apud regem gratia, tot praemiis auctum, tot honoribus: ut appareat gravissimum esse delictum, quod tam multiplici nexu regi devinctus, quae ad caput illius pertinebant, texisset: cum alii omnes, quamquam longe minori vinculo adstricti, pro nefario scelere id habituri fuissent. *Ne Cebalini quidem exemplo,* (sic enim cum MSS. legendum) motum fuisse Parmenionis filium. nam haec ita cohaerent. *fuisse cursurum? Ne Ceb. quidem ex. qui ex fr. comp. i. nuntiasset, Parm. fil. Pr. equ. o. a. regis arbitrum? simulasse etiam &c.* Confer. Tacit. 1, 42, 5. FREINSH.

Conscientiam suam exonerare] Quae taceri nefas esset, indicare. Repetitur hujusdem libri c. 10. n. 9. eodem sensu verbum *exonerare.* CELLAL.

At enim non credidisse] Impressi, *at enim si non credidisset talia deferentibus pueris, cur igitur &c.* inepte, perperam. MODIUS.

Magnum animum habere] Intellige, *debere*, ut in altero mox membro subjicitur, *cum de salute regis timeretur, credulos esse debere*, quod omisit in priore, ne cogeretur eamdem vocem in una periodo iterare. RADERUS. Nervosior simplex verborum sensus, neque enim interpolata vox *debere* requiritur, nisi ad debilitandum sententiae acumen, quod aurito probabitur facile.

Credulos esse debere] Tullius etiam scorto credit de conjuratione Catilinae, additque Orat. III. in Catil. *Ego non arbitrabar in tantis reipublicae periculis mihi esse nimiam diligentiam pertimescendam.* Claudius Imperator hic praeceps erat: *Nulla adeo suspicio, nullus auctor tam levis exstitit, à quo non mediocri scrupulo injecto ad cavendum ulciscendumque compelleretur.* ut refert Suetonius. LOCCEN.

Invitatus] Ne quidquam de mutato regis animo suspicaretur. Domitianus *Actorem summarum* pridie quam in crucem ageret, sibi familiariter in toro assidere jussit, partibus etiam eum de coena dignatus, securumque & hilarem dimisit. Eadem bene-

etiam Philotas ad ultimas [1] ipſi epulas, [2] & non coenare modo, ſed etiam familiariter [3] conloqui cum eo, quem damnaverat, ſuſtinuit. Secunda deinde vigilia, 17
luminibus exſtinctis, cum paucis in regiam coëunt Hephaeſtion, & Craterus, & Coenus, & [4] Erigyius: hi ex amicis; ex armigeris autem Perdiccas & Leonnatus. Per hos [5] imperatum, *ut*, *qui ad* [6] *praetorium excubabant*, *armati vigilarent.* [7] Jam ad omnes aditus [8] diſpoſiti milites; *equites quoque itinera obſidere* juſſi; 18
ne quis ad Parmenionem, qui tum Mediae magniſque copiis praeerat, occultus evaderet. [9] Attarras [10] autem cum trecentis armatis intraverat regiam: huic decem 19
ſatellites traduntur, quorum ſingulos deni armigeri ſequebantur. [11] Ii ad alios 20
conjuratos comprehendendos diſtributi [12] ſunt: Attarras, cum trecentis ad Philotan miſſus, clauſum aditum [13] domus moliebatur, quinquaginta juvenum promptiſſimis ſtipatus. nam ceteros cingere undique domum juſſerat, ne [14] occulto aditu Philotas poſſet elabi. Illum, [15] ſive ſecuritate animi, ſive fatigatione reſolu- 21
tum ſomnus oppreſſerat; quem Attarras torpentem adhuc occupat. Tandem 22

[1] ei

VARIANTES LECTIONES.

1 Ald. Frob. Mer. Col. Baſ. *ipſius.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. MSS. Grut. Amſt. Lugd. *& rex non.* 3 Ald. Frob. Mer. Col. Baſ. Elz. *alloqui.* 4 Fl. Voſſ. 1. 2. MSS. Grut. omnes *Eriguus* Ald. Mer. Col. Baſ. *Erigonus* Bong. *Erignus*, alii *Frigyus.* 5 Fl. Leid. D. Pal. 1. 2. *imp. ut qui praetorium* Voſſ. 2. *imperatum qui praetorium* Ald. Frob. Mer. Baſ. Col. *imp. ut qui juxta praet.* Bong. Grut. *imperatum cum cubabant* omiſſis intermediis. 6 in F. exſculptae ſex ultimae literae, & earum loco ſubſtitutum *erant.* 7 D. ed. Mediol. *jam erant ad* MSS. Grut. *jam erant milites equites ad* Voſſ. 2. *jamque ad.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. Mer. *diſpoſiti erant equites* Voſſ. 2. *diſpoſiti erant milites equites* alii *diſpoſiti equites.* 9 D. Bong. *Atharras* Bong. Grut. *Atarcao* Pal. 2. *Atareas* Voſſ. 2. *Athareas* Pal. 3. *Attaras* Ald. *Tarrias* P. *Atharas* Fl. Leid. *Atarras* & ſic mox. 10 Col. omittit *autem.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. Mer. Baſ. Lugd. Amſt. *hi.* 12 Voſſ. 2. Bong. Grut. Pal. 1. 2. omittunt *ſunt.* 13 Voſſ. 2. omittit *domus.* 14 P. Baſ. *occultu.* 15 Voſſ. 2. *ſine.*

benevolentiae ſigna erga Aretinum Clementem indemnatum exhibuit. Sueton. c. 11. ut & Mithridates tetrarchas Galatiae uno convivio omnes trucidavit, praeter tres qui effugerunt, ut eſt apud Appianum in Mithridaticis. Abſalomus, ſanctiſſimi regis degener & impius filius, per ſpeciem convivii Ammonem fratrem interemit. In plura paſſim hoc genus exempla diſſimulatae crudelitatis & ſimulatae amicitiae apud ſcriptores incides. RADERUS. Sic Ochus *ſeptum altis parietibus locum cinere complevit*, *ſuppoſitoque tigno prominente*, *benigne cibo & potione exceptos in eo collocabat*; *è quo ſomno ſopiti in illam inſidioſam congeriem decidebant:* Val. Max. IX, 2, 6. ext. ubi obiter moneo, deceptum nominis ſimilitudine Dario Hyſtaſpis & ſeptem Perſis adſcripſiſſe, quae ad ſecundum Darium pertinebant. Hoc enim clariſſimum eſt. nam neque ille Darius, qui Magos ſuſtulit, Ochus antea vocatus eſt, neque etiam conjuratos ita peremiſſe legitur. FREINSH.

Ultimas ipſi epulas] Totus locus contaminatiſſime ita vulgo legitur. *Invitatus eſt etiam Philotas ad ultimas ipſius epulas: & non coenare modo, ſed etiam familiariter alloqui cum eo, quem damnaverat, ſuſtinuit.* MODIUS.

Luminibus exſtinctis] Non tempus ſignificatur, ſed occultatio intrantium, hoc eſt, ſine conſuetis luminibus, quae noctu praeferri ſolebant, coivere, ne obſervarentur. CELLAR.

Diſpoſiti equites] Neſcio, an membranas ſequi ſemper verius ſit, vulgata ſane ſcriptura, quae eſt: *jam ad omnes aditus diſpoſiti milites*, *equites itinera &c.* mihi diſplicere non poteſt. MODIUS.

Singulos deni] Eleganter *deni:* aliud eſt decem, aliud deni. Decem non plures umquam ſignificat; deni poſſunt eſſe viginti, triginta, centum, mille, & amplius in decem diviſi. Hic pro centum vox ſumitur. Decem erant ſatellites quaſi duces, quibus ſingulis deni armigeri additi ſunt, qui efficiunt centum. ita boni ſcriptores ſemper & locuti ſunt & loquuntur. Poëtae tamen ſuo more voce nonnumquam abutuntur, ut denos, vel ſenos, vel id genus vocabula, pro decem aut ſex uſurpent. RADERUS. *Singulos deni.* Primo electi fuerant decem, quibus maxime fidebatur, ii deinde jubebantur ſinguli denos alios ex amicis notiſque ſuis adſciſcere. Hoc & alibi factum, fictumve. Nam & Xenophon in Cyropaed. pag. 23. A. & Livius x, 38, 12. Suetonius Othone cap. 5. & alii ſimilia exempla habent, quod ſatis ſcio. Eſt is *mos militaris*, *quo vir virum legit*, de quo Tacit. H. 1, 18, 2. Liv. IX, 39, 6. Cic. pro Milone cap. 21. FREINSH.

Aditum moliebatur] Magno conatu movebat, vi aperiebat. CELLAR.

[1] ei sopore discusso quum [2] injicerentur catenae; *Vicit*, inquit, *bonitatem tuam*, *rex*, [3] *inimicorum acerbitas.* nec plura [4] loquutum capite velato in regiam [5] addu-
23 cunt. Postero die rex edixit, [6] *omnes armati* [7] *coirent.* Sex millia fere militum
24 venerant: praeterea turba [8] lixarum calonumque impleverant regiam. Philotan armigeri agmine suo tegebant, ne ante conspici posset à vulgo, quam rex adlo-
25 quutus milites esset. De capitalibus [9] rebus vetusto Macedonum modo [10] inquirebat exercitus, in [11] pace erat vulgi. [12] nihil potestas regum valebat; nisi prius valuis-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. omittit *ei.* 2 Fl. Leid. Voss. 1. MSS. Grut. omnes *inicerentur.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. Pal. 3. B. 1. 2. Elz. alii *inimicorum meorum.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. 2. Bong. *elocutum.* 5 vulgo *abducunt.* 6 P. Frob. Mer. Bas. *ut omnes.* 7 Voss. 1. *cohirent* Bong. Grut. *essent.* 8 Ald. *Lyxarum.* 9 Ald. *reges* P. F. D. *regibus* Frob. Col. Bas. *rebus reges* Voss. 2. *rebus rex.* 10 Voss. 2. *inquirebat & exercitus* Frob. Col. Bas. *inquirebant. Exerc.* Mer. *inquirebat. Ex.* 11 Bong. Grut. Mer. Col. Bas. Ald. Frob. *parte.* 12 Fl. Leid. Voss. 1. 2. MSS. Grut. Bong. *& nihil.*

Inimicorum meorum] Lege, *vicit, inquit, bonitatem tuam rex inimicorum meorum acerbitas, nec plura elocutum capite velato in regiam adducunt.* editi libri habebant, *vicit, inquit, bonitatem tuam rex inimicorum acerbitas: nec plura locutum capite velato in regiam abducunt.* MODIUS.

Vicit, inquit, bonitatem tuam rex inimicorum acerbitas] Ita Florus l. IV, 1, 2. *clementiam Caesaris vicit invidia.* Quod & de suis inimicis metuens Demosthenes ep. 2. scribit. Μὴ κυριωτέραν τὴν τούτων ἔχθραν τῆς παρ' ὑμῶν χάριτός μοι γενέσθαι. *Ne committatis, ut illorum odia plus valeant, quam vestra benevolentia.* LOCCEN.

Capite velato] Non ex more quodam, sed ne agnitus, nondum comperta caussa cur comprehensus esset, vulgi ceterorumque consternationem concitaret; vel etiam injuriam suam querens, quod fecit apud Liv. XXIII, 10, 7. Decius Magius: & alius apud Tacit. Annal. V. Ad prius spectant exempla Laeti Praef. Praetorio, apud Capitolin. Pertin. cap. 11. Antonii, apud Plut. cap. 15. Scipionis, apud eumdem Apophth. Rom. cap. 23. & nebulonis cujusdam apud Diodor. in fin. Excerpt. Vales. Aeschinis apud Plutarch. in Vitis X. Oratorum 8, 5. & nescio cujus apud Apulej. in Edit. Beroaldi pag. 358, f. diversas caussas habuerunt. Inter sacra caput velari consuesse liquet ex nostro IV, 13, 15. & Torrentio in Sueton. Vitell. 2, 13. FREINSH.

Sex millia] Quid ita? sex millia tantum habuit sub signis Alexander, cum paullo ante VI, 6, 35. plures sex millibus in supplementum Zoilo duce acceperit? Codices nonnulli, quod deterius est, tantum quinque millia numerant, & quidem MSS sed nullum, ut reor, mendum in numero, nullus error in scriptura, si recte attendas. Nam quamvis praeceperit rex, ut omnes armati convenirent, intelligendi sunt tamen Macedones potissimum, quorum judicio stabant rei, lege enim Macedonica judicati sunt, non aliorum Graecorum, nec peregrinorum militum, aut mercede conductorum. Interfuere tamen alii praesertim ex ducibus, non Macedones, ut infra VI, 9, 35. ipse Philotas testatur. Rex ipse Macedones judicaturos affirmat infra VI, 9, 34. eoque rogat Philotam, qua lingua uti velit in dicenda caussa. RADERUS.

De capitalibus] Capital profecto fecerunt hi, qui principes hunc locum ita interpolarunt; *De capitalibus rebus reges vetusto Macedonum modo inquirebant. Exercitus in parte erat vulgi &c.* nam quae haec est proh Deûm atque hominum fidem, non dico jam audacia, sed temeritas? Itane vero agitis impudentissimi nebulones? atqui ut de veterum librorum consensu taceam, aliud sane res ipsa clamat. Denique si reges inquirebant de rebus capitalibus, quomodo addit Curtius? *nihil potestas regum valebat, nisi prius auctoritas valuisset.* Aut quomodo erit exercitus in parte vulgi, ubi vulgus nullum est nisi militare? quod vos si intelligi dicitis, scire lubet, quid illud exercitus sibi velit. sed nec dicitis, & si diceretis maxime, & verissimum alioqui esset, audiendos censerem, adeo nihil umquam tantillum bonae rei à vobis proficiscitur. MODIUS. Modius hunc locum sic restituit: *D. c. rebus vetusto M. m. inquirebat exercitus.* & hoc confirmat Diodorus: τὴν κρίσιν ὑπὲρ τούτων τοῖς Μακεδόσι ἐπέτρεψε. *Rex Macedonum judicio cognitionem permisit.* Porro *in pace erat v. n. p. r. v. n. p. v. a.* postrema verba sic lego: *nisi ipsius* (scilicet vulgi) *valuisset auctoritas.* LOCCEN.

In pace erat vulgi] Apud Macedones rex ipse populum, seu exercitum, foris, plebem domi consulere debebat, in cujus pace, auctoritate, potestate reus erat, donec juberet reum vivere vel mori. RADERUS. Mirum horum verborum interpretamentum Raderi. Ego sic capiebam, quasi dixisset, *Id in pace erat vulgi:* quam tamen voculam pro more suo omisit. *Id*, ea res, nimirum ut judicaret in capitali caussa. *in pace* dixit, hoc est, tempore pacis, vulgi id erat. Exemplum ejus moris apud Probum Eumene; *Hic, qui deseruerant, exercitu suffragium ferente, capitis absentes damnantur, in his Eumenes.* Idem & Diodor. XVIII, 37. narrat. Vide insignem locum Polybii V, 27. ubi de Leontio,

valuisset [1] auctoritas. Igitur [2] primum Dymni cadaver infertur, plerisque, quid 26
[3] patrasset, quove casu exstinctus esset, ignaris.

VARIANTES LECTIONES.

1 Sic Ald. MSS. Gruteri omnes, nulla alia voce adjecta. 2 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *Dymni primum* Voss. 2. ut semper *Divini.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Mer. *parasset* D. Pal. 3. *perasset* Voss. 2. Pal. 1. 2. Bong. Grut. *passus.*

tio. FREINSH. Id, sive ea res, videlicet judicare in caussa capitali, pacis temporibus erat penes populum. CELLAR.

Nisi prius] Bona haec lectio & vera, quam nuper explicavimus in Indice Floriano, vocab. *Auctoritas.* Ubi Florus plebem *auctoritate* Menenii revocatam scripsit; hoc est, persuasione viri gravis & prudentis reductam. Sic apud Cicer. Offic. III, 27. de Regulo, qui captivos negabat reddi debere; *Cujus cum valuisset auctoritas*: hoc est, cum persuasisset patribus ita faciundum. Hujus igitur loci sensus hic est: Rex pro potestate necem reo inferre non poterat, nisi prius populo approbasset sententiam. Sic apud Sulpic. Sever. lib. II. Hist. Sacr. haec opponuntur: potestate *regis usuri, ubi* auctoritate *sua parum* valuissent. Politici, qui hoc loco utuntur, ut regi persuadeant, eum auctoritati parandae, tamquam munimento potentiae incumbere debere, mentem hujus scriptoris non sunt assequuti. Multo minus Surius, qui ad Ann. MDLX. ex *Apostolicae sedis auctoritate* probare vult potestatem. FREINSH. Macedonum reges non habebant potestatem damnandi aut absolvendi capitali crimine, nisi auctoritas, & approbatio populi, vel militum accessisset. CELLAR.

Patrasset] Rectius hoc, si milites spectas, patratum enim nescio quod magnum scelus à Dymno suspicabantur. Sin rem intueris, melius tum erit, si cum membranis *parasset* legas. parati enim, non patrati facinoris poenas dederat Dymnus. MODIUS.

CAPUT IX.

De conjuratione adversus Philotam expostulatoria Alexandri ad milites oratio. coram quibus Philotas adductus defensionem parat.

Rex deinde in concionem procedit, vultu praeferens dolorem [1] animi. Ami- 1
corum quoque moestitia exspectationem [2] haud parvam rei fecerat. [3] Diu 2
rex demisso in terram vultu adtonito stupentique similis stetit. tandem recepto animo; *Pene,* inquit, *milites,* [4] *paucorum hominum scelere vobis ereptus sum. Deûm providentia & misericordia vivo. Conspectusque* [5] *vestri venerabilis* [6] *cogit, ut vehementius*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. omittit *animi.* 2 Sic Col. Mer. Bas. Pal. 3. sed Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. D. Pal. 1. 2. Bong. Grut. Elz. *haud parvam ei fecerat* Amst. *ejus* vulgo *haud parvam fecerat.* 3 Voss. 2. *diu demisso rex* vulgo omittunt *rex* alii *dim.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omittunt *paucorum.* 5 Sic Fl. Leid. Bong. MSS. Grut. omnes, sed Voss. 1. 2. & editt. pleraeque *vester.* 6 Sic Leid. Voss. 2. MSS. Grut. omnes Ald. Mer. sed Voss. 1. B. 2. *coget* B. 1. omittit, vulgo *coëgit.*

Rei] Sic esse legendum non dubitabis, cum variarum libellum introspexeris. Ego libens etiam praecedens vocabulum mutem; *haud parvae rei.* FREINSH.

In terram] Nihil huc pertinent oratoriae morae, priusquam incipiant loqui. Sed gestus hic ex interiori affectu nascitur, ut supra ad V, 5, 23. notatum est. Quo pertinent exempla Virgiliana à Radero adducta Aen. I, 565.

Tum breviter Dido vultum demissa profatur.

Et Aen. III, 320.

Dejecit vultum, & demissa voce locuta est.

FREINSH.

Hominum scelere] Ita opponuntur Dii hominibus. de cetero libri impressi habebant; *paucorum hominum scelere.* MODIUS.

Vestri] Excerpta Var. Lect. Bongars. notant in MSS. esse *vestri:* adscriptumque est nomen Gellius. opinor Virum illum Clarissimum id adnotasse, quod pro vera haberet eam lectionem, *conspectus vestri,* pro *consp. vester.* & ex Agellio defendere statueret, in cujus Noct. Attic. XX, 6. ejus generis exempla reperiuntur. Atque sic etiam locum hunc scripsit C. Barth. Advers. XXVIII, 6. apud quem bonos scriptoris hujus Codd. fuisse novimus. Item Rubenius Elector. I, 33. ut putem genui-

mentius [1] *parricidis iraſcerer*; [2] *quoniam ſpiritus*, [3] *immo unus vitae meae fructus eſt*, *tot fortiſſimis* [4] *viris*, [5] *& de me optime meritis*, *referre* [6] *adhuc gratiam* [7] *poſſe*.
3 [8] Interrupit [9] orationem militum gemitus, obortaeque ſunt [10] omnibus lacrimae. Tum rex, [11] *quanto*, inquit, *majorem in animis veſtris motum excitabo*, *quum tanti ſceleris auctores oſtendero: quorum mentionem adhuc reformido*; *& tamquam ſalvi eſſe*
4 *poſſint*, *nominibus abſtineo? Sed vincenda eſt memoria priſtinae caritatis*, *& conjuratio impiorum civium detegenda. Quomodo autem tantum* [12] *nefas ſileam? Parmenio*, *illa aetate*, *tot meis*, *tot parentis mei meritis devinctus*, *omnium nobis amicorum vetu-*
5 *ſtiſſimus*, *ducem* [13] *tanto ſceleri ſe praebuit. Miniſter ejus Philotas* [14] *Peucolaum*, *& Demetrium*, *& hunc Dymnum*, *cujus corpus adſpicitis*, *ceteroſque* [15] *ejus amen-*
6 *tiae in caput meum ſubornavit.* Fremitus [16] undique indignantium querentiumque tota concione obſtrepebat: qualis ſolet eſſe multitudinis, & maxime militaris; ubi
7 aut ſtudio agitur, aut ira. Nicomachus deinde, & Metron, & Cebalinus producti, quae quiſque detulerat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas [17] particeps ſceleris [18] deſtinabatur. itaque indignatione [19] preſſa vox indicum ſilentio excepta

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Voſſ. 2. ut vulgo *parricidiis*. 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. D. Pal. 3. Mer. *quam*. 3 Ald. *unus*, *unus* Baſ. Col. Frob. Lugd. Amſt. *imo vitae meae unus fructus eſt*. 4 Voſſ. 2. omittit *viris*. 5 Ald. Mer. Col. Baſ. Frob. omittunt *&*. 6 Voſſ. 2. *adhec*. 7 Fl. Leid. Voſſ. 2. MSS. Gruteri o. praeter Bong. Ald. Mer. *poſſem* Voſſ. 1. B. 2. *poſſent* Bong. *poſſet*. 8 Voſſ. 2. Ald. Col. Baſ. *interrupitque*. 9 D. Pal. 3. *rationem*. 10 Voſſ. 1. omittit *omnibus*. 11 Ald. Frob. Baſ. Col. Mer. *inquit quanto*. 12 Voſſ. 2. *facinus*. 13 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. F. *ſe ſceleri tanto*. 14 Fl. Leid. Voſſ. 1. Ald. D. Pal. 1. & 3. Mer. Baſ. Col. *Leucolaum* Voſſ. 2. Pal. 2. Bong. Grut. *Lencolaum*. 15 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Pal. o. Amſt. Lugd. Elz. alii *ejuſdem amentiae* Ald. Frob. Mer. Col. Baſ. *ejuſdem amentiae comites*. 16 Voſſ. 2. omittit *undique*. 17 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Bong. *inparticeps ſceleris deſtinabatur* ſed in B. 1. exſcalpt. τὸ *in* Verum in D. iterum ad marginem notatum *inparticeps* ceu rara vox Pal. 3. *inparticeps deſtinab.* Bong. Grut. Voſſ. 2. Ald. Frob. Mer. Col. Baſ. *in participes ſceleris*. 18 Voſſ. 2. *deſtinabant*. 19. Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Grut. o. Bong. Mer. *expreſſa*.

genuinam eſſe lectionem, prae illa editionum, *veſter*. Ita ſupra IV, 12, 9. dicere maluit *originem ſui* quam *originem ſuam*. Plinius Epiſt. IX, 19, 7. *Memoria noſtri durabit*, *ſi vita meruimus*. FREINSH.

Quoniam ſpiritus, *immo unus vitae meae fructus eſt*] Haec verba merito doctis ſuſpecta ſunt: nam nulla ratione id quod minus dictu ſequitur, praecedente eo, quod majus, cum particulae *immo* natura prorſus clare repugnet. Lego: *Quoniam ſperatus*, *immo unus &c.* Sententia apta. Primum ſpes ſuas, deinde omnem vitae fructum homo ambitioſus militibus oggerit. Notandum vero hac quoque occaſione *ſpiritum* aliquando latius vitae curſum deſignare. Avienus orâ maritimâ *regionis ejus*; *quam vetuſtis paginis Aequam per omnem ſpiritus noſtri diem*, *ſecretiore lectione acceperam*. BARTHIUS, l. XXVIII. Adverſ. c. 6.

Spiritus] Suppoſititium eſt, libenterque verbum vicarium ei dem, *ſupremus*. Ruben. d. l. At Barthius *ſperatus* legit: ego illud longe praeferam, qui ſciam eo ordine ſaepe conſurgere orationem. FREINSH. Suſpecta vox *ſpiritus*. Barth. Adverſar. XXVIII, 6. legit *ſperatus*. Rubenius, quem Tellierius ſequutus eſt, *ſupremus*. Freinshemius in Rubenii magis, quam Barthii ſententiam inclinat. CELLAR. Forte legendum *praecipuus*, *immo unicus*. HEINSIUS.

Autem] Malo *enim*. BONGARSIUS.

Ejuſdem amentiae] *Ejus amentiae comites*, vulgo, quod qui probabit, illum ego jam non amentiae comitem, ſed ipſam eſſe amentiam audacter pronuntiabo. MODIUS.

Particeps deſtinabatur] Editi, *nullius eorum indicio Philotas in participes ſceleris deſtinabatur*. ſed quid illis facias, qui nullius boni conſilii participes ſunt? MODIUS. Quod vulgo eſt *in participes ſceleris* ferri poſſit, ſi *inter* emendes. ACIDALIUS. *Particeps*. Ita in Codice Conſtantienſi exaratum eſt, & Modius legit. vulgo *in participes*, ſcriptum cum Acidalio reor, *inter participes*. RADERUS. Sic mox VI, 9, 5. *inter conjuratos*. MSS. lectio eſt *inparticeps*, unde fieri quidem poſſet *in parte cepti ſcel.* ſed non placet. FREINSH. *Deſtinabatur*. Deſignabatur ut ſocius ſceleris. Vide ſupra l. IV. c. 8. 6. CELLAR.

Itaque indignatione] Ordo turbatior, quia ſenſum facit valde ambiguum & obſcurum. Eſt autem talis: itaque vox indicum, preſſa indignatione, excepta eſt ſilentio, id eſt, quia indices per indignationem non nominaverant Philotam, ideo tacuit exercitus, nec ſignum de ſe gravioris alicujus commotionis edidit. Ideo rex, ut acueret eum in Philotam, ſubjicit quae ſequuntur. SCHEFFER.

Preſſa

cepta est. [1] Tum rex, *qualis*, inquit, [2] *ergo animi vobis videtur*, *qui hujus rei* 8
delatum indicium [3] *ad ipsum suppressit? Quod non fuisse vanum*, *Dymni exitus de-*
clarat. Incertam rem deferens [4] *tormenta non timuit Cebalinus: Metron* [5] *ne momen-* 9
tum quidem temporis distulit exonerare se, [6] *ut eo*, *ubi lavabar*, *irrumperet. Phi-* 10
lotas [7] *solus nihil timuit*, *nihil credidit. ô magni animi virum! Iste*, [8] *si regis*
peri-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. D. *tunc*. 2 Fl. Voss. 1. Bong. Cl. *erga*, sed in hoc correctum *ergo* B. 1. *erga* superscripto *me* Leid. *erga me*. 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & pleraeque editt. *id ipsum*. 4 Gruter. o. omittunt *tormenta*. 5 P. *nec*. 6 Voss. 2. omittit *ut*. 7 Voss. 2. *solum*. 8 D. Bong. Grut. Pal. 1. 3. Fl. Leid. Voss. 1. 2. & editt. aliae omittunt *si*.

Pressa] MSS. *expressa* lib. IX. c. 3. *Ne sic quidem ulli militum vox exprimi potuit*. Ibid. *voces necessitate expressas*. nos ad Paterculum. HEINSIUS.

Ad ipsum] Planius, & nisi valde fallor, verius *ad ipsum*, quam *id ipsum*, & firmante postea uno MSS. recipiendum putavi. FREINSH.

Incertam rem] Locus oppido obscurus, & qui fortasse, ut in omnibus membranis etiam scribitur, ita legendus sit. *Incertam rem deferens tormenta non timuit Cebalinus. Ne momentum quidem &c.* Vide tamen Glareanum, qui dum negativam delendam censet, & sic lucem de tenebricoso suo lumine Curtio accendere nititur, etiam majores ei tenebras offundit. MODIUS. Quis ille, qui rem deferens incertam tormenta non timuisse dicitur? Addi nomen debuerat. nec potest vero capi de Philota: quod cum putaret Glareanus, intricavit se magis & locum, quam expedivit. Etiam Modius haeret, cui obscurum oppido locum esse penitus assentior; illud quoque fere, ut in membranis scribitur, ita legendum. Earum ista scriptura: *Incertam rem deferens tormenta non timuit Cebalinus. Ne momentum quidem*, &c. Ita quidem hercle distinguendum potius. Nam deferebat à fratre audita Cebalinus. At idem etiamne ad Alexandrum irrupit ipse commodùm lavantem? Id vero falsum. Non enim hic ipsi regi, sed Metroni cuidam indicium deferebat, qui recta protinus Alexandro. Hujus omissum nomen inserendum rursus, & omnia sunt plana. Periit illud affinitate literarum, quae excipiebant. Ita vero scribe nunc & interpunge. *Incertam rem deferens tormenta non timuit Cebalinus. Metron ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, ut* (fortasse *quin* melius) *eo, ubi lavabar irrumperet.* ne dubites, audi & recognosce superiora, quae probant non modo, sed flagitant, sed exposcunt. *Coeperat Cebalino esse* (Philotas) *suspectus, itaque non ultra interpellandum ratus, nobili juveni* (*Metroni erat nomen*) *super armamentarium posito, quod scelus pararetur indicat. Ille Cebalino in armamentario abscondito protinus regi corpus forte curanti, quid index detulisset, ostendit.* Satin clare, satin ordine ista Curtius? ille quidem plene omnia haec & plane. Nam Arrianus breviter, nec adeo diserte. Diodorus paullo disertius ac prolixius, idem mutile tamen saepe, neque hic nomen exprimit ejus, qui judicii Cebalini index. Unum fuisse ex regiis pueris ait, sed bene, quod ex Curtio nobis & hoc & alia constant, ne foris quaeramus, cujus abunde est copia domi. ACIDALIUS. Torsit hic locus & Glareanum, & Modium, propter nomen Metronis omissum, quod reposuit Acidalius. RADERUS.

Tormenta non timuit] Imo timuit, & propterea conjurationem patefecit, quam si suppressisset, merito etiam timuisset, ne suspectus fieret, ut Philotas factus est. Proinde vere Glareanus negantem particulam inducendam putavit, & est comparatio inter Cebalinum, Metronem, & Philotan. Cebalinus quamvis adhuc incertam rem deferret, tamen timuit tormenta, si non deferret. Metron etiam timuit, & statim irrupit ad me, quamvis importunus, ubi lavabar. Solus Philotas nihil timuit, nihil credidit. En opposita sunt *timuit*, & *nihil timuit*. Quod si dicas retinendam voculam, *non*, esseque hunc intellectum: Cebalinus non timuit tormenta, quamvis rem adhuc incertam, ut de qua certo nondum constaret, deferret, & calumniator deferri posset, quod innocentes per invidiam traduceret, & suspectos faceret. Metron etiam non timuit, quamvis invocatus penetraret ad balneum Alexandri. sed quae sequuntur de Philota non habebunt locum: *solus Philotas nil timuit.* tollenda ergo sine controversia vox *non*. RADERUS. *Non timuit*. Cave negationem tollas, ni sententiam deteriorem velis reddere. Cebalinus rem detulit, etiam cum periculo tormentorum, per quae inquiri poterat, si quid in ejus delatione suspectum fuisset: quod evincunt etiam illae voces; *incertam rem deferens*. Nisi enim statim patuissent insidiae, torqueri potuisset, ut cujus ope, consilio, quibus indiciis tantam rem detulisset, cognosceretur. FREINSH.

Metron] Certissimam Acidalii correctionem sequuti sic edidimus, quod & Raderus jam fecerat. Omnia urgent & postulant ita legi: etiam illud; *Philotas solus nihil timuit*, quod *solus* valde tepidum foret, si unum tantum nominasset, qui timuerit. Sed robustissimum hoc, quod dicitur irrupisse quidam ad regem, ubi lavabatur, quod non Cebalino, sed Metroni convenire, ex ipso Curtio satis perspicue constat. FREINSH.

Solus] Invidiose hoc & acerbe, Cato apud Sallust. Catil. 52, 10. in Caesarem: *Sin in tanto omnium*
metu

[1] periculo [2] commoveretur, [3] vultum [4] non mutaret? indicem tantae rei [5] ſollicitus [6] non
11 *audiret? Subeſt nimirum ſilentio facinus, & avida ſpes [7] regni praecipitem animum ad*
ultimum nefas impulit. Pater [8] Mediae praeeſt. ipſe [9] apud multos copiarum duces
12 *meis praepotens viribus, majora, quam capit, [10] ſpirat. Orbitas quoque [11] mea, quod*
ſine liberis ſum, ſpernitur. Sed [12] errat Philotas. in [13] vobis liberos, parentes, con-
13 *ſanguineos habeo: Vobis ſalvis, orbus eſſe non poſſum.* Epiſtolam deinde Parmenio-
nis interceptam, quam ad filios Nicanorem & Philotan ſcripſerat, recitat; haud
14 ſane indicium gravioris conſilii [14] praeferentem. Namque ſumma ejus haec erat:
primum [15] veſtri curam agite: deinde veſtrorum: ſic enim quae deſtinavimus, [16] effi-
15 *ciemus.* Adjecitque rex, *ſic eſſe ſcriptam, ut ſive ad filios perveniſſet; à conſciis poſ-*
16 *ſet [17] intelligi: ſive intercepta [18] eſſet; falleret ignaros. At enim [19] Dymnus, quum*
ceteros [20] participes ſceleris indicaret, Philotan non nominavit. hoc quidem illius non
innocentiae, ſed potentiae indicium eſt, quod ſic ab iis timetur etiam, à quibus prodi
17 *poteſt, ut [21] quum de ſe fateantur, illum tamen celent. Ceterum Philotan ipſius in-*
dicat

Variantes Lectiones.

1 Voſſ. 2. *periculum.* 2 Sic MSS. n. ſed D. Pal. 2. 3. Ald. Elz. alii *cum moneretur* Pal. 1. Bong. Grut. *cum moverentur.* 3 Mer. *ultimum.* 4 Sic Pal. 3. Ald. ſed Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. & reliqui Grut. & Bong. omittunt *non* mox iterum. 5 Pal. 1. *ſolus* Bong. Grut. *ſolitus.* 6 Iterum MSS. o. omittunt *non.* 7 Voſſ. 2. *regit* & diſtinguit poſt *animum.* 8 Ald. Mer. *mediae.* 9 Voſſ. 2. omittit *apud.* 10 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Grut. o. Bong. Lugd. Amſt. ſed Ald. & alii *ſperat* Pal. 3. *ſperat* ſed huic ſuperſcriptum *ſpirat*, alii *aſpirat.* 11 Mer. *mea* (*ſine liberis ſum.*) 12 Voſſ. 1. 2. Mer. *crat.* 13 Voſſ. 2. *nobis parentes, liberos.* 14 Grut. Voſſ. 2. Ald. Frob. Mer. Col. Baſ. *ferentem.* 15 F. *vobis.* 16 Ald. Mod. Frob. Mer. Col. Baſ. *faciemus.* 17 Leid. *intellegi.* 18 Voſſ. 2. *ſi eſſet.* 19 Voſſ. 2. *Divinus.* 20 Voſſ. 1. *particeps.* 21 Voſſ. 2. Bong. Grut. Ald. Pal. 1. 2. Frob. Mer. Col. Baſ. *dum.*

metu ſolus non timet, eo magis refert, nec mihi nec vobis timere. FREINSH.

Regis ſi periculo] A membranis haec ſunt, vulgo legitur, *iſte regis periculo cum moneretur, vultum non mutaret?* aliqua quidem ſententia, ſed non optima. & neſcio quid factum ſit, ut ſequentia omnia uſque ad illud *facinus* ab eiſdem membranis abſint, unica pro ipſis voce *occultum* ſuppoſita, hoc modo. *Iſte regis ſi periculo commoveretur vultum non mutaret? occultum facinus & avida ſpes regni &c.* Neſcio, inquam, neſcio, quid hic factum ſit, tantum ſuſpicor latere aliquid, quod in hoc tempore non capio. MODIUS. *Iſte.* Veram puto lectionem, quam & libri praeferunt: *Iſte ſi regis periculo commoveretur &c.* Longe certe deterior illa. *Iſte regis periculo cum moneretur.* Hoc enim vult efficere: Philotae non eſſe curae ſalutem regis, atque id deinde trahit in crimen conjurationis. FREINSH.

Avida ſpes regni] Videtur Curtius ante oculos habuiſſe iſtud Salluſtii: *Natura mortalium avida imperii, & praeceps ad explendam animi libidinem,* quae & multos praecipitavit. LOCCEN.

Capit, ſpirat] Editi *ſperat*, ſed ſic Apulejus, *jam jam ſurſum reſpicit, & Deam ſpirat mulier.* & Silius meus: *& fratrem ſpirat in armis.* MODIUS. *Spirat.* Hoc malui, quod calidius eſt, & *avidae* illi *ſpei* magis congruit: lentius erat illud vulgatorum, *ſperat.* FREINSH. Vulgo *ſperat*, Freinshemio debemus calidiorem vocem *ſpirat* prae lentiore vulgata. CELLAR. Et cur non Modio?

Orbitas] Nam illa contempta, & injuriae obnoxia, tamquam nullo vindice. Ut contra *liberi ſubſidia* ſunt *dominationi*, ut vocantur Tacito 1, 3, 1. Quem ad locum elegantiſſimi ingenii virum C. Forſtnerum vide. In eam ſententiam Euripides *τύραννοι παῖδες, ἔρυμα δώμασι*, id eſt, vertente Lipſio: *munimen aulae regii ſunt liberi.* Suetonius de Galba 17, 1. *Deſpectui eſſe non tam ſenectam ſuam, quam orbitatem ratus, Piſonem &c filiumque appellans produxit in caſtra.* & de eodem Tacit. Hiſt. 1, 16, 5. Hac de cauſſa Nerva, qui propter ſenectutem minime *honorabatur, ſed contemtus erat, in Capitolium conſcendit, ibique magna voce, Quod felix &c. Trajanum adopto.* Xiphilin. ex Dione. FREINSH.

Quod ſine liberis ſum] An non haec explicatiuncula vocis *orbitas?* FREINSH.

In vobis] Sic Clearchus ad ſuos milites: *Vos ego mihi patriam, vos amicos, vos ſocios duco; vobiſcum ubicumque fuero, honoratum me fore exiſtimo.* Xenophon Ἀναβάσ. l. 1. FREINSH.

Vobis ſalvis orbus eſſe non poſſum] Similiter Cicero ad Quintum fratrem l. 1. ep. 3. extr. *filiam meam, & tuam, Ciceronemque noſtrum, quid ego, mi frater, tibi commendem? quin illud moereo, quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas adfert, quam mihi, ſed te incolumi orbi non erunt.* Ceterum *orbus* hic ſingulariter ſonat, non qui liberos amiſit, ſed qui nullos genuit. CELLAR.

Conſo-

dicat vita. [1] *Hic Amyntae, qui mihi consobrinus fuit,* [2] *& in Macedonia capiti meo impias comparavit insidias,* [3] *socium se & conscium adjunxit. Hic* [4] *Attalo, quo graviorem*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *hec* Ald. Mod. Mer. Col. Bas. omittunt *hic.* 2 Voss. 2. *ei qui &.* 3 Voss. 1. *socium se & consocium* Mer. *socium & consocium.* 4 Voss. 2. *Artaleo.*

Consobrinus] Consobrini dicuntur, qui ex duabus sororibus geniti sunt, adeoque Amyntas ex sorore Olympiadis natus est, materque Amyntae matertera Alexandri fuit, & Alexander, rex Epiri, avunculus. Soror autem Olympiadis apud Justinum VII, 6. fuit Troas, quam Arisba, rex Molossorum duxerat: ita Amyntas Arisbae regis & Troadis filius, consobrinus Alexandri fuit. Vocat eumdem consobrinum diserte etiam Justinus l. XII. *tunc*, inquit, *Parmenion, & Philotas, tunc Amyntas consobrinus, tunc noverca fratresque interfecti, tunc Attalus, Euribochus, Pausanias, aliique Macedoniae principes exstincti occurrebant.* RADERUS. *Consobrinus.* Amyntas Perdiccae Maced. regis F. fuit sub tutela Philippi patrui. Filiae nuptiis ab eo honoratus, Alexandro successori vitae insidias parat, caede ejus regnum ad se retracturus: quibus detectis & poenas scelerati conatus luit, & in amicum Philotam, Parmenionis F. occultum Regis odium concitat. Polyaenus VIII, 59. Justinus. Orosius III, 14. Curtius pro sororio *consobrinum* Alexandri vocat, corruptis haud dubie exemplaribus. Reinecc. in regno Macedonico. Quod de *consobrino* apud Curt. dicit, idem & apud Justin. XII, 6, 14. & Oros. III, 18. exstat. Ergo nullum in scriptura mendum est; sed *consobrinus* pro patruele ponitur; quod à plerisque, & Trebatio, factum testatur Paulus in l. 10. de Gradibus. quomodo & Eutrop. lib. VI. M Lucullum, Lucii *consobrinum* vocat. Fallitur ergo & Raderus, qui inde argumentatur Amyntam Olympiadis sorore, & Arisba rege Molossorum genitum. Nam Perdiccae filium diserte facit Arrianus apud Photium, Polyaenus, & ipse Curt. VI, 10, 24. Non autem est Amyntas, qui Dario militavit, nam ille apud Memphim occisus est; alterum Alexander sustulit, ut ex Justino constat. Ille Antiochi filius fuit, Arrian. I, 6, 6. hic Perdiccae. An autem idem sit, qui cum Parmenione & Attalo in Asiam à Philippo praemittitur, apud Justin. IX, 5, 8. & Orosium III, 14. dubitari potest. FREINSH.

Attalo] Hujus Attali sororem Philippus pater, expulsa cum filio Olympiade, in matrimonium accepit. Plutarch. cap. 15. non sororem Attali, sed sororis filiam Cleopatram ductam ait, ita ut Attalus Cleopatrae avunculus fuerit. Odium autem Alexandri in Attalum inde exarsit, uti tradit Plutarchus: In nuptiis Cleopatrae, quam Olympiadi superinduxit, Attalus seu frater, seu patruus, seu avunculus sponsae, in epulo nuptiali cum vino incaluisset, hortatus est Macedones, ut justum à diis ex Philippo & Cleopatra regni exposcerent haeredem & successorem. quo dicto non immerito inflammatus Alexander: *Quid*, inquit, *scelus, nos tibi spurii videmur?* simulque cum dicto craterem, Lapitharum ritu in os Attali jaculatus est. Qua re incensus ipse Philippus, filium stricto ferro insecutus est, sed felici per iram & vinum casu, pede offenso prolapsus, Alexandro spatium dedit se subducendi, qui interim in patrem jocatus: *Hic*, inquit, *Macedones parabat ex Europa in Asiam transmittere, qui è lecto in lectum sine lapsu transire non potuit.* Indeque cum matre patria excessit, & Olympiadem in Epiro collocavit, ille in Illyricum se contulit, aegre inde à patre etiam vocante reductus. Idem Athenaeus XIII, 1. Attalus interim cum Parmenione & Amynta in Asiam adversus Persas missus, occiso Philippo, res novas moliri coepit, & regno tendere insidias, quod non ignorabat Alexander, qui illum submisso cum armatorum manu (immo dolo, non vi, caesus est Attalus.) Hecataeo in Asia sustulit. Quod describit Diodorus XVII, 5. Idem Attalus, impurissimum monstrum, Pausania juvene ludibrio convivarum objecto, occasionem praebuit Philippi regis occidendi, qui cum vindicare injurias Pausaniae de Attalo saepius questi negligeret, pro reo ipse reus poenas morte luit, ut Justinus IX, 7, 5. prolixe denarrat. RADERUS. Quod de Attali cum Philippo conjunctione varie traditur, alii Cleopatrae fratrem, alii patruum, avunculum alii faciunt id totum accidit ex ἀκυρίᾳ vocabulorum, quibus cognationum adfinitatumque gradus exprimimus. Cum enim à diversis auctoribus Cleopatrae vocetur ἀδελφὸς, ἀδελφιδοῦς, θεῖος, dispiciendum est, quo gradu proprie fuerit. Tradit Athenaeus lib. XIII. post pr. Cleopatram Attali fuisse ἀδελφιδῆν, quod reddiderunt neptem ex fratre, potuissent & ex sorore: (si Latini sic loquerentur) nam utrumque significat. Sed mirum hoc, quod Cleopatra sit Attali ἀδελφιδῆ, & idem Attalus eidem ἀδελφιδοῦς, ut vocatur à Diod. XVI, 94. & Gemisto. An igitur exemplum est l. 14. de Grad. Cognat. an & ἀδελφιδοῦς patruum significare potest? an errat Diodor. an vitium est in scriptura, & ἀδελφὸν dicere voluit, ut mox XVII, 2.? Hoc certe magis est, ut videatur. Scimus enim ἀδελφοῦ, ut & *fratris* vocabulum late protendi. Sic Salvatoris nostri fratres legimus, cum ipse nec consanguineum ullum haberet, nec uterinum. Sed ἀδελφὸν etiam de nepote ex fratre aut sorore dici memini, sic utique apud Gregoram III, 5. Theodora Theodori Imp. filia dicitur Asanis Bulg. regis ἀδελφὴ, soror, non ἀδελφιδῆ, neptis ex sorore, ut quidem

18 *viorem inimicum non habui, ſororem ſuam in matrimonium dedit.* [1] *Hic, quum ſcripſiſſem* [2] *ei, pro jure tam familiaris uſus atque amicitiae, qualis ſors edita eſſet Jovis* [3] *Hammonis oraculo, ſuſtinuit* [4] *reſcribere mihi:* ſe quidem gratulari, quod in [5] numerum deorum receptus eſſem: ceterum miſereri eorum, quibus vivendum
19 eſſet ſub eo, qui modum hominis excederet. *Haec ſunt* [6] *etiam animi pridem alienati à me & invidentis gloriae meae indicia:* [7] *quae quidem,* [8] *milites, quamdiu licuit, in animo meo* [9] *preſſi. Videbar enim* [10] *mihi partem viſcerum meorum* [11] *abrumpere,*
20 *ſi, in quos tam magna* [12] *contuleram, viliores mihi facerem. Sed jam non verba punienda ſunt; linguae temeritas* [13] *pervenit ad gladios. Hos, ſi mihi creditis, Philotas in me acuit. Id* [14] *ſi ipſe admiſit, quo me conferam, milites? cui caput meum credam?*

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 3. *nunc cum* Pal. 2. *huic cum.* 2 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Grut. o. Bong. *&c.* 3 Voſſ. 2. *Amonis* Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Pal. 1. Ald. *Ammonis.* 4 Ald. Frob. Mer. Col. Baſ. *ſcribere.* 5 Voſſ. 2. *numero.* 6 Leid. Voſſ. 1. Ald. *etiam pr. animi* Col. Baſ. Lugd. Frob. Amſt. *animi etiam.* 7 Voſſ. 2. omittit *quae* Fl. Leid. Ald. Frob. Mer. Col. Baſ. Lugd. Amſt. Elz. *quae equidem* Voſſ. 1. *qui equidem.* 8 P. *quamd. lic. mil.* 9 Voſſ. 2. *preſſit.* 10 P. omittit *mihi.* 11 Voſſ. 2. *arrumpere.* 12 P. *contumelia mihi facerem viliores.* 13 Voſſ. 2. Bong. Grut. *praevenit gladios.* 14 editt. pleraeque *ſi ipſum dimiſero* Ald. *ſi ipſum dimiſi* Fl. Leid. Voſſ. 1. D. *ſi ipſi admiſit* Voſſ. 2. *ſi mihi ipſi amiſit* Pal. 1. *is mihi ipſi admiſit* vel *dimiſit* Pal. 2. *ſi ipſe admiſit* Pal. 3. *ſi in ſpem admiſit* Bong. Grut. *ſi in ſpem admiſit* Mer. *ſi ipſe dimiſi.*

erat. Contra autem & ἀδελφὸν de fratre patruele dici animadverti, quomodo Plutarcho Alex. cap. 2. Arymbas eſt ἀδελφὸς Ὀλυμπιάδος, qui haud dubie ejuſdem *patruelis* fuit, ſi Juſtino VII, 6, 10. credimus. ſic infra Amyntas regis *frater* dicitur VI, 10, 24. Cicero Philipp. II, 38. *filiam ejus, ſororem tuam.* quae erat patrui filia. Adde Vellej. II, 8, 2. Pighium Annal. Rom. DCLXXVIII. ubi de Lentulo Sura. Ciceron. Ep. famil. V, 1. V, 2, V. 3. Eo ſenſu Auguſtin. epiſt. 170. ad Severinum: *ſecundum carnem fratres ſumus.* & apud Juſtin. XVII, 13, 16. *Alexandri* Epirotae *frater* dicitur *Aeacides*, quum patruelis eſſet. Θεῖος autem etiamſi avunculum à patruo non diſtinguat, tamen in gradu ſuo manet. Proinde definimus Attalum illum non fuiſſe fratrem Cleopatrae, non ejus fratre, vel ſorore genitum, ſed potius θεῖον, ſive μητράδελφον, ſive πατράδελφον: hunc tamen magis, quando & Athenaei verba eo inclinare videntur. FREINSH.

Hic Attalo. Attalus ille eſt, cujus ſororem vel ſororis filiam Cleopatram rex Philippus Olympiadi Alexandri matri ſuperinduxerat, & qui Alexandrum graviſſime offendit, quum ex illa ſucceſſorem Philippo precaretur. Poſt Philippi necem in Aſia per Parmenionem ſublatus eſt. Vide ſupplem. l. 1. n. 7. & 10. CELLAR.

Sororem in matrimonium dedit] Imo ipſe Parmenio filiam, conciliante opinor filio, dedit. Quaeris ſponſae nomen? Juxta tecum quaero. Plures habuit ſorores Philotas, alteram Attalo, alteram Coeno nuptam. RADERUS.

Viliores mihi facerem] Id eſt contemnerem, ut exponit Freinshemius. Quamquam non bene video, quomodo hic ſtare poſſit illa expoſitio. Agitur hic enim de poena, quam licet non ſine cauſſa poſſet ſumere de talibus, noluiſſe tamen ait. At hoc non eſt contemnere tales, ſed eis potius parcere, delictaque eorum diſſimulando tranſmittere. Itaque *viliores* hic intelligo demta priori auctoritate, per manifeſtationem criminum ejuſmodi, & neceſſario adjiciendam poenam. Qua ſi ſemel fuiſſent affecti, non poterant deinde haberi digni beneficiorum à rege in ipſos collatorum. Atque ſic videtur accepiſſe locum hunc, & ſcribam codicis Palatini, qui addidit. *contumelia mihi facerem viliores.* SCHEFFER. *Viliores mihi facerem.* Aſpernarer, contemnerem. Ovid. Heroid. III. vſ. 41.

Qua merui culpa fieri tibi vilis Achille.

CELLAR.

Si ipſum dimiſero] Mirum quid ſibi quaerant membranae cum hac ſcriptione, *ſi admiſit, quo me conferam?* MODIUS. *Id ſi ipſe admiſit.* Pronomen à praecedenti voce repetii, cetera à MSS. Editi *ſi ipſum dimiſero*, ſenſu non quidem inepto: ſed qui longius abit à libris. Quem nos elicimus, Antipatri eſt apud Plutarch. Apophthegm. cap. 50. qui *occiſum ab Alexandro Parmenionem cum audiviſſet, dixit: Si Parmenion inſidiatus eſt Alexandro, cui tandem credendum erit?* FREINSH.

Equitatui] In proelio Iſſico, *Univerſo equitatui ſociorum Philotas Parmenionis F. praeerat.* Arrianus III, 2, 23. qui tamen τῶν ἑταίρων dixit, quod interpretes *ſociorum.* Sed illud ἑταίρων *amicorum* reddere debuerant, ut in aliis ejuſdem auctoris locis, III, II, 27. & VII, 4, 32. jam inter has notas animadverti. idque vel ex hoc Curtii loco clareſceret. *optimae exercitus parti, principibus nobiliſſimae juventutis.* Vides de Macedonibus ſentire regem. ergo & apud Arrianum evidenter diſtinguuntur. cum enim hunc *amicorum* τῶν ἑταίρων equitatum jam in dextro cornu collocaſſet; ſtatim n. 24. *ſocios* equites, τοὺς ξυμμάχους poſuit. FREINSH.

Unum

credam? Equitatui, optimae exercitus parti, principibus nobilissimae juventutis unum 21
praefeci: salutem, spem, victoriam meam fidei ejus tutelaeque commisi. [1] *Patrem in* 22
idem fastigium, in quo me ipsi posuistis, admovi: [2] *Mediam, qua nulla opulentior*
regio [3] *est; tot civium sociorumque millia imperio ejus ditionique subjeci. Unde prae-*
sidium petieram, [4] *periculum* [5] *exstitit. Quam feliciter in acie* [6] *occidissem, potius* 23
hostis praeda, quam civis victima? nunc servatus ex periculis, quae sola timui,
in haec incidi, [7] *quae timere non debui. Soletis identidem à me, milites, petere,* 24
ut saluti meae parcam. Ipsi mihi praestare potestis, quod suadetis ut faciam. ad vestras
manus, ad vestra arma confugio: invitis vobis [8] *salvus esse nolo; volentibus, non pos-*
sum, nisi vindicor. Tum *Philotan*, religatis post tergum manibus, [9] obsoleto ami- 25
culo velatum, jussit *induci*. Facile adparebat, [10] motos esse tam miserabili habitu,
non sine invidia paullo ante conspecti. Ducem equitatus pridie viderant; sciebant, 26
regis interfuisse convivio. repente [11] non reum modo, sed etiam damnatum,
[12] immo [13] vinctum, intuebantur. Subibat animos Parmenionis quoque, tanti 27
ducis,

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *partim.* 2 P. B. 1. Pal. 3. Fl. Leid. Voss. 1. *Media.* 3 Fl. Leid Voss. 1. Pal. 3. D. à secunda manu Bong. *est, & tot.* 4 Bong. *in periculo* Pal. 1. Bong. Grut. *periculumque.* 5 Ald. Frob. Mer. Col. Bas. Amst. Lugd. Elz. *existit.* 6 Voss. 2. *cecidissem.* 7 Voss. 2. omittit *quae.* 8 Mer. *salvum.* 9 Voss. 2. *absoletum.* 10 Ald. *motus.* 11 Sic Pal. 3. sed Ald. Mer. Col. Bas. Elz. alii *non reum quidem modo, sed* B. 2. omitit *non* B. 1. adscripsit orae *non solum* Fl. Leid. Voss. 1. *rep. reum quidem sed* & sic D. Bong. cui à manu aliena *non reum* quomodo etiam in Voss. 2. Pal. 1. 2. 12 B. 1. 2. *inmo.* 13 Leid. *victum.*

Unum] Addit hoc non temere diligentissimus auctor. sed quia post Philotae necem duos deinceps rex praeposuit, idem consilium sequutus, quo & Aegypti administrationem pluribus credidisse supra notavimus. Docet hoc unus, quod sciam, Arrianus III, 5, 24. *Post haec Alexander equitatui duos ex amicis Hephaestionem Amyntoris filium, & Clitum Dropidis praefecit, divisisque in duas partes sociorum copiis (neque enim Philotam volebat tot equitibus, qui alioqui praestantissimi totius equitatus & dignitate, & bellica virtute erant, solum praefectum esse) ad eos pervenit &c.* Ubi iterum pro *sociorum* copiis, *amicorum* lege; & adverte simile Curtianae observationi, de eorum dignitate & praestantia elogium. Ceterum quid est illud de Philota, quem jam occisum narraverat? De eone ultra jam quaestio esse potest, quotae copiarum parti praeponatur? Graeca sic habent; ὅτι οὐδὲ Φιλώταν ἂν ἠβούλετο ἕνα τοσούτων ἱππέων &c. ἐξηγεῖσθαι. Vanum est dicere, ne Philotae quidem, dum viveret, totum eum equitatum commisisse: contrarium enim & ipse Arrianus jam affirmavit, & ad finem Philotae sic fuisse Curtius hic, & n. 26. indicat. Hoc quoque loco de ea re non cogitare Arrian. patet; nam Philotae morte exposita, tum demum de successoribus ejus, & divisa in duos potestate loquitur. Credo scripsisse; ὅτι οὐδὲ φίλων ἂν ἠβούλετο ἕνα &c. *neque enim quemquam amicorum volebat unum tot equitibus &c. praefectum esse.* Nimirum Philotae negotio monitus nolebat in unius deinceps manu tantam esse vim copiarum; ut si movere quid vellet, regi possit esse formidabilis. FREINSH. Mallem, *unum eum praefeci.* Longe profecto cordatior sic, atque validior esset oratio. SCHEFFER.

Petieram] Bongars. *petieram in periculo*, auctius: & ut opinor melius. FREINSH.

Non reum modo] Praeclari nostri nugaevenduli, qui editionibus praefuerunt: *non reum quidem modo, sed etiam damnatum, immo vinctum intuebantur.* MODIUS.

Immo vinctum] Hoc enim aliquanto amplius est, quam damnatum. Damnati enim demum vinciebantur exsecutionis gratia, si soluti caussam dixissent. Unde intelligas cur Philotas infra VI, 10, 4. dicat: *vincti hominis non supervacuam solum, sed etiam invisam defensionem esse, quae judicem non docere videatur, sed arguere.* quippe qui jam praedamnasset reum. Et Amyntas VII, 1, 20. *sine praejudicio dicimus caussam, liberis corporibus.* Saepe tamen & ex vinculis caussam dicebant, praesertim in gravioribus criminibus: & ubi suspicio suberat, ne fugeret reus, aut per vim eximeretur. Caesar de bel. Gal. I, 4. Helvetii *moribus suis Orgentorigem ex vinculis caussam dicere coëgerunt.* Quod quamquam moribus Helvetiorum tribuat, idem tamen & apud Romanos saepe observatum est. Sane D. Paulum, quamquam civis Rom. esset, ex vinculis caussam dixisse, constat ex Actor. 26, 29. Item Vibium Serenum ex Tac. IV, 28, 4. & Pleminium Liv. XXIX, 19, 5. item apud alias nationes, vide Xenophont. pag. 450. D. Unde pro re absurda apud Plautum Trucul. 4, 3, 62.

Callicles, vide quaeso homini ne facias injuriam.
Reus solutus caussam dicit: testes vinctos attines.

In priori versu legendum omnino est, *vide quaeso mihi,*

ducis, tam clari [1] civis, fortuna: [2] qui modo duobus filiis, [3] Hectore [4] & Nicanore, orbatus; cum eo, quem [5] reliquum calamitas fecerat, absens diceret
28 caussam. Itaque Amyntas, [6] regis [7] praetor, [8] inclinatam ad misericordiam concionem rursus aspera in Philotan oratione commovit. *Proditos eos esse barbaris: [9] neminem ad conjugem suam, neminem in patriam, & ad parentes fuisse redituram. velut truncum corpus dempto capite, sine spiritu, sine nomine, [10] aliena terra*
29 *ludibrium [11] hostis futuros.* Haudquaquam [12] pro spe ipsius, Amyntae oratio grata regi fuit: quod conjugum, quod patriae admonitos, pigriores ad cetera [13] mu-
30 nia exsequenda fecisset. Tunc Coenus, quamquam Philotae sororem [14] matrimonio secum conjunxerat, tamen acrius quam quisquam in Philotan invectus est:
31 *parricidam esse regis, patriae, exercitus* clamitans: saxumque, quod [15] forte ante pedes jacebat, [16] eripuit, emissurus in eum; ut plerique credidere, tormentis subtrahere cupiens. sed rex manum ejus inhibuit, [17] *dicendi prius caussam debere*
32 [18] *fieri potestatem reo, nec aliter judicari passurum se* adfirmans. Tum dicere [1] jussus

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 1. *cujus.* 2 Voss. 2. omittit *modo* Grut. o. vet. ed. Mediol. B. 1. *quo modo* F. *quomodo* Fl. Leid. P. B. 2. *qui quomodo.* 3 D. *Haectore* Voss. 2. *Filota.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. Grut. o. *ac N.* 5 P. *cal. reliq.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Grut. o. & Bong. *regius.* 7 Voss. 2. Pall. o. Bong. Grut. *praefectus.* 8 Sic MSS. n. Grut. Bong. Frob. Mer. Bas. Col. vulgo *inclinantem* Ald. *inclynatam.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & Grut. o. omittunt *neminem.* 10 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Mer. sed vulgo *in aliena.* 11 B. 1. *hostes* Bong. Gruteri *hostibus.* 12 vulgo *pro re* Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Mer. Col. Bas. *prospere* Voss. 2. Grut. o. *pro specie* alii *prosper.* 13 Voss. 2. *munimina.* 14 Pal. 1. 2. Bong. Grut. *in matrimonio.* 15 Voss. 1. *fortae* Ald. Mer. Col. Bas. *ante forte.* 16 Sic MSS. nostri D. Pal. 3. Ald. alii *arripuit.* 17 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. D. Pal. 1. Bong. Grut. sed Ald. B. 1. & vulgo *dicendae prius caussae.* 18 Mer. Ald. *fieri reo potestatem* Fl. Leid. Voss. 1. vulg. omittunt *reo.*

mihi, pro *vide quaeso homini*, quod obiter moneo. Sueton. Nerone cap. 36, 3. *Conjurati è vinculis triplicium catenarum dixere caussam.* Sic L. Cornelia cavebatur, ut occiso domino, *de his, qui ante quaestionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inveniantur, lege de Sicariis judicium fiat: ita ut ex vinculis caussam dicant.* Et l. 2. de Custod. reor. servus capitali crimine postulatus, si non defendatur, ex vinculis caussam dicere jubetur. Ex quibus tamen animadvertas regulariter non ita fuisse; sed ut soluti responderent. Hinc igitur illa Philotae vincula, quod jam judicio regis praedamnatus esset: hinc & obsoletum illud amiculum, cui falso aliam caussam attribuunt. FREINSH.

Qui modo] Alii habent, *quo modo*, alii, *qui quo modo*, quod posterius non displicet. Nisi malumus servata lectione recepta punctum interrogationis collocare post vocabulum *caussam*, & illud *qui* pro *quomodo* explicare, ut cohaereat *qui caussam diceret absens*, id est, quo modo posset dicere caussam cum filio, cum sit absens, haecque omnia ignorat. SCHEFFER.

Hectore & Nicanore] Hector Nilo mersus interierat, l. IV. c. 8, 7. Nicanor morbo decesserat VI, 6, 18. CELLAR.

Cum eo quem] Membranae, *cum is, quem reliquum calamitas fecerat, absente diceret caussam.* scilicet esse & illis suas culpas. MODIUS.

Amyntas] Si diligenter rem introspicias, satis apparebit non esse pro eodem habendum, qui infra ab initio lib. VII. caussam dicit. Est & alius Amyntas Arrhabaei filius apud Arrian. 1, 4, 17. & 1, 5, 7. ubi de pugna ad Granicum. FREINSH.

Fuisse rediturum] Illud *fuisse* à sciolo adjectum, nam antecedit *proditos esse*, non *fuisse.* SCHEFF.

Pro spe] Alii *pro re*, quidam conjunxere utramque lectionem *prospere:* Sed illa vera est. Amyntae oratio haudquaquam pro spe ipsius grata regi fuit. Omnia hic clara sunt. FREINSH. *Pro spe.* Recte formavit Freinshemius. Nam impressi habent *pro re.* licet Virgilius dixerit lib. IV. Aen. vs. 337. *Pro re pauca loquar.* & Terent. *Pro re nata fieri melius non potuit.* tamen minus concinne conjungitur *pro re* cum relativo *ipsius*, quam hoc, *pro spe.* sic *pro tempore*, *pro materia* & similia apud Latinos. Adi J. Fr. Gronovium ad Livium l. 1. c. 21.

Manum ejus] Alia & scriptura, & distinctio est in editis, *saxumque quod forte ante pedes jacebat, arripuit, emissurus in eum, ut plerique credidere, tormentis subtrahere cupiens. Sed rex manum ejus inhibuit, dicendae prius caussae debere fieri potestatem, nec aliter judicari passurum se affirmans*, partim male, partim mediocriter, partim pessime. MODIUS. *Dicendi caussam.* hoc malui. sic supra l. IV, 3, 22. *sacrum repetendi.* FREINSH.

Dicere jussus] Quid aliud facerem non habebam, nec videor tamen mihi male fecisse, membranae (vulgatos enim libros, in quibus erat, *tum dicere rursus permissus Philotas*, nihil moror) membranae inquam

[1] juſſus Philotas, ſive conſcientia ſceleris, [2] ſive periculi magnitudine amens &
adtonitus; non adtollere oculos, non hiſcere audebat. Lacrimis deinde manan- 33
tibus, linquente animo in eum, à quo tenebatur, incubuit: [3] abſterſiſque amicu-
lo ejus oculis, paullatim [4] recipiens ſpiritum ac vocem, dicturus videbatur. Jam- 34
que rex, intuens eum, *Macedones*, inquit, *de te judicaturi ſunt: quaero, an pa-
trio ſermone ſis apud eos uſurus.* Tum Philotas, *praeter Macedonas*, inquit, *pleri-* 35
*que adſunt, quos facilius, quae dicam, percepturos arbitror, ſi eadem lingua fuero
uſus, qua tu egiſti. non ob aliud, credo, quam ut oratio tua* [5] *intelligi* [6] *poſſet à plu-
ribus.* Tum rex, [7] *ecquid videtis,* [8] *adeo etiam ſermonis patrii Philotan* [9] *taedere?* 36
[10] *ſolus quippe faſtidit eum* [11] *dicere. Sed dicat ſane utcumque* [12] *cordi eſt; dum me-
mineritis, aeque illum à noſtro more,* [13] *atque ſermone abhorrere.* Atque ita [14] con-
cione exceſſit.

VARIANTES LECTIONES.

1 Vulgo *rurſus permiſſus* & ſic Pal. 3. Ald. *rurſu perm.* B. 1. *rurſus* omiſſo *permiſſus* Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Pal. 1. 2. D. Bong. Grut. *orſus* omiſſo *permiſſus.* 2 vulgo *ſeu.* 3 Voſſ. 2. *exterſiſque* P. *abſterſoque.* 4 Voſſ. 2. *reſpiciens.* 5 Leid. Voſſ. 1. *intellegi.* 6 Voſſ. 2. *poſſit.* 7 Voſſ. 1. 2. B. 2. *haec quid* P. *en quid.* 8 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Gruter. B. 2. ſed Pal. 3. Ald. alii *odio* B. 1. *ido* & ſuperſcr. *odio.* 9 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Grut. Bong. *tedere* vulg. editt. *teneri.* 10 Mer. *ſolum.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 2. D. Bong. *diſcere.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Pal. 2. 3. Bong. *ei cordi.* 13 Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Pal. 1. 2. Bong. *quo à* Voſſ. 2. B. 1. Pal. 3. *quam à.* 14 Voſſ. 2. *à concione.*

inquam habebant, *tum dicere ſus Philotas*, unde quid potius ſcribendum conjicerem, quam quod excuſum eſt? praeſertim cum alibi in ſimili re dicat Curtius, *Igitur Alexander ex cuſtodia educitur: juſſuſque dicere, quamquam &c.* MODIUS.

Patrio ſermone] De Macedonum lingua Athenaeus III, 33. *Atticos etiam pleroſque novi, eo quod cum Macedonibus verſati ſint & permixti, à Macedonicis vocibus & loquendi proprietate non abhorrere.* Strabo quoque cum ſubjectas Macedonibus gentes enumerat, pleraſque duplici ſermone uſas ſcribit, patrio nempe, & Macedonico. Quod vero Lazius de Graecia tradit, parum à vero arbitror, Macedonum & Graecorum linguas tam diſtinctas fuiſſe, quam ſint hodie Latina & Germanica. Omnes ſcriptores, qui de dialectis Graecae linguae agunt, Macedonicam inter Graecas numerant, niſi quod ſingulari dialecto, ut Laconica, Boeotica, Sicula, cum reliquis uteretur. Facile tamen conceſſerim rudes literarum Macedones elegantem & Atticum ſermonem non intellexiſſe, nec Atticos Macedonum, ut hodie, qui in principum palatiis verſantur, aegre Helvetiorum, qui in agris dumtaxat vixerunt, nuſquam umquam emigrarunt, aut peregrinati ſunt, voces aſſequuntur, nec Helvetii palatinorum. Quemadmodum & vulgaris Graecorum hodierna, non parum diſtat ab erudita, ut aegre ſe mutuo intelligant: videturque communis Graecorum ἡ κοινή. RADERUS.

Patrii ſermonis] Cujus uſum diligenter retineri, ex dignitate populorum eſt. ut oſtendit Clapmar. de Arc. rerump. III, 22. De Latinae linguae obſervantia apud Rom. Lipſium de recta Pronunc. L. L. conſulito. FREINSH.

Taedere] Veram puto ſcripturam aliorum Codd. *Ecquid videtis adeo etiam ſermonis patrii Philotam taedere.* Certe rotundior eſt, & omnino melior; ideo recepi. Ut prius fuerit, in variis reperies. FREINSH.

Solus quippe faſtidit eum dicere] Libri manu ſcripti, *ſolum quippe faſtidit eum dicere*, ſed inutili plane ad hanc rem ſententia. MODIUS. *Eum.* Non damno *eum*, malo tamen *eo.* *Dicere* eſt cauſſam agere. Nolebat ſcilicet agere patrio ſermone. ACIDALIUS. Approbante Radero. Poſſit etiam legi *faſtidit eum.* expuncto *dicere.* FREINSH. *Faſtidit eo dicere.* Ita Acidalius, quem Tellierus ſequitur. Vulgo *eum*, pro *eo.* Freinshemius cenſet legi etiam poſſe *faſtidit eum*, expuncto *dicere.* CELLAR.

CAPUT X.

Apologetica Philotae oratio, qua conjurationis accusationem pro lite refellit.

1 Tum Philotas, *Verba*, inquit, *innocenti reperire facile est; modum verborum*
2 *misero tenere difficile. Itaque inter optimam conscientiam, & iniquissimam for-*
3 *tunam destitutus, ignoro,* [1] *quomodo* [2] *& animo* [3] *meo, & tempori* [4] *paream. Abest*
quidem optimus caussae meae judex: qui cur me ipse audire noluerit, non me hercule
[5] *excogito; quum illi* [6] *utrimque cognita* [7] *caussa tam damnare me liceat, quam absolve-*
re; non cognita vero liberari [8] *ab absente non possum,* [9] *qui à praesente damnatus sum.*
4 *Sed quamquam vincti hominis non supervacua solum, sed etiam invisa defensio est,*

[1] *quae*

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. D. Pal. 1. 2. Fl. Leid. Voss. 1. *& quomodo.* 2 Voss. 2. *& quo animo.* 3 Voss. 2. *in eo obsequar &.* 4 B. 1. omittit *paream.* 5 Voss. 1. *exquogito.* 6 Sic Fl. Leid. Voss. 1. Bong. D. Pal. 1. Lugd. sed pleraeque editt. *utique* Voss. 2. *utcunque* Amst. *utrumque.* 7 Voss. 1. *caussata.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Grut. o. Ald. Mer. omittunt *ab.* 9 Ald. *quin à* Voss. 2. omittit *à* Elz. *quia.*

Modum verborum] Tacit. Ann. IV, 69, 3. *Quando moesta, ubi semel prorupere, difficilius reticentur.* Appian. in Pun. de Hannone. ἅιτε γὰρ συμφοραὶ ποιοῦσι μακρολόγους; *miseriae disertos* (loquaces) *faciunt.* RADERUS. Sic apud Thucydid. III, 9, 32. Plataeenses: *Hominibus in hanc conditionem redactis, ut necessarium, ita difficillimum est finem loquendi facere, quia cum fine loquendi finiri vita periclitatur.* Synesius Epist. 119. οὐδὲν γὰρ ἂν γένοιτο τοῦ παθόντος ῥητορικώτερον. *Nihil enim possit eo esse, qui perpessus sit, disertius.* In eamdem sententiam Nazianzenus: οὐδὲν τοῦ πάσχειν εὐρετικώτερον. FREINSH.

Utrimque cognita] Ita habent omnes scripti codices; in excusis tamen erat, *cum illi utique cognita caussa.* MODIUS. Quid ita Modius *utrimque* maluerit, quam quod in excusis esse idem notat, *utique*, non mehercule exputo. Vix illud interpretere ullo pacto ut quadret: hoc rei convenientissimum omnibus modis. Nec ego jam quidquam dubito reponere, qui illud tamen dubito adhuc leviter, an non & sequentia, quae τελείᾳ στιγμῇ nunc disjuncta, tenore uno continuanda: *cum illi utique cognitâ caussâ tam damnare me liceat quam absolvere; non cognitâ vero liberari ab absente non possim, qui a. p. d. sum.* ACIDALIUS. *Utrimque.* Legerim cum Acidalio *utique.* Possit tamen ferri etiam Modiana scriptura, *utrimque*, hoc sensu; cum illi utrimque ex accusatione & defensione cognita, seu ab accusatoribus & defensoribus agitata caussa. RADERUS. Alias de Alex. tradit ex Plutarcho cap. 75. Zonaras, tomo II. eum consuevisse, dum accusator diceret, aurem altera manu obstruere, reo se illam servare professum. Cujus hic non fuit memor. FREINSH. *Utrimque.* Id est, ex accusatione & defensione cognita, inquit Raderus: atqui nulli tales hic accusatores. Rex ipse accusabat. Rei ceteri adeo non accusabant, ut ne nominarint quidem. Mallem igitur *utrumque.* Sed quia MSS. hoc ignorant, ideo vera lectio censenda *utique.* SCHEFFER.

Non cognita vero] Delirant hic membranae, in quibus legitur: *nam si cogitavero liberari absente illo non possum, quo praesente damnatus sum.* MODIUS.

Sed quamquam vincti hominis non supervacua solum, sed etiam invisa defensio est &c.] Non arguta magis haec quam vera lectio: quam tamen ita esse non potui persuadere cuidam, in aliam sententiam, non minus equidem acutam, Curtio tamen alienam, transpositione & correctione non prorsus inepta, sed omnino supervacua, torquenti. Legi ille sic volebat, & debere pertendebat: *sed quamquam vincti hominis non invisa solum, sed etiam supervacua defensio est, qui judicem non docere videtur, sed se arguere.* Nempe, ajebat, qui vinctus caussam dicit, praejudicio vinculorum se magis ipsum arguit, quam oratione judicem instruit. Atque hinc proximo libro Amyntas, vinculis solutus, eleganter: *sine praejudicio dicimus caussam, liberis corporibus animisque: habitum etiam in quo te comitari solemus reddidisti.* Aciem hominis vide: sed teneat ipse hoc, quamdiu volet, & amet suum solus sine rivali, nobis hebetioribus acumen placet expressae figurae, magis acre & penetrans, & prorsus à mucrone ingenii Curtiani. Vincti hominis defensionem liquet esse supervacuam, utpote jam damnati. eadem autem cur invisa? non enim docere videtur judicem, sed arguere. Quomodo tamen arguere? vinctus reus cum se defendit, judicem sane arguit & accusat, à quo injuste damnatus vult videri. Damnati excusatio judicis accusatio est. Et huic tamen sensui conveniunt, quae in altero orationis membro: à quibus abhorret nimium

quan-

[1] *quae judicem non docere videtur, sed arguere; tamen* [2] *utcumque licet* [3] *dicere, me-*
met ipse non deseram, nec committam, ut damnatus etiam mea sententia videar. Equi- 5
dem cujus criminis reus sim, non video. inter conjuratos nemo me nominat: de me Ni-
comachus nihil dixit: Cebalinus plus quam audierat, scire non potuit. Atqui conjura- 6
tionis caput [4] *fuisse credit rex! potuit ergo Dymnus eum praeterire,* [5] *quem sequebatur?*
praesertim quum quaerenti socios, [6] *vel falso fuerim nominandus; quo facilius, qui*
[7] *verebatur, posset impelli. Non enim* [8] *detecto facinore nomen meum praeteriit, ut* 7
posset videri socio pepercisse; sed [9] *Nicomacho, quem taciturum arcana* [10] *de semetipso*
crede-

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Bong. D. Pal. 1. 3. *qui.* 2 Bong. Grut. Mer. *utrumque.* 3 Fl. Leid. Voss. 1. Grut. o. Ald. Col. Frob. Mer. Bas. *me dicere* Pal. 3. *me docere.* 4 Leid. Voss. 1. 2. Bong. D. Pal. 1. Mer. *fecisse.* 5 Voss. 2. P. F. Col. Mer. *quem insequeb.* D. *quae inseq.* Bong. Grut. Pal. 1. *que insequebatur.* 6 Mer. omittit *vel.* 7 Sic Ald. Bong. omittit F. Fl. Leid. Voss. 1. *qui temptabatur* Mer. *qui tenebatur* Voss. 2. ut pleraeque editiones *qui tentabatur.* 8 Voss. 2. *dejecto.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & omnes editt. excepta Amst. *Nicomachus* Pal. 3. *se Nicomach.* 10 Amst. *cred. de sem. ipso.*

quantum, imo cum quibus directo pugnat alterius, quem me deserere sentio, nova lectio & interpretatio. ACIDALIUS.

Vincti hominis invisa defensio] Galtherus: *Infirma hominis defensio vincti.* Male. Emendandum *Invisa hominis defensio vincti.* Sequentium verborum sensus postulat: *Judicem enim non docere videtur, sed arguere.* idque ideo, quia vinctus jam videtur praedamnatus. Consule Polletum Fori Rom. l. IV. c. 6. LOCCENIUS. *Sera post damnationem innocentiae defensio est.* Quinctil. Decl. 372. Senec. Med. 198. *Vox constituto sera decreto venit.* οὐ γάρ ἐστιν ἐν καιρῷ τοῖς ἀτυχοῦσι ἀντιλογία. Appian. in Punic. Ovid. Metam. IX, 371. *Si qua fides miseris, hoc me per numina juro Non meruisse nefas.* Vide Gruter. Not. ad Senec. t. 1. p. 964. FREINSH.

Quae judicem] *Qui judicem* membranae, perinde est. MODIUS.

Utcumque licet dicere] Nescio, an non aliquid hic absit. Ego certe puto, Curtium scripsisse, *tamen utcumque cum liceat dicere*, ut sit sententia, cum tamen mihi sit qualiscumque tandem venia dicendi concessa. SCHEFFER.

Vel falso] Sic Catilina *nominat socios: praeterea multos cujusque generis innoxios, quo legatis animus amplior esset.* Sallust. Cat. 40, 9. FREINSH.

Verebatur] Sic Aldus, quod retineo. Sensus est, eum, qui dubitabat, metuebat se jungere. FREINSH. Qui metuebat se jungere, inquit Freinshemius. sed illud *vereri* sic poni simpliciter haud existimo. itaque cum plerique libri MSS. consentiant in vocem *tentabatur*, eam praeferrem. *Tentari* eleganter dicitur, qui adduci ad negotium difficile, neque fat honestum quaeritur. SCHEFFER. *Qui verebatur.* Mira hoc loco lectionis diversitas, sensu aeque diverso, quae tamen utraque percommoda eidem actioni, sed diverso modo. Aldus ex suis Codd. exhibet *verebatur* suffragante Bongarsio. reliqui MSS. *tentabatur* habent, quod vulgo obtinuit. Et sane illud *tentabatur* nemo tentaret, nisi fidem faceret varia lectio. nec facile quis alterutrum eligens persuadeat plane. placet tamen magis, nescio unde, cum Cl. Freinshemio legere *verebatur*, etiamsi obstet Doctiss. Schefferus, qui videtur vereri, ut hoc verbum sic simpliciter sumatur apud Latinos. Terent. Adelph. Act. 5. sc. 3. vs. 41. *Video sapere, intelligere, in loco vereri.* Sic in fragmentis Petron. *commissa verens reserare minister.* Virg. l. VI. Aen. vs. 313.

Nec veriti dominorum fallere dextras.

neque hoc opus est, quum *vereri* significet *in metu mali esse ab aliquo.* ut explicat summus Perizonius ad Sanctii Minervam p. 281. & certe ellipsis hoc loco clara est, *verebatur* sc. *dolos, insidias, malum, vitae suae, ne quid inde, culpam admittere, ut tuto faceret*, & similia, quae obvia passim. Imo si etiam passive malit quis sumi, *verebatur* sc. ne proderet rem, habebit auctoritatem A. Gellii l. XV, 13. Qui hoc verbum communibus adsignat. sed nec illud hoc loco desideratur.

Socio pepercisse] Hic locus corruptissimus ab interpunctione, sic legitur vulgo, *non enim detecto facinore nomen meum praeteriit, ut posset videri socio pepercisse Nicomachus, quem taciturum arcana de semet ipso credebat. Confessus &c.* MODIUS. Olim per interrogationem efferenda mihi videbantur haec: alia nunc mens attentius consideranti. Majus enim vitium, nec in distinctione tantum, sed ipsa scriptura. Ut Nicomachus subtraxisse Philotae nomen dicatur, ineptum, neque quidquam cohaeret locus, si sic amplius feramus. ut apte ex se apta omnia, sic locum integrum rescribe: *Atqui conjurationis caput me fuisse credit rex. Potuit ergo Dymnus eum praeterire, quem sequebatur? praesertim quum quaerenti socios vel falso fuerim nominandus, quo facilius, qui tentabatur, posset impelli. Non enim detecto facinore nomen meum praeteriit, ut posset videri socio pepercisse: sed Nicomacho, quem taciturum de semet ipso credebat confessus aliis nominatis, me unum subtrahebat. Quaeso, commilitones, si Cebalinus non me-*

8 *credebat*, [1] *confessus, aliis* [2] *nominatis, me unum subtrahebat. Quaeso, commilito-*
nes, si Cebalinus me non adisset; nihil me de conjuratis scire voluisset; num hodie di-
9 *cerem caussam nullo me nominante? Dymnus sane &* [3] *vivat adhuc, &* [4] *velit mihi*
[5] *parcere. quid ceteri?* [6] *qui de se confitebuntur, me videlicet* [7] *subtrahent! Maligna* [8] *est*
10 *calamitas; &* [9] *fere* [10] *noxius* [11] *quum suo supplicio crucietur, adquiescit alieno. Tot*
conscii, [12] *ne in* [13] *equuleum quidem impositi verum fatebuntur? Atqui nemo parcit mo-*
11 *rituro; nec* [14] *cuiquam moriturus, ut opinor. Ad verum crimen, & ad unum* [15] *rever-*
tendum mihi est. Cur rem delatam ad te tacuisti? cur tam securus audisti? hoc quale-
cumque est, confesso mihi ubicumque es Alexander, remisisti: dextram tuam amplexus
12 [16] *reconciliati pignus animi, convivio quoque interfui. Si credidisti mihi; absolutus*
sum: si pepercisti; dimissus. vel judicium tuum serva. [17] *Quid hac proxima nocte,*
qua digressus sum à mensa tua, feci? quod novum facinus [18] *delatum ad te mutavit*
animum tuum? gravi sopore adquiescebam, quum me malis [19] *indormientem meis* [20] *ini-*
13 *mici vinciendo* [21] *excitarunt. Unde & parricidae & proditori tam alta quies somni?*
Scele-

VARIANTES LECTIONES.

1 P. *confessis.* 2 Fl. *nominatus* & sic F. D. à manu prima. 3 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Grut. & Bong. Mer. *viveret.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. D. Bong. Pal. 1. Mer. *velut* P. *vellet.* 5 Leid. F. Mer. *parceret* Voss. 1. B. 2. *parceri* Voss. 2. P. *parcerent.* 6 P. *quid de.* 7 P. 1. *subtrahunt* Voss. 2. *subtraherent.* 8 Sic MSS. sed pleraeque editt. omittunt *est.* 9 alii *vere.* 10 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Frob. Col. Mer. Bas. sed vulgo *noxia.* 11 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Grut. o. Ald. Col. Frob. Mer. Bas. sed vulgo *cum quis suo suppl. acquiescit pro alio cruciatus.* 12 Leid. Voss. 1. 2. Bong. D. Pal. 1. 3. *nec* Mer. omittit *ne.* 13 Voss. 1. Ald. *eculeum* Amst. Lugd. alii *equuleo q. positi.* 14 Voss. 2. Pal. 1. Bong. Grut. *cuidam* Pal. 2. *quidem* Pal. 3. *quoiquam.* 15 Lugd. Amst. alii *praevertendi.* 16 Voss. 2. *reconciliasti.* 17 Leid. *quid ac* Voss. 1. *qui hac.* 18 P. *ad te delatum.* 19 Voss. 2. *indormiente.* 20 Voss. 2. omittit *inimici vinciendo.* 21 Leid. Bong. *excitaverunt.*

me adisset &c. Ita Curtius, ita Philotas voluit, qui ista scilicet, *unum me subtrahebat*, per εἰρωνείαν. ACIDALIUS.

Sed Nicomacho] Ipsa certissima historiae necessitas coëgit ut hanc Acidalii conjecturam reciperem. antea fuerat: *pepercisse. Nicomachus*, inepte, & falso. Lectionem Acidal. firmat & Pal. 3. quodammodo: qui habet *se Nicomachus.* FREINSH.

Adisset, nihil me] Lego *adisset, & nihil*, conjunctionem intercepit ultima syllaba verbi *adisset.* nam ut à Curtio per figuram credatur omissa, caussa nulla est, cum figura nullum hic habeat usum, quippe quae vix soleat adhiberi, nisi ubi concitate quid dicendum. SCHEFFER.

Et fere noxius] Editi libri, *vere noxius*, pessime. MODIUS. Locum hunc lego: *Maligna calamitas ea vere: noxius cum suo supplicio cruciatur, adquiescit alieno.* HEINSIUS.

Cruciatum] Ut verum sensum assequare, lege, *cruciatur.* Nam is iste: Noxius dum supplicio suo torquetur, in alieno interim solamen habet & levamen. ACIDALIUS. *Naturali quodam deploratae mentis affectu, morientibus gratissimum est commori.* Seneca Epit. controv. 9, 6. FREINSH.

Ne in equuleo quidem positi] Iterum editi, *ne in equuleum quidem impositi*, & nescio quid simile alibi habemus in Curtio. MODIUS.

Moriturus] Verissime diluit, quod supra l. VI, 9, 16. jaciebatur, *metu potentiae ejus Philotan à consciis non nominatum*; moriturus enim, cum jam ultra nihil pati possit, nullius potentiam curare potest. Ita Caligula *sciebat innumerabilia esse, quae objicere ei nemo, nisi periturus, auderet.* Seneca de Ira III, 19. Virg. Aen. IV. vs. 604. *Quem metui moritura?* Certe per amicitiam aliquando accidit, ut conscii celarentur: quomodo in conjuratione contra Claudium, *de se Novius confessus conscios non edidit.* Tacit. l. XI, 22, 1. Apud Livium XXIV, 5, 8. Theodorus *de se ipso haud cunctanter fassus conscios celabat.* Plura collegimus ejusmodi exempla, quae parcam Tacito l. IV. Ann. 45, 3. FREINSH.

Praevertendum] Melius hoc, quam vulgatum *revertendum.* Columella, *non intempestivum nos ad ea praeverti, quae videntur hunc publicum errorem corrigere posse.* MODIUS. Modius *praevertendum* legit; mihi vulgata placet. FREINSH.

Vinciendo excitaverunt] Vulgo, *cum me malis indormientem meis inimici vinciendo excitarunt.* recte. MODIUS.

Unde & parricidae & proditori tam alti quies somni?] Parum aut nihil ad rem vox *proditori.* An enim proditor Philotas? & ille vero quorum? sui, an sociorum? Si ad regem trahis, non prodere cogitabat hunc, sed perdere. Minus ergo, quam pro sceleris gravitate. Quid autem tricor? egregie hoc etiam emendamus, unius syllabae detractione: *Unde & parricidae & prodito tam alti quies somni?* Valde ἐνεργητικῶς, & ex intimis affectibus Naturae. Non cadit securitas, & securitas usque ad somnum, & somnum denique tam profundum, non

Scelerati conscientia obstrepente quum [1] *dormire non* [2] *possint; agitant eos furiae,* [3] *non* 14
cogitato modo, [4] *sed &* [5] *consummato parricidio. At mihi securitatem primum inno-*
centia mea; deinde [6] *dextra tua* [7] *obtulerant: non timui, ne plus alienae crudelitati*
apud te liceret, quam clementiae tuae. Sed ne te mihi credidisse poeniteat, res ad me 15
[1] *defe-*

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *condormire.* 2 Fl. Leid. Voss. 2. Mer. *possunt* Voss. 1. *possent.* 3 Sic Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Grut. o. Frob. Col. Bas. sed vulgo *non consummato modo, sed & cogitato* Mer. *non citato modo, sed & consummato.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. *sed etiam.* 5 Ald. *consumato* Voss. 2. *confirmato.* 6 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. *tua dextra.* 7 Sic Ald. Mer. Frob. Col. Bas. Lugd. Amst. sed Fl. Leid. Voss. 1. 2. Grut. o. Bong. & alii *obtulerat.*

non haec, inquam, cadit in parricidam, & parricidam quidem eum, qui se proditum jam sciat & delatum. Hoc ex sequentibus ita elucescit, ut qui non videat, non luscum oporteat esse, non lusciosum, sed plane coecum, & supra omnia omnino exempla coecitatis. ACIDALIUS. *Et proditori.* Omnino vera est Acidalii conjectura. legendum *& prodito. Non cadit,* ait Acid. *securitas, & securitas usque ad somnum, & somnum denique tam profundum, non haec, inquam, cadit in parricidam, & parricidam quidem, qui se proditum jam sciat & delatum.* Quod si syllabam abjici nolis, eodem sensu fieri possit, *& prodita re.* FREINSH. Acidalius *& prodito*, quia & parricida, & proditor, quamdiu se proditum non sentiat, securius possit dormire. Tellierius sequitur Acidalium, Freinshemius *& prodita re* putat legi posse. Nihil muto. non enim ex proditione sceleris, & manifestatione impedimentum somni probat, sed ex sola scelerati conscientia. CELLAR.

Alti quies somni] Vide l. IV. c. 13, 17. CELLAR.

Condormire] Sic scribo & interpungo. editi libri habent, *scelerati conscientia obstrepente, quum dormire non possint, agitant eos* &c. inepte. MODIUS. *Dormire.* Eodem modo Cicero pro Roscio cap. 23. docet Cloelii Tarracinensis filios de caede patris delatos publico judicio fuisse absolutos, quod *aperto ostio dormientes*, in eodem conclavi *reperti* essent. cui narrationi subjicit haec verba (nam alia ut nimis longa omisi) *Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis saepenumero videtis; eos qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari & perterreri furiarum taedis ardentibus. sua quemque fraus & suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit; suae malignae cogitationes conscientiaeque animi terrent: hae sunt impiis assiduae domesticaeque furiae, quae dies noctesque parentum poenas à consceleratissimis filiis repetant.* Idem narrat Val. Max. VIII, 1, 13. Iisdem furiis agitatus est Alcmaeon μητροκτόνος, de quo Virg. Aen. VI, 445.

Moestamque Eriphylen
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

Plura Pausanias in Arcadicis, Thucydides lib. II. Hyginus fab. 23. alii. Orestis, qui matrem Clytemnestram interfecit, furias describit Euripides in Oreste, vers. 35.

Inde tabescens saevo morbo languet
Afflictus Orestes, cadens in lecto
Jacet, sanguis enim maternus exagitat eum
Furoribus: vereor enim nominare deas
Eumenidas, quae eum certatim exterrent.

Nero matrem occisurus insidiis, *cum magna trepidatione vigilavit, operiens coeptorum exitum.* Sueton. 34, 6. & mox: *Neque tamen sceleris conscientiam, quamquam & militum, & Senatus Populique gratulationibus confirmaretur, aut statim, aut umquam postea ferre potuit, saepe confessus exagitari se materna specie, verberibus furiarum ac taedis ardentibus: quin & facto per Magos sacro evocare manes & exorare tentavit.* Plura quidem parricidarum exempla in promptu sunt, sed isthaec ad hunc locum illustrandum sufficiant. RADERUS. Adde Gruterum ad Livium l. 1, 51. & Discurs. 30. ad Tacit. XV, 36, 3. Sallust. de Catilina 15, 3. *animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat, ita conscientia mentem exercitam vastabat.* FREINSH.

Non consummato modo] Quin ita legendum sit, amplius dubitari non debet, scribunt tamen alii, *non cogitato modo, sed & consummato parricidio*, praepostere. MODIUS. Quidam libri invertunt, *non cogitato modo, sed & consummato.* Verum aliud postulat epanorthosis, quum de furiis consummatum parricidium ulciscentibus non dubitetur. CELLAR. Praefero, quod habent MSS. plerique *non consummato modo, sed & cogitato*, hoc enim tamquam magis dubium, rectius firmatur emphatico illo *&*. Praeterea plus convenit negotio praesenti, cum parricidium non fuerit consummatum, & in eo sit positum pondus argumenti, quod etiam qui meditantur tale quid, non possint quiete dormire. SCHEFFER.

Sed ne te mihi &c.] Istud vero non mutandum. nam aliena mens, etsi non importuna: *sed ne me tibi credidisse poeniteat.* tamquam praecisio sit, qua sermonem abrumpat de venia, quam antea rex dedisset. Verum de fide reconciliatae mihi gratiae tuae plura non dicam, ne credidisse tibi poenitere videar. Ac praeeunt huc ista, quae proxime praeeunt: *ac mihi securitatem primum innocentia mea, deinde tua dextera obtulerat. Non timui, ne plus alienae credulitati apud te liceret, quam clementiae tuae.* in quibus & legendum forte potius *attulerat.* hoc

 autem

[1] *deferebatur* [2] *à puero, qui non testem, non pignus indicii exhibere poterat, impletu-*
16 *rus omnes metu, si coepisset audiri. Amatoris & scorti jurgio interponi aures meas* [3] *credidi infelix, & fidem ejus suspectam habui, quod non ipse deferret, sed fratrem*
17 *potius subornaret. timui, ne negaret mandasse* [4] *se Cebalino; & ego viderer multis*
18 *amicorum* [5] *regis fuisse* [6] *periculi caussa. Sic quoque quum laeserim neminem, inveni, qui* [7] *mallet perire me, quam incolumem esse. quid inimicitiarum creditis* [8] *excepturum*
19 *fuisse, si insontes lacessissem? At enim Dymnus se occidit?* [9] *num igitur facturum* [10] *eum divinare potui?* [11] *minime. Ita quod solum indicio fidem fecit, id me, quum à*
20 *Cebalino* [12] *interpellatus sum, movere non* [13] *poterat. At* [14] *hercule, si conscius Dymno tanti sceleris fuissem, biduo illo proditos esse nos, dissimulare non debui: Cebalinus ipse*
21 [15] *tolli de medio* [16] *nullo negotio potuit.* [17] *Deinde post delatum indicium,* [18] *quo periturus eram, cubiculum regis solus intravi, ferro quidem cinctus. cur distuli facinus?*
22 *an sine Dymno non sum ausus? ille igitur princeps conjurationis fuit. sub illius umbra Philotas* [19] *latebam, qui* [20] *regnum* [21] *Macedonum adfecto.* [22] *Et quis è vobis corruptus* [23] *est donis? quem ducem, quem praefectum impensius colui? Mihi quidem* [24] *objicitur, quod societatem patrii sermonis asperner; quod Macedonum mores* [25] *fastidiam.*
23 [26] *sic ergo imperio, quod dedignor, immineo. Jam pridem nativus ille* [27] *sermo commercio*

VARIANTES LECTIONES.

1 Mer. *praeferebatur.* 2 P. omittit *à puero.* 3 Voss. 2. P. *inf. cred.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. *sese.* 5 Voss. 2. omittit *regis.* 6 P. *caussa periculi.* 7 Voss. 2. *mallent.* 8 Ald. Frob. Mer. Col. Bas. *accept.* 9 Voss. 2. *non.* 10 Mod. *eum hoc* Voss. 2. omittit *eum.* 11 Amst. Lugd. alii omittunt *minime.* 12 Ald. Mer. Col. Bas. *interpolatus.* 13 Sic MSS. n. Grut. o. Frob. Bas. Col. Mer. sed Pal. 3. & vulgo *potuit.* 14 Fl. Bong. D. *Hercules.* 15 Fl. Voss. 1. D. P. B. 2. *tollit.* 16 Fl. Leid. *nullo quae* Bong. Grut. o. *nulloque.* 17 Fl. Leid. Voss. 1. 2. & multae editt. *denique.* 18 Fl. Leid. Voss. 2. *operiturus* Voss. 1. D. Bong. *opperiturus* omisso *quo* Ald. Frob. Col. Mer. Bas. *quid opperiturus.* 19 Voss. 2. *latebat.* 20 P. *regno.* 21 Voss. 2. omittit *Macedonum.* 22 Fl. *haec quis* Leid. Voss. 1. 2. & vulgo *ecquis.* 23 Pal. 1. 2. Bong Grut. *ex donis.* 24 Leid. Voss. 1. D. *obicitur.* 25 Voss. 2. *fastidivi.* 26 Voss. 1. 2. Leid. & vulgo *sic ego* Pal. 3. *si ego.* 27 Voss. 1. *sermone.*

autem etsi non absurdum, non tamen verum. ACIDALIUS. Acidalius tamen rescribit *credulitatem*, quod fateor etiam non male convenire. RADERUS. *Crudelitati.* Apud Acidal. verba ista recitantem excusum est *credulitati*, quod ut saepe factum in his vocibus errore mutatum credidi. Si enim consulto mutasset, indicaturus fuit. Retinendum ergo *crudelitati*, & est ipsa sententia, quam expressit supra VI, 8, 22. quod & Raderus vidit. FREINSH.

Ne te mihi] Simplicissimus sensus: Ne te poeniteat excusanti tum mihi credidisse, sive ne temere aut frustra credidisse videaris, iterabo hic excusationem apud Macedones, ut constet & his, merito habitam mihi fidem, nec sine vera caussa, quae audieram, silentio me pressisse. ACIDALIUS. *Ne te mihi.* Propterea, quod credideris sine ratione, dabo ecce caussas, quibus appareat, merito te hoc fecisse. SCHEFFER.

Mallet] Voss. 2. *mallent.* & recte puto, ut videatur invidiose dictum in eos, quos in consilium advocaverat rex, postquam ipsi ignoverat.

Hoc divinare potui] Haec supra sic emendavi. MODIUS.

Denique post] Gaudeo, cum recte hunc locum emendavi. impressi legunt, *deinde post delatum indicium, quid opperiturus eram?* &c. pessime. bis enim sic idem diceretur, quod nec Curtius velit, nec ipse sinam. MODIUS. Etiamsi bis dicetur idem, & quantumvis Modio non sinente, placet mihi tamen impensius vulgata lectio, quam reddo Curtio volenti, *denique post delatum indicium, quid opperiturus eram? Cubiculum regis &c.* suus cuique sensus; mihi meus, quem non pauciores, spero, quam Modii sequentur. ACIDALIUS. *Quo periturus.* Alii *quid opperiturus.* quam lectionem laudat Acidalius. Ego cum Modio illam malim, quae MSS. firmata, vim etiam ex eo capit, quod supra dixerat *moriturum nemini parcere.* Indicium, ait, delatum est, quo, nisi innocens essem, periturus eram; quid igitur distuli facinus occasione oblata? scilicet quod innocentiae meae fidem. FREINSH.

Impensius colui] Membranae, *volui*, sed ita mutanda essent etiam alia, scribendumque, *cui praefecto impensius volui.* quod minus tamen placet. MODIUS.

Sic ego imperio] Praefero quod est in Merulae editione: *sic ergo.* SCHEFFER.

Immineo?] Aptius visum ita legi, quam sine nota interrogandi. MODIUS.

Cum

mercio aliarum gentium [1] exolevit; tam victoribus, quam victis peregrina lingua diſcenda [2] eſt. Non me hercule [3] iſta me magis [4] laedunt, quam [5] quod Amyntas, Perdiccae filius, inſidiatus eſt regi; cum quo [6] quod amicitia fuerit mihi, non recuſo defendere, [7] ſi fratrem regis non oportuit diligi à nobis. ſin autem in illo fortunae gradu poſitum

Variantes Lectiones.

1 Voſſ. 2. *exoluit.* 2 P. omittit *eſt.* 3 Mer. *iſte.* 4 Pal. 3. *dedunt.* 5 Mer. omittit *quod.* 6 Ald. omittit *quod* Voſſ. 2. *quidem quae.* 7 Voſſ. 2. Bong. Grut. Pal. 1. 3. *ſed fratrem.*

Cum quo quod amicitia fuerit mihi, non recuſo defendere, ſi fratrem regis non oportuit diligi à nobis] Vix germana iſta, *non recuſo defendere.* Dicturus fuiſſe magis videtur, non defendam, non excuſabo: ut negatio forſan expellenda, ſine qua fiat illa fere ſententia. Scilicet ita defendebat, quia conſtaret ſatis, omnibus omnino diligendum fuiſſe fratrem regis. quod ſi is non fuerit; nullam inquit, defenſionem ſe adhibiturum. Imo vero ſic ait: aliam ſe veram & legitimam allaturum, niſi iſta ipſa ſit, quod & jure amatus, & amandus neceſſario fuerit ille. Atque ea vera profecto ſententia, veris & ſinceris verbis. Tamen in mentem veniebat, *non recuſo defendere*: id eſt, ſatisfacere pro ea culpa, ſi culpa fuit. Haud inepte ſane, tamen hercle fruſtra. ACIDALIUS. *Non recuſo defendere, ſi fratrem regis non oportuit diligi à nobis. Defendere* eſt idoneis cauſſis demonſtrare, verbum maxime aptum huic loco & perſonae. At tota haec oratio plena amarulentis ſarcaſmis eſt in eos, quos moriturus vir fortiſſimus ſciebat ex invidia Regis iracundiae faces ſubdere, nec tamen aperte audebat criminari. Itaque invidiam illis, quam poteſt acutis punctionibus facere non deſtitit. Quare legendum. *Sed fratrem Regis non oportuit diligi à nobis.* Hoc eſt, ſed inimicorum noſtrorum tanta me calumniandi vecordia eſt, ut ipſum etiam fratrem Regis dilectum à me in nefas trahere audeant. itaque defenſionem omitto. *Sed* & *ſi* in ſcriptis libris una eademque figura notantur, unde hic error provenit. BARTHIUS, Adverſ. l. XXVIII. c. 6. *Defendere.* Satis vexatus eſt hic locus. nam alii negationem tollunt ex illis, *non oportuit*; alii ex prioribus, *non recuſo:* fruſtra. Veriſſime Rubenius Elector I, 33. *dependere*, literula immutata, ſed longe commodiore ſenſu. Ego paratus ſum, inquit, luere hanc culpam, & poenas pendere, ſi nefas amare eum, quem rex amat. Quam emendationem nullo merito improbat Vir Doctus Adverſar. XXVIII, 6. nec enim neſciebat vim vocis *defendere* Rubenius, ſed propter ſequens membrum, *ſin autem*, locum hunc tueri non poſſe animadvertebat. Quapropter etiam omnino retinenda *ſi* particula; *ſi fr. regis non oportuit diligi.* quamquam etiam MSS. habeant, *ſed fratrem.* Nec cum aliis admittam eam notionem verbi *defendere*, ut ſit *pro ea culpa ſatisfacere, ſi culpa ſit.* Pertinet huc locus Cicer. Fam. Epiſt. I, 9. *dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti.* FREINSH. Barthius l. XXVIII, 6. *defendere ſed.* Tellierius *dependere* (quod eſt Rubenii) id eſt poenas ſubire, *ſi fratrem* &c. CELLAR. *Non recuſo defendere.* Aliquando ſuſpicabar, delendum eſſe *non*, ut legatur *recuſo defendere.* ſed cum ita flacceſcat oratio, jam non dubito Curtium ſcripſiſſe *non defendo.* Nimirum aliquis *defendendi* verbum elucidaturus in margine adſcripſit *excuſo*, id enim *defendo* hic ſignificat. Poſtea librarius id è margine traduxit in ipſam orationem, factumque inde tandem eſt Latinitatis cauſſa: *non recuſo defendere.* Falſam Caſparis Barthii de hoc loco conjecturam non attingo, alibi demonſtraturus, quam male vir ille de Curtio meritus ſit, cujus quippe pleraque omnia, quae notavit loca, non correxit, ſed foede corrupit. Tantum addo ſimilem è Curtio locum, ubi l. VII, 1, 27. alius ita loquens inducitur: *An vero Parmenionis, quem tibi proximum eſſe voluiſti, filium, omnes paene amicos tuos dignatione vincentem, cultum à nobis eſſe miraris? Tu hercule, ſi verum audire vis, rex, hujus nobis periculi cauſſa es. Quis enim alius effecit, ut ad Philotam decurrerent, qui placere vellent tibi.* HEUMANN. Parerg. Crit. p. 127.

Si fratrem Regis] Ut hic locus probe intelligatur, removenda neceſſario ſunt Raderi errata, quibus multipliciter obſcurat verum ejus ſenſum. Ergo totam ejus notam adſcribo. Attalum, inquit, fratrem matris novercae Cleopatrae, avunculum Alexandri, ſi recte loquamur. Senſus eſt: ſi fratrem regis Attalum diligi non oportuit, fateor me peccaſſe diligendo conſobrino regis Amynta: ſi autem Attalus non ſolum diligendus, ſed etiam venerandus fuit propter gradum honoris & propinquitatis, nemo aegre feret, ſi etiam Amyntas dilectus & cultus fuit. Attalus Juſtino IX, 7, 3. frater regis ex noverca fuit: *Alexandrum quoque regni aemulum fratrem ex noverca ſuſceptum timuiſſe*, & quae ſequuntur. Aliis non frater regis, ſed reginae Cleopatrae fuit, imo (ut Plutarchus & Athenaeus notant) avunculus. Itaque haud ſcio, an non haec omnia, uſque ad illa verba, *an impiorum amicis inſontibus quoque moriendum eſt*, ad Amyntam ſolum ſint referenda. Ubi ergo, inquies, ad Attalum reſpondet. Eamdem reor utriuſque defenſionem fuiſſe; perinde enim Attali & Amyntae amicus fuit, non conſcius, non ſocius inſidiarum: In eadem cauſſa, eadem aut innocentiae, aut culpae eſt defenſio. Quamquam non abeſt

ſitum etiam venerari neceſſe erat; [1] *utrum, quaeſo, quod non divinavi, reus ſum? an*
impiorum amicis inſontibus quoque moriendum eſt? Quod ſi aequum eſt, cur tamdiu vi-
26 *vo? ſi injuſtum,* [2] *cur nunc demum* [3] *occidor? At enim ſcripſi,* [4] *miſereri me* [5] *eorum,*
quibus vivendum eſſet ſub eo, qui ſe Jovis filium crederet! Fides amicitiae, veri con-
ſilii periculoſa libertas, [6] *vos me decepiſtis! vos, quae ſentiebam, ne reticerem, impu-*
27 *liſtis! ſcripſiſſe me* [7] *haec fateor regi, non de rege* [8] *ſcripſiſſe. non enim faciebam invi-*
diam, ſed pro eo timebam. dignior mihi Alexander videbatur, qui Jovis ſtirpem [9] *ta-*
28 *citus agnoſceret; quam qui praedicatione jactaret. Sed quoniam oraculi fides certa eſt;*
ſit deus cauſſae meae teſtis. retinete [10] *me in vinculis, dum* [11] *conſulitur* [12] *Hammon*
[13] *in arcanum & occultum ſcelus. Interim, qui regem* [14] *noſtrum dignatus eſt filium,*
nemi-

VARIANTES LECTIONES.

1 Bong. Gruter. *unum.* 2 Fl. *cur non nunc.* 3 Ald. *occider.* 4 P. *miſerrime.* 5 Voſſ. 2. *horum.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Frob. Col. Mer. Baſ. Grut. o. praeter Pal. 3. omittunt *vos.* 7 Sic MSS. noſtri, Bong. Grut. o. ſed editt. plurimae habent *hoc.* 8 Sic Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Grut. o. ſed Ald. & pleraeque edd. omittunt *ſcripſiſſe.* 9 Voſſ. 2. omittit *tacitus.* 10 Voſſ. 1. omittit *me.* 11 Ald. *conſumitur.* 12 vulgo eſt *Hammon interim*, omiſſis mediis, Voſſ. 2. Ald. Mer. *admodum* B. 2. *ammodum* Grut. o. Fl. Leid. Voſſ. 1. *Ammo, dum* Col. Baſ. *Hammonius.* 13 Sic Frob. vulgo omittuntur, ſed Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *archanum & occultum ſcelus* Grut. o. Ald. Col. Mer. Baſ. *arcanum & occultum ſcelus.* 14 Voſſ. 2. *noſtrum ſuum dignatus.*

abeſt ſuſpicio locum eſſe mendoſum, & aliquid deſiderari. Hactenus RADERUS. Qui duo illa probe, de eadem defenſione ſimilium criminum: & quod denique videtur videre, haec omnia ad Amyntam ſolum eſſe referenda. nam in aliis errat, quod ſimpliciter indicabimus citra inſectationem Viri Docti & diligentis. Ergo *fratrem matris novercae Cleopatrae, avunculum Alexandri*, minime dicemus, *ſi recte loquamur.* Verum Attalus nequaquam frater regis fuit, ſed Amyntas, qui hic nomine fratris intelligitur, frater enim patruelis fuit. patrueles autem ſupra ad VI, 9, 17. interdum ſolo fratrum nomine venire notavimus, quo loco de Attalo nobis inquiſitum eſt. Quem neque Curtius hoc loco fratrem regis intelligit, neque adeo Juſtinus IX, 7, 3. ſed Caranum, ut diſerte idem auctor XI, 2, 3. *Aemulum quoque imperii Caranum fratrem ex noverca ſuſceptum, interfici curavit. qui paucis ante regis obitum diebus è Cleopatra Philippo natus erat.* ut mirum ſit confundi cum Attalo, à quo nomine, genere, aetate, denique aliis omnibus tam erat diverſus. Denique ſatis elumbis eſſet argumentatio: ſi frater regis Attalus diligendus fuit; ergo & Amyntas conſobrinus: praeſertim ſi perpendas, qua occaſione proferatur. Sic igitur habe, verba iſta *regis fratrem*, non ad alium quam Amyntam pertinere, fratrem regis, nempe patruelem. FREINSH. MSS. plerique *ſed fratrem*, unde ſuſpicor eſſe veram ſcripturam, *ſi & fratrem*, hoc eſt, ſi non oportuit diligi eum, qui non modo alias fuit vir magnus, ſed & regis frater. vitium ortum ex eo, quia iſtae voculae ab inepto librario junctim primo ſcriptae *ſiet*, deinde emendatae mutataeque in *ſed.* SCHEFFER.

Utrum] Ὕπουλον iſtud. Emendo veriſſime *iterum.* Reſpicit ad illud prius, n. 19. *Num igitur facturum eum hoc divinare potui.* ACIDALIUS. Si cui tamen adhuc placeat vulgata lectio, me adſentientem habet: nam neſcio quomodo vox ſequens, *quaeſo*, repudiat alteram. FREINSH. Leg. *futurum quaeſo quod non divinavi, cur reus ſum?* HEINSIUS.

Vos me decepiſtis; vos] Eleganter repetitur illud *vos.* vulgo tamen eſt. *fides amicitiae, veri conſilii periculoſa libertas me decepiſtis: vos quae &c.* inficete. MODIUS.

De rege ſcripſiſſe] Editi libri, *ſcripſiſſe me hoc fateor regi, non de rege.* MODIUS. *Scripſiſſe.* Nihil erat neceſſe geminare verbum *ſcripſiſſe:* quod vulgati poſteriore loco venuſtius omittunt. At ſententia duplex poteſt eſſe. Ad regem ſcripſi, non ad alium de rege: quod ſi factum, invidiam iſſe factum videri queam. Nunc quia ad ipſum, pro fama ſcilicet ejus timuiſſe me, & de exiſtimatione fuiſſe ſollicitum apparet. Aliter paullo & multo fortaſſe verius ita: ſcripſi regi, ſed non regi, nec de rege, ſed amico. Id praecedentia requirere videntur: *Fides amicitiae &c.* ACIDALIUS. Acidalius alteram vocem *ſcripſiſſe* proſcribendam putat, ego nihil alieni loci occupare exiſtimo. RADERUS. Prior interpretatio vera eſt. Illud etiam *ſcripſiſſe* recte repeti Radero placet, & auctoritate MSS. defenditur. FREINSH. *Non de rege.* Regi ſoli; non ad alios obtrectandi cauſſa. CELLAR.

Hammon interim] Quas ego condignas diras devotiones ei imprecer, qui princeps haec ita corrupit? *Dum conſulitur Hammon in arcanum & occultum ſcelus. Interim qui regem, noſtrum &c.* MODIUS. Vulgatam lectionem reducturus, deprecor ante diras, quas non condignas ſatis imprecari ſe poſſe Modius ait illi, qui princeps eam cudiſſet. Mitte devotiones tuas, niſi vis expetere in te ipſum. Corrupta tu cenſes? ut cenſeres, quid movit? *Interim* particula credo maxime. cujus tamen

neminem eorum, qui [1] *ſtirpi ſuae inſidiati ſunt, latere patietur.* [2] *Si certiora* [3] *ora-* 29
culis creditis [4] *eſſe tormenta; ne* [5] *hanc quidem exhibendae* [6] *veritatis fidem deprecor.*
Solent rei capitis adhibere [7] *vobis parentes.* [8] *duos fratres ego nuper amiſi; patrem* 30
[9] *nec oſtendere poſſum, nec invocare audeo; quum & ipſe tanti criminis reus* [10] *ſit.*
Parum eſt [11] *enim tot modo* [12] *liberorum parentem, in unico filio adquieſcentem, eo quo-* 31
que orbari, [13] *ni ipſe in rogum meum imponitur. Ergo,* [14] *cariſſime pater, & propter* 32
me morieris, & mecum. Ego tibi vitam adimo, ego ſenectutem tuam exſtinguo! Quid
enim me procreabas infelicem [15] *adverſantibus diis? an ut hos* [16] *ex me fructus perci-*
peres, qui te manent? Neſcio, [17] *adoleſcentia mea miſerior ſit, an ſenectus tua: ego* 33
in ipſo robore aetatis eripior; tibi carnifex ſpiritum adimet, quem ſi fortuna [18] *exſpe-*
ctare voluiſſet, [19] *natura repoſcebat. Admonuit me patris mei mentio, quam timide* 34
& contanter, quae Cebalinus detulerat ad me, indicare debuerim. Parmenio enim,
quum audiſſet, venenum à Philippo medico regi parari, deterrere [20] *eum voluit epiſtola*
ſcripta,

Variantes Lectiones.

1 P. *ſtirpem ſuam.* 2 Pal. 3. *ſed.* 3 Voſſ. 2. *oracula.* 4 P. *ejus.* 5 Voſſ. 2. omittit *hanc.* 6 P. *virtutis.* 7 Voſſ. 2. *nobis.* 8 Voſſ. 2. omittit *duos.* 9 Pal. 2. *oſt. nec poſſ.* Voſſ. 2. Pal. 1. Bong. Grut. *oſt. non poſſ.* 10 Voſſ. 2. *eſſet.* 11 Alii omittunt *enim.* 12 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *liberum.* 13 Fl. Leid. Voſſ. 2. Bong. Grut. o. *niſi.* 14 P. F. *Kme.* 15 Amſt. Lugd. alii *averſantibus.* 16 P. *fructus ex me.* 17 Leid. B. 1. 2. D. *aduleſc.* 18 Voſſ. 2. omittit *exſpectare.* 19 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Bong. Grut. Pal. 1. 2. Frob. Col. Mer. Baſ. *natura poſcebat* B. 1. P. *nature poſcebat* D. *naturae poſcebat.* 20 Voſſ. 2. Amſt. Lugd. *voluit eum.*

men idem non inelegans uſus & apud alios ſaepe, & apud Senecam unum frequentiſſime. Sciunt quiqui non duro nimis ingenio, aut memoria fluxa: quae mihi tamen ipſi non nunc ita conſtat, ut exempla in numerato habeam, quae alioqui plurima notavi. Nam iſta hic ibidem *in arcanum & occultum ſcelus* gloſſam eſſe, vel quoquomodo irrepſiſſe, temere nemo, ne Modius quidem ipſe crediderit. Nimis honeſta locutio. *Oraculum conſulitur in aliquid:* quae facile abſterrere quemvis poterat, ne vim inferret; me certe invitavit, & ſic cepit, ut defendam ab alio illatam. Sed in hac tanta tumultuariae paene ſcriptionis properatione, ſero in memoriam redeo loci Curtiani l. IV. quem illic emendatum, hîc etiam tum emendandum deſtinabam. Scilicet in eo de particula *interim* ſuſpicabamur, quae ſi reſtitueretur, ita fere uſurpata eſſet, ut hîc volumus uſurpatam. Verba ſunt, *haud alias tam alacrem viderant regem, & vultu ejus interrito, certam ſpem victoriae augurabantur.* Inſeruimus ibi tum praepoſitionem, *& ex vultu:* nunc hoc amplius, *interrito* illud mutandum cenſemus in *interim.* Nam de interrito vultu minus hîc quam pro re: quippe in tanta regis alacritate, quantam haud alias in eo milites vidiſſent. Mihi valde ſic placeat: & ſpero non aliis item elegantibus ingeniis diſpliciturum. ACIDALIUS. *In arcanum.* Et ego ſane hanc lectionem ſuſpectam habere non poſſum, niſi quod vox *interim*, quae & Modium offendit, locum ſuum non digne tueri videatur. Acidalius tamen ejuſdem non inelegantem eumdem uſum & apud alios ſaepe, & apud Senecam unum frequentiſſime reperiri affirmat. Illud ei non conceſſerim ſupra IV, 13, 25. pro *& vultu ejus interrito &c.* legend. *& ex vultu ejus interim &c.* FREINSH. Peſſima diſtinctio, quam miror Freinshemium ſervaſſe. ſcribendus locus eſt hoc modo: *Retinete me in vinculis, dum conſulitur Hammon in arcanum & occultum conſilium interim. Qui &c.* Ordo: retinete me interim, dum conſulitur. Nec eſt inſolens etiam optimis ſcriptoribus, illud *interim* ſic rejicere in finem. SCHEFFER. Leg: *dum conſulitur Hammo, num arcanum & occultum ſcelus initum.* lib. III, 7, 13. *ſuſpicionem initi ſceleſti conſilii praebuit.* l. V, 9, 2. *inauditi facinoris ſocietate inita.* l. VI, 7, 14. *cum quibus tantae rei ſocietatem iniſſet.* l. VI, 8, 15. *ne qua initi conſilii daretur nota.* l. VIII, 7, 1. *occidendi te conſilium inivimus.* Vide indicem in *ſcelus.* HEINSIUS.

Adhibere vobis parentes] Nihili verbum in hac re, *adhibere.* Mihi liquet, *exhibere* corrigendum; cui reſpondet, quod hic jam habes, *oſtendere.* ſic & VII, 2, 12. in ſimili paene cauſſa: *Juſſus eſt fratres ſuos exhibere.* Nec in diſſimili adeo, quamquam non eadem, ſupra VI, 10, 15. *pignus indicii exhibere.* Ceterum hic an non adſtricte nimis ſcriptum, *ſolent exhibere parentes?* Non hercle vero parentes tantum: ſed omnino propinquiore cognatione reum contingentes: & ſtatim ſubditur de ipſis fratribus. Unam alteramque voculam puto periiſſe, quam conjectura quilibet facile revocarit. ACIDALIUS. *Exhibere.* Sic cum Acidalio emendo. RADERUS. Acidalii priorem emendationem, licet Radero probatam, non admitto: praeſertim cum loca, quae firmandae ſuae ſententiae adducit, de alia longe cauſſa dicant: poſteriorem plane rejicio; nam *parentes* etiam largius pro cognatis propinquiſque ſumi.

35 *scripta, quo minus medicamentum biberet, quod medicus dare* [1] *constituerat. Num creditum est patri meo? num ullam auctoritatem* [2] *ejus literae habuerunt? Ego ipse, quoties quae audieram detuli,* [3] *cum ludibrio* [4] *credulitatis repulsus sum.* [5] *Si & quum*
36 *indicamus, invisi; & quum tacemus, suspecti sumus; quid facere nos oportet?* Quumque unus è circumstantium turba [6] exclamasset, *bene meritis* [7] *non insidiari.* Phi-
37 lotas, *Recte*, inquit, *quisquis es, dicis. Itaque si insidiatus sum, poenam non deprecor; & finem facio dicendi, quoniam ultima verba gravia sunt* [8] *visa auribus* [9] *vestris.* [10] Abducitur deinde ab [11] iis, qui custodiebant eum.

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. *constitueret.* 2 Voss. 2. *lit. ejus.* 3 Pal. 3. Mod. *& cum.* 4 Leid. Voss. 1. 2. Bong. Grut. o. praeter Pal. 3. *crudelitatis* in B. 1. tamen emendatum *credulit.* 5 Sic MSS. nostri Mod. Pal. 3. & editt. sed Grut. Ald. Col. Bas. *sic &.* 6 F. *proclamasset* ab hac voce usque ad illam *quid quaestione* desunt omnia in B. 1. 7 Voss. 2. P. omittunt *non* Mer. *non licuisse insidiari.* 8 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Grut. o. Col. Frob. Mer. Bas. sed reliquae editt. omittunt *visa.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Grut. omittunt *vestris.* 10 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. *adducitur.* 11 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. *his.*

mi, ut hodie Latini sermonis traduces linguae servant, in Indice, deo dante, monstrabimus. Exempla autem rei, praeter ea, quae ex Cic. pro Sylla cap. 31. pro Flacco cap. ult. & pro Sextio cap. ult. ex Val. Max. VIII, 1, 2. (nam illud ex Lipsii Monitis de Eponina, huc non pertinet) adducit Raderus; vide apud Fr. Pollet. Histor. For. Rom. II, 1. & in Comoediis Plautinis passim. FREINSH. Pro *adhibere* mallet Acidalius *exhibere*, sed repugnat Freinshemius. Neque ego putem in ipso esse vitium magis, quam in voce *vobis.* Cur enim tandem vobis? an apud nullos alios id in usu, quam Macedonas solos? Atqui res ipsa testatur diversum. Quare putem scripsisse nostrum *adhibere verbis*, ut sit sententia, solent non tantum verbis & oratione se tueri, sed cum verbis adhibere etiam parentes, ut eorum praesentia, conspectu, intercessione judicem commoveant. SCHEFFER. *Adhibere parentes.* Cognatos advocare, ut judices lacrimis eorum ad misericordiam inflectant. *Parentes* enim hoc loco cognati sunt, non soli genitores, ut usi hac voce sunt Capitolinus in Marco c. 5. Lamprid. in Alex. Spartian. in Juliano c. 4. Eutropius l. 1, 7, 4. Fratres enim aeque intelligit, Hectorem & Nicanorem, ut ipse explicat, ac patrem Parmenionem, quamquam non negamus, posteriori aevo, quam Curtiano, usitatiorem hanc notionem fuisse. CELLAR.

Num ullam auctoritatem ejus literae habuerunt] Haec verba mihi suspecta sunt, tamquam glossatoris, non Curtii. SCHEFFER.

Invisi] Sane haud displicet conjectura fratris mei Melchioris, *inrisi.* quo participio & Tacitus usus IV, 9, 2. *ad vana & toties inrisa revolutus.* Aut si quis participium spernat, fieri possit *inrisui*, quod firmatur fere simili loco Plinii. *Plerisque ultro etiam irrisui sumus, ista commentantes, ac frivoli operis arguimur.* nam ineptam diligentiam contemptus potius sequitur quam simultas. Volunt hoc & praecedentia: *cum ludibrio credulitatis repulsus sum.* Sic supra VI, 7, 33. ait, *veritum ne jurgium inter amatorem & exoletum* non sine risu *aliorum detulisset.* FREINSH. *Inrisui.* vulgo *invisi*, pro quo Melch. Freinshemius censuit *inrisi* legendum. Frater Joannes, si quid mutandum, *inrisui*, nomen pro participio. Sensus utriusque bene convenit cum *ludibrio*, quod praecesserat: Latinitas cum Plin. l. XXII, 6. *plerisque*, dicenti, *ultro etiam irrisui sumus.* Tellierius quoque *irrisui* in contextum recepit. CELLAR.

Gravia sunt auribus] Vulgo, *gravia sunt visa auribus vestris*, sed hoc *visa* à glossa esse tam mihi liquet, quam meridie lucere. Praesertim cum in membranis pro eo *invisa* legatur, quod est glossema vocis *gravia.* Vide tamen origines mendorum. intelligebant correctores illa, *gravia & invisa* simul stare non posse, igitur posteriore voce, ut vides, interpolata, locum emendarunt, aut corruperunt potius. & negabimus hos tales praeclare de Curtio meritos? MODIUS. Omnino generalis haec sententia, & optime sic à Modio constituta. quam pessime destruit iterum Lugdunensis quicumque est editor; & ad praesentem concionem adstringit, recepto in textum *vestris*, scilicet utrumque suo more secutus editionum genus, ne alteri forte praejudicaret, & ipse vero medium (quod ille ajebat) ubique secaret. Nunc hinc, nunc illinc stat: utrimque alterius caussam dicit. Hic Modio se dat, cum *visa* rejicit; cum *vestris* etiam tenet, vulgo gratificatur. Abi inepte, quo dignus es, nec arbitrum ingere te doctis, qui suo judicio melius stabunt. ACIDALIUS. *Vestris.* Nondum video cur voculam hanc expunctam velint, & generalem hanc sententiam non ad praesentem concionem restringendam: *ultima verba gravia sunt auribus.* Immo potius grata sunt, si impatientiam auditoris sine molesti sermonis solantur. Respicit Philotas ultima sua verba, quibus succlamatum est. Ego sane tantum absum, ut libris habentibus hoc pronomen adimi censeam, ut potius addendum putem non habentibus. Simillima scena apud Liv. XXXVIII, 33, 9. *objecti multitudini iratae, quum aversis auribus pauca locuti essent, damnati omnes.* FREINSH.

CA-

Caput XI.

Concio à quodam Belone accensa, in Philotam surgit. Is paullo post, ut se cruciatibus liberaret, fictae conjurationis circumstantias aperit. cumque aliis, qui accusantur, saxis à Nicomacho obruitur.

Erat inter duces manu strenuus [1] Belon quidam, pacis artium & civilis habitus 1
rudis, vetus miles; ab humili ordine ad eum gradum, in quo tunc erat, pro-
motus: qui tacentibus ceteris, stolida audacia ferox, admonere eos coepit; *quo-* 2
ties [2] *quisque diversoriis*, [3] *quae occupassent*, [4] *proturbatus esset*, [5] *ut purgamenta* [6] *ser-
vorum Philotae* [7] *reciperentur eo, unde commilitones* [8] *expulisset. Auro argentoque ve-* 3
hicula ejus onusta totis vicis stetisse: [9] *ac ne* [10] *in vicina quidem diversorii quemquam
commilitonum* [11] *receptum* [12] *esse; sed per dispositos, quos* [13] *ad somnum habebat,
omnes procul* [14] *relegatos, ne* [15] *femina illa murmurantium inter se silentio verius,
quam* [16] *sono excitaretur. Ludibrio ei fuisse rusticos homines*, [17] Phrygasque *&* Pa- 4
phlago-

Variantes Lectiones.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Grut. o. Bong. *Bolon* Mer. *Bellon.* 2 Sic Ald. Col. Frob. Mer. Bas. sed Fl. Leid. Voss. 1. 2. & editi omnes *suis quisque* Voss. 2. *quisquis.* 3 Voss, 1. *quas.* 4 Sic Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. sed Voss. 2. Mer. *perturb.* vulgo *deturb.* 5 Lugd. Elz. alii *& purg.* 6 Mer. *suorum.* 7 Mer. *reciperent.* 8 Mer. *expulissent.* 9 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Col. Frob. Mer. Bas. Lugd. Amst. *at ne* Ald. *anne.* 10 Sic Ald. Fl. Leid. Voss. 1. Grut. o. *in viciniam* Pal. 3. *vicinam* vulgo *in vicinia* Voss. 2. omittit *in.* 11 Mer. *retentum.* 12 Voss. 2. *esset.* 13 Fl. Voss. 1. Bong. D. Pal. 2. 3. Mer. *supra somnum* Voss. 2. omittit *ad* Leid. *supra somnium.* 14 Fl. Leid. Voss. 1. F. *religatos.* 15 MS. Voss. 2. F. *femina ulla* Ald. Frob. Bas. Mer. Col. *fremitu ullo.* 16 Ald. Col. Frob. Mer. Bas. *somno.* 17 Voss. 2. *Frigasque & Paflag.*

Civilis habitus] Apud Curtium vox *habitus* multa significat. I. *vestem*; l. III, 7. *vulgari habitu.* II. *corporis formam ac staturam: la taille*; supra c. 13. & l. III, 31. *corporis habitu praestabat.* l. VII, 33. *Si Dii habitum corporis tui &c.* III. *situm statumque corporis, la posture.* l. VIII, 15. *durante adhuc habitu in quo &.* IV. *insigne* cujusque gradus ac muneris proprium. l. VII, 3. *habitus quoque redderetur armigeri*, nempe lancea. V. *statum* Metaphorice, id est, conditionem. l. III, 31. *pro habitu praesentis fortunae.* VI. *qualitatem* sive *indolem.* l. V, 22. *nequaquam pro naturae habitu molliora ingenia sunt.* VII. *vivendi modum*, ut hoc loco *civilis habitus.* & supra c. 14. *civilem habitum.* TELLIER. *Civilis habitus.* Vivendi rationis, quae inter cives esse debet, in humanitate & mitiore affectu consistens. CELLAR. Divisionem Tellierii Raderum secuti non facile assequetur Lector, sed index exhibebit, & loco suo singula adsignabit. Et ut Belon à Curtio, sic Marius describitur Vellej. Paterc. l. II, 11. *quantum bello optimus, tantum pace pessimus, immodicus gloriae, insatiabilis, impotens, semperque inquietus.*

Vicina] Cum sic haberet Aldus, non potui mutare: est enim hoc huic loco prae ceteris accommodatissimum. FREINSH. *Vicina.* cum Aldo & Freinshemio. forte *vicina q. diversorio.* HEINSIUS.

Sed per dispositos, quos ad somnum habebat] Pro *ad somnum* in aliis legitur *supra somnum.* Unde mihi fit suspicio, verba ista, *quos ad somnum habebat*, esse & ipsa glossatoris. Curtius profecto non videtur tali modo fuisse scripturus, sed vel hoc: *sed per quos dispositos ad somnum habebat.* vel isto: *sed per quos ad somnum habebat dispositos.* Et longe absunt elegantius, cum quo fine fuerint dispositi, ex sequentibus satis intelligatur. SCHEFFER. MSS. *supra.* Sic in fragment. Tragur. *puer super hoc positus officium.* Statius Theb. V, vs. 136. *super somnos.* infra noster hoc cap. n. 27. dixit *supra coenam.* l. VIII, 4, 3. *super vinum & epulas.* Adde indicem. Vetus inscriptio apud Gruter. p. MCXI. *supra cubicularios.* & altera apud eumdem p. DLXXX, 12. *supra cocos.* & p. DXCIX. *supra velarios.* HEINSIUS.

Ne femina illa] Editi, *ne fremitu ullo murmurantium inter se silentio verius, quam somno excitaretur.* quae cum vitii manifestissima viderem, nec tamen quo pacto emendarem, haberem, subvenit commodum deficientibus reliquis Sigebergense exemplar, in quo diserte legi, ut expressi, sciunt mecum, qui viderunt. MODIUS.

Ludibrio ei fuisse rusticos] Vocula hic etiam certo excidit, qua reposita fit totum elegantius: *Ludibrio ei fuisse se: rusticos homines Phrygas & Paphlagonas appellatos.* Macedones suos etiam Philippus joco noto rusticiores dicebat, qui scapham scapham appellarent; quo, si forte, potuit alludi. ACIDALIUS. *Fuisse rusticos.* Sic recte: quamquam Aci-

phlagonas *appellatos: qui non erubeſceret, Macedo natus, homines* [1] *linguae ſuae per*
5 *interpretem audire.* [2] *Cur Hammonem conſuli vellet? eumdem Jovis arguiſſe menda-*
cium, Alexandrum filium agnoſcentis: [3] *ſcilicet veritum ne* [4] *invidioſum eſſet, quod*
6 *dii offerrent. Quum inſidiaretur capiti regis & amici, non conſuluiſſe eum Jovem:*
nunc ad oraculum mittere, dum pater ejus [5] *ſollicitaretur, qui praeſit in Media; &*
pecunia, [6] *cujus cuſtodia commiſſa ſit, perditos homines ad ſocietatem ſceleris impellat.*
7 *Ipſos* [7] *miſſuros ad oraculum,* [8] *non qui Jovem interrogent, quod ex rege* [9] *cognove-*
8 *rint; ſed qui gratias agant: qui vota* [10] *pro incolumitate regis optimi perſolvant.* Tum
vero univerſa concio accenſa [11] eſt; & à corporis [12] cuſtodibus initium factum,
[13] clamantibus, *diſcerpendum* [14] *eſſe parricidam manibus* [15] *eorum.* Id quidem Phi-
lotas, qui graviora ſupplicia metueret, haud [16] ſane [17] iniquo animo audiebat.
9 Rex in concionem reverſus, ſive ut in cuſtodia quoque [18] torqueret; ſive ut dili-
gentius

VARIANTES LECTIONES.

1 P. omittit *linguae ſuae.* 2 Ald. *cum Amm.* Fl. Leid. *ne cum Amm.* Voſſ. 1. 2. Bong. Grut. o. *ne cum Hamm.* Col. Baſ. Mer. *Cum Hamm.* Frob. *Cui Hamm.* 3 Voſſ. 2. *ſolis.* 4 Leid. *invidoſum.* 5 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Mer Baſ. Lugd. *ſollicitetur.* 6 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. D. Pall. o. ſed Bong. *cujus cuſtodiae* vulgat. o. *quae ejus cuſtodiae* Bong. Grut. *ejus cuſtodiae* omiſſo *quae.* 7 Mer. *miſſurus.* 8 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Grut. o. Mer. *qui Jovem interrogent non.* 9 Voſſ. 2. Bong. Grut. Pal. 1. *cognoverant.* 10 Voſſ. 1. *per.* 11 Voſſ. 2. omittit *eſt.* 12 Mod. *cuſtodibus maxime.* 13 Mer. *clamantium.* 14 Leid. omittit *eſſe.* 15 Lugd. Amſt. alii *ipſorum.* 16 B. 2. omittit *ſane.* 17 Leid. *iniquanimo* Voſſ. 1. *in quo animo.* 18 Sic Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Grut. o. Ald. Frob. Col. Mer. Baſ. ſed vulgo tamen *torqueretur.*

Acidalius mallet, *fuiſſe ſe: ruſtic.* Quo ſane facto periret elegantia ſenſui, nec quidquam ad rem facit Philippi jocus, qui ruſticos eſſe Macedonas dicebat, & ſcapham ſcapham appellare, in Plut. Apophthegm. cap. 31. illud enim ad laudem potius pertinebat: Philotas opprobrii cauſſa aliena vilium & rudium populorum nomina iis indidit. FREINSH. Ruſticos Macedones, hoc eſt, ab urbibus & aula remotiores, ideoque à vitae elegantia alienos ita ludibrio Philotae fuiſſe, ut viliſſimarum gentium nomine Phrygas eos ac Paphlagonas appellaret. notum eſt de Phrygibus proverbium *ſero ſapere*, quod ſtuporem in iis arguit. Paphlagones male audiebant διὰ τὸ τῆς φωνῆς ἀπηχές. *propter abſonum linguae ſtridorem*, ut Suidas refert. Forte etiam ut accolae Phrygum, eodem vitio notati ſunt. CELLAR.

Per interpretem] Hoc eſt, internuntium & medium aliquem, ut videtur intellexiſſe Freinshemius. At vero *interpretem* hic intelligendum proprie, ac de eo, qui exponit ignotum alterius ſermonem, vel illud oſtenderit, quod praemittitur, tamquam abſurdum, iniquum, ſuperbum de Philota, fuiſſe natum Macedonem, hominem ejuſdem linguae. Ut vix dubitem, quin ſcripſerit Curtius *per interpretem adire*, eſt autem *adire* optimis ſcriptoribus. *Agere cum aliquo, negotiorum cauſſa quem compellare.* Sic noſter l. VIII. c. 13. *Legati Abiſari adiere regem.* Itaque ſententia; Philotam agere ſuperbe etiam in ipſa defenſione ſua praeſentique negotio, quod compellare Macedonas noluerit ſermone patrio, verum eo, qui exponi debuerit per interpretem. SCHEFFER.

Nam cur Hammonem] Vulgo, *Cur Hammonem conſuli vellet?* Sigebergenſes membranae. *Nec vero Hammonem conſuli vellet.* mihi, ut verum fateor, nec hoc, nec illud ſatis placet. MODIUS.

Eumdem Jovem arguiſſe] Neſcio quomodo hiulca maleque cohaerentia haec videntur. Et quid hic nominatim memoratur Jupiter, cum proxime anteceſſerit de Hammone? videtur itaque hic locus ita formandus. *Cur Hammonem conſuli vellet eumdem, cujus arguiſſet mendacium, Alexandrum filium agnoſcentis.* Oratio planiſſima, longe melior vulgatâ. SCHEFFER.

Cujus cuſtodia] Aliter impreſſi, & forte etiam rectius: *& pecunia, quae ejus cuſtodiae commiſſa ſit.* MODIUS. Verba haec conſtituimus, ut in MSS. eſſe dicuntur. FREINSH. Libri veteres alii, *quae ejus cuſtodiae commiſſa ſit.* Alii omittunt *quae*, alii *cujus cuſtodiae.* Veriſſima lectio videtur, *& pecunia, ejus cuſtodiae commiſſa, perditos hom.* SCHEFFER. Forte *quae cuſtodia ei commiſſa.* HEINSIUS.

Manibus eorum] Alii *ipſorum*, puto ex gloſſa eſſe annexum, & idcirco, parum huc nimirum faciens, delendum. SCHEFFER.

Rex] An repeti placet ex praecedenti dictione, *At rex.* profuerit hoc vinciendae ſententiae: cujus tamen rei non admodum ſtudioſus eſt Curtius. FREINSH. Freinshemio videtur *at rex* vinciendae ſententiae aptius, quaſi *at* excidiſſet propter eamdem ſyllabam in praecedenti verbo. CELLAR.

Torqueretur, ſive] Iterum impreſſi, *Rex in concionem reverſus, ſive ut in cuſtodia quoque torqueret, ſive ut*

gentius [1] cuncta cognofceret; [2] concilium in pofterum diem diftulit: [3] & quamquam in vefperam inclinabat dies, tamen *amicos convocari* jubet. & ceteris quidem 10
placebat, *Macedonum more obrui faxis*; [4] Hephaeftion [5] autem & Craterus & Coenus *tormentis veritatem exprimendam effe* dixerunt: & illi quoque, qui aliud fuaferant, in horum fententiam [6] tranfeunt. [7] Confilio ergo dimiffo, Hephaeftion cum 11
Cratero & Coeno ad quaeftionem de Philota habendam confurgunt. Rex Crate- 12
ro [8] accerfito, & fermone habito, cujus fumma non edita eft; in intimam diverforii partem feceffit, & remotis arbitris in multam noctem quaeftionis exfpectavit [9] eventum. Tortores in [10] confpectu Philotae [11] omnia crudelitatis [12] inftrumen- 13
ta proponunt. Et [13] ille ultro, *quid ceffatis*, inquit, *regis inimicum*, *interfecto-* 14
rem, [14] *confitentem occidere? quid quaeftione opus eft? cogitavi*, *volui*. [15] Craterus exigere, *ut quae confiteretur*, *in tormentis quoque diceret*. Dum corripitur, [16] dum 15
obligantur oculi, dum veftis exfuitur, [17] *deos patrios*, *gentium jura*, nequidquam apud furdas aures invocabat. Per ultimos deinde [18] cruciatus, [19] utpote damnatus, & inimicis in gratiam regis torquentibus laceratur. Ac primo quamquam 16
hinc ignis, illinc verbera, jam non ad quaeftionem, [20] fed ad poenam [21] ingerebantur; non vocem modo, fed [22] etiam gemitus [23] habuit in poteftate: fed 17

[1] poft-

VARIANTES LECTIONES.

1 Voff. 2. *acta*. 2 Sic Fl. Leid. Voff. 1. D. Pal. 3. & editt. pleraeque, fed Voff. 2. Frob. *confilium*. 3 vulgo omittunt *&*. 4 Fl. Leid. Grut. o. *Hephaeftio* Voff. 1. 2. *Ephestio* Ald. *Hepheftion* ut femper, Bong. Frob. Col. Baf. Mer. *Epheftion*. 5 Bong. *quidem*. 6 Amft. *tranfierunt*. 7 Sic Fl. Leid. Voff. 1. 2. Ald. Grut. o. Mer. fed vulgo *concilio*. 8 Fl. *arceffito*. 9 Mer. *adventum*. 10 Fl. Leid. Voff. 1. 2. Bong. D. *confpectum*. 11 Amft. *omnis*. 12 Voff. 2. Elz. alii *tormenta*. 13 Fl. Leid. Voff. 1. *illo*. 14 Elz. Amft. *confcientem*. 15 Voff. 2. *erat herus*. 16 Fl. Leid. Voff. 1. 2. Ald. Grut. o. Mer. Baf. Col. Lugd. Amft. *& dum*. 17 Sic Fl. Leid. Voff. 1. 2. Grut. o. Bong. fed vulgo *gentium jura deos patrios*. 18 Fl. Voff. 1. *cruciatos*. 19 Fl. Leid. Voff. 1. 2. Bong. D. Pal. 3. Col. Frob. Mer. Baf. Lugd. Amft. *utpote & damnatus*. 20 P. omittit *fed ad poenam*: 21 Voff. 2. Mer. *ingrediebantur*. 22 Voff. 2. *omnes*. 23 Voff. 2. *in pot. habuit*.

ut diligentius cuncta cognofceret, *confilium in pofterum diem diftulit. Quamquam in &c.* peffime. MODIUS.

Concilium] Recte de concione, cum *confilium* mox de amicis regis ad confulendum adhibitis. errarunt autem in his vocibus frequentiffime librarii, fed explicuit differentiam doctiffime, ut omnia, J. Fr. Gronovius ad Livii l. XLIV. c. 2. & ex hoc loco patet, concilium non differre à concione, ut recte cenfet Cl. Davief. ad Caefarem l. 11. Bell. Civ. c. 30. & merito ridiculus eft J. Goduinus, ibid. qui *in concilium paucos convenire* affirmat; *cum in confilium pauci*, *in concilium omnes coëant*.

Obrui faxis] Hoc parricidarum reorumque majeftatis & caedis fupplicium, vel ut telis confoderentur. Hoc fupplicium etiam Oreftes timuit apud Euripidem:

- - - κυρία δ' ἡ δ' ἡμέρα,
Ἐν ᾗ διοίσει ψῆφον Ἀργείων πόλις
Εἰ χρὴ θανεῖν λευσίμῳ πετρώματι,
Ἢ φάσγανον θήξαντ' ἐπ' αὐχένος βαλεῖν.
- - - *haec dies autem dicta*
In qua ferent fententiam Argivi,
An oporteat nos mori lapidante faxo;
An acuto enfe ferire collum.

RADERUS.

Coenus] Mirum hoc de Coeno, qui modo ipfum tormentis fubtrahere volebat, eum jam contra aliorum fententiam fuadere quaeftionem. Nifi forte hoc voluit ad purgandam fufpicionem, quam incurrere illo confilio potuiffe fupra ad VI, 9, 31. notavi; nefcio quid pro illo, an Curtio dici poffit. FREINSH.

Dixerunt] Forte *duxerunt*. HEINSIUS.

In intimam] Plut. cap. 88. narrat non quidem interfuiffe quaeftioni, fed exaudiviffe foris, velo difcretum, *quod vifum arceret*, *auditus non adimeret*, ut loquitur Tacit. XIII, 5, 2. FREINSH.

In confpectu &c.] Exempla ejufmodi faevitiae apud Langlaeum Semeftr. IX, 13. Herald. ad lib. 1. Arnobii. Gebhard. Crepund. 1, 15. fatis explicantur. FREINSH.

Tum corripitur] Adhuc impreffi, *dum corripitur*, *dum obligantur oculi*. & quid ni ita legatur potius? MODIUS.

In poteftate] Ut nec clamaret, nec ingemifceret. ut *plerique* in l. 1. §. 23. de Quaeftion. Philotas ergo primum fano adhuc & integro corpore fortiffime & conftantiffime verbera, faces, & cruciatus pertulit; at ubi corpus exulceratum eft, coepit fateri. His plane contraria fcripfit Plutarchus Alex. cap. 88. *Inde correptum torferunt affiftentibus quae-*

ftioni

[1] poſtquam intumeſcens corpus ulceribus, flagellorum ictus nudis oſſibus [2] incuſſos ferre non poterat; *ſi tormentis adhibituri modum* [3] *eſſent, dicturum ſe, quae*
18 [4] *ſcire* [5] *expeterent, pollicetur. ſed finem quaeſtioni fore, jurare eos per Alexandri ſalutem* volebat, *removerique tortores.* Et utroque impetrato, Cratero inquit, *dic*
19 *quid me velis dicere.* Illo indignante [6] *ludificari eum,* [7] rurſuſque [8] revocante tortores; *tempus petere* coepit; *dum* [9] *reciperet ſpiritum, cuncta quae ſciret, indicatu-*
20 *rus.* Interim equites, nobiliſſimus quiſque, & [10] ii maxime, qui Parmenionem propinqua cognatione contingebant, poſtquam Philotan torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi inſidiati [11] erant, [12] cum ipſis necarentur; alii ſe interficiunt; alii [13] in devios montes vaſtaſque ſolitudines fugiunt: ingenti per tota caſtra terrore diffuſo, donec
21 rex tumultu cognito, *legem* [14] *ſe ſupplicio conjunctis ſontium remittere* edixit. Philotas, [15] verone an mendacio liberare ſe [16] à cruciatu [17] voluerit, anceps conjectura eſt, quoniam & vera confeſſis, & [18] falſa dicentibus, idem doloris finis oſtenditur.
22 Ceterum, [19] *Pater,* inquit, *meus* [20] *Hegelocho quam familiariter uſus ſit, non ignoratis.*

Variantes Lectiones.

1 Mer. Baſ. *poſteaquam.* 2 P. *incuſſus.* 3 Mer. *eſſet.* 4 Voſſ. 2. *ſciret.* 5 Voſſ. 2. Mer. *expectarent.* 6 Sic MSS. noſtri, Grut. o. Frob. Mer. Col. Baſ. ſed vulgo omittunt *eum.* 7 Pal. 3. *rurſus.* 8 F. *revocare* Ald. Col. Er. Baſ. *renovante* Mer. *renovare.* 9 P. *reciperit.* 10 Voſſ. 2. Pal. 1. 2. D. Bong. Grut. Mer. *hi* Bong. *hii.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. *eſſent.* 12 Voſſ. 2. *connecarentur* omiſſ. *cum ipſis.* 13 Voſſ. 2. omittit *in.* 14 Sic Ald. Frob. Col. Baſ. ſed vulgo *ſupplicii conjunctis ſontium* Fl. *ſupplicio conjunctorum ſontium* Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. Pal. 3. *ſupplicio conjunctorum ſontibus* uti & Pal. 2. ſupraſcriptum Pal. 1. D. *ſupplicio conjunctorum inſontibus* Mer. *ſupplicium conjunctis ſocium.* 15 Voſſ. 2. *vero ſe.* 16 Amſt. Lugd. alii omittunt *à* Voſſ. 2. *an à.* 17 B. 1. omittit *voluerit.* 18 Mer. *fama.* 19 P. F. *inquit pater* Fl. addit *confeſſio Philotae.* 20 Fl. Voſſ. 1. D. Bong. *Egelicho* Leid. Pal. 3. Amſt. Lugd. *Egelocho* Voſſ. 2. *Egelico* Col. Mer. Baſ. *Egiloco* Ald. *Hegelochus* Frob. Elz. *Egilocho* Pal. 1. 2. Bong. Grut. *Egiloco.*

ſtioni regis amicis, & Alexandro pone obtenſam aulaeam exaudiente. Quo tempore eum dixiſſe ajunt, cum miſerandis & abjectis vocibus precibuſque Philotas Hephaeſtionem compellaret; adeone mollis tu, Philota, & effeminatus tantas res moliebare. Alias cap. 85. ut ſtrenuum, ferreum, & laborum tolerantem laudarat Plutarchus. Ne tamen videantur pugnare inter ſe Curtius & Plutarchus, dici poteſt, primum tormenta fortiter à Philota exantlata, dein lacerato & exulcerato corpore ad preces deſcendiſſe. RADERUS.

Per Alexandri ſalutem] Per Genium, ſeu Τύχην regis, aut Caeſaris jurabant veteres Pagani; per ſalutem Principis Chriſtiani, ut docet Tertullian. Apologet. c. 32. *Juramus, ſicut non per genium Caeſarum, ita per ſalutem eorum, quae eſt auguſtior omnibus geniis.* Arcad. & Honor. l. 41. Cod. de Tranſact. *Qui nomina noſtra placitis inſerentes ſalutem principum confirmationem initarum juraverint eſſe pactionum.* Ita Theodoſius minor Eudociam conjugem ſuam adegit, ut per ſalutem ſuam juraret, ſe comediſſe pomum. RADERUS.

Ludificari eum] *Ludificor* & active & paſſive dicitur. Utrovis modo hic ſumas licet. Si paſſive, *eum* ad Hephaeſtionem pertinet, ac pro *ſe* poſitum eſt; quod Curtio non infrequens. ut notatum eſt l. III. ſin active accipi placet, *eum* ad Philotam refert. TELLIER. Lego, *ludificari reum.* HEINSIUS.

Propinqui eorum] Hanc legem, ut nimis rigidam, poſtea abrogavit Alexander. Unde auctor ſubjungit: *legem ſe ſupplicii conjunctis ſontium remittere.* & l. VIII, 8, 8. ad Hermolaum Alexander: *Olim iſtum morem occidendi cum ſceleſtis inſontes propinquos parenteſque ſolvi.* Quod etiam juſtitiae convenientius, ut poena teneat ſolos delicti auctores. LOCCEN. Adde P. Fabr. Semeſtr. l. III. c. 8. FREINSH. Forte. *Ut propinqui reorum.* HEINS.

Legem ſe ſupplicii] Ita emendavit Palmerius meus. membranae habebant, *legem ſe ſupplicio conjunctorum ſontibus remittere edixit.* editi libri, *legem ſe ſupplicio conjunctis ſontium remittere edixit.* ineptiſſime & hi, & illae. MODIUS. Ordo eſt: remittere ſe legem conjunctis ſontium, & hoc quidem planum: quo autem pertinet illud *ſupplicio?* num ad *conjunctis*, ut *conjuncti ſupplicio* ſint, qui ſubire idem ſupplicium coguntur? Atqui ſic non hic intelligendi, ſed qui conjuncti propinquitate. Conjungebantur enim non ob ſupplicium idem, ſed ſupplicium idem ſubibant, quia erant conjuncti. Metuo igitur, ne exciderit particula, legendumque ſit: *legem ſe de ſupplicio,* & hoc eo magis, quia libri quidam habent *ſupplicii,* quod illius *de ſupplicio* interpretamentum atque gloſſa eſt. SCHEFF.

Et vera confeſſis, & falſa dicentibus idem doloris finis] Ulpianus in l. 1. §. 23. de Quaeſt. Val. Max. l. VIII. c. 4. & Langlaeus l. IX. Semeſtr. c. 1. 2. plura

ratis. Illum dico [1] *Hegelochum, qui in acie cecidit:* [2] *ille omnium malorum* [3] *nobis*
[4] *caussa fuit. Nam quum primum* [5] Jovis filium *se salutari jussit rex, id indigne fe-* 23
rens ille, hunc igitur regem agnoscimus, [6] *inquit*, qui Philippum dedignatur pa-
trem? actum est [7] de nobis, si ista perpeti possumus. Non homines solum, sed 24
etiam deos [8] despicit, qui postulat deus credi. [9] Amisimus Alexandrum, amisi-
mus regem: [10] incidimus in superbiam, nec [11] diis, quibus se [12] exaequat, nec ho-
minibus, quibus se eximit, tolerabilem. Nostrone [13] sanguine deum fecimus, 25
qui nos fastidiat? qui gravetur mortalium [14] adire [15] concilium? Credite mihi,
& nos, si viri sumus, [16] à diis [17] adoptabimur. Quis proavum [18] hujus Alexan- 26
drum,

VARIANTES LECTIONES.

1 D. *Egelochum* Voss. 2. *Eligiocum* reliqui ut modo. 2 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Grut. o. Mer. Bong. omittunt *ille.* 3 Voss. 2. omittit *nobis.* 4 Fl. Leid. Voss. 1. B. 1. 2. *fuit caussa.* 5 Voss. 1. *Jocus* Mer. (*Jovis filius.*) 6 Voss. 2. omittit *inquit.* 7 Pal. 1. Bong. Grut. Mer. omittunt *de.* 8 Voss. 2. *decipit.* 9 Sic Fl. Leid. Voss. 1. 2. sed D. Pal. 1. 2. Bong. Grut. *Amisimus Alexandrum incidimus* Pal. 3. *Alexandr. amisimus regem inc.* Amst. Lugd. alii omittunt *Amisimus Alexandrum.* 10 Voss. 2. omittit *incidimus in superbiam.* 11 B. 1. *diis* intermediis omissis usque ad *Deum fecimus.* 12 Leid. *exsequat.* 13 Pal. 2. *sanguine se Deum jactat qui nos fast. &c.* ad oram vero exstat lectio vulgata Pal. 3. *Deum fecimus qui gravetur* omissis intermediis Voss. 2. D. Pal. 1. Bong. praeter B. 2. omittunt *fecimus* Mer. *sanguine se jactat Deum qui &c.* 14 Pal. 1. *adiit.* 15 Voss. 2. *consilium.* 16 Voss. 1. *adhis.* 17 Voss. 2. *id optabimus.* 18 Ald. Frob. Col. Mer. Bas. *ejus.*

plura notarunt de quaestionum & tormentorum lubrico & ancipiti modo. LOCCEN.

Amisimus regem] Editiones *Amisimus Alexandrum, amisimus regem*, & forte ita legendum est. MODIUS. Non forte, sed certo, sed omnino legendum vulgata iteratione: *Amisimus Alexandrum, amisimus regem.* Sed has non necessarias mutationes nec vacat omnes persequi, nec est sane hic propositum nobis. Indignitas tamen rei saepe cogit, ut vindicem & retraham vel in transitu, quae immerito multa nimis in exsilium acta. ACIDALIUS.

Nostrone sanguine Deum fecimus, qui nos fastidiat?] Pro *fecimus* libri alii habent *jactat*, alii omittunt plane. Mihi vel ex hoc ipso, quod in aliis sit *jactat*, in aliis *fecimus*, liquet, neutrum esse Curtii, eumque id per retinentiae figuram omisisse, quod apponendum fuit, ut fit in oratione indignantium. Ergo locum ita lego: *Nostrone sanguine Deum? qui qui nos fastidiat? qui gravetur mortalium adire concilium?* debent omnia intelligi, ut dicta sint per indignationem. Cur, ait, nos fastidit, qui tamen eum Deum fecimus? & cum ipsum fecerimus, cur non facere & nos possimus, modo velimus esse viri, nec ferre Alexandrum has injurias, & vel per caedem ejus ulcisci. Neque est, ut metuamus poenas. Quis enim proavum ejus, quis deinde Archelaum ultus est? SCHEFFER,

Quis proavum hujus] Lege, *quis proavum hujus Alexandrum.* MODIUS. Videndum quomodo Alexander Amyntae F. Philippi, patris Alexandri M. dicatur proavus Alexandri M. cum tantum fuerit patruus ejus, Philippi nempe patris frater. Amyntas enim Philippi pater Amyntae Aridaei F. trigeminos habuit liberos virilis stirpis ex Eurydice Illyride, Alexandrum, Perdiccam, & Philippum Alexandri M. patrem. qui omnes ordine post Amyntam patrem regnarunt. Idem Amyntas auctore Justino l. VII. ex Cygaea alia conjuge tres itidem mares, Archelaum, Aridaeum, & Menelaum. Itaque patruus fuit, non proavus Alexander Amyntae filius. Nec potest intelligi prior Alexander Amyntae Alcetae F. Quia inter Alexandrum Amyntae, & Alexandrum Alcetae sex reges intercesserunt, nec praeter Alexandrum M. & Amyntae F. Alcetae fuit ullus Alexander in stirpe Carani. Alexandrum ergo patruum Alexandri M. à Curtio proavum dictum censeo, non ordine natorum, sed regni administrati. Ita omisso Alorite, Alexander Amyntae F. Philippi frater, Alexandri patruus, ejusdem est & proavus. Patruus, quia Philippi frater fuit, proavus, quia ante Philippum regnavit Perdiccas, Avus ratione regni, patruus ratione sanguinis. Ante Perdiccam (omisso Ptolemaeo) Alexander itidem patruus sanguine, proavus ratione regni & regum. Alorites autem omittitur, quod non fuerit ex genere Carani. RADERUS. *Proavum hujus Alexandrum.* Duos hoc nomine Macedoniae reges offert historia, ad quos ista trahi possint, Alexandrum cognomento Divitem, & alium, Philippi fratrem, hujus Alexandri patruum. De hoc Raderus accipit, & ut omnia rectius quadrent, miram genealogiae rationem comminiscitur, proavum dici contendens, qui tot ante gradibus regnum tenuisset, quasi contendas Vespasiani patrem recte dici Vitellium, avum Othonem, proavum Galbam. Verum etiam sic opus habet ejecto Ptolemaeo Alorite, quod ille non fuerit, ut illi quidem fingere lubet, ex genere Carani. At si genus aspiciendum est, cur à successionibus regum appellationes cognationis trahit: aut si attendenda successio, cur generis requirit

drum, quis [1] deinde [2] Archelaüm, quis [3] Perdiccan occisos ultus est? hic qui-
27 dem interfectoribus patris ignovit. *Haec Hegelochus dixit* [4] *supra coenam: &* [5] *po-*
stera die prima luce à patre accersor. Tristis erat, & me moestum videbat. audiera-
28 *mus enim, quae sollicitudinem incuterent. Itaque ut experiremur, utrumne vino gra-*
vatus effudisset illa, an altiore concepta consilio; [6] *accersiri eum placuit.* [7] *Venit: eo-*
demque sermone ultro [8] *repetito adjecit*, se sive auderemus [9] duces esse, [10] proximas
à nobis [11] partes vindicaturum; sive deesset animus, consilium silentio esse tectu-
29 rum. [12] *Parmenioni*, vivo adhuc Dario, intempestiva res *videbatur*; non enim
sibi, sed hosti esse occisuros Alexandrum: Dario vero sublato praemium regis oc-
cisi Asiam, & totum Orientem interfectoribus esse [13] cessurum. [14] *Adprobatoque*
30 *consilio*, [15] *in haec fides data est & accepta. Quod ad* [16] *Dymnum pertinet, nihil scio;*
& haec confessus [17] *intelligo* [18] *non prodesse mibi, quod* [19] *prorsus sceleris* [20] *expers*
sum.

VARIANTES LECTIONES.

1 Pal. 1. Bong. Grut. Voss. 2. *demum.* 2 Fl. *Archilaum.* 3 Sic MSS. sed Mer. Bas. *Perdicam.* 4 Sic Fl. Leid. Voss. 1. Ald. Mer. Bas. Elz. Lugd. sed Voss. 2. B. 1. & vulgo *super.* 5 Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Erasm. *postero.* 6. Sic Voss. 2. Pal. 3. Bong. Grut. sed Pal. 1. *arcessiri* Fl. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. Lugd. *accersi.* 7 Fl. Leid. Voss. 1. Grut. o. Ald. Bas. Erasm. Elz. alii *ac venire* Voss. 2. *at venire.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Grut. o. Ald. Col. Bas. Mer. *petito.* 9 Voss. 2. *esse duces.* 10 Fl. *proxima.* 11 Pal. 1. *partis.* 12 D. Bong. praeter B. 2. *Parmenio.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. Lugd. alii *cessura.* 14 Voss. 2. omittit *que.* 15 Voss. 2. *in hoc fides tanta est* Fl. Leid. Bong. Lugd. Amst. *in haec fides & data.* 16 Voss. 2. *Divinum* ut semper B. 1. P. *Dampnum* D. F. B. 2. Fl. *Damnum* in Leid. est correctum. 17 Voss. 1. D. *intellego.* 18 Pal. 1. 2. Bong. Grut. *nil.* 19 Fl. D. Bong. praeter F. *persus.* 20 Voss. 1. *expressum.*

propinquitatem? Certe si nullum aliud esset argumentum, hunc Alexandrum à Curtio non indigitari, nisi hoc unum, quod tam male asseritur, sufficere potuisset. Sunt autem praeter id duo satis valida. primum quod ante ceteros hujus casum ponit, etiam vocula deinde innuens, priorem interfectum; alterum, quod posterioris Alexandri mors non neglecta, sed vindicata fuit, à fratre Perdicca, qui percussorem ejus Aloriten Ptolemaeum regno simul vitaque privavit, ut apud Diod. xv, 77. legimus. Ergo potius ad Alex. divitem, qui & Philellen, ista verba pertinere videntur. quem quod *proavum* appellat Curtius, cum esset abavus; nihil mirum aut insolens facit. Inculcandum enim est denuo, quod de confusis cognationum vocabulis supra semel iterumque monuimus. Eadem plane videtur esse caussa Libanii Declamat. xvi. qui eum Alexandrum, quem nostri proavum vocat Curtius, *avum Philippi* appellat, πρόγονον. haec enim vox etiam pro ulterioris gradus avis accipi potest. quomodo & Latina apud Juvenal. viii, 134.

De quocunque voles proavum *tibi sumito libro.*

FREINSH. Abavum, an patruum? hos solos hoc nomine usos novimus, non proavum. Nec unus in ea gente Perdiccas aut Archelaus. Priores occisos à suis esse non constat: Posteriores occisi quidem, sed patrui tantummodo. Nec Archelaus rex, sed privatus fuit, Justin. l. vii. c. 4. Hegelochus autem voluit regum exempla impune interfectorum proferre. CELLAR.

Archelaum] De rege Archelao Curtium sentire necesse est, cum hic exempla eorum referat, qui reges impune occiderunt. De Perdiccae nece diversa sentiunt auctores, quos vide in Reineccii regno Macedonico. FREINSH.

Interfectoribus] Soli Alexandro Lyncistae. Justinus xi, 2, 1. *Ante omnia caedis conscios ad tumulum patris occidi jussit, soli Alexandro Lyncistarum fratri pepercit.* Et ipse Curtius iv, 7, 27. *Philippi autem omnes interfectores luisse supplicia.* Justinus tamen vii, 9, 1. etiam Olympiadem, adeoque ipsum Alexandrum conscium fuisse caedis Philippi testatur, imo Pausaniam percussorem Philippi ab Olympiade fuisse subornatum & immissum in Philippum conscio etiam ipso Alexandro. Quae omnia Alexander dissimulavit. RADERUS. Intelligit igitur hic solum Lyncestem Alexandrum, de quo mox vii, 1, 5. quod autem *interfectoribus* ignotum, plurative dixit, facit ad intendendam vim orationis. Tale est illud apud Tacitum 1, 10, 6. *Interfectos Egnatios, Julos &c.* cum unus Egnatius, unus Julus fuisset interfectus, & alia sexcenta. FREINSH.

Accersi eum placuit] Cum nescio quibus mihi rem esse malim, quam cum operis typographicis. Ecce enim, cum haec vulgo ita legerentur. *Accersiri eum placuit ac venire: eodemque sermone ultro repetito adjecit &c.* quo pacto nullo modo ferri poterant, emendassemque de consilio Palmerii, *Accersi eum placuit, venit, eodemque &c.* fecerunt ex eo illi, quod vitiose excusum hinc te, lector, corrigere velim. MODIUS.

Proximas à nobis partes] Secundas à ducibus Parmenione, & Philota in perpetranda regis caede partes. CELLAR.

Proxim sceleris] *Prorsus* antea legebatur. quod nemini

ſum. Illi rurſus tormentis admotis, quum [1] ipſi quoque haſtis os oculoſque ejus 31
everberarent; [2] ut hoc quoque crimen confiteretur, expreſſere. [3] Exigentibus 32
deinde, *ut ordinem* [4] *cogitati ſceleris exponeret*; *quum diu Bactra retentura regem*
viderentur, *timuiſſe* reſpondit, *ne pater* LXX. *natus* [5] *annos*, *tanti exercitus* [6] *dux*,
tantae pecuniae cuſtos, *interim exſtingueretur*, [7] *ipſique*, *ſpoliato tantis viribus*, *occi-*
dendi regis cauſſa non eſſet. [8] *Feſtinaſſe ergo ſe*, *dum praemium* [9] *haberet in manibus*, 33
repraeſentare conſilium, [10] *cujus patrem fuiſſe auctorem niſi crederent*, *tormenta quam-*
quam [11] *tolerare non poſſet*, *tamen non* [12] *recuſaret.* Illi conlocuti *ſatis quaeſitum vide-* 34
ri; ad regem revertuntur. qui poſtero die & *quae confeſſus* [13] *erat Philotas recitari*;
& ipſum quia ingredi non poterat, juſſit *adferri.* Omnia [14] agnoſcente [15] eodem, 35
Demetrius, qui proximi ſceleris particeps eſſe arguebatur, producitur: multa ad-
firmatione, [16] animique pariter conſtantia, & vultu abnuens, [17] *quidquam ſibi in*
regem

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Ald. Col. Mer. Baſ. *ipſis.* 2 Voſſ. 1. Bong. Amſt. Lugd. *expr. ut hoc q. cr. conf.* 3 Voſſ. 2. *gentibus.* 4 Voſſ. 2. *excogitati.* 5 P. *annos habens.* 6 Fl. Leid. Voſſ. 1. 2. Bong. D. Pal. 1. *dux tantus, tantae* Pal. 3. *dux tantus, tantaeque.* 7 Voſſ. 2. *ipſi.* 8 Ald. *feſtinaſſet.* 9 Fl. Leid. Voſſ. 1. Bong. *in manib. haberet. Repraeſentare* B. 1. *in manibus haberet. Repraeſentaſſe* D. Pal. 2. *haberet repraeſentare* Voſſ. 2. Pal. 1. Bong. Grut. *repenſare* Ald. Col. *hab. in man. Repraeſentare.* 10 Sic Ald. Mer. Col. Baſ. ſed vulgo *c. p. fuiſſe auctorem ſi crederent* Fl. Leid. Bong. Voſſ. 1. *c. p. fuiſſe niſi crederent* Pal. 3. Bong. Grut. *c. p. non fuiſſe niſi crederent* Voſſ. 2. *c. p. non f. ni crederent* Pal. 1. *patrem non fuiſſet niſi crederent* omiſſo *cujus.* 11 Fl. Leid. Voſſ. 1. Lugd. Amſt. *jam tolerare* Voſſ. 2. omittit *quamquam tolerare.* 12 Sic Fl. Leid. Voſſ. 2. Bong. Grut. o. ſed pleraeque editt. *recuſare.* 13 Voſſ. 2. *fuerat.* 14 Mer. *ignoſcente.* 15 Fl. B. 1. *eodem & prius* Voſſ. 2. *eo Demetrius* B. 2. P. F. D. Bong. Grut. *eo Dem.* Pal. 1. *eodem & prius Demetrius* Leid. omittit *Demetrius.* 16 Pal. 1. 2. Bong. Grut. Voſſ. 2. *animi pariter & conſt.* Fl. Leid. Bong. D. Pal. 3. *animique pariter & conſtantia.* 17 D. *quicquid.*

nemini animadverſum demiror ſane. quomodo enim prorſus ſceleris expers dici poterit, qui tantum facinus mente agitabat? MODIUS. Mihi liquet legendum *prioris.* Sic mox num. 35. *qui proximi ſceleris particeps eſſe arguebatur.* FREINSH. *Prorſus ſceleris expers*, illius nempe conjurationis, cujus Dymnus ſocius fuerat: aliam enim ipſe jam confeſſus eſt. CELLAR.

Ipſis quoque] Vulgo *ipſi quoque*, quod ſane de illis talibus ducibus, etſi Philotae inimicis, credere tamen non poſſum, eo uſque crudelitatem ſuam extendiſſe, ut funeſtiſſimorum tortorum carnificumque munia ipſi obirent. MODIUS.

Occidendi regis cauſſa] Forte *occaſio*, vel *anſa.* HEINSIUS.

Repraeſentaſſe] Plerique habent *repraeſentare*, unde ſuſpicor ſcripturam veram, *repraeſentare ſe conſilium.* Librarius ineptus junctim ſcripſit iſta duo vocabula: inde vitium exortum. SCHEFFER. *Repraeſentare conſilium.* Conſilium exſequi, in opus & effectum dare. Ita J. Fr. Gronovius interpretatur, cui ſummo viro hujus periodi, miſere alias vexatae emendationem debemus in libro de Pecunia Veteri l. 1. c. 6. At neſcio quomodo Freinshemii notas ad hunc locum citet Cl. Davieſius ad Hirtii Comment. de bello Alexandrino c. 70. cum hic non repraeſententur.

Auctorem ſi] Membranae, *cujus patrem fuiſſe auctorem niſi crederent &c.* Sed peſſime. MODIUS. *Patrem fuiſſe auctorem.* Melioribus libris conſtanter abeſt vox *auctorem*, quod ſuſpicionem mihi non ineptam, ut puto, parit, eſſe eam gloſſema vocis *patrem*, quam non vulgari ſignificatu hic poſitam, aliquis adpicto receptiore vocabulo exponere voluerit. Senſus igitur eſt: Totum ſe conſilium expoſuiſſe, ſuum illud eſſe, nec quemquam alium auctorem ejus nominare poſſe: nimirum illius ultimi, quo occupare deſtinaverat patris obitum. At ſi alios forte conſcios aut ſuggeſtores ab eo velint exprimere, nec ſe *patrem* (h. e. auctorem) ejus fuiſſe credant, non ſe recuſare tormenta. Ea notione Ovidius de Ponto IV, 5, 29.

Quidque parens ego veſter agam - - -

Graeco more. Athenaeus princ. operis: Ἀθηναῖος μέν ὁ τῆς βίβλου πατήρ. Maximus Tyrius Sermone octavo: ἀλλὰ εἴτε Μαντινική, εἴτε καὶ Λεσβία τὶς ἦν ἡ τοῦ λόγου μήτηρ. FREINSH.

Recuſaret illi] Puto & huic loco accidiſſe, quod ſuperiori, ſcribendumque eſſe, *recuſare, & illi conlocuti &c.* Debet ſane τὸ *recuſare* ſuperioribus reſpondere; in iis vero *repraeſentare*, non *repraeſentaret.* SCHEFFER.

Et ipſum] Forte *ſed ipſum.* HEINSIUS.

Demetrius] Omnia quae ad hanc conſpirationem pertinere videbantur, contraxiſſe Curtium apparet. Nam Arrianus III, 5, 25. non eodem loci, quo Philotae detecta fuerat conjuratio, hoc eſt, apud Zarangaeos, ſed in Arimaſpis fuiſſe comprehenſum tradit, ſuffecto in locum ejus Ptolemaeo Lagi filio. FREINSH.

Et vultu] Forte *& vultus.* HEINSIUS.

36 *regem* [1] *cogitatum esse*; *tormenta etiam* deposcebat *in semetipsum.* quum Philotas
circumlatis [2] oculis incideret in Calin quemdam, haud procul stantem, *propius*
eum jussit *accedere.* [3] Illo perturbato, & [4] recusante [5] transire ad eum, *patieris*,
37 inquit, *Demetrium mentiri*, *rursusque* [6] *me excruciari?* Calin vox sanguisque [7] de-
fecerant; & Macedones Philotan inquinare innoxios velle suspicabantur: quia nec
à Nicomacho, nec ab [8] ipso Philota, quum torqueretur, [9] nominatus esset [10] ado-
lescens. qui ut praefectos regis circumstantes se vidit, *Demetrium & semetipsum*
38 *id* [11] *facinus cogitasse* confessus est. [12] Omnes ergo à Nicomacho [13] nominatos, more
patrio,

VARIANTES LECTIONES.

1 Voss. 2. *conflatum.* 2 Fl. Leid. Mer. Bong. *oculis ut incidere* Pal. 2. 3. Voss. 1. *oculis incidere.* 3 Pal. 3. *ille.* 4 Leid. Voss. 1. D. Pal. 1. 3. Bong. Grut. Ald. Mer. Col. Bas. *recusanti.* 5 B. 1. omittit *transire* Bong. Grut. *pertransire.* 6 P. & vulgo omittunt *me* Voss. 2. *me cruciari.* 7 Voss. 2. *defecerat.* 8 Fl. Leid. Voss. 1. 2. D. Pal. 1. Bong. Mer. *illo.* 9 P. *nominandus.* 10 Fl. Leid. *adulescens.* 11 Voss. 2. omittit *facinus.* 12 Voss. 2. *qui.* 13 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. *nominati.*

Ut incideret] Illud *ut* in vulgatis codicibus omissum, elegantiae hujus periodi multum delibabat. MODIUS. Verbum *incidere* vim proprie non eam habet, ut opera dedita quaeratur, sed casu offeratur. Ideo malim hic, *ut inciderat*, quod est, cum incidisset. ACIDALIUS. *Incideret.* Alii *ut incideret*, unde Acidalius, *ut inciderat.* forte pro *incideret* legendum *incidens*, aut etiam prorsus expungendum. FREINSH.

Vox sanguisque defecerat] Prae timore & conscientia sceleris. infra l. VII. c. 7, 26. *ille exsanguis adtonitoque similis stabat per metum etiam voce suppressa.* Ammian. de Chonodomarco l. XVI. c. 33. *trahebatur pallore suffusus, claudente noxarum conscientia linguam.* Idem lib. XVII. c. 25 de Zizai Sarmata. *Amisso vocis officio prae timore.* Adde Tacit. III, 10, 4. & XV, 66, 3. Vide Paraei Mellificium Atticum p. 284. ita fere Justin. l. XXXII, 2, 3. *Demetrium turba querelarum confusum repente obticuisse.* FREINSH.

Nominati patrio more] Editi, *omnes ergo à Nicomacho nominatos more patrio dato signo saxis obruerunt*, quod perinde est. MODIUS. *Omnes ergo à Nicomacho nominati more patrio, dato signo, saxis obruti sunt.* Alium morem Arrianus ingerit, qui non saxis ait obrutos, sed confossos telis, sive προσακοντισθῆναι: quod sequenti quidem libro apud nostrum Lyncesti Alexandro evenit: etsi & ibidem in Polemonem saxa moliuntur, suo quidem, ut iterum addit, more. De cetero, cavillari Curtium hîc & insimulare negligentiae possis, qui dicat a Nicomacho nominatos omnes supplicio affectos. Id vero falsum, ac duplici quidem modo. Nec enim illi omnes, neque rursus ii tantum. Primum non omnes. Impunis enim Amyntas, qui superius & ipse à Dymno inter conscios Nicomacho detectus. Et verisimile, quotquot ab illo Nicomachus hic acceperat, eorum neminem subtraxisse, ut nec addidisse quemquam, de quo alter forte tacuisset. Ille autem supra: *Simul gratulatur, quod fortissimus juvenum non dubitasset se adjungere Demetrio corporis custodi, Peucolao, Nicanori. Adjicit his Aphebetum, Loceum, Diogenem, Archepolim, Amyntam.* Hic postremus certe libro deincipe caussam pro se dicit, & absolvitur. Ac suspicari liceat, praeter hunc alios etiam fortasse nonnullos judicium ac supplicium effugisse. De quibus quicquid sit, Amyntas certe palam non una interemtus. Non igitur omnes prorsus, qui à Nicomacho nominati. Jam neque illi tantum. nam etiam Philotas ipse, & Calis: quos manifestum item est ab indice nequaquam nominatos. Quid verbis igitur istis ancipitibus faciemus? Excidisse Curtio imprudenti ipsi credemus? an fraudem hanc ei librarios frausos? huc inclinem magis. At emendationem quam opportunam inveniemus? Audacia magna utendum sit; quam ego hujusmodi vix mihi permiserim. *à Macedonibus damnati.* Mos quidem ille Macedonum vetustus, ut ipsorum cognitio esset, quem & noster ipse nos docuit hoc libro. *De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus. In pace erat vulgi. Nihil potestas regum valebat, nisi prius valuisset* (nescio quid occulti hic mendi) *auctoritas.* Itaque & Alexander, *Macedones,* inquit, *de te judicaturi sunt*, & ipsi *Macedones Philotam inquinare innoxios velle suspicabantur.* sed utcumque hoc firmemus, à recepta lectione nimium recedit. An ergo potius? *omnes ergo etsi à Nicomacho nominati.* Sic omnem facillime eludamus objectionem, neque Curtium tamen scripsisse sic facile probemus. Alii viderint hoc. ACIDALIUS. Duplex hic in Curtio (certe non in Curtio) peccatum, quod Acidalius quoquo modo castigare conatus est. Primum, quod omnes à Dymno nominatos affirmet signo dato saxis obrutos, cum Amyntas fuerit absolutus. Deinde quod praeter hos à Dymno delatos etiam Philotas & Calis sint occisi. Primum Acidalius librariorum vel operarum fraude errorem admissum putat, qui Amyntam adjecerint, vel certe Curtio imprudenti excidisse. Labes has duobus modis emaculare studet, è quibus tamen illi neuter satis (nec immerito) placet. Nam in vicem illorum Curtii verborum, *à Nicomacho nominati*, ista substituit,

patrio, dato signo, saxis obruerunt. Magno non [1] modo salutis, sed [2] etiam 39
[1] vitae

VARIANTES LECTIONES.

1 Fl. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. omittunt *modo*. 2 Voss. 2. *jam*.

stituit, à *Macedonibus damnati:* sed quia longius à Curtio abeunt, aliter emendavit. *Omnes ergo etsi à Nicomacho non nominati.* Duas ut vides voculas ad Curtium adjecit, *etsi*, & *non:* Neque tamen Curtium ita scripsisse facile, inquit, probemus. itaque concludit, *ali viderint hoc.* Ego sic existimo, vel nullum omnino in his Curtii verbis errorem inesse: vel per aliquem sciolum adjectum vocem *Amyntam*, quod & ille postea sit in judicium productus, quamvis absolutus. Nullus error erit, si dixerimus, Amyntam alium fuisse à Nicomacho nominatum, non hunc judicio absolutum, sed cum reliquis damnatum & occisum, adeoque hos duos tantum cognomines fuisse, non unum eumdemque. Multi enim eadem tempestate Amyntae fuerunt, & crebrum apud Macedones nomen Amyntae, quod supra demonstravimus. Et hic inter conjuratos Nicanor etiam exprimitur, cum & Parmenionis F. paullo ante exstinctus Nicanor diceretur, & alius rursus Nicanor egregius bellator laudatur, sicut & multi Attali. Erit ergo hic vel ὁμωνυμία, vel certe Amyntae nomen glossae caussa ab imperito adjectum. Nam hunc Amyntam qui absolutus est l. VII, 1. hic nullo modo Curtius intellexit, quod vel inde certissime constat. Primum quod occiso demum Dymno, & Philota sub quaestione laborante hic captus sit, ex eo maxime, quod frater ejus natu minimus Polemon cum aliis profugerit, & suspicionem Alexandro conjurationis, & Alexandri amicis injecerit, non, quod nominatus à Dymno sit. Deinde quod nec in accusatione Alexandri ulla mentio facta sit Dymni, quasi Amyntae nomen ediderit, nec Amyntas in caussa dicenda ullum de Dymni delatione vel indicio verbum fecerit, quod tamen imprimis grave fuisset argumentum, & solum difficillimum, quodque Philotas maxime in sua defensione ursit. Vel ergo alius Amyntas huic cognominis, vel ab librariis adjectus. Omnes autem à Nicomacho nominatos ait interfectos, non propter Calin & Philotam, de quibus jam per se constabat, sed Demetrium corporis custodem, qui ad id usque temporis pernegarat, se vel socium, vel conscium fuisse conjurationis: quod ex Curtio aperte constat, qui docet, productum Demetrium multa adfirmatione, & animi constantia vultusque nutibus abnuisse, quidquam sibi in regem cogitatum esse; donec per Calin proditus, cum aliis quoque lapidibus est tumulatus. Ergo omnia Curtii verba bene se habent: nec Curtio quidquam peccatum, aut erratum: sed Amyntas vel alius fuit, vel per imperitum librarium insertus, & in Curtium, praeter mentem Curtii, admissus. itaque Acidalii emendationem nihil hic moramur. RADERUS.

Omnes ergo. Adversus molitiones Acidalii, qui argutatur, Curtium hic duplici nomine accusari posse negligentiae, quod omnes à Nicomacho nominatos saxis obrutos scripserit, quasi aut omnes illi, aut praeter eos nemo fuisset punitus; bene tuetur auctorem Raderus. nihil hic esse mutandum, nec pro *à Nicomacho nominatos*, audacissima conjectura legendum *à Macedonibus damnatos.* neque *etsi à Nicom. non nominatos.* Sed & Amyntam, quem à Nicomacho nominatum Acidalius evasisse supplicium putat, non esse eum, cujus statim libro seq. ampla habetur mentio. Deinde hic dici, *omnes à Nic. nominatos*, non propter Calin & Philotam, de quibus jam per se constabat, sed Demetrium & alios cum eo antea nominatos FREINSH.

Saxis obruti sunt] Qualis mos patrius fuerit, Curtius paullo post etiam declarat, cum ait, *& ceteros quidem placebat Macedonum more obrui saxis.* quo vero supplicii genere Philotas & ceteri conjurationis participes affecti sint, auctores inter se dissentiunt. Curtius Macedonum more saxis obrutos ait. Diodor. Sic. l. XVII, 80. capitali supplicio affectos. At Arrianus l. III, 5. Philotam caeterosque omnes insidiarum conscios à Macedonibus jaculis confossos. POPMA. Brisson de regno Persarum l. II. p. 262.

Magno non modo salutis, sed etiam vitae periculo liberatus erat] In speciem blanditur doctissimi viri P. Rubenii conjectura, *sed etiam invidiae.* Sed vera, pace ejus manium dicam, non est. Ut quid enim dicat post salutem demum de invidia? vera sententia altius in *vitae* vocabulo latet. *Salus* de praesenti conjuratione dicta est; *vita* de eo tempore, quod post eam victurus erat Alexander. Itaque ait Curtius, non solum in praesens saluti regis, sed vitae etiam post vivendae palam damnato & convicto hoc pari consultum fuisse. Judicatque tantum amicorum utrique occisorum in exercitu fuisse, ut nisi de scelere eorum constitisset, tota vita Alexandri intuta futura fuisset à vindicationibus defunctorum. *Vita* non quod solet, sed ipsum universum vitae tempus atque ordinem designat. Ut alibi ad Gratium nobis notatum de hac voce. BARTHIUS, Advers. l. XXVIII. c. 6. *Et invidiae.* Insignis haec est correctio Rubenii Elector. cap. 33. *non modo salutis, sed & invidiae.* Alexander, inquit, non solum salutis & capitis discrimen effugit, sed etiam invidiae & calumniarum flammam, per confessionem hanc Philotae. Quod egregie firmant sequentia, & simillimus iste locus Tacit. XV, 73, 1. *Nero vocato senatu, oratione inter patres habita, edictum apud populum, & collata in libros indicia, confessionesque damnatorum adjunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, tamquam*

[1] vitae periculo liberatus erat Alexander: quippe [2] Parmenio & Philotas, principes amicorum nisi palam sontes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari. Itaque anceps quaestio fuit: dum inficiatus est facinus, crudeliter torqueri videbatur: post [3] confessionem, [4] Philotas [5] ne amicorum quidem misericordiam meruit.

Variantes Lectiones.

1 Amst. *invidiae.* 2 Mer. *Armenio.* 3 Voss. 2. *confexionem.* 4 Grut. o. Voss. 1. 2. Leid. Mer. *etiam neque Phil. amicorum mis.* & sic Bong. nisi quod in B. 1. deest *neque* Fl. *neque etiam Phil. amicorum miseric.*

quam viros insontes ob invidiam aut metum exstinxisset. Idem nostro aevo factum vidimus. Non enim falso conquerebatur Domitianus apud Sueton. 21, 1. *Conditionem principum miserrimam, quibus de conjuratione comperta non crederetur, nisi occisis.* Certissima igitur est emendatio Viri ingeniosissimi: quamquam eam refellere conetur Doctus Adversariorum scriptor lib. XXVIII. cap. 6. defensa vulgari lectione *etiam vitae.* Ei jam respondimus quaerenti, cur post salutem Curtius demum dicat de invidia. Quod autem ipse vitam sic distinguit à salute, ut totius vitae cursum atque ordinem designare dicat, id vero non magnopere ad rem facit, nec à vita sufficienter distinguit salutem. nam si semel salutis fecisset naufragium, certe jam de eo vitae tempore atque ordine supervacaneum erat quaerere. Post haec scripta, cum viderem jam in Edit. receptam esse Rubenii correctionem, ego quoque exprimendam putavi. FREINSH. Rubenii Elect. c. 33. haec correctio est, quam laudavit Freinshemius, expressit Tellierius. Vulgo *vitae periculo*, quod tamen Barthius Adv. l. XXVIII. c. 6. defendere prae illo conatur. CELLAR. Adsentitur Cl. Rubenio etiam Cl. J. Pontanus in epist. quarum Syllogen publici juris fecit doctissimus A. Matthaeus.

Philotas] Hic vero dele vocem *Philotas*, quae tam manifesta temerariae glossae, ut mirum sit, haud etiam pridem deprehensam. Curtius quidem si addidisset, non eo quo nunc est loco, sed initio statim posuisset. Sed nec addidit, nec opus fuit, cum in medio non alium quam Philotam designarit. ACIDALIUS. Eademque erat Bongarsii sententia, vocem eam aut ex glossa esse, aut lineae superiori proximae interjiciendam. Cui etiam supra n. 30. eliminandum id nomen videbatur, in his; *nec ab ipso Philota.* FREINSH.

